vbi est, dupliciter querimus 164.b
vbi non est misericordia, ibi nec charitas est 18.a
venter inferi, cor terre 119.b
venditus pro argento iustus 81.b
Ventris spiritus erroris et seductionis 117.a
ventus refrigerium contra tentationes 90.a
ventus vrens, spiritus sanctus est 56.b
ventres scissi et in aurum quesitum, eodem
verbum domini factum est ad homines, non ad deum, sed ex deo notum, apud deum semper fuit 2.b
Verbum domini beatum facit eum ad quem fit ibidem
Verbum domini vt laqueus, anima vt auis 85.a
verbum domini Christus est 55.a
verbum quomodo ad Christum factum fuit 116.a et 124.a
verbum fidei, verbum bonum 121.a
Verba domini cum quo bona 133.a
verbum domini iudex verus 138.a
veritatem in iustitia detinere quid est 18.a
Vermiū noibus precipua significantur 59.b et 126.b
vertex Carmeli scribe et pharisei 75.
Vestes Esau bone 111.a
vetus pascha inutile 103.a
via Aegypti euagatio mentis 88.b
Vie domini 155.b
victoria martyrum 163.a
videntes cur prophete olim dicti 109.a
Vinacia vuarum dicuntur demones 15.b
vinacia diligere est occidentem sequi literam ibidem
vinee domini 111.a
Vinitores, dicuntur ecclesie prelati 12.a
Vinitorum istorum fedus cum bestijs quale est 13.a
Vinum Libani 58.a
Vindicta in peccatores per hoīes, nō hoīm sed dei est 43.a
Vindicta in Judeos propter sanguinem prophetarum 187.a
Vindicta in Judeos propter sanguinem Christi 188.b
Vir iustus saluabitur 191.b
Visio Ruperti 102.b
Visio pergrandis 204.a
Vir super equum filius dei ibidem
Visio de passione domini 28.a
Visio non substantiam sed imaginem rei denotat 209.a
Viri quatuor quid portendant 216.a
Violentia regum Israel 131.b
Virginē spūaliter ex fornicatione deus facit per fidem 13.a
Vir pubertatis sue quis 60.b
Virtus in infirmitate perficitur 72.b
Virtutum custos humilitas 177.a
Visio et diuinatio differunt 136.a
Visiones duplices 106.a
Visio vera mentis est 74.b
Vituli aurei hereticorum 132.a
Vituli labiorum 57.a
Vituli aurei regi Assyriorum in munus missi 144.a
Vituli aurei deaurati ab edituis pro aureis subornati ibidem
Vlciscens dominus 155.a
Vltio domini duplex, permanens et transiens 156.b
Vnum oule fiet 134.a
Vncinus pomorum auaritiam designat 102.b
Voluntates Christi due 116.b
Vox Christi in cruce quid significauerit 164.a
Vox amara 190.b
Vox impiorum non credentes aliam vitam 164.b
Vultus redacti mollam 63.b
Vxores Esau. iii.b

Zacharias typum Christi gerit 203.a
zelus dei a Judeis recessit 152.a
zleus domini de terra sua 65.b
zelus bonus domini ad Hierusalem 205.a et 218.b

FINIS INDICIS.

PROLOGVS DOMINI RVPERTI TVITIENSIS ABBATIS IN EXPLANAtionem duodecim Prophetarum.

SPIRITVI Sancto & omnibus, quorũ per os ipſe locutus eſt ſanctis Prophetis, uir illuſtriſſime Colonienſium Archi præſul Fritherice, iucundũ eſſe noſtrũ eloquium, non uane ſperamus: dũ Chriſti filij dei ſacramenta prædicãtes, ipſoꝝ teſtimonijs opportune, & cõuenienter utimur. Vno nanq; & eodẽ actu, dum fidẽ noſtrã deo offerimus, ipſorũ quoq; teſtes ſumus, ipſorũ fidei teſtimoniũ perhibemus. Hoc nimirũ illis gratum eſſe & iucundũ non dubitam⁹. Ait enim unus illoꝝ Eſaias, in theſauro fidei & uerbo domini ualde copioſus. Et dixit dñs ad me: Sume tibi librum grandẽ, & ſcribe in eo ſtilo hois, uelociter ſpolia detrahe, cito prædare. Et adhibui mihi teſtes fideles, Vriam ſacerdotẽ, & Zachariã filiũ Barachiæ, & acceſſi ad prophetiſſã, & cõcepit & peperit filiũ. Et dixit dñs ad me. Voca nomẽ ei⁹ accelera ſpolia detrahere, feſtĩa p̃dari, qa antequã ſciat puer uocare patrẽ ſuũ & matrẽ ſuã, auferetur fortitudo Damaſci, & ſpolia Samariæcorã rege Aſſyrioꝝ. ¶ Quiſnã eſt liber ille grãdis, quẽ ut ſumeret ſibi iuſſũ eſſe dicit, niſi uniuerſitas ſcripturaꝝ ſanctarũ, in qua ſunt fidelia teſtimonia Chriſti, q̃ ſanctũ primum ad Abrahã deus repromiſit? Et quid illi eſt, in tali libro ſcripſiſſe ſtilo hominis nomẽ pueri, de q̃ p̃dixerat: Ecce uirgo cõcipiet & pariet filiũ, niſi accepiſſe gratiã ꝓpheticã, factũq; eſſe unũ ex illis q eiuſdẽ Chriſti uenturi teſtimonia cõſcripſerũt, eundẽq; teſtãtur extitiſſe deũ, priusq̃ p carnis natiuitatẽ uenerit in hũc mundũ. Hoc elegãter per tale nomẽ p̃dicatur, accelera ſpolia detrahere, feſtina p̃dari, & per talẽ nominis rationẽ, qa antequã ſciat puer uocare patrẽ ſuũ, & matrẽ ſuã, auferetur fortitudo Damaſci & ſpolia Samariæ coram rege Aſſyrioꝝ. Qualis enim uel quãta eſt acceleratio ſpolia detrahendi, ſiue feſtinatio p̃dandi, prius ſpolia detrahere, prius p̃dari, q̃ habere matrẽ uel uocare patrẽ, qui fuit Ioſeph ſecundũ adoptionẽ pueri huius? Idẽ ergo eſt ac ſi dicat, quia puer iſte quẽ uirgo cõcepit & peperit, deus erat priusq̃ idẽ hõ fieret, & ſaluauit Hieruſalẽ & Iudã à rege Damaſci Raſin, & à rege Samariæ Facee filio Romeliæ, qui tũc illũ pariter ipugnabãt, & à cæteris q̃q; hoſtib⁹, a quib⁹ ille popul⁹ auxilio ſupno liberat⁹ eſt. Profecto hmõi ꝓphetias ſcribere, accedere fuit ad ꝓphetiſſã, de q̃ dicit, & acceſſi ad prophetiſſã, & cõcepit & peperit filiũ. Quænã eſt illa ꝓphetiſſa, niſi illa de q̃ p̃locutus fuerat, mater Emanuelis, uirgo Maria gr̃a plena, in qua oĩs ꝓphetia implenda erat? Iſte acceſſus ad hãc ꝓphetiſſã talis eſt, qualis introit⁹ honorati uiri in ſanctuariũ dñi cũ oblatiõe ſolenni, cum talẽto q̃ offerat auri probati atq; puriſſimi ¶ Teſtes hui⁹ rei, quod taliter ad ꝓphetiſſã illã acceſſerit, q̃ ꝓphetiæ in ea cõplendæ ſuam portionẽ cõſcripſerit, gratulat̃ ſe habere tã apoſtolos ex Iudeis, q̃ ſanctos doctores ex gẽtibus, uerbis huiuſcemodi. Et adhibui mihi teſtes fideles, Vriã ſacerdotẽ, & Zachariã filium Barachiæ, Sacerdos Vrias, q̃ interpretat̃ lux mea dñs, apoſtolica dignitas. Zacharias, q̃ interpretatur memor dñi. Filius Barachiæ, id eſt bñdicti dñi, cõuentus uel cętuſeſt eccleſiæ de gẽtibus, ſanctis ornatus doctorib⁹, quoꝝ omniũ, vcz apoſtoloꝝ atq; doctorũ, ſi ſcripta ꝓpendas, palã eſt quia teſtes ſunt Eſaiæ ꝓphetæ, quod optime ſenſerit & crediderit de puero hoc talis prophetiſſæ filio, quia nimirũ in p̃dicatione fidei hui⁹, uerbis eius cõſtant utũtur. ¶ Quod de uno Eſaia dixim⁹ de cæteris quoq; ꝓphetis dicim⁹, qa reuera datũ eſt illis à ſpũ ſancto, diuidẽte ſingulis ꝓut uult, ſumere librũ grandẽ, id eſt ſanctã ſcripturã, cui⁹ primã & magnã portionẽ ſcripſit Moſes, & ſcribere in eo ſtilo hominis, id eſt eadẽ authoritate qua prim⁹ Moſes ſcripſit, ſcribere aliquid pro uirili portiõe, ſiue quod ab hoie poſſe legi & tali mõ accedere ad illã prophetiſſã, & inde habere teſtes duos, id eſt tã de Iudæis q̃ de gẽtib⁹ credẽtes, quod de Chriſto dei filio multũ bñ ſẽſerint, & in ſpũ ſancto locuti ſunt: q̃ gr̃a uere magna eſt. Nã legere qdẽ illũ grandẽ librũ plurib⁹ datũ eſt, pauciſſimis autem ſcribere in eo, & in ſanctaꝝ canone ſcripturaꝝ eſſe principes. ¶ Igitur ſicut in initio dixi-

Eſaiæ. 8

Ibidem 7.

Duo teſtes apoſtoli & ſancti doctores.

mus, ſanctis prophetis cũ Chriſto iucũdũ eſſe noſtrũ eloqum, nõ uane ſperamus, dũ Chri ſacramẽta p̃dicãtes, ipſorũ cõfeſſione & uerbis quæ ſcripſerũt, eũdẽ Chm honoram⁹. Cui aũt nõ ſit optabile, talibus ac tãtis regis æterni p̃conibus in hac parte iucũditatẽ & exultationẽ facere, ut gratulẽtur ſe tãtæ rei nos teſtes haberẽ? Bonã q̃ppe uiciſſitudinem in tempore opportuno ualebũt repẽdere. Ea ſpe uel expectatione ſcito me, pater mi, ſicut in cęteris ſcri
Gene.1 pturis, ita & in uolumine duodecim ꝓphetarũ operã dediſſe ad q̃rendũ Chriſtũ, cuius ueritas eorũ corda poſſedit, ora repleuit, calamũ rexit ut p omne quod ſcriberent adeius gloriã & honorẽ tẽderẽt. Hoc nũc dico à quo ipſe nõ diſſentis, q̃d ſicut de quadã terra ſcriptũ legim⁹, qa ibi naſcit aurũ, & aurũ terrę illius optimũ eſt, ita de ſancta ꝓphetica ſcriptura recte dicas, qa in hac inuenit Chri filij dei teſtimoniũ, & teſtimoniũ ſcripturæ huius optimũ ẽ. Tu mihi, & tecũ paxillus modicus attamẽ fidelis & in loco fideli fixus, cœnobij Sygebergẽſis Abbas Cuno fidei & ſcientiæ domeſticus, ſtimulũ appoſuiſtis, ſicut in cæteris quibuſdam, ita & in parte iſta: ut quãuis piger eſſem, nõ tãtũ uſquequaq; dormitare poſſem, quũ & hoc uolumẽ aliquatenus attingerẽ. Quod iã fectuſq; ad finẽ Micheæ, q in hoc ordine ſextus ẽ. Septimus ſequebatur Naũ, ſed quia is de aduentu Chriſti fere nihil tale dicit, q̃d illũ proprie nũtiet ipſo ſono literali, refriguit ſtudiũ, qa cõtracta eſt admodũ iucũditas quæ difficultatẽ tolerabilẽ in alijs fecerat. Ecce per hanc occaſionẽ imperfecto opere reſedi ego piger operarius, fortaſſis nihil de ſex poſterioribus prophetis præſumpturus. Cur in hac re nuncſolito pigrior ſum? Nomen inane mihi nõ abſq; labore dediſti.

PROLOGVS RVPERTI IN OSEE PROPHETAM.

PRim⁹ in ordine duodecim Prophetarũ ponit Oſee. Huius ad intelligẽtiã q̃to ſapiẽtię lumine op⁹ ſit, ipe nõ leuit innuit, cũ in calce uoluminis ita dicit, Quis ſapiẽs, & intelliget iſta: intelligẽs, & ſciet hæc? Sic nãq; admirãdo interrogãs, interrogãdo admirãs: ſatis affirmat quòd diligẽter & multa cũ induſtria p̃cioſas in anguſta litera quã ꝓfundiſſime abſcõderit ſpiritualis intelligẽtiæ margaritas, adeo ut quiſq; eorũ qui meditãtur in lege dñi, totis ſancti ſtudij uiribus adhibitis eas inuenerit, hic
Theſaurus abſcõditus uere ſapiens atq; intelligens reputãdus ſit. ¶ Dicit ergo quis. Quorſum tẽdebat talis diligẽtia? Nunqd ſanctus prophetiæ ſpũs, qui in iſto atq; in cæteris loquebatur, ſenſus ſui theſaurũ nobis occultũ eſſe uolebat? Nuuqd beniuolus nõ eſt ſpũs ſapientiæ propheticæ, & iccirco taliter ſe abſcõdebat, ut nos eã aut uix aut nũq̃ poſſemus inuenire? imò ut inueniri poſſet, iccirco ſapientia hæc abſcondita, & theſaurus hic occultus eſt. Niſi em̃ ſeſe abſcondiſſet, nimirũ hodie inueniri nõ poſſet. Hoc tũc demũ recte aduertis, ſi ſtatũ temporis illius rite perpẽdis. Nunquid em̃ prophetæ ſuis quiq; tẽporibus tã libere loquebantur, q̃ licenter
Tren.2 hodie legũtur? Nunqd nõ in multa formidine prophetabãt? Dicit nãq; unus ipſorũ. Si occiditur in ſanctuario dñi ſacerdos & propheta, formido & laqueus facta eſt uaticinatio &
Cur occiſus eſt Eſaias. cõtritio. Siquidẽ uaticinãtes occidebantur, & ipſa uaticinatio laqueus fiebat illis ut quaſi iuſte & rationabiliter occidi uiderẽtur. Exẽpli gratia. Eſaię, quãuis eſſet ſanctus & nobilis, ut
Eſaiæ.6 pote, cuius Manaſſes rex, gener extitit, id quod uaticinatus fuerat, dicẽdo. Vidi dñm ſedẽtem ſuper ſoliũ excelſum & eleuatũ: laqueus fuit. Nam in lege dñs dicit Moſi. Nõ em̃ uidebit me homo, & uiuere poteſt. Ergo apud iudices iniquos quaſi ex ore & uaticinatione
Exo.33. ſua illaqueatus eſt, ꝙ ſanctæ legi & ipſi dño cõtraria dicere præſumpſiſſet, ſcribendo ſe dominũ uidiſſe, cũ dñs dixiſſet ſe non poſſe uideri ab homine: atq; ita habito quaſi iudicio condemnatus eſt. Deniq; ab hoc illũ Hebræi à iam dicto ipſius genero Manaſſe ſectũ eſſe prohibẽt. Quid putas illi eueniſſet, ſi quẽadmodũ dixerat, uidi dñm ſedẽtem ſuper ſolium excelſum & eleuatũ: ita etiã nudo ſermone dixiſſet, quomodo uel quali ordine idẽ dñs ab ipſis Iudæis crucifigẽdus, & tunc demũ reſurgendo ex mortuis in illud excelſum paternæ dexteræ ſoliũ eſſet eleuãdus? Nimirũ nõ expectaſſent illi, ut ſaltẽ cũ iudicio cõdemnarẽt, ſed ſi
Actu.7 cut beato prothomartyre Sthephano dicẽte, Ecce uideo cœlos apertos, & filiũ hominis ſtãtem à dextris uirtutis dei, qui utiq; crucifixus fuerat ab illis: non expectauerunt ut perageretur iudicium, ſed exclamantes continuerũt aures ſuas, & impetum fecerunt unanimiter

in eum

in eum, ita inſanientes tã quam pro zelo domini fortiter cõclamantes, ſimul irruiſſent in eũ. Cur obſcure ſcripserunt prophetæ,

¶ Nec uero tantum de ſua morte ſolliciti formidabãt ne occiderẽtur, quam ne ſacræ peri-clitarentur literæ, & de hominũ memoria tollerentur. Etenim nunc quidem, cum ab aliis prophetæ occiderentur, ab aliis propheticæ literæ cuſtodirẽtur: tũc autem ſi tantum ſce-lus tantiq; ſceleris pœnã Iudæis euenturam palã enunciarẽt, nequaq; cuſtodirẽtur. Exem-pli gratia. Quando uerba domini, quæ Baruch ſcriba ex ore Hieremiæ ſcripſerat, rex com buſſit, ſcindẽs uolumen ſcalpello ſcribæ, & proiiciens in ignem, Elnathan, & Dalaias, & Gamarias cõtradixerunt regi, licet nõ audierit eos. Perfecto ſi ea, quæ de paſſione domini, & de futura ſubuerſione ciuitatis totiusq; gẽtis, quæ propter illã futura erat, ſentiebat, idem Hieremias manifeſtis, & rebus, & nominibus cõſcripſiſſet, nõ modo nõ prohibuiſſent uo-lumen illud ſcindi ſiue comburi, uerum etiam & uniuerſam illius, qua nũc eccleſia Chriſti fruitur, ſcripturam propheticã perdere feſtinaſſent, ipſum quoq; nõ tantum miſiſſent in la cũ, ut iam fecerant, uerum etiã aut uiuũ igni tradidiſſent, aut alio quolibet modo crudeliter occidiſſent. Cõtemperãdum itaq; tũc erat tempori, quatenus & ſcripturas ueritatis ſpiritꝰ ſanctus cõderet & tamen ueritas nõ uſq; quaq; damnoſum uenturis ſeculis odium ſibi pa-reret. Si eñ Chriſtus dei filius in Pſalmo loquitur. Deus oſtẽdit mihi ſuper inimicos meos ne occidas eos, ne quãdo obliuiſcãtur populi mei. Diſperge illos in uirtute tua: cur non & prophetis Chriſti conueniat dicere. Deus oſtẽdit nobis ſuper fornicatrices iſtas, Oollã atq; Oolibam, quarũ altera Samaria, altera eſt Hieruſalem, ne nimis exaſperetis eas, ne quando obliuiſcãtur mei, ſiue ignorãtiam dei ſemper habeãt uenturi populi, ſi iſtæ ſcripturas recipe re aut cõſeruare uoluerint, utimini diſcretione prouida, occultate ſub figuris & ænigmati-bus deſcenſuræ ad terras diuinitatis myſteria. ¶ Igitur cum dicit hic unus ex illis, primꝰ (ut iam dictum eſt) in ordine prophetarum duodecim. Quis ſapiẽs, & intelliget iſta, intelliget, & ſciet hæc, atq; hoc dicẽs manifeſte ſenſus occultos & intellectu difficiles in litera æni-gmatica ſeſe ſignaſſe cũfirmat: recte non iudicatur tanquã inuidus, ſed honoratur tanquã prouidus. Quippe qui bonũ theſaurum futuris gratiæ cohæredibus in tuto repoſuit, cla-uim illi derelinquens cui dereliquit Dauid, qui Pſalmos, nihilominus clauſos cõſcripſit: ut aperiret ipſe quibus uellet in plenitudine temporis. Vnde & in Apocalypſi ſanctus & ue-rus dicitur habẽs clauim Dauid qui aperit, & nemo claudit, claudit & nemo aperit dicitq; angelo Phyladelphię. Ecce dedi oſtiũ apertũ coram te, quod nemo poteſt claudere. Ipſe nobis aperire dignetur oſtiũ intelligentiæ, per quod priores & patres noſtros, eccleſiæ ma giſtros introducere dignatus eſt, ut nos quoq; cum illis uidere queamus, quid, quãdo, uel quomodo fecerit deus, per quod aſſimilatus ſit in manu prophetæ huius, ſemel & iterum, ac tertio ad mulierem fornicariã accedentis, & ex ea duos filios & fil iam generãtis, & poſt hæc adhuc mulierem adulterã adeuntis. Nam quod hæc in ſimilitudinem ſui propheta fa cere ſit iuſſus, ipſe teſtatur, qui in hoc eodẽ loquitur. Et locutus ſum per prophetas, & ego uiſionem multiplicaui, & in manu prophetarũ aſſimilatus ſum. ¶ Nam cum et illud nõ ab re eſt quærere, ſanctos iſtos prophetas ſuis in temporibus tam exoſus, ut plerisq; ex eis cru-deliter interfecti ſint: quæ cauſa eos defenderit, & tantum genti illi, quãuis peccatrici, com mẽdauerit, ut literas eorũ in eodem receperit apice canonicæ authoritatis in quo et ipſam legẽ Moſi. Quòd ſi quæris opportune, reſpondetur, quia uere dignitati illorũ ſubuenit au thoritas & iudicium ſancte & prouidæ legis domini. Dixerat nanq; dominus, ſicut habes in libro Deuteronomij. Propheta autẽ, qui arrogãtia deprauatus, uoluerit loqui in nomi-ne meo, quæ ego nõ præcepi illi ut diceret, aut ex nomine deorum aliorum, interficietur. Quod ſi tacita cogitatione reſponderis, quomodo poſſum intelligere uerbũ quod non eſt locutus dñs, hoc habebis ſignũ, quod in nomine domini propheta ille prædixerit & non euenerit, hoc dñs non eſt locutus, ſed per timorem animi ſui propheta cõfinxit, & iccirco nõ timebis eũ. Cum hæc dicit iuſta & irrefragabilis lex, ergo ecõtra quod in nomine domi ni propheta prædixerit & euenerit, hoc dñs eſt locutus, iccirco timebis eũ. Porrò ſancti pro-phetæ iſti, cũ mitterẽtur ad prænũciandum de longinquo Chriſti aduentum, ſimul etiam de propinquo datũ uel iniunctum eſt illis prophetare illud, in quo citius ueraces cõproba ri poſſent, ſcilicet imminẽtem ab Aſſyriis Iſraheli captiuitatẽ, itemq; inſtãtem Iudæ quoq;

Hierem. 39

Pſalm. 58

Ezech. 23

Infra. 14

Clauis Dauid. Apoca. 3

Infra. 13 Queſtio de prophetis,

Deute. 18

Babylonis tranſmigrationē,& præterea nōnulla etiā minora,quæ literis eoꝝ legim⁹ inſerta. Cū igitur cito euenisſet captiuitas ſiue tranſmigratio illa,ſicut p illos ueritas prophetica prædixerat,palā conſtitit,quod ueraciter fuiſſent locuti in nomine dñi, & quod dñs miſiſſet eos,atq; ita cōpleta prophetiæ pars, illud quoq; quod reliquū uel maximū erat de promiſſione uel aduentu Meſſiæ,uerū fore conuincebat. Hoc animaduerſo,nōnihil iuuari arbitror lectorem,myſteriū regni dei uel aduētus Chriſti filij dei in ſanctis prophetis quærentem,ut nō miretur aut offendatur,dū in ſacris eoꝝ literis, modo captiuitatis ſiue trāſmigrationis iam dictæ cōminationē,modo repente libertatis æterne & dñici aduētus ſignificari audit ꝓmiſſionē. Illud de propinquo,hoc aūt uaticiniū ſentiēs de longinquo,& tā prope coniūgi in litera quæ tam longe diſiūcta ſunt per tempora. Exempli gra,Cum dixiſſet hic
Infra,5 idem propheta. Clangite buccina in Gabaa,tuba in Roma,ululate in Bethauen,poſt tergum tuū Beniamin,Ephraim in deſolationē erit in die correptionis,in tribubus Iſrael oſtendi fidē. Quibus utiq; imminētem declamat decē tribuū captiuitatē, repente poſtmodū inſert illud,quod ſine dubio adinuiſibilis animaꝝ noſtraꝝ captiuitatis ſpectat ſolutionē ita in perſona ſaluatoris noſtri dicens. In tribulatione ſua mane conſurgent ad me. Venite
Infra.6 & reuertamur ad dñm,quia ipſe cœpit & ſanabit nos,percutiet & curabit nos. Viuificabit nos poſt duos dies,in die tertia ſuſcitabit nos,& uiuemus in conſpectu eius,ſciemus,ſequemurq; ut cognoſcamus dñm,&c. Sed nos plura,quę hinc dici poſſent in ſuum locum differentes,iam nunc prophetiæ ſetiem ingrediamur.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN OSEE PROPHETAM.

commentariorum liber primus.

Verbum domini.

VErbū Bomini quod factū eſt ad Oſee, filiū Beheri. ¶ Vt ſimus attēti,ſcriptura hęc in exordio ſui uocat uerbū dñi. Verbū dñi(ait beatus Hieronimus) qd in principio erat apud deū,& deus erat uerbū,factū ē ad Oſee filiū Beheri. Necuero repugnat ei q̄d eccleſiaſtica firmit tenet regula fidei,uerbū q̄d in pricipio erat apud deū,nō factū,ſed natū,nō creatū eē,ſed genitū. Nā ad hoēs q̄dē factū eſt hoc uerbū, nō aūt factū ē ad deū,ſed erat in principio apud deū. Etem̄ hoibus q̄dē accidētaliſ ex tēpore acceſſit,apud deū aūt nūquā nō fuit. Verūtn̄ ubicūq; in ſacris legim⁹ ſcripturis,ad illū uel ad illū factū eſſe ꝟbū dñi,magnā ſonat beatitudinē hoīs,quā & in Dauid ueritas ipſa cōmendat,cū dicit.
Pſalū .93 Beat⁹ hō quē tu erudieris dñe,& de lege tua docueris eū. Suauiter nāq; & magna cū delicia ꝗ multitudine,ſummā ſapiētiā cito diſcit ille,ad quē fit uerbū dñi: qa uc3 hoc uerbū lux uera ē,quæ illuminat omnē hominē ueniētē in hūc mūdū,& dū infulget humanæ mēti,repēte illuminat,repēte docet,neq; in ĩcertū aurē cordis audiētis adducit,ſed ita certū reddit, ita q̄d uidet pro cōſtāti habet,ut nō dubitet dicere,qa uerbū factū eſt: factū(inquā) qa certiſſime futuꝝ eſt,immutabiliter adimplēdū eſt,& impoſſibile eſt, quin fiat quod futuꝝ eſſe denūciat. Beatus ergo ille homo eſt,& de ſua multū poteſt beatitudine in dño gloriari, qa nō
Galat .i. ab homine,neq; per hoiem accepit illud,ſed per reuelationē ſpūs ſancti. ¶ Super hac erudi tionis prærogatiua ſoli poſſunt apoſtoli & prophetæ in dño gloriari, quia uidelicet taliter ſunt eruditi,nō ab hoie(ut iā dictū eſt) neq; p hoiem,ſed per magiſteriū ſpūs ſancti Iccirco quæcūq; illi ſcripſerūt,ita ſunt rata,tāq; firmū habēt fundamētū ueritatis, ut de ullo ipſoꝝ dicto dubitare nephariū ſit. Sane modū,q̄ ſunt eruditi,ſiue momētū aut uelocitatē doctoris eoꝝ nemo unq̄ ſatis agnouit,niſi q experiri meruit. ¶ Sciēdū p̄terea quod ubiq; in ſanctis
Differentia. prophetis dictio hæc,qua dicitur, factū eſt uerbū dñi,ad promiſſiōes reſpicit,q̄ nūc implete ſunt,uerbi incarnati. Et ob huius intētiōis excellētiā,nō tātū uidētes: ut filij prophetaꝝ

ſed pro

ſed prophetæ merentur nũcupari, quia uidelicet uidẽtes aut filij prophetarũ potuerũt etiã pro minoribus, quas præuiderũt, rebus dici: ſolos aũt eos prophetas ſancta ſcriptura nuncupat, qui prænũciauerũt, uel ad quos ſermo factus eſt de aduẽtu Chri. ¶ Nec illud ignorandũ, quia primus illorũ pater Abrahã, nouiſſimus aũt Iohãnes extitit præcurſor eiuſdem & baptiſta Chriſti. Primũ nãq; ad Abrahã, ad quẽ promiſſio, imò & repromiſſio facta eſt beati ſeminis in hoc ſermone. Atq; in ſemine tuo benedicẽtur oẽs gẽtes. Inter utrũq;, id eſt poſt promiſſionẽ & ante repromiſſionẽ ſermo dñi factus eſt. Et hæc talis enunciatio in eũ ſemel & iterũ de cauſa iã dicti ſeminis taliter ſcripta eſt. His ita trãſactis, factus eſt ſermo dñi ad Abram per uiſionẽ dicẽs. Noli timere Abram, ego protector tuus ſum, &c. Illo ad hęc dicẽte: Mihi aũt nõ dediſti ſemen, & ecce uernaculus meus, hæres meus erit: ſtatim ſermo dñi factus eſt ad eũ dicẽs. Nõ erit hic hæres tuus, ſed qui egredietur de utero tuo, ipſum habebis hæredẽ. Eduxitq; eũ foras, & ait illi. Suſpice cœlũ, & numera ſtellas, ſi potes. Et dixit ei. Sic erit ſemen tuũ. Credidit dño, & reputatũ eſt illi ad iuſtitiã. Quòd aũt hic propheta fuerit, eo q; ſermo dñi ad eũ factus ſit, teſtatur ipſe dñs, qui pro illo arguẽs Abimelech per ſomniũ noctedicit. Nunc igitur redde uxorẽ uiro ſuo, qa propheta eſt, & orabit pro te, & uiues. ¶ Nouiſſime in Iohannẽ Baptiſtã ſcripta eſt eiuſmodi enũciatio, ſcribente Luca his uerbis. Anno quintodecimo imperij Tyberij Cæſaris, factũ eſt uerbũ dñi ſup Iohãnẽ Zachariæ filiũ in deſerto. Q; uero iſte propheta ſit uel fuerit, teſtatur idẽ dñs cũ de illo adtur bas dicit. Sed quid exiſtis in deſertũ uidere? Prophetã? Etiã dico uobis, & plus q; prophetã. Igitur ubi audimus in ſanctis ſcripturis, factum ad ſanctos hoſes ſermonẽ ſiue uerbũ dñi, iucundũ & perpulchrũ eſt perpẽdere, q; ſic dictũ ſit, ut ſubaudiatur eius rei q; uerbũ caro fieret & habitaret in nobis. Et ob hoc alios quidẽ prophetas, Iohannẽ aũt plus q; prophetã eſſe, qa uerbũ carnẽ factũ, magno quidẽ & prophetali munere ſex mẽſes naſcẽdo præuenit, ſed nõ minori priuilegio gratiæ iã iuuenẽ digito demõſtrauit, dicẽs. Ecce agnus dei, & tollentẽ peccata mũdi, Fluẽte Iordanis baptizare meruit. ¶ Parũ aũt erat prophetas eos dici, ad quos ſermo dei factus eſt. Plus em̃ aliquid ſpũs ſanctus in Dauid de illis elocutus eſt. Ego (inquit) dixi, dij eſtis & filij excelſi oẽs. Quã ob cauſam, niſi qa ſermo dei ad eos factus eſt? Hoc em̃ in cauſa eſſe dñs ipſe aſtruit, qui loquẽs Iudeis calũniantibus, cũ præmiſiſſet. Nõne ſcriptũ eſt in lege ueſtra. Ego dixi, dij eſtis, & filij excelſi oẽs: continuo ſubiunxit. Si illos dixit deos, ad quos ſermo dei factus eſt, & nõ poteſt ſolui ſcriptura, &c. Ergo prophetæ dij ſunt, q̃niã iſti ſunt ad q̃s ſermo dei factus eſt. ¶ Quòd ſi dij recte dicũtur, nonne & ſaluatores nihilominus recte cognominãtur? Si illos ſcriptura dixit ſaluatores p quos deus tẽporalẽ Iſraeli ſalutẽ operatus eſt. Exempli gratia. Et clamauerunt filij Iſrael ad dominũ, qui ſuſcitauit eis ſaluatorẽ, & liberauit eos, Othoniel uidelicet filiũ Zener. Itẽq;, Et clamauerunt ad dñm, qui ſuſcitauit eis ſaluatorẽ Aoth. Si ergo illos dixit ſaluatores, p quos deus tẽporaliter liberauit Iſrael: quãto magis recte illi dicãtur ſaluatores, quorũ labor ſaluatori noſtro deo ad noſtrã æternã ſalutẽ cooperatus eſt? ¶ Pulchre igitur, & nõ ſine quodã diuino præſagio, hic unus ex illis, & primus ex duodecim, dictus Oſee, quod interpretatur ſaluator. Dicitur em̃ filius Beheri, quod interpretatur putei mei. Et quis eſt, de quo deus pater recte dicat, filius putei mei, niſi Chriſtus filius unicus & uerbũ dei, natus de ſecreto ſiue altitudine aut profundo cordis paterni? Ergo hic nõ ſolũ officio, uerũ etiã uocabulo, tam proprio, q̃ paterno ſaluatoris nri Chri typũ gerit. Sequitur. ¶ In diebus Ozię, Joathã, regis Achaz, & Ezechię regum Juda: & in diebus Hieroboam, filij Joas, regis Iſrael ¶. Ozias qui & Azarias, regnauit ſuper Iudã annis. LII. & poſt hũc filius eius Ioathan annis. XVI. itẽq; poſt eũ Achaz annis. XVI. & poſt hũc Ezechias annis. XXIX. qui ſimul iuncti, fiũt anni fere. CXIII. Quod quia multũ eſt, ut tã diu prophetaſſe unus exiſtimetur: at ſaltẽ illud conſtare oportet, qd & extremos annos Hieroboam filij Ioas, regis Iſrael qui regnante Ozia in Iuda, iã regnare cœperat (ut prædictũ eſt) regnauitq; XL. & uno annis. Et primos annos regni Ezechiæ propheta hic attigerit: quia ſic prophetię eius initiũ habet. Voca nomen eius Ieſrael, quoniã adhuc modicũ & uiſitabo ſanguinem Ieſrael ſuper domũ Iehu. Hoc fere continuo poſt mortem eiuſdem Hieroboam factum eſt: quia ſuccedens illi filius eius Zacharias, regnauit tantum ſex menſibus, & percuſſit, atque interfe

Abraham propheta

Gene. 15

Gene. 20

Iohannes Baptiſta propheta, Lucæ. 1.

Matth. 11

Iohan. 1.

Prophetæ dei Pſalm. 81

Iohan. 10

Prophetæ ſaluatores. Iud. 3

Oſee filius Beheri.

2. Paral. 26

4. Regum. 15

Intētio literæ

interfecit eum Sellum, regnauitq; pro eo. Hic iam recte quæritur, qualis sit intentio literæ huius, cur prophetiam hanc referat esse continuatam à diebus Oziæ, quibus regnauit & Hieroboam, usq; ad dies Ezechiæ regis Iuda. Ad quod primo dicendum, quia regnante Ezechia anno sexto regni eius, qui erat nouus annus Osee regis Israel, capta est Samaria, & transtulit rex Assyriorum Israel in Assyrios, collocauitq; eos in Aylam & in Aborio xta fluuium Gozan, in ciuitatibus Mœdoꝝ, quia non audierunt uocē domini dei sui. Hoc ergo intendit sacræ literæ spiritus, ut testificetur in excusabiles fuisse reges & populū Israel, quia nunquam dominus prophetas mittere defiit in illis, nullius regis eorum diebus prophetica uox defuit, irā domini uenturā cōminans, captiuitatē futurā prænuncians, donec ueniret: ne Israel se excusare posset de ignorantia, colens uitulos, quos fecit Hieroboam, imò & Baal, quē introduxit Iezabel. Ante hunc extitit Heliseus, qui & mortuus est regnāte Ioas patre huius Hieroboam, & ante Heliseum Helias, similiterq; & alij, ut micheas de Gemla, multiq; filij prophetaꝝ, atq; ita si rite memores à primo Hieroboā, qui peccare fecit Israel, cui & mala uentura pro meritis prædixit Ahias Sylonites, propheticū (sicut iam dictū est) testimoniū contra illos nō defuit, usq; ad effectū prædictæ captiuitatis, ita ut per omnia iudex deus laudabilis, reus aūt populus cū regibus suis sit inexcusabilis. Sub eisdem regibus Iuda Esaiam quoq; prophetasse, titulus libri eius indicat. Et uide diligenter in spiritu dei, dignitatis cuiusq; custodiā. Cum dixisset in diebus Oziæ Ioathan Achas & Ezechiæ regū Iuda, tunc demū subdidit, & in diebus Hieroboā filij Ioas regis Israel. At ille uidelicet Hieroboam cunctis illis tēpore prior extitit, utpote cuius regni anno. xxvij. Ozias qui & Azarias, regnare cœpit in Iuda. Cur ergo tot iunioribus in ordie suppositꝰ est? Nū casu hoc actū est? Non utiq;, sed quia regnū Iudæ regnū Dauid legitime extitit, regnū aūt Israel scissum à domo Dauid, rapina erat, idolatriæ cultus erat, non templo dñi, sed uitulis aureis seruiebat. Iccirco Hieroboā ne cōmemorari qdē in ordine regū aut in sanctarū titulo scripturaꝝ præfigi debuisset, nisi pro causa, quæ iā dicta est: quia contra quos Helias & Heliseus, cæteriq; prophetæ steterunt idolatras reges Israel, contra ipsos etiā dirigebatur prophetia hæc, ut inexcusabilis esset cum suis regibus impœnitens Israel. Proinde de cæteris regibus Israel, qui temporibus istoꝝ regū Iuda regnauerunt in samaria, cum plures fuerint, nullus hic nominatus est, nisi iste solus, idēq; quāuis tēpore prior, loco (ut dignū erat) positus est posterior. Sufficit nanq; ad insinuandū, quod regibus Israel prophetica cōmonitio fuerit continuata, isto uidelicet Osee incipiente prophetare diebus Hieroboam Heliseo mortuo, qui prophetauerat adhuc in diebus patris eius Ioas. ¶ Principiū loquēdi domi nū in Osee. Et dixit dominus ad Osee. Vade, sume tibi uxorē fornicariā, & fac filios fornicationū, quia fornicās fornicabitur terra a dño. Et abiit, & accepit Gomer filiā Debellaim, & concepit & peperit filiū. Et dixit dominus ad eū. Voca nomen eius Iesrahel, quia adhuc modicū, & uisitabo sanguinē Iesrahel super domū Iehu, & quiescere faciā regnū Israel, & in illa die conteram arcum Israel in valle Iesrahel. ¶ Astruere nō possumus iccirco dictū hic eē, principiū loquēdi dñm, ꝙ iste primus sit uel fuerit eoꝝ, ad quos dñs, uel in quibus propheticæ locutionis mō locutus est, uel quibus futura captiuitas illius populi p̄monstrata est. Nā cōstans quidē esse potest, ꝙ prophetarū cæterorū, quorū prophetici extant libri, primus tēpore fuerit, & Esaiā q̄q; aliquantis diebus p̄cesserit, cuius circa initiū uoluminis mortuus Esaias legitur: uerūtamē fuerūt & alij prophetæ, in q̄bus sine dubio locutus est dñs. quorū notissimi sunt Samuel, & Dauid, Helias & Heliseus, qui hūc Osee nō paucis p̄cessere diebus. Si ergo sic dictū intelligi placet, principiū loquēdi dñm in Osee, ut sit sensus primū locutus est dñs in Osee, nihil repugnans inuenitur, ita uidelicet, ut subaudias, eorū qui sub prædictis regibꝰ ꝓphetauerūt. Nā & Esaias & Iohel & Amos, & Abdias, & Ionas, et Micheas sub eisdē regibus prophetauere. Quorū etiā interpretationes nominū hic ponere nō superfluū ducimus, Ozias interpretatur fortitudo dñi, Ioathan dñi cōsummatio, Achas uirtus, Ezechias imperiū dñi. Hi regnabāt in Iuda, cuius nomen confessio est. Portò in Irsael, qui sibi idola fecerat, & à deitēplo & domo Dauid fuerat separatus, regnabat Hieroboā, qui interpretatur tēporalitas siue mora, ꝙ mundū amauerit, & in ipso diu morari uitā putauerit sempiternā, nequaquam futuris, sed

4. Regum. 17

3 Reg. 22

4 Regum. 15

Regum Israel rapina.

turis, ſed præſentibus delectatus. Quamuis autẽ ſic recte intelligatur, ut iam dictũ eſt, nihilominus tamen ſic accipitur principiũ loquendi dominũ in Oſee, ut ſit ſenſus. Hæc talia, q̃ protinus ſequuntur. Vade, ſume tibi uxorem fornicariã, &c. Primũ in eo Incutus eſt dñs. ¶ Tandẽ & hoc prætereundum non eſt, quia loqui dominũ ad Oſee, & loqui dominum in Oſee, nõ omnino idẽ eſt. Nam loquitur dñs ad Oſee uel ad alium quempiam, cũ uerba ſua mittit per angelicã ſiue per quamlibet aliã ſpeciem: loquitur in aliquo, cũ ſine aliqua ſpecie extrinſecus apparente loquitur in corde eius per occultã ſuæ uirtutis inſpirationẽ. ¶ Sume (inquit) tibi uxorẽ fornicationũ, & fac filios fornicationũ. Vt nunc interim ſimplicẽ ſequamur literã, nõ culpandus eſt propheta, ſi meretricẽ cõuerterit ad pudicitiã, ſed potius laudãdus, ꝙ ex mala fecerit bonã. Non enĩ qui bonus ꝑmanet, ipſe polluitur, ſi malo ſocietur, ſed qui malus eſt, in bonũ uertitur, ſi boni exẽpla ſectetur. Hæc & his ſimilia multa dicta ſunt, & dici poſſunt in excuſationẽ uiri ſancti, nõ ſui libidini, ſed ſuperno imperio ſeruiẽtis, quo uidelicet iubente etiã eorũ quæ turpia uel inhoneſta uidentur nihil fieri turpe aut inhoneſtũ eſt. Cæterũ eis, qui cũ ſint ueritatis amatores, ſpiritũ ubiq̃ potius q̃ literam libenter amplectuntur, cito perſuaſum eſt, uel perſuaderi poteſt, quia nihil horũ, quæ hic de fornicationis opere ſcribuntur, geſtũ eſt corporaliter, ſed totũ ſpiritualiter, id eſt per uiſum ſiue per exceſſum. Neq̃ enĩ inauditum & inuſitatum eſt, ut uxorem duxiſſe filioſq̃ ex ea genuiſſe ſibi quiſpiã uiſus ſit factus extra ſenſus corporis, id eſt per exceſſum ſiue in uiſum noctis. Qnãtomagis ubi ſuperna uiſitatio prophetiam inſtituit, talium rerum imaginationes inſigniter per uiſum potuere celebrari? An non multa plura atq̃ prolixiora his continet Apocalypſis Iohannis, quæ omnia ſine dubio, ſicut teſtatur ipſe, in ſpiritu uidit & egit? Hic iam recte quæritur, quid nꝑus fuerit iſtis ſimilitudinibus, uel quomodo per iſtas ſimilitudines ipſe, q̃ in propheta loquitur, dominus in manu eiuſdem prophetæ aſſimiletur, ſicut ipſe teſtatur. Hoc etiam in ipſo dicens, & in manu prophetarũ aſſimilatus ſum. Itaq̃ iam nunc priuſquã literæ ſeriem percurramus, libet præmittere, quid ſecundũ iſtorũ ſimilitudinẽ cũ hominibus mirabilis deus ſit operatus, ut poſtmodũ cum ſingula ſimilitudinis facta uel dicta ſecũdum tempus prophetiæ diſſerimus, non incognita pariter myſteria proferamus. ¶ Vniuerſum genus humanum à ſocietate creatoris receſſiſſe, & recedendo fornicatum fuiſſe, quis neſciet? Recedere nanq̃ à creatore & ſeruire creaturæ, fornicari eſt. Nam & Pſalmiſta de huiuſmodi fornicatione, Perdidiſti (inquit) omnẽ, qui fornicatur abs te. Fornicariã ergo mulierẽ de ſibi ſumpſit, quãdo generationẽ auerſam adiit, generationem Chaldaicã, unde Abrahã eduxit. Ego enĩ (inqt) ſum deus qui ꝺduxi te de Hur Chaldeorũ. Cũ illo fœdus pepigit, habuitq̃ ex carne eius Iſrahel, id eſt ſemen dei. Filios dei, filios promiſſionis, ſed nihilominus pariter nati ſunt filij fornicationis, id eſt filij carnis, qui non ſunt filij dei aut filij promiſſionis. De qua nimirum diſtantia & Apoſtolus dicit. Non enĩ omnes qui ex Iſrael, hi ſunt Iſraelitæ, neq̃ qui ſunt ſemen Abrahæ omnes filij, ſed in Iſaac uocabitur tibi ſemen, id eſt non qui filij carnis, hi filij dei, ſed qui filij promiſſionis, æſtimantur in ſemine. Iſti & in Aegypto, ubi deos Aegyptios coluerunt: ſicut in multis ſcripturarum locis, & maxime in Ezechiele, exprobratur eis: palam fecerunt, ꝙ eſſent filij fornicationũ, & exinde fornicari non deſierunt. Nunquã tamen in gente illa defuit Ieſrahel, id eſt ſemẽ dei ſcilicet multi fidẽ habentes eius beati ſeminis, quod Abrahæ deus promiſit, & econtra filij fornicationum, id eſt filij carnis, ſemper ꝓſequentes ſemen dei, ſiue filios promiſſionis, non tantum donec interficeretur Naboth, qui hic dicitur Ieſrahel. Fuit enĩ Ieſrahelites, ſed & in perpetuũ. Hinc & Apoſtolus: Sed quomodo is qui ſecundũ carnẽ natus ẽ, perſequebat eũ qui ſecundũ ſpiritũ, ita & nunc. Deinde iterũ tẽpore nõ paruo inter poſito, id eſt poſt quadringẽtos & triginta annos, acceſſit deus ad illã mulierẽ fornicariã, & genuit filiã, q̃ diceret nõ cõſecuta miſericordiã. Dedit emĩ legẽ in mõte Syna, q̃ nõ uiuificaret, nec ad ꝓfectũ adduceret & inſtituit ſynagogã, de qua pro parte reproborũ, q̃ maxima extitit, recte dicas quã filia illa nõ eſt cõſecuta miſericordiã. Nõ enim (inqt Apoſtolus) per legẽ promiſſio Abrahæ, aut ſemini eius, ut hæres eſſet mũdi, ſed ꝑ iuſtitiã fidei, &c. Quam fidei iuſtitiã, quia nõ recepit illa filia, ideo non conſecuta eſt miſericordiam, imò conſecuta eſt iram. Lex enĩ irã operatur. Tertio deus ad fornicariã acceſſit, genuitq̃ turſus filiũ, i. ſermonẽ propheticum.

Fornicatio hominum a deo. Pſalm. 72

Gene. 2

Rom. 9

Ezec. 16 h

Gala. 4

Roma. 4

Prophetas eñ miſit, quoꝝ & ſcripturas utiliter legi addidit. Ad illa fornicaria nõ ſolũ non eſt à fornicationibus ſuis reuerſa. imò etiã cõtra ſemetipſam eſt diuiſa, & ecce iã fornicariæ
Czech, duæ factæ ſunt ex una, quaꝝ altera Oolla, altera in eiſdẽ prophetis dicitur Ooliba. Hæc diuiſio unius in duas tunc facta eſt, quando Samaria cũ decẽ tribubus recedẽs à domo Dauid regẽ ſuũ ſibi cõſtituit & pro deo uitulos aureos colẽs, Baali q̃q; cæterisq; deoꝝ portẽtis ſeſe proſtituit: & hæc eſt Oolla. Nam Hieruſalem cũ duabus tribubus Iuda & Beniamin, quæ & ipſa coluit Baal, ipſa eſt Ooliba. Ad iſtã quarto iã tẽpore deus acceſſit, qñ dei filius
Oſee. 3 de carne eius natus eſt ex utero uirginis. Huic nimirũ quodãmodo dixit. Dies multos expectabis me, nõ fornicaberis, & nõ eris uiro. Sed & ego expectabo te, q̃a dies multos ſedebunt filij Iſrael ſine rege, & ſine principe, & ſine ſacrificio, & ſine altari, & ſine Ephot, & ſine Theraphim. ¶ Igitur ut in manu prophetæ huius aſſimilaret dñs: Sume (ait) uxorẽ tibi fornicariã, & fac filios fornicationũ. Quare? Quia fornicans (inqt) fornicabitur terra à dño. Iccirco (inquit) fac filios fornicationũ. ut ſint in ſignũ & portentũ eoꝝ, q̃ acta, quæq; agenda ſunt inter gentẽ iſtã & me dñm patrum ſuoꝝ. Notandũ quippe, quia non tantũ dixerat, quia fornicabitur, ſed quia fornicans fornicabitur. Iccirco præmiſit fornicans, & deinde fornicabitur, ut ſit ſenſus. Quia gens iſta à deo ſuo, & fornicata eſt, & fornicatur,, nũc & amplius fornicabitur in poſterũ. Et ab hñ (inquit) & accepi Gomer filiã Debelaim, & concepit,
Gomer. & peperit filiũ Gomer conſummatã atq; perfectã in noſtra lingua. Debelaim palatas ſonat,. Eſt autẽ maſſa pinguium caricaꝝ, quas in morẽ lateꝝ figurantes, ut diu illeſæ permaneãt, calcant, atq; conpingunt, habentq; in eſu ſuauitatis uoluptatẽ. Ergo Gomer filiã Debelaim accepit (inquit) id eſt apud gentem prophetaui conſummatã ſiue perfectã conſummatione atq; perfectione uoluptuoſæ fornicationis poſt uitulos aureos & poſt Baalim. Genitum ex ea filium, uoca inquit Ieſrahel. Ieſrahel ciuitas erat Metropolis decem tribuum,
3 Reg. 7 de qua fuit, & in qua interfectus eſt Naboth. Ponitur ergo pro ipſo Naboth hoc nomẽ Ieſrahel. Et eſt ſenſus. Naboth quidem Ieſrahelites lapidatus & hominibus mortuus eſt, ſed mihi uiuit, & ad me ſanguis eius clamat, moxq; uindictam recepturus eſt, non ſolum de interfectoribus ſuis uerumetiam de illo, qui ſanguinis eius ultor fuiſſe uiſus eſt. Nam hoc eſt quod ait. Et uiſitabo ſanguinem Ieſrahel ſuper domum Iehu. Iehu nanq; interfecit domũ Ahab, dño iubente, propter peccatũ ſanguinis Naboth, ſicut prædictũ fuerat ad eum. Occidiſti inſuper & poſſediſti. Ac deinceps. In loco hoc, in qua linxerunt canes ſanguinẽ
Iehu. Naboth, lingent quoq; tuũ ſanguinẽ. Item: Canes comedẽt Iezabel in agro Ieſrahel. Cum
4 Regum. 9 ergo Iehu, nõ Ieſrahel, ſiue Naboth ſanguinẽ fuderit, imò interfectores eius ipſe interfecerit, quare ſuper domũ eius ille ſanguis Ieſrahel debuit uiſitari? Videlicet quia non ueracit zelo dei paruit, ſed propriæ cupiditati ut regnaret, deleta domo regis, p omnia ſeruiuit. Super hoc ſatis manifeſte conuincitur, quia uidelicet à peccatis Hieroboam nõ receſſit, uitulosq; aureos & ipſe coluit: quod non feciſſet, ſi uero zelo zelatus fuiſſet pro cauſa domini. Recte ergo & ipſe, uel domus eius reputatur inter occiſores Ieſrahel, id eſt perſecutores ſeminis dei, & uindicta peccati eiuſmodi, tã ex ipſo, q̃ ex cætero populo Ieſrahel requirenda iudicatur, & ita factũ eſt. Nam mortuo pro nepote eius Hieroboam, ſub quo hic Oſee pro
4 Regum. 15 phetare cœpit, ſuccedentem filiũ eius Zachariã, ſexto regni eius menſe occidit Sellum, regnauitq; pro eo, de alia ſtirpe generatus. Nec mirũ, q̃ ſubuerſa eſt domus Iehu, cum etiã regnũ domus Iſrael, hoc eſt decem tribuũ perinde deletũ ſit. Nam & occiſo Zacharia, qui fuit ultimus de ſtirpe Iehu, ſtatim reges Aſſyrij cœperunt Ruben & Gad, & dimidiã tribũ Manaſſe, quæ erat trans Iordanẽ & deinde paucis, id eſt. xl. &. ix. interiectis annis à Zacharia, quẽ occidit Sellũ (ut iam dictũ eſt) regnante Oſee anno regni eius nono, decẽ trib⁹ in captiuitatẽ ductæ ſunt. Hoc eſt quod ait. Et requieſcere faciã regnũ domus Iſrael, & in illa die conteram arcũ Iſrael in ualle Ieſrahel. Nã propter urbẽ Ieſrahel, quæ Metropolis
Quæſtio de Ieſrahel, erat Samariæ, campi ſunt & latiſſimi, & uallis nimiæ uaſtitatis, in qua commiſſo certamine ab Aſſyrijs cæſus. & captiuus ductus eſt Iſrael. ¶ Nunc quærere locus admonet, cur omiſſo proprio uocabulo Naboth, cum dicere poſſet. Et uiſitabo ſanginem Naboth Ieſrahelitæ. Maluit dicere. Et uiſitabo ſanguinem Ieſrahel, quod non hominis eſt nomẽ, ſed ciuitatis, & interpretatione ſuit Interpretatur nanq; (ut iam dictũ eſt) ſemen dei nõ

uni tan

uni tantū: ſed omnib⁹ cōmuniter congruit qui ſunt ſemen dei, homines dei, electi dei. Ad hæc dicimus: qa non ſolius Naboth uiſitandus erat, nec em̄ illū ſolū pſecuti ſunt Iezabel et Achab & cū eis inſana multitudo populi, ſed oēs pſequebantur & occidebant quos conſequebant qui erant ſemen dñi, q̄ pphetabant in noie dñi, q̄ loquebant uerbū dei. Hinc eſt illa fugientis Heliæ quęrela: Dñe pphetas tuos occiderunt, altaria tua ſuffoderūt, & relictus ſum ego ſolus & quęrunt animā meā. Quis uero neſciat ſanguineā eiuſdē Iezabel ia ſaniā ſub eiuſdē temporibus pfluxiſſe etiā inuidiā? Nā Athalia Iezabelis filia, mortuo filio ſuo Azaria: nupſerat em̄ Ioram regi Iudæ filio Ioſaphat, & filiū eius iam dictū Azariā interfecerat Iehu, irata & in ipſū ſęuiens dñm, ſurrexit & interfecit om̄e ſemen Regium, non utiq; abſq; fauore uel conſenſu principū, qui & pinde ſuis delinitū obſequiis atq; illaqueatum tenentes, Ioas regem, qui reſiduus fuerat, infignē occiderunt ad imperium eius Prophetam Zachariam, ſicut ſcriptum eſt: Cōgregati aduerſus eum, miſerunt lapides iuxta regis imperium in atrio domus dñi. Et non eſt recordatus Ioas rex miſericordiæ quā fecerat Ioiada pater illius ſecum, ſed interfecit filium eius. Qui cum moreretur, ait: Videat dominus & requirat. ¶ Itaq; iam dictus Helias cū fugitaret & latitans in ſpelunca, dicēti dño, q̄d hic agis Helia? quęrula rñſione diceret: Dñe altaria tua ſuffoderunt, & Prophetas tuos occiderunt gladio, & derelictus ſum ego ſolus & quærunt animā meā: egredere ait dñs, & ſta in mōte corā dño. Et ecce dñs tranſiuit, & ſpūs grandis & fortis ſubuertens montes, & conterēs petras ante dñm, Non in ſpiritu dñs. Et poſt ſpm̄ cōmotio, Non in cōmotiōe dñs. Et poſt cōmotionē ignis. Nō in igne dñs. Et poſt ignē ſibilus aurę tenuis, & ibi dñs. Nimiq; Prophetæ deſideranti aduentū ſaluatoris, qui peccata tolleret & iuſtitiā ſempiternā adduceret, quē & hic Oſee deſiderat atq; prophetat, tali oraculo præſignabat futura tam Iſraelis q̄ & Iudæ captiuitas, de qua & iſte non tacet Propheta: utriuſq; nanq; ſcilicet Iſraelis & Iudæ futura mala pronunciat, & de ſaluatoris aduentu neceſſaria noſtræ ſaluti (ficut ſequētia ſuis in locis declarabant) prædicit myſteria. Deniq; loquens illic ad Heliam dominus in ſpiritu grandi et forti ſubuertente montes et conterēte petras futuram captiuitatem ſignificat, de tem tribuum Iſrael quæ facta eſt à Salmanaſſar Rege Aſſyrioq; regnante Oſee: Non in ſpiritu (inquit) dñs, id eſt, nōdū finis, nōdū uenit Meſſias dñs qui expectabat. In cōmotione tranſmigrationē primam deſignat tribus Iuda, qua traducendus erat Ioachim rex Iuda in Babylonē cū quadraginta milibus nemine relicto exceptis pauperibus. Nō (inqt) in cōmotione dñs, id eſt, nondū finis, nondū ueniet dñs. In igne ſcdam captiuitatē Iuda & Hieruſalē uult intelligi, qñ rebellante Sedechia, iteq; uenit rex Babylonis et ſuccendit Nabuzardan princeps exercitus domū dñi, & domū regis omnēq; domū cōbuſſit igni, & muros Hieruſalē in circuitu deſtruxit. Non (inquit) in igne dñs, id eſt, nōdū tēplo exuſto et ciuitate deſtructa tēpus erit dominici aduentus. Et poſt ignē ſibilus aurę tenuis, & ibi Domin⁹. Sibulus aurę teuuis, occultus et ſecretus fuit aduētus dñi, quē quaſi de aura tenui, id ē, de ſpiritu ſancto Maria uirgo concepit. ¶ Fuerunt autē à prædicto turbine uſq; ad cōmotionē, id eſt, à captiuitate decē tribuū uſq; ad primā filioq; Iuda trāſmigrationē, anni circiter centumuigintiſeptē, q̄ ſupputant hoc mō. Anno ſexto Ezechiæ trāſtulit rex Aſſyrioq; Iſrael in Aſſyrios. Ipſe aūt Ezechias uigintinouē annis regnauit in Hieruſalē. Ergo regni eius reſidui erāt anni uigintiquatuor, q̄ cōiuncti cū q̄nquaginta q̄nq; annis filij eius Manaſſe ac duobus filij eius Ammon atq; xxx. uno Ioſiæ, ac deinde annis undecim Eliachim, q̄ dictus ē Ioachim, tādēq; tribus filij eius Ioachim, fiūt. Ab illa cōmotiōe uſq; ad ignē. i. a prima trāſmigratiōe uſq; ad tēpli & ciuitatis exuſtionē, fuere anni. xi. regni Sedechiæ. Ab illo igne ſiue captiuitate uſq; ad ſibilū aurę tenuē. i. Chriſti aduētū q̄t anni intereſſent, Danieli his uerbis reuelatū ē. Septuaginta hebdomadę abbreuiatæ ſunt ſup populū tuū & ſup urbē ſanctā tuā, ut cōſumet̄ p̄uaricatio, & finē accipiat peccatū, & deleat̄ iniqtas, & adducat̄ iuſtitia ſempiterna, & impleat̄ uiſio & pphetia, & ungat̄ ſanct⁹ ſanctoq; & cætera. Nimiq; eo tēdebat Helias, ut deleret̄ iniquitas p Chriſti aduentū, & adduceret̄ iuſtitia ſempiterna, q̄ tūc abundante iniquitate ſe ſolum relictū eſſe putabat. Igit quia per eadem tēpora, non ſolum Naboth occiſus, ſed & multorum Prophetaq; atq; iuſtoq; fundebatur ſanguis quē ſupna requrere deberet iuſtitia, recte nō propriū nomē Naboth, ſed id, q̄d ſcdm interpretationē cōmunę

1. Reg. 19

4 Reg. 11

2 Para. 24

3. Reg. 19

4 Reg. 7

4 Reg. 24.

4 Reg. 25

Sibilus auras tenuis.

Dauie. 9

mune eſt ponitur uocabulum Ieſrahel. Miroq; modo ita requirenda eſſe uindicta prænũciaſ, ut incipiat à iuſtiſſimis illius homicidæ populi, à capite regni ſanguinei, qualis tũc erat domus Iehu, quæ ſibi domũ Achab occidendo multum contuliſſe uidebatur, & nihilominus Idololatriã, quæ cauſa erat effundendi ſanguinis ſanctorũ exeq̃baſ. ¶ Sed & adhuc q̃riſ. Quid magnũ erat iter ꝓphetas aut iter iuſtos ille Naboth Iezrahelites, ut ex eiꝰ occaſione oẽs, q̃ interfecti ſuut iuſti, aut Prophetę ſignificarenſ hoc nomine Ieſrahel? Ad hoc reſpondemus: qa uere magnũ fuit & eſſe debuit memoriale interfectionis eius inter omniũ Prophetarũ aut iuſtorũ neces: quia taliter interfectus eſt, ut uel ante uel poſt ipſum, uſq; ad Chriſti dñi noſtri paſſionẽ, fere nemo præter dñm noſtrũ taliter uel tali ordine occiſus eſſe referaſ. Quid emꝫ? Dicenti ſibi Achab: Da mihi uineam tuam, ut faciã mihi hortum olerũ &cętera. Hoc tm̃ reſponderat. Propitius ſit mihi dñs ne dem hæreditatẽ patrum meorũ tibi. Pro hoc indignanti & uehementer irato ſuæ authoritatis ultionẽ pollicita Iezabel ſcripſit literas: prædicate (inquiens) ieiuniũ, & ſedere facite Naboth inter primates populi, & ſubmittite duos uiros filios Belial contra eum, & falſum teſtimoniũ dicant, bñdixit dominum & regẽ & educite eum & lapidate et ſic moriatur. Hoc modo hypocriſis deo odibilis pulchræ palliata inceſſit, ſpecioſo quaſi ordine iudicij, ut nõ tantum occideret quaſi uir iuſtus ab iniuſtis & deo aduerſantibus: ſed quaſi reus & blaſphemus, à iuſtis iudicibus fortiꝫ ꝓ deo zelantibus, legemq; ſanctã cuſtodientibus, ieiunantibꝰ, & animas ſuas in ieiunio humiliantibus, & p̃dicantibus ieiunemus ieiunemus: qa tm̃ nefas diebus noſtris audiuimus, ne forte cum blaſphemo pariter à terra deglutiamur, & talia ſcienter cũ iniqua machinantibus ſimulatione, ut muliebri ſatisfieret inſaniæ uel cupiditati furioſæ, Quantæ putas curę deo uidẽti hoc debuit eſſe? Quantum fuit in cœlo ſpectaculum, dum tam crudele cruorẽ ſitiendo callidi ſimulatores prędicarẽt uel celebrarẽt ieiuniũ? Bene ergo mors eius memorabilis eſt inter omnium Prophetarũ uel iuſtorum neces, ubi talis apparatus hypocritarũ, talis ſpectatur facies homicidarum. Adde quod in tali eius interfectione ſplendidiſſimus dominicæ Paſſionis typus eſt. Quid enim hic diſſimile? Verum quia myſterium hoc alio in opere noſtro latius tractauimus, nunc præterire libet. ¶ Hoc tantum hic prætereũdum non eſt: quia quod ait. Et in illa die conteram arcum Iſrael in ualle Ieſrahel. Spiritualiter ita factum eſt, ut omnis Euangelica uel Apoſtolica doctrina teſtis eſt. Arcus quippe Iſrahel, id eſt, omnis Fiducia carnalis Iudaiſmi, fiducia circũciſionis & cęremoniarũ, fiducia ſuperbi ſpiritus & ſanguinis, qua contra ipſum dominum gloriati ſunt dicentes: Pater noſter Abraham eſt, nos ex fornicatione non ſumus nati, unum patrem habemus deum, ſicut hodie cernitur, contrita eſt, & gloriari illis non licet: quia non ſolummodo contempta eſt eorum lex carnalis, ſed & ipſi captiui ducti ſunt in omnes gentes. Hoc totum factum ẽ in ualle Ieſrahel, id eſt, in humilitate ſeminis dei quod eſt Chriſtus. Nam per humilitatem paſſionis Chriſti, ſicut exaltatæ ſunt gentes, fidem eius recipientes: ita econtra deiecti atq; cõtriti ſunt Iudæi, contemnentes iuxta illud propheticum beatæ uirginis canticum: Depoſuit potentes de ſede, & exaltauit humiles. Sequitur L. Et concepit adhuc, & peperit filiam. & dixit. Voca nomen eius abſque miſericordia, quia non addam ultra miſereri domui Iſrael ſed obliuione obliuiſcar eorum, et domui Iuda miſerebor, & ſaluabo eos in domino deo ſuo, & non ſaluabo eos in arcu & gladio & in bello & in equis & in equitibus. Filia hęc magnum prioris ſentẽtiæ incrementum eſt. Prior nanq; ſententia hæc erat, & quieſcere faciam regnum domus Iſrael, & in illa die conteram arcum Iſrael in ualle Ieſrahel. Quod totum completum erat, ubi rex Aſſyriorũ (ſicut iã prædictũ eſt) præliando uictas duxit captiuas decẽ tribus Iſrael. Par illi malo extitit aliud qđ factũ eſt in Iuda, quando uenit rex Babylonis et ab eo capta ciuitate Hieruſalẽ, populus ille in Babylonẽ captiuus tranſmigrauit. Facta ẽ magna, iudice deo, captiuitatis utriuſq; differẽtia, ut ſcilicet captiuitas Iudæ poſt annos ſeptuaginta ſolueretur, captiuitas autem decem tribuum, nequaquam ultra ſolueretur. Hoc eſt quod ait: Quia non addam ultra miſereri domui Iſrael, ſed obliuione obliuiſcar eorum, et domui Iuda miſerebor, id eſt, decem tribuum captiuitatem non ſoluam, ſed Iudæ tranſmigrationem de Babylone reuocabo. Sed et per idem tempus, quando decem tribus in captiuitatem ductæ ſunt, miſertus eſt Dominus domui

Alteta queſtio de Iſrael ſeu Naboth

3. Reg. 21

Hypocriſis palliata

Arcus Iſrael contricus

Iohan. 8.

Lucæ. 1.

mui Iuda. Nã cũ ſexto anno regis Ezechiæ rex Aſſyrioꝝ Salmanaſſar tranſtuliſſet Iſrael 4Reg.18
itidem.xiiij. Ezechiæ aſcendit Sennacherib rex Aſſyriorũ ad vniuerſas ciuitates Iuda mu
nitas, & cepit eas, & uenit uſq; ad Hieruſalẽ. Venit autem angelus domini, & percuſſit in 4Reg. 6
caſtris eius.clxxxv. milia, & mãſit in Niniue. Cũq; adoraret
in templo Neſerach deum ſuum, Adramelech & Seraſar filij eius percuſſerunt eũ gla
dio. Itaq; ſi utrũq; tẽp⁹ miſericordię reſpicias ueraciter dictũ eẽ ppendis, & ſaluabo eos in
dño deo ſuo, & non ſaluabo eos in arcu & gladio, & in bello, & in equis & ineqtib⁹ De
niq; filij Iuda neq; nocte illa, qua percuſſa ſunt caſtra Aſſyrioꝝ, neq; tpe illo, q̃ de captiui
tate Babylonia ſoluti ſunt, contra hoſtes uel captiuatores ſuos arcũ tetenderũt, aut gladiũ
uibrauerũt, aut in equos aſcẽderũt: ſed illis quidẽ dormiẽtibus pcuſſit angelus dñi caſtra
Aſſyrioꝝ. Prophetis aũt orãtibus ſiue cæteris iuſtis hoĩbus, imò & angelis interuenienti Zach.i
bus (iuxta illud Zacharię, & rñdit angel⁹ dñi, & dixit: Dñe exercituũ uſq;quo tu nõ miſe
reberis Hieruſalẽ & urbiũ Iuda qbus irat⁹ es, iſte iã ſeptuageſimus annus ẽ) ſuſcitauit dñs
ſpm̃ Cyri regis Perſarũ, ut ꝓponeret ẽdictũ, daretq; libertatẽ aſcẽdẽdi in Hieruſalem & 1 Eſdræ.i
ædificandi domũ dñi dei in Iſrael. Ergo ſaluabo (inquit) eos in dño deo ſuo & nõ in arcu
uel gladio. ¶ Qd ſi q̃ris rõnẽ, uel iudicij æqtatẽ, cur dñs Iſraeli nõ miſeriet domui Iuda mi
ſereri debuerit: ſciendũ tibi eſt, magnam in regibus Iſrael, & regibus Iuda diſtantiam fu Diſtãtia inter
iſſe peccati. Regum quippe Iuda nonnulli iuſti fuerũt, uidelicet Dauid, Ezechias & Joſi regis Iſrael &
as, q̃ nullũ Idololatriæ peccatum admiſerunt, & Joſaphat quoq; niſi amicitias iniſſet cum regis Iuda
Ochozia rege Iſrahel, cuius opera peſſima fuerũt, ſed & cũ patre eius Achab. Vnde & ar
guit eũ Iheu filius Anani uidẽs, & ait: Impio prębes auxiliũ, & his q̃ oderũt dñm amicitia 2.Para.19
iũgeris. Cętero; quoq; nonnulli pœnitentiam egerunt, fecerũtq; q̃d placitũ erat corã dño
Atuero de regibus Iſrael nullus extitit q̃ faceret q̃d rectũ eſſet aut placitũ corã domino,
nullus omnino qui recederet à peccatis Hieroboam filij Naboth, qui peccare fecit Iſrael.
Oñes impœnitentes extiterunt, & peccata ſua defendentes uniuerſi, ſermonẽ dñi repule
runt. Vnde & in iſto Prophęta loqtur dñs. Ego ſcio Ephraim & Iſrael nõ eſt abſcõditus à
me. Quia nunc fornicata eſt Ephraim, cõtaminatus eſt Iſrael, nõ dabũt cogitatiões ſuas Oſee.5
ut reuertant ad deũ ſuũ. Itaq; cum tanta fuerit illis atq; illis diſtantia peccati, recte & ſnia in
utroſq; debuit diſpari ter dari. Igit̃ filia hæc recte uocat, abſq; miſericordia, qa nõ utcũq; ca
ptiuatus erat Iſrael, ſed abſq; relaxatõis miſericordia. Iuxta myſticũ intellectũ iti dẽ uera cĩ
ter ſpũs ꝓpheticus dicat: Reprobata qppe iam ſynagoga, claruit ueritas, q̃d filia illa nõ eſt
miſericordiã conſecuta, quæ tunc nata eſt, qñ (ut ſuperius iã dictũ eſt) deus ſcđo ad mulie
rẽ ſibi cõiungẽdã acceſſit, q̃ndo poſt. cccc. & xxx. annos à teſtamẽto confirmato legẽde
dit in Syna, & nata eſt ſynagoga miſericordiã nõ cõſecutura ſeruilis filia, noie q̃dẽ filia, ſed
meritis ancilla, foras mittenda. Syna em̃ (inqt Apl'us) mõs eſt in Arabia. Porro Arabia tẽ
poribus antiquis nõ illa, quę nunc nominatur, ſola erat, ſed ſolitudo & pars Aegypti non Gala.4.
modica, ubi eſt mons Syna, in quo data eſt lex. unde fuerat & Agar, q̃ ſignificat, uetus te
ſtamentũ. Cũ ergo dixiſſet: hęc em̃ ſunt duo teſtamenta, unum qdem à monte Syna, ad
didit in ſeruitutẽ generans quę eſt Agar, q̃ coniuncta eſt, uidelicet ſignificatione ei quæ
nunc eſt Hieruſalẽ, & ſeruit cũ filijs ſuis. Et ſubinde, cũ dixiſſet: ſed qũo tunc is q ſcđm car
nem natus fuerat, ꝑſequebat eum q ſcđm ſpũm: ita & nũc, protin⁹ ait: Sed qd dicit ſcriptu Gene.21.
ra? Eĳce ancillã & filiũ eius. Nõ em̃ hæres erit filius ancillæ cũ filio liberæ. Igit̃ filia iſta, q̃
& ancilla, non eſt miſericordiam conſecuta, ſicut iam tunc re nõ parua ſignificatũ eſt, qñ
filiorũ eius corpora in deſerto proſtrata ſunt, & in illã repromiſſionis terrã nõ introierũt. Il
lud nemo qui neſciat aut neſcire debeat: quia fideles oñes & electi, qui ex eodẽ populo Num.14
non ad filiã hãc ptinuerunt: ſed ad priorẽ filiũ ſcilicet Ieſrahel, id eſt ſemen Dei. Sequitur

¶ Et ablactauit eam quę erat abſq; miſericordia, ℣ concepit ℣ peperit filiũ, ℣ dixit: Voca nomẽ eius nõ populus meus: quia uos nõ populus meus ℣ ego nõ ero ueſter deus. Iam nata fuerant duo infelicitatis incremẽta. ſ. filius & filia. Filius uidelicet, ut captiuus duceret Iſrahel. Filia, ut eadem non ſolueret captiuitas. Nam Ieſrahel q̃dẽ ſecun dum ſe filius bonus eſt, ſed ſcđm id quod requirebat ſanguis eius, malũ illi populo extitit. Filia uero ablactata perpetuitas eſt captiuitatis, cui nulla infunditur lactis alimonia, nulla

conſola

Sūma Iudæoꝝ miseria.

consolatio de captiuitate soluenda. Quid tandē uult tertius iste filius? Quid per hūc intelligere debemus, nisi illud quod nomine suo personat, quod est non populus meus? Maximū quippe hoc miseriaꝝ est incremētū, ut ppls captiuus, idēq; nullū habēs prefixum soluendæ captiuitatis tempus, dicatur, & fit quod dicitur à deo, non populus meus. Nā si captiuus quidē esset populus, & corporalis eius captiuitas nunq̄ solueretur, non tamen etiā secundū animā à deo proꝛcereť, esset tolerabile malū, & magna ex parte bene se haberet status siue casus captiuoꝝ temporaliter gementiū. Nunc aūt malū inremediabile est: quia corpora uisibilis Assyrius cœpit & tenet, animas aūt inuisibilis Assyrius decipit & possidet. ¶ Dicat nunc aliquis: Quid ergo dei fiet de ꝓpositō? Proposuerat nanq; deus & promiserat Abrahæ, de semine eius populū sibi adducere innumerabilem sicut stellas cęli, & inito fœdere firmauerat quod esse deberet deꝰ eius & deus seminis eius. Suspice (inquit) cęlū, & numera stellas si potes. Et dixit ei. Sic erit semen tuū, & continuo sequitur: Credidit Abraham domino, & reputatū est illi ad iustitiā. Item & alibi loquitur ad eū idem deꝰ. Et statuā pactū meū inter me & te & inter semen tuū post te in generationibus suis fœdere sempiterno, ut sim deus tuus & seminis tui post te. Quid ergo erit, cū illic dixerit, vt sim deus tuus & deus seminis tui post te. Hic autē dicat: quia uos nō populus meus, & ego non ero uester deus? Aut quō cōplebitur de semine eius splendidus electoꝝ numerus secundū numeꝝ stellaꝝ cęli, cū illic quidē dixerit, sic erit semen tuū numerosum ficut stellæ cęli. Hic autē potius harenæ maris assimilet eos quàm stellis cæli? Sequitur enim & dicit: Et erit numerus filioꝝ Israhel, quasi harena maris, quę sine mensura est, & nō numerabiť. Denīq; aquatica maris harena multū disparať à stellis cęli fulgidis, & hoc ipso quod sine mēsura esse, & non numerari dicitur hic, repulsam uehementem sonat Israhelis quod nec mensuram donationis cuius q̄ habeat, nec numeretur in conspectu dei. Quid ergo fiet, ut iā q̄ rere cępimus, de ꝓposito dei? Nunquid excidit uerbū dei? Non utiq;, sed habita considerationē uerbi dei ꝓmittētis Abrahę diffinitionē siue determinationē teneamꝰ seminis eiusdē Abrahę. Non em̄ (inquit Apl'us) oēs qui ex Israhel hi sunt Israhelitę, neq; qui sunt semen Abrahæ oēs filij: sed in Isaac uocabiť tibi semen, i. non qui filij carnis, hi filij dei, sed qui filij sunt ꝓmissiōis, æstimanť in semine. Ergo undecūq; ueniat, ubicūq; uel qcūq; sint habentes fidē ꝓmissionis, quę (sicut iam dictū est) ad iustitiā reputata est ipsi Abrahæ, sine dubio reputanť in semine. Et idcirco apostatantibus carnalibus Israhelitis recte quæranť alij, de quibus impleať propositū dei. Sequit ergo. **Et erit in loco vbi dicetur eis, nō populus meus vos dicetur eis, filii dei viuentis, & congregabuntur filii Iuda & filii Israel pariter, & ponent sibimet caput vnum, & ascendent de terra, quia magnus dies Israel.** Locū hunc p semetipsum satis illustrem aut horitas apostolica, clarius illustrauit, cū post prædictā determinationē seminis Abrahæ paucis interpositis, ait: Volens deus ostendere iram, & notā facere potētiā suā, sustinuit in multa patientia uasa irę apta in interitum, ut ostenderet diuitias gloriæ gratiæ suæ in uasa misericordiæ, q̄ præparauit in gloria, quos & uocauit nos non solum ex Iudæis sed etiam ex gentibus, sicut in Osee dicit: Vocabo non plæbem meā, plæbem meam: & non dilectam, dilectā, & non misericordiam consecutam, misericordiam consecutā. Et erit in loco ubi dictū est eis: non plæbs mea uos, ibi uocabuntur filij dei uiui. His uerbis uehementer atq; diligenter astruit prophetiā hanc esse diligentibus assumendis, in locum eoꝝ qui secūdū carnē essent ex Israhel aut semen Abrahæ indurati, & fidem non habentes exciderunt. Porro de illis qui ex gente illa saluantur aut saluādi sunt continuo subiūxit: Esaias autem clamat pro Israhel. Si fuerit numerus filioꝝ Israhel, tanq̄ harena maris, reliquiæ saluę fient. Nimirū tali serie uel processu uerborum electos ex gentibus, & saluatos siuē saluandos ex Israhel in unū cōiungit Christum docens quod indifferenter tam illi quam isti propter fidem seminis Abrahæ, quod ē Christus, oēs semen Abrahæ sint, atq; id esse quod hic propheta nunc dicit. Et congregabūtur, filij Iuda, & filij Israhel pariter, & ponent sibimet caput unū, & ascendent de terra, quia magnus dies Israhel. Hoc denīq; sic fieri cęptum est, filij Israhel, scilicet Apostoli, qui tam secundum carnem q̄ secundum fidem filij sunt Israhel, congregati sunt cū filijs Iuda, id est, cum electis ex gentibus, quos ad fidem & confessionē Christi perducendo fecerunt

Romano. 9

Vbi supra declaratio prophetæ p apl'm

Quęstio de fœdere dei cum Abraham. Genesis. 15

Genesis. 17

cerunt filios Iuda, congregati ſunt pariter in unitatem fidei, ita ut nō ſit (ſicut ap'lus ait) diſtinctio Iudæi & Græci. Et poſuerunt ſibimet caput unū, illū uidelicet unū, de quo ap'lus ait. Igitur ſicut per unius delictū omnes homines in condemnationē, ſic & per unius iuſtitiam oēs homines in iuſtificationē uitæ. Sicut eñ per inobedientiā unius hominis peccatores cōſtituti ſunt multi, ita & per unius obedientiā iuſti cōſtituētur multi. Iſto capite poſito ſibimet, aſcendēt (inquit) de terra, ut iam nō ſapiant aut querant terrena, qa magnus dies Ieſrahel, Magnus dies & magna illuſtratio ſeminis dei, quod eſt Chr̄us ſeminis (inquam) reſurgentis ex mortuis, cū quo cōreſurgentes utiq; aſcendūt de terrra, faciēdo qđ idē ap'lus ait. Si conſurrexiſtis cū Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite. Vbi Chriſtus eſt in dextera dei ſedens, quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terrā. Mortui eñ eſtis, & uita ueſtra abſcōdita eſt cū Chriſto in deo. Sic nimirū prima aſcenſione facta, quæ eſt reſurrectio prima, tā dem aſcendent corpora quoq; de terra, quæ erit reſurrectio ſecunda, & ſequentur caput ſuū, ſicut membra capiti cōiuncta, & ſicut ipſe Chriſtus pulchre ſatis breui expreſſit ſignificationem, dicēdo. Vbicunq; fuerit corpus, illuc congregabūtur & aquilæ. Taliter loquendo in propheta ſpūs ſanctus, miro modo & ſalutis gentiū prophetiam magna ex parte patentem fecit, & nihilominus ipſis Iudæis ſiue carnali Iſraeli, qui gentium ſemper odore ſalutem, literam amabilē reddidit. Quid eñ libentius audirent illi, q̄ quod hic dicitur, & cōgregabuntur filij Iuda, & filij Iſrael pariter, & ponent ſibimet caput unum, & aſcendent de terra? Iamdudū quippe magnū illud diſcordiæ malū acciderat inter Iſrael & Iudam ut ſcinderetur regnum, & diſcederent decē tribus à domo Dauid, & in duo regna diuiſi Iſrael, & Iudas, nōnunq̄ hoſtilibus quoq; cōtra ſeipſos conflixere prælijs: Hæc autē litera hoc illis prophetare uidetur, quod aliquādo rurſum congregādi ſint in unum, Iſrael & Iudas, & ſub uno rege fœderati, aſcendere debeant de terra, ad pugnandū & ſubiugādū ſibi regna orbis terrarū multo fortius atq; bellicoſius q̄ fecerunt regna illa, quibus hactenus ipſi ſerui erunt, uidelicet Babylonium, Perſicū, Macedonicū, atq; Romanū. Igitur etiam adhuc literam propheticam libenter cuſtodiunt, & ignorantes utilitati gentium ſeruiunt, teſtimonia noſtra iugiter ferendo ſecū. Nunc ad ipſos uocationis illius miniſtros, per quos uocandi erant filij dei uiuentis de loco, ubi dicebatur eis, nō populus meus uos, Apoſtropam facit ſermo propheticus, & dicit. L Dicite fratribus veſtris, populus meus, & ſorori veſtrę miſericordiam conſecuta. J Fratribus ueſtris inquit. Quibus fratribus aut ubi manētibus & unde uenientibus? Nimirum fratribus Abrahæ fidē habētibus, undecūq; ueniāt, ubicūq; ſint, q uacūq; ex gente originē ducāt, ſiue Iudæi, ſiue Græci ſint. Fratribus ueſtris & ſorori ueſtræ, id eſt tantūmodo illis qui ueri ſunt Iſrahelitæ: his qui nō in ritus gentium tranſierūt, uel qui ritus gentiū & culturā idolorū deſeruerūt. Illos agnoſcite fratres, & illorū eccleſiā agnoſcite ſororē ueſtrā, & illos fratres appellate populū meū, & illā ſororē ueſtrā nuncupate miſericordiā cōſecutam. Porrò de fratribus ueſtris qui ſunt cognati ueſtri ſecū dū carnē, et de ſorore ueſtra carnia ſynagoga triſtitiā incōſolabilē ne habeatis, q̄ dixerim ego fratribus illis, nō populus meus uos, et ſorori illi, nō cōſecuta miſericordiā: ſed triſticiā, quam uobis magnā eſſe dicitis, & dolorē qui cordi ueſtro cōtinuus eſt, cōſolamini bona recōpenſatione, qa ſi fratres ueſtri ſecundū carnē iā non ſunt populus meus, & ſi ſoror ueſtra carnea nō eſt miſericordiā cōſecuta: ecōtra q̄ nō erat plebs mea, nūc uocat & eſt plebs mea: & q̄ nō erat miſericordiā cōſecuta, nūc uocatur miſericordiā cōſecuta. Deniq; & hūc uerſiculū, dicite fratribus ueſtris populus meus, & ſorori ueſtræ miſericordiā cōſecuta: ptinere ad uocationē gentiū ap'lus innuit, qui nō ſolūmodo p̄cedētē uerſiculū pro teſtimonio ſumpſit, & erit in loco ubi dictū eſt eis, nō populus meus uos, ibi uocabūtur filij dei uiuētis uerū etiā ſenſum huius p̄miſit dicēdo, uocabo nō plebē meā, plebē meā, & nō miſericordiā cōſecutā, miſericordiā cōſecutā. Sequit. L Judicate, matrē veſtrā iudicate quoniā ipſa nō vxor mea, & ego nō vir eius. Auferat fornicationes ſuas a facie ſua, & adulteria ſua de medio uberū ſuorū, ne forte expoliem eā nudā, & ſtatuā ſecundū diē natiuitatis ſuę. L Iam ſupra diximus in manu prophetæ huius aſſimilatū eſſe dñm, id eſt prophetā ſemel & iterū, & tertio accedētē ad mulierē fornicariā, ſicut iā dictū eſt, & deinde adhuc iuſſum diligere mulierē dilectā amico & adulterā, ad quod nondū peruentū eſt, locus eñ hic

Roma. 3, 10.
Roma. 5
Colloſſ. 3
Math. 24
3. Reg. 12
CAP. II
Roma. 9

adhuc inferius eſt, ſimilitudinẽ gerere dñi, qui ad gentẽ illã ſemel & iterũ ac tertio acceſſit. Primo teſtamentũ ſuũ cõfirmãdo cũ Abrahã, deinde dãdo legẽ in mõte Syna, deinde mittendo prophetas, deinde carnẽ aſſumẽdo ex ipſa. Sed & hoc dictũ eſt, qa cũ prius fuiſſet q̃ſi mulier una, id eſt gens una, facta diuiſione & decẽ tribubus à domo Dauid recedẽtibus, iã duæ mulieres habentur, quæ & in prophetis ambæ ſuper fornicationis ſcelere arguũtur, di
Ezech. 23 citurq; altera Oolla, q̃ eſt Samaria: Altera Ooliba, q̃ eſt Hieruſalẽ. Apud Oollã propheta iſte prophetabat, eratq; de tribu Iſachar. Ergo Oolla, ſecundum carnem mater huius erat, ſicut Amos, & ſicut Abdiæ, multorumq; aliorum, qui ſub eiſdẽ temporibus prophetauerunt. Porrò prophetãtibus illis, mater illa nihilominus fornicata eſt, nec ceſſauit à fornicationibus ſuis, nullus em̃ omnino ex regibus eius receſſit à peccatis Hieroboã. Igitur iã pacta ſimilitudine, q̃ adminiſtrata eſt in pſona prophetæ, palã arguitur Oolla, id eſt tota gens decẽ tribuũ ſiue metropolis Samaria. Iudicate (inqt) matrẽ ueſtrã, iudicate. O uos (inqt) prophetę, o uos omnis Iſrael, id eſt ſemẽ dei, qd in hoc meo decreto reprehẽditis, quid in hac mea ſentẽtia titubatis? An, qa mater ueſtra eſt domus Iſrael, ſup quã locutus ſum, qa non addã ultra miſereri ei, ſed obliuione obliuiſcar eorũ: domui aũt Iuda miſerebor, uos offendimini & iudiciũ hoc cõuerti cupitis? Ecce uoſipſi cauſas appẽdite, uoſipſi iudicate, utrũ aliter debeat fieri. Vultis uos. uult ipſa ut addã miſereri illi? Ecce preſtò ſum, dũmodo unũ faciat. Quid illud eſt? Auferat fornicationes ſuas, id eſt fornicari deſinat. At illa hoc nõ audit fornicari nõ definit. A erte ſi qd habetis, proponite quippiã pro illa, in quo poſſit iuſtificari aut defendi. Ex quo agẽte Hieroboã, me uirũ legitimũ cõtempſit, & uitulis aureis ſuccubuit. Nũqd fornicari deſiit? Quo tẽpore aut quo ſub rege quieuit? Nimirũ nõ ita ſoror eius Ooliba pſeueranter fornicata eſt, nõ (inquã) ſoror eius domus Iuda pſeueranter inſaniuit, quãuis multũ ad tẽpus inſanierit. Diebus Ezechię, diebus Ioſię, & nõnũq; ſub aliis quoq; regibus fornicationes ſuas abſtulit, Iudicate igitur, utrũ huic ita, ut ſorori eius iã dictæ domui Iudæ, debeã miſereri, & ita hãc liberare ab Aſſyrijs, ſicut captiuitatẽ illius de Babylone reuocare decreui. Hanc ipſam ppẽdite cauſam inter eandẽ matrẽ ueſtrã & locũ illũ, de q̃ dixi & erit in loco ubi dicitur eis, nõ populus meus uos, dicetur eis, filij dei uiuẽtis. Denicq; locus ille gentilitas eſt, & illa auferet fornicationes ſuas: ueſtra aũt mater non abſtulit, nec auferre uult fornicationes ſuas. Itaq; & in hoc illã iudicate, & iuſte iudicate qa cũ ſuis fornicatiõibus nõ debet in domo mea pmanere, & ecõtra q̃ fornicationes ſuas dimittit, nõ eſt cur à me deo beat repelli, cũ ego nõ tantũ Iſraelis & iudæ, ſed etiam cæterarũ gentiũ æque creator ſim.

¶ Notandũ, quãta cũ circũſpectione fornicationes auferri pcepit, ſecundũ pſonã uel geſtus mulieris fornicatricis, dicẽdo, auferat fornicationes ſuas à facie ſua, & adulteria ſua de medio
Canti. 1. uberũ ſuorũ: Faciẽ pro oculis, mediũ uberũ pro corde poſuit, In medio nãq; uberũ locus cordis eſt. Vnde & in canticis caſta ſponſa dicit. Faſciculus mirrhæ dilectus meus mihi, inter ubera mea cõmorabitur. Duobus iſtis ſcilicet corde & oculis inundatio fornicationis hauritur & deinde corpus incõtinẽs ad actũ libidinis uelut magno torrentis impetu ppellitur. Primũ per oculorũ uel uſus cæterorũq; ſenſuũ ç oẽs in facie ſunt, feneſtras mors ingreditur, & captiuata mente fornicatio, ſiue adulteriũ conſequẽter actu pagitur. Poteſt aũt p faciem fornicatio corporalis, & per adulteriũ qđ in medio uberũ eius eſſe dicit, ſpiritualis corruptio recta intelligi: quia uidelict utroq; modo gens illa peccaſſe redarguitur in ſcriptu-
Nume. 25 ris. Exempli gratia. In uno eodemq; peccato Beelphegor, & ſpiritualiter à deo fornicatus
Pſalm. 105 eſt Iſrael, & corporaliter cum filiabus Madianitarũ cõmixtus eſt. Illæ em̃ uocauerũt eos ad ſacrificia ſua, & initiati ſunt Beelphegor, & comederũt ſacrificia mortuorũ. Ne forte inqt expoſitẽ eã nudã, & ſtatuã eã ſecũdũ diẽ natiuitatis ſuę, & ponã eã q̃ſi ſolitudinẽ & ſtatuã eã uelut terrã inuiã, & interfictã eã ſiti. Nimirũ hoc idem eſt, ac ſi dicat. Ne faciã qđ locutus ſum ne adimpleã filiorũ & filiæ q̃s mulier fornicaria Gomer filia Debelaim pſcripta uiſione peperit, pphetico pſagio. Quæſtio de p-deſtinatione dei.

¶ Sed nũqd fixũ nõ ẽ, & infectũ eę poteſt q̃d locutus ſum dicens, & quieſcere faciã regnũ domus Iſrael, & nõ addã ultra miſereri domui Iſrael, & uos nõ populus meus & ego nõ ero ueſter deus? Quid ergo ſibi uult qđ iterũ reuocat dicẽs auferat fornicationes ſuas, addensq; ne forte faciã ei hæc uel illa q̃ locutus ſum? Huic nõ diſſimi-
Daniel. 4 lis eſt, qđ cũ data iã eſſet ſentẽtia ſup Nabuchodonoſor regẽ, ita ut diceret Daniel. Hæc eſt

inter

interpretatio ſentẽtiæ altiſſimi, q̃ uenit ſup dñm meũ regẽ, eĩciẽt te ab hoĩbus, & cũ beſtĩs ferisq; erit habitatio tua, & c. ait idẽ Daniel. Quãobrẽ rex cõſiliũ meũ placeat tibi, & peccata tua eleemoſynis redime, & iniq̃tates tuas miſericordĩs pauper, forſitan ignoſcat deus delictis tuis. Quid ꝙ hæc animaduertere debemus, niſi qa in arbitrio nr̃o eſt, utrũ ſnĩam ſuã ſuſpẽdere debeat, aut nõ debiat deus? Nõ em̃ aut deo mala nr̃a imputare, aut fata nobis dominari (q̃d demẽtiſſimũ & impiũ eſt) putare debemus. i. non qa deus hoc p̃ſciuit aut p̃dixit: iccirco uenit malũ hoc, aut illud, ſed qa malũ futuꝝ uel faciendũ erat: iccirco & p̃ſciuit & ſnĩam ſup illud p̃fixit deus. Si igitur q̃ras q̃re ſentẽtiã irreuocabilẽ p̃fixit deus, rñdendum, qa malitiã incorrigibilẽ p̃uidit deus. Itẽ ſi q̃ras, q̃re poſt datã ſentẽtiã de correctiõe cõſulit de⁹. Rñdendũ, qa ut experimẽto ſciam⁹ incorrigibiles eẽ: iccirco, q̃ q̃ nõ reuerſuros, expectat & ꝙ multã patiẽtiã illos ad pœnitẽtiã inuitat de⁹. Igitur undiq; circũſpectus, & oculis pro uidẽtiq; plenus, ſermo propheticus ſic loquitur. Auferat fornicatiões ſuas à facie ſua, & adulteria ſua de medio ubeꝝ ſuoꝝ, ne ſorte expoliẽ eã nudã. ¶ Quare aũt nõ dixit, ne expoliem, & denudẽ eã: ſed ne expoliẽ (inq̃t) eã nudã? Aut qũo expoliari p̃t, ſi iã nuda ẽ? Poteſt q; dẽ ſic intelligi dictũ, ne expoliẽ nudã, ac ſi diceret, ne expoliãdo faciã nudã. Verũtamẽ ſic meli⁹ placet ſentiri, ꝙ & iã nuda fit, & adhuc habeat q̃ poſſit expoliari. Eſt em̃ nuditas duplex ſiue gemina, altera uiſibilis, altera inuiſibilis. Deniq; nuditas inuiſibilis eſt, dũ nudatur anima intus, gloria uel gratia dei, ſecundũ quã ſcriptura ſancta de eadẽ gente dicit. Videns Moſes populũ ꝙ eſſet nudus, ſpoliauerat enĩ eũ Aaron propter ignominiã ſordis, & inter hoſtes nudũ cõſtituerat. Dixit enĩ hoc propterea, qa fecerãt & adorauerãt uitulũ. Et ſicut pſalmus dicit. Immutauerũt gloriã ſuã in ſimilitudinẽ uituli comedẽtis fœnum. Nã iccirco ſpoliati erãt dei auxilio, imò & proinde dixit deus, ut diſpderet eos, ſi nõ idẽ Moſes ſtetiſſet pro illis in cõſpectu eius, corde cõfracto & cõtrito. Nuditas niſibilis eſt, qñ exterior q̃q; tollitur ornatus, exterior felicitas, qualis inter cætera maxime extitit gẽti illi ciuitatis Hieroſolimæ, & templi, qd in ea condidit Salomon, quẽdã ſingularis gloria. Nimirũ cũ propheta hic iſta loqueret, nuda iã erat Samaria ſiue decẽ tribus nuditate illa, de qua (ut iã dictũ eſt) ſcriptura dixit. Videns Moſes populũ ꝙ eſſet nudus, &c. Hoc enim tũc factũ & dictũ eſt ꝓpt ſcelus unius uituli cõflatilis. Hic aũt regnabat peccatũ Hieroboã ſup eos in duobus uitulis aureis. Et qa taliter fornicaria gens ſemetipſam nudauerat auxilio uel gratia dei, profecto merebat ſpoliari etiã uiſibilibus & tẽporalibus bonis, id eſt cũctis terræ illius opibus, q̃s cõtulerat illi deus, prior & legitimus uir. Ait ergo. Ne forte expoliẽ eã nudã. Ac ſi dicat: Ne forte auferã illi cultũ gloriæ tẽporalis atq; uiſibilis, ut in oculis hominũ expoliata ſit, q̃s ſolos erubeſcere nouit, propterea qa iã nuda eſt in oculis meis, & illã nuditatẽ nõ erubeſcit. Additq; cõtinuo. Et ſtatuã eã ſecundũ diẽ natiuitatis ſuæ, & ponã eã quaſi ſolitudinẽ, & ſtatuã eã uelut terram inuiam, & interficiã ſiti. Quis fuit dies natiuitatis fornicariæ illi⁹? Nimirũ dies uel tẽpus qñ in Aegyptũ deſcẽderunt patres eius, & peregrini facti ſunt in terra nõ ſua, ab ea q̃ illis promiſſa fuerat, filĩ Iacob propter ſcelus in fratrẽ ſuũ Ioſeph, quẽ uẽdiderũt. Nã iccirco & famẽ uocauit deus ſup terrã, qa Ioſeph ab illis in ſeruũ uenũdatus eſt, & iccirco in Aegyptũ deſcẽdẽtes peregrini facti, & iuſtq; iudice deo pmittẽte, ſeruituti ſubacti ſunt. Ibi nata eſt iſta fornicaria mulier, quia ibi germinantibus & multiplicatis filĩs Iſrael, gens dẽ pauciſſimis hominibus facta eſt. Et qualis iſta, de qua nunc agitur, ibi nata ẽ? Vtiq; nuda nuditate utraq;, de qua iam dictum eſt. Nam quod bonis exterioribus & omni felicitate terrena, tunc in illo exortu ſuo nuda fuerit, fere nemo neſcit. Neq; enim aut regnũ aut principatũ aliquem tunc habebat, nec in aliquo ſeculi huius honore gloriari poterat, quãdo ſub flagellis & uerberibus, in luto & latere talibus & tot dominis illudẽtibus ſeruiebat. Porrò quod gloria quoq; dei patrum ſuoꝝ nuda fuerit, in eiſdem natalib⁹ ſuis quis neſcit? Seruiebat enĩ dñs quoq; monſtrofis dominoꝝ ſuoꝝ & Aegyptiorum, iuxta illud propheticũ Ezechielis teſtimoniũ. Filĩ hominis, duæ mulieres filiæ matris unius fuerunt, & fornicatæ ſunt in Aegypto, in adoleſcentia ſua fornicatæ ſunt ibi, ibĩ ſubacta ſunt ubera earum, & fractæ ſunt mammæ pubertatis earum. Nomina autem earum Oolla maior & Ooliba ſoror eius. Et habui eas, & pepererunt filios & filias, & reliqua Igitur ſecundũ diẽ natiuitatis ſuæ ſtatuam illam, cum dixit, quid ſubaudiendũ eſt, niſi (ut iam præmiſerat) nu-

Duplex nuditas.

Exodi. 32

Pſa. 105.

Nuditas filiorum Iſrahel in Aegypto.

Ezech. 23

dam & expoliatam, nudam à gloria unius dei, expoliatam à rebus uel honore regni, omnisq; potentiæ tẽporalis, ſicut erat quando in Aegypto ſeruiuit. Et nota quam proprie ſub iunxerit adhuc, & ponam eam quaſi ſolitudinẽ: & ſtatuam eam uelut terram inuiam, & interficiam eam ſiti. Nõ dixit, & ducam eam per ſolitudinẽ & per terram inuiam, quod fecit tunc poſt diem natiuitatis eius, quando eduxit illam de terra Aegypti, ſed ipſam ponam (inquit) quaſi ſolitudinẽ, & ipſam ſtatuam quaſi terram inuiã, ut ipſa ſolitudo & terra deſerta ſit ue inuia ſit: Deſerta à deo, inuia & ſolitaria ſcilicet & omni deſtituta ſanctorũ angelorũ frequentia, & Michaelis quondã principis ſui peruigili præſidio. Item nõ dixit, & ſatigabo eã ſiti, quod ſitidem tunc factũ eſt, quando poſt eundem diem natiuitatis eduxit illam de terra Aegypti, ſed interficiam eam (inquit) ſiti, ut iam non bibat de petra, quæ uirga crucis percuſſa eſt, cuius in typũ tunc illi aquas largiſſimas fudit petra inanimata. ¶ Addidit adhuc.

In filios damnatio materna

L Et filiorum illius non miſerebor, qm̃ filij fornicationum ſunt. ⌋ Filij à matre hoc differunt, quo ab inuentore maliciæ imitatorẽ eius differre perſpicuũ eſt. Nam ſicut in bonam partẽ mater eſt anima, quæcunq; ex ſpiritu dei uerbũ ueritatis concepit: Filius autem uel filia quæ ex ore illius, audiendo uerbũ doctrinæ proficit. Sic in malã partẽ anima quælibet malorũ adinuentrix mater, & qui ab illa decipitur, filius eſt. Ergo in populo illo fornicaria mater ſynagoga eſt, & qui ab ipſa decipiuntur, populares filij ſunt. Quãuis aũt plus damnationis ſit matri eiuſmodi q̃ filijs, tamen quia parum diſtat in uitio decipere & decipi poſſe, recte & in filios effunditur materna damnatio, dũ dicit, & filiorũ eius non miſerebor.

Sapien. 12.

Quare? Quoniam filij (inquit) fornicationũ ſunt. Quod idem eſt ac ſi dicat, quoniam & ipſi incorrigibiles ſiue immutabiles ſunt. Nam de talibus ſapientia loquens, cũ dixiſſet: ſed parcentibus iudicãs dabas locũ pœnitentiæ. Continuo ſubiunxit. Nõ ignorãs quomodo iniqua eſt natura eorum, & naturalis malitia ipſorũ, & quod non poſſit mutari cogitatio illorũ in perpetuũ. Semen em̃ erat maledictũ ab initio. Totum hoc exprimitur hic breuiter per hoc dictũ, quoniam filij fornicationũ ſunt, ut uidelicet ſubaudias quod iniqua natio eorũ, & naturalis malitia ipſorũ, & quod non poſſit mutari cogitatio ipſorũ in perpetuũ, & quod ipſi æque, ut Amorræi & Ethei ſemen maledicti ſunt. Nec uero huiuſmodi dictis culpatur naturo quã deus creauit, ſed uehementiſſime redarguitur abuſio naturæ, eo q̃ accidens malitia per cõſuetudinẽ in naturã uerſa ſit. Iuſta ergo ratione ſententiã defendit, qua dixerat, & filiorũ eius nõ miſerebor, dicendo, qm̃ filij fornicationũ ſunt. Nihilominus & eandẽ rationẽ cõfirmat ſermo dei cõcertator inſuperabilis, ſubiungẽdo, L Quia fornicata eſt mater eorum. ⌋ Meminiſſe nãq; debemus, qa præſens locus iudicatio eſt inter fornicariã & amatorẽ eius quondã deũ, ab eo quod ait. Iudicate matrẽ ueſtrã iudicate. Dederat nãq; illi optionẽ ſiue libertatis arbitriũ, dicẽdo: Auferat fornicatiões ſuas, ſubauditur, ſi uelit mutari ſniam, qua dixi, q̃niã ipſa nõ uxor mea, & ego nõ uir eius. At illa ptinaciter pſeuerat in fornicationibus ſuis, & adulteria diligit. Sequitur ergo: L Et confuſa eſt que cõcepit eos, quia dixit: Vadam poſt amatores meos, qui dant panes mihi, & aquas meas, lanam meã & linũ meũ, oleum meũ, & potũ meum. ⌋ Confuſa eſt (inquit) quæ concepit eos, uidelicet qũo confundi ſolet qui conuincitur & cauſa cadit in iudicio, non habens quod contra iudices ſiue accuſatores poſſit mutire, manifeſto atq; inexcuſabili cõuictus crimine. Ego em̃ mittens pphetas meos, dicebã illis, ſicut & nunc dico: auferat fornicatiões ſuas á facie ſua, & adulteria ſua de medio uberũ ſuorũ. i. ceſſet colere uitulos aureos, & facere ſibi Baal. Illa aũt dixit & nũc uſq; pſeuerãter dicit, neq̃ q̃, ſed uadã poſt amatores meos. Nec uero ſolũ modo uerbis hoc dixit, uerũetiã factis dicta ſua defẽdit, eoſdẽ occidẽdo pphetas. Vñ & fugitãs cõquerebat Helias: Dñe altaria tua deſtruxerũt, & pphetas tuas occiderũt gladio,

3. Reg. 19

& derelicta ſum ego ſolus, & q̃runt animã meã. Taliter dixit: Vadã poſt amatores meos dæmones, quos in idolis colit, humani generis inimicos ſt ultiſſimo errore uocãs amatores ſuos, me cõtẽnens deũ uerũ, uerũq; amicũ: qũo ſi cõtemnat mulier amatorẽ ſuũ. Qũo aũt dixit, uel quãdo dicere cæpit, q dãt panes mihi & aquas meas, lanã meã & linũ meũ, & oleũ meũ, & potũ meũ? Nimirũ quãdo aſcendens de terra Aegypti, tã cito receſſit de uia dñi, feciq; ſibi uitulũ, cõflatilẽ & adorauit, atq; immolãs dixit. Iſti ſunt dñi tui Iſrael, q te eduxerũt

Exodi. 32

de terra Aegypti, tũc dicere cœpit de falſis amatoribus ſuis, q darẽt panes ſuos & aq̃s ſuas ſibi &

ſibi, & mẽtita eſt. Non enim illi, ſed deus Abraham, deus Iſaac, deus Iacob panes de cœlo pluebat illis, & aquas fundebat de petra per manum Moſi. Item, & quando uitulos aureos ſibimet inſtituit, mentita eſt, quia dixit præloquente Hieroboam, quem relicta domo Dauid, in adulterio ſecuta eſt. Ecce dñi tui Iſrael qui eduxerunt te de terra Aegypti. Profecto cũ diceret, qui te eduxerunt de terra Aegypti, ſimul etiam aſtruebat, quod ab illis accepiſſet, oia quæcũq; poſſidere uel obtinere potuit, ex quo aſcẽdit de terra Aegypti. Quæ oia hic, methaphorã mulieris ſuperius cœptam ſeruando, ſermo propheticus cõgrue ſatis exprimit, ſic illã depingens applaudere ſibi, q dant panes mihi, & aquas meas lanã meã, & linũ meũ, oleũ meũ, & potũ meũ. Lana quippe & linũ materialia ſunt inſtrumẽta ois mulieb ris opificij. Oleũ aũt & potus, res ſimul, & noia ſunt uoluptatis. Porrò panes & aquæ ſunt neceſſitatis, qa ſine illis humanæ naturæ infirmitas nõ ſubſiſtit. In oĩbus his fornicaria mẽdax eſſe cõuincitur, qa nõ uituli illi, nõ Baal, quẽ Iezabel intulit, ſed deus unus & uerus hæc illi cõtulit, ut prouocata beneficijs diligeret eũ, cunctis abominationibus deorũ alienorum derelictis, ſicut ſcriptũ eſt. Et dedit illis regiones gentiũ, & labores populorũ poſſiderũt. Vt cuſtodiant iuſtificatiões eius, & legẽ eius, requirant Sequit. ¶ Propter hoc ecce ego ſepiam uiam tuã ſpinis, & ſepiam eã maceria, & uias ſuas non inueniet, & ſequetur amatores ſuos, & non apprehendet eos, & queret eos, & non inueniet, Et dicet Iadam, & reuertar ad uirũ meũ priorẽ, quia bene mihi erat tunc magis q̃ nunc. ¶ Notanda diligẽter digreſſio ueracis & iuſtæ inuectionis. Necdũ em̃ cœptã culpæ eius inuectionẽ aſperrimã finierat, & tã cito quãdã promiſſionis qualiſcũq; ſuauitatẽ repẽte inſerit, maxime cũ ita dicit. Et dicet. Vadã & reuertar ad uirũ meũ priorẽ, qa bene mihi erat tunc magis q̃ nũc. Nã & ſi ad talia, q̃lia nũc loquebat, qa filij fornicationũ ſunt, qa fornicata eſt mater eorũ, &c. ſic impatiẽtes fuere reges & principes ipſius populi, ut pleroſq; occiderent ex prophetis: attamẽ talia patientius audire potuerũt, quale iſtud eſt, in q̃ ad deũ ſuũ filij Iſrael reuerſuri fore p̃dicũt. Deniq; hoc ſuauitatis tẽperamẽto breuiter interpoſito, cõfeſtim illã quã cœperat accuſationẽ, proſequit & dicit. ¶ Et hec neſciuit qz ego dedi ei frumẽtum & uinũ, & oleũ, et argentũ multiplicaui ei, et aurũ que fecerũt Baal. Ideirco cõuertar et ſumã frumentũ meũ in tpe ſuo, et uinũ meũ in tpe ſuo, et liberabo lanã meã et linũ meũ, que operiebãt ignominiã eius. Et nũc reuelabo ſtultitiã eius in oculis amatorũ eius, et uir non eruet eã de manu mea. Et ceſſare faciãomne gaudiũ eius, ſolennitatẽ eius, neomeniã eius, ſabbatũ eius, et omnia feſta, tpa eius. Et corrũpã uineã eius & ficũ eius, de quibus dixit. Mercedes hę meę ſunt, quales dederũt mihi amatores mei. Et ponã eã in ſaltũ, & comedãt eã beſtiã agri, et uolucres cœli, et reptilia terrę. Et uiſitabo ſuper eã dies Baalim, quibus incendebat incenſum et ornabãt inaure ſua & monili ſuo et ibat poſt amatores ſuos, et mei obliuiſcebatur, dicit dñs. ¶ Totũ hoc curſu cõtinuo hic p̃ſcripſimus, ut id q̃d ſequitur ſuo itidẽ ſenſui copulemus. Nã ſicut hæc q̃ dicta ſunt, & hęc neſciuit: qa ego dedi ei frumentũ & uinũ, &c. prioribus illis p cõſtructionẽ cõiungẽda ſunt: qa dixit, uadã poſt amatores meos, q dant panes mihi & aquas meas. lanã meã, & linũ meũ, oleũ meũ, & potũ meũ: Sic nihilominus dictis illis, & dicet, uadã & reuertar ad uirũ meũ priorẽ, qa bene erat mihi tũc magis q̃ nunc, iſta q̃ ſequũtur in cõſtructione cõiungẽda ſunt. ¶ Propter hoc ecce ego lactabo eã, et ducã eã in ſolitudinẽ, et loquar ad cor ei, et dabo uinitores ei ex eodẽ loco, et ualle Achor ad aperiendã ſpem. Et canet ibi iuxta dies iuuentutis ſuę, et iuxta dies aſcenſionis ſuę de terra Aegypti. Et erit in illo die, dicit dominus, vocabit me uir meus, et non vocabit me vltra Baalim, &c. ¶ Neq; em̃ propterea, qa Baal incẽdebat incenſum, & illa ornabat inaure ſua & monili ſuo, & ibat poſt amatores ſuos: & dñi obliuiſcebatur, remunerãda erat, ut diceret dñs, Propter hoc ecce ego lactabo eã et ducã eã in ſolitudinẽ, et loquar ad cor eius, &c. Sed propterea qa quærẽdo amatores ſuos et nõ inueniendo eos, dictura erat id q̃d ſupius dictũ eſt: Vadã et reuertar ad uirũ meũ priorẽ qa bene mihi tũc erat magis q̃ nũc. Lactanda erat ſpũ gr̃æ, et inũdationis miſcdæ. Sic ſermo diuinus medicinæ potẽs experiẽtiſſimus, uoces ſuas ponderatas atq; ad mẽſurã liberatas diſpẽſat, amara dulcibus, et amaris dulcia p̃miſcens, offenſionẽ labiorũ infantiliũ et gutturis impatientis

3 Reg. 12

Pſam. 104

Artificium diuini ſermonis.

ſugit atq; deuitat: quatenꝰ medicamentū quocūq; modo tēperatū penitus infundat, atque intrinſecus in ſumma authoritate cōtineat ſancta ſcriptura, ſpūs ſanctus obtineat. Nec uero quaſi adulādo id efficit, nec eidē generatiōi, quā filios fornicationū appellauerat, iactationē ſecretæ allocutiōis, & deſpenſationē fidei promittit, ſed cū uera diſcretione & diſcreta ueritate procedēs ſermo propheticus, in una eadēq; gente, & illos qbus amara, & illos qbus dulcia iure propinētur. Nā una eadēq; gens ſiue ſynagoga aut certe eccleſia, in ſemetipſa cōtinet bonos & malos, id eſt, & eos q ueracit corpus Chriſti dicāt & ſint, & eos q propter ſimulationē corpus eiuſdē dicātur, cū nō ſint. Hinc eſt illa de ſeptē regulis Tyconij ſecūda, de corpore dñi pmixto, ſiue de corpore dñi ſimulato & uero: & hæc in iſto loco plurimū ualet, ut diſcernas & diſcrete intelligas, eſſe in una eadēq; gēti ſiue eccleſia, & eos, qbus dulciſſime cōſolatio gr̄æ ſuauiter offeratur, & eos qbus, ꝓpter impœnitens cor, ita & tribulatio promittat. Et qs ſapientiā prophetica digne admiret in eo. q̄d ſicut boni & reprobi pmixti ſunt & nūc diſcerni nō ualēt, ita uoces ſuas pmiſcet & moderat, & cōprehēdi uel deprehēdi nō p̄t, quas hoīm ꝑſonas iuſtificet atq; cōdemnet? Mirent ergo ſeculares ſeculariū rhetoꝝ artificioſas cōpoſitiōes, affectatas ad captandā hoīm beneuolētiā: Eccleſiaſtici & ſpūales uerā & diſcretā ſanctoꝝ mirēt eloq̄ntiā, p q̄s deus locutus ē. His breuiter dictis pro cōtinuatione lr̄æ, iā nūc eadē dicta prophetica repetētes, diligētius ſingula ꝓcurram⁹. Propter hoc (inqt) ecce ego ſepiā uiā tuā ſpinis, et ſepiā eā maceria, et ſemitas ſuas nō inueniet. Via uel ſemita dicētis, Vadā poſt amatores meos, q dant panes meos & aquas meas, ad infernū deducūt. Quæ nimiꝝ ſi planæ ſint et abſq; offendiculis, ita ut proſperet proſperitate tēporali aia, q̄ ſeſe à creatore ſuo auertit, uix aut nunq̄ reuocari p̄t, uel audire uocem poſt tergū monētis. Si aūt aduerſa occurrerint, & tribulatio uel anguſtia tēporalis currētē cōprehēderit, tūc reminiſcitur (ut ſæpe factū eſt) dñi dei ſui, ſicut de ipſis filijs Iſrael, contra quos maxime hic prophetic⁹ ſermo dirigitur, ſcriptū eſt, primū in Aegypto, qa ingemiſcentes propter opa, uociferati ſunt: aſcēditq; clamor eoꝝ ad dñm pro opibus, & audiuit gemitū eoꝝ. Deinde & in libro Iudicū p̄ſæpe ſcriptū ē, qa cū dereliqſſent dñm, & ꝓpt̄ hoc tradidiſſet illos in manus gentiū, clamauerunt ad dñm, & ſæpe liberauit eos. Igitur quod nunc ait. Ecce ego ſepiā uiā tuā ſpinis, & ſepiā eā maceria, magnæ eſt miſeratiōis, nā ſi nō id faceret, tūc potius iratus et miſerationū ſuaꝝ oblitus eſſet deus, quēadmodū Pſalmiſta cū dixiſſet. Exacerbauit dñm peccator, cōtinuo ſubiūxit ſecūdū multitudinē iræ ſuæ non quæret. Spinæ nāq; aduerſitatis utiliter cōpungūt atq; lacerāt pedē ad mala currētis & inhiantis delicijs pniciōſis, ut ſaltē ſpinaꝝ taliū punctione, talisq; maceriæ offenſionē cōmonita rationalis aia, dicat. Vadā, & reuertar ad uirū meū priorē, qa bene mihi erat tūc magis q̄ nūc, id ē, ſeruiā deo uiuo & ꝟo, & nō ſuperbiæ hoīm, uel malignoꝝ ſpirituū, qa etiā in ꝑſenti uita multo ſuauius eſt portare iugū dñi, q̄ ſeruū uel ancillā fieri hominū. Hoc aliq ex gēte illa fecerunt, hoc recogitauerūt, & ſic ad cor ſuū reuerſi, portas æternæ mortis, qbus appropinq̄uerant, refugerūt. ¶ Notandū deinde, q̄ ſapienter ſermo diuinus mendaciū illud redarguat dicētis de amatoribus ſuis, q dāt panes mihi & aquas meas, lanā meā, & linū meū, oleum meū, & potū meū. Ait em̄: Et hæc neſciuit qa dedi ei frumentū, & uinū, & oleū, & argētū multiplicaui ei, & aurū, quæ fecerūt Baal. Neſciuit quod neſcire nō debuerat, qa uidelicet non ut cæteræ gentes, ſic Iſraelitica gens opulenta facta eſt. Aliæ nanq; à progenitoribus ſuis potentibus ſeculi adquiſitas uel poſſeſſas hæreditatio iure obtinuerūt terras: Hæc aūt gens de peregrinis & aduenis patribus nata eſt. Peregrinus erat Abrahā, peregrinus Iſaac, peregrinus Iacob, pertrāſeuntes de gente in gentē, & de regno ad populū alterū, & nullā ꝑ priā terrā habuerunt. Expectabant em̄ fundamenta habentē ciuitatē (ut ait apoſtol⁹) cuius artifex & cōditor ē deus. Et quidem fides illoꝝ hoc emeruit, ut illud quoq; quod non quærebant, ſcilicet terras uel regiones gentiū, ipſis & ſemini ipſoꝝ repromitteret deus. At illi, q ꝓtinus ex ipſis orti ſunt, uidelicet filij Iacob, eadē promiſſione ſeſe indignos effecerūt, uēdēdo fratrē ſuū Ioſeph. Nā iccirco pegrini facti ſunt, & in Aegypto ſeruierūt. Sed & in deſerto, per quod ducebat eos, immeritos gratia liberatoris, uerum ſeſe indignos eadem promiſſione fecerunt, ita ut diceret dominus ad Moſen. Cerno q ꝓpulus iſte duræ ceruicis ſit, dimitte me ut iraſcatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciamq; te in gentem magnam

Boni & mali id eccleſia permixti:

Spini tribulati ꝺūremedia reuertēdi addeū. Exodi. 3.

Pſalm: 9

Vnde Iudæis olim diuitiæ:

Pſalm 104 Hebræi

Gen. 37

Exodi. 32

gnam. Ita qui nullã terram ex poſſeſſione paterna hæreditabant, ipſam quoq;, quam diui-
na largitas propter fidem patrum illis promiſerat, terrã non conſequi meruerant, niſi deus
propter gloriam & ueritatẽ ſuam confirmãdam, cumq; patribus eorũ meritam illis ſuſpen
diſſet iram, & exhibuiſſet miſericordiam, eodem Moſe ſuggerente illi in confractione, id
eſt, nimia humilitate cordis. Recordare Abraham, Iſaac, & Iacob ſeruorũ tuorum, quibus
iuraſti per temetipſum dicẽs, multiplicabo ſemẽ ueſtrũ ſicut ſtellas cęli, & uniuerſam ter-
rã hanc, de qua locutus ſum, dabo ſemini ueſtro & poſſidebitis eã ſemper. Hoc iſta neſciuit, Eſai 4
ſeptem autem mulieres optime ſciunt, quæ in Eſaia dicunt. Panẽ noſtrum comedemus,
& ueſtimentis noſtris operiemur, tantũmodo inuocetur nomen tuum ſuper nos, aufer op
probrium noſtrum, Hoc nãq; omnes dicunt eccleſiæ gẽtium in ſuggillationẽ meretricis
huius, quæ nec panem, quẽ comederet: nec ueſtimenta, quibus operiretur, habuit: ſed ſub
conditione accepit, ut inuocaret nomẽ domini: quẽadmodum Pſalmiſta dicit. Et dedit illis Pſalm. 104
regiones gentium, & labores populorũ poſſederunt, ut cuſtodiant iuſtificationes eius, &
legem eius requirant. Nos (inquiunt iſtæ) tale nihil ex te pro mercede quærimus, ut pro-
pter euangelium uel fidẽ tuam ſuſcipiendam, terras uel regiones alienas nobis cõferas: ſed
panem noſtrũ comedemus, & ueſtimentis noſtris operiemur, quæ ante notitiam tui nomi
nis habemus, imò & tibi, & his, qui nomẽ tuum prædicant, panem noſtrũ, & ueſtimẽta no
ſtra libenter impartiemur, tantummodo dignare dici, & eſſe deus noſter, & opprobrium ui
tę uel conuerſationis priſtinæ nobis aufer, ut non ſimus abſq; uiro, & non ſimus ſicut hacte
nus eramus ſine deo in hoc mũdo. Dicat ergo. Et hæc neſciuit, id eſt, ſcire, aut reminiſci no
luit, quia ego dedi ei frumentũ, & uinũ, & oleũ, uidelicet dando terrã frumenti, & uini, &
olei feracẽ, & argentũ multiplicaui ei, & aurũ: maxime diebus Salomonis, de quo ſcriptu-
ra refert: Non erat argentũ, nec alicuius precij putabat in dieb' Salomonis, qa claſſis regis
per mare cũ claſſe Hyrã ſemel per tres annos ibat in Tharſis, deferẽs inde aurũ & argentũ, 3. Regũ. 10
dentes elephantoꝝ, & ſymias, & pauos. Porrò, ex illa auri abũdantia fecit Samaria, ſcinden
do ſe á domo Dauid & à domo Salomonis, primũ duos uitulos aureos, & deinde Baal. Cũ
ergo dixiſſet, & argentũ multiplicaui ei, & aurũ, pulchre cõtinuo addidit. Quæ fecerũt Ba
al. O dira ingratitudo. De auro & de argẽto meo fecerũt mihi cõtraria, uitulos, & Baal, cęte Ingratitudo
raq; deoꝝ portenta. Iccirco cõuertar, & ſumã frumentũ meũ in tẽpore ſuo, & uinũ meũ in Iudeorum.
tẽpore ſuo, & liberabo lanã meã, & linũ meũ, quæ operiebãt ignominiã eius. Conuertar (in
qt) & cõuerſus abibo, recedam, & derelinquã eã, ut (ſicut iã dixi) ipſa nõ ſit uxor mea, & ego
nõ ſim uir eius. Hoc em̃ pro parte illoꝝ recte dicit, qs pœnitentiã nõ acturos fuiſſe p̃ſciuit.
Nã qđ p̃miſſum eſt, & ſequet amatores ſuos, & nõ apprehẽdet eos, et q̃ret eos, & nõ inueni
et, et dicet: Vadã, & reuertar ad uirũ meũ priorẽ. Pro parte illoꝝ dictũ eſt, q reuerſi ſunt aut
reuertẽtur ad dñm, ſaltẽ poſt experimẽta maloꝝ, poſtq̃ aia per uexationẽ ad intellectũ re-
ducta, illos quos ſequebatur, & quærebat uelut amatores, nõ apprehẽdit, aut inuenit ſicut
amatores, ſed ſicut hoſtes crudeliſſimos, ut uere ſunt, experta eſt. Cõuertar ergo inquit. i.
recedã, & hæc uxor mea iã non erit. Nec iſto cõtentus adhuc etiã bona tẽporalia tollam,
quæ illi quaſi pro dote prima cõtuli. Hoc em̃ eſt qđ continuo ſubiungit: Et ſumam frum ẽ
tum meum in tempore ſuo, & liberabo lanã meã, et linũ meum, quæ operiebant ignomi-
niam eius. E eſt ſenſus. Terrã illi optimam dederã, afferentẽ frumẽtũ in tẽpore ſuo, & ui-
nũ in tẽpore ſuo. Quod utiq; frumẽtũ uel uinũ meũ eſt, qa terra ipſa, ſicut p Moyſen dixi, Leuiti. 25
mea eſt, uos aũt coloni mei eſtis. Sane hic p frumentũ, et uinũ uniuerſa uult intelligi, quęcũ
q; ad uictũ ptinentia, terra illa proferre potuit. Porrò, per lanã, & linũ, omnem intelligam'
ueſtitũ. Sumã ergo (inquit) frumentũ meũ, & uinũ meũ, & liberabo lanã meã, & linũ meũ,
id eſt, ad paupertatẽ, et omnimodã uictus, et ueſtit' inopiã redigã eã, ut ſit (ſicut ſupra dictũ
eſt) ſcdm diẽ natiuitatis ſuæ, id eſt, nihil poſſideat ſuo iure, ſicut qñ nata eſt, & ſeruiuit in Ae Liberabo la-
gypto, nihil, niſi miſeræ ſeruitutis pœnã cognoſcitur habuiſſe. ¶ Et notãda diligẽter dicti- nã meam & li-
onis acrimonia, dũ dicit, & liberabo lanã meã, et linũ meũ. Idẽ em̃ ẽ, acſi dicat, tãtæ illã eẽ p num meum.
uerſitatis, ut rebus q̃q; inaſtis cõdolẽdũ ſit, q̃ ſeruiãt illi, et magnã eẽ captiuitatẽ lanę, et lini
qđ uſibus eius famulentur, quæ ſit ancilla peccati. Quomõ autẽ, uel qñ hęc operiebãt igno
miniam eius? Vt taceamus interim de communi uſu, quo paſſim corpora uiroꝝ ac mulieꝝ

regebantur, quãuis & hoc indignissimũ fuerit, qđ pannis adoperti, quos dederat deus, libidinibus polluebãtur, & simulachris prosternebãtur: ut (inquã) de hoc nũc taceamus, in eo q̃ magnifice lana & linũ domini operiebãt ignominiã eius, quod sanctuariũ dñi & omnis cultus tabernaculi uel sacerdotij ei⁹ de lana & lino mirifice cõposit⁹, secũdũ modũ quem ipse Moysi dictauerat, in sola gente illa tunc habebatur. Nã uestimentoꝝ quæ fecit Moyses fratri suo Aarou, secũdum ordinẽ uel imperiũ dñi dicentis. Hæc aũt erunt uestimẽta in q̃ bus sanctificatus Aaron minister mihi Rationale & suphumerale, tunicã & lineã strictã, cydarim & baltheũ. Facies illi & filijs eius ut sacerdotio fungantur mihi, accipiesq̃ aurum & hiacynthũ & purpurã coccũq̃ bis tinctũ & byssum: horꝝ (inqnã) decorem simul & sacra mẽtũ nullus sermo noster explicare sufficit. ¶ Quã illi⁹ mulieris, id est Israeliticę ignominiã gentis, lana illa & linũ illud operiebãt? Nimirũ peccata eius actualia, simulq̃ originale peccatũ, quo admisso primi parẽtes nostri ignominiã suã, id est pudenda sua folijs fici operuerunt. Illã ignominiã in gente illa, lana & linea sacerdotalis cultus ornamẽta operiebãt. Notãdũ q̃d dicitur, qa operiebãt qdẽ, sed nõ etiã delebãt. Nã tantũmodo sanguini Chri̇ Iesu illa talis ignominia nõ solum operit, sed etiã delet & abluit. Itaq̃ cũ dicit, Et liberabo lanã meam & linũ meũ, q̃ operiebant ignominiã ei⁹, subintelligendũ est, ac si diceret, auferã illi umbraticũ quoq̃ sacerdotiũ, q̃ cõmunis nuditas generis humani in gẽte hac utcũq̃ tegebat. Nã & postmodũ dicit illi: Quia tu scientiã repulisti, repellã te ne sacerdotio fungaris mihi. Magna igit uitupatio sacerdotũ eiusmodi, cũ dicũtur lana & linũ liberari tanq̃ à seruitute ignobili: qbus utiq̃ magna nobilitas ẽ, quãta potest esse reb⁹ inanimatis, adhiberi ad cultũ sacerdotij siue altaris dñi. Seqt adhuc L **Et nũc reuelabo stultitiã eius, in oculis amatorũ ei⁹, & uir nõ eruet eã de manu mea. Et cessare faciã omne gaudiũ eius, solennitatẽ eius, neomeniã eius, sabbathũ eius, & omnia festa tpa eius.** ⊥ Liberatis (ut iã dictũ ẽ) lana & lino dñi, q̃ opiebãt ignominiã ei⁹, reuelat stultitia eius in oculis amatoꝝ eius, ut in oculis ipsoꝝ appareat contẽptibilis, qbus puersę cõplacere uoluit: quia captiuitate genti illi ingruente, ita priuatur tẽporalibus bonis, ut nõ habeat in qua gaudere possit celebrando festiuitates suas, profecto uilis inter gentes apparuit, & insultauerunt ei nationes, quaꝝ dñs uelut amatoribus sese impudica prostituit. Nihilominus quod sequit⁹ L Et corrumpam uineam eius, & ficum eius, de quibus dixit: Mercedes hæ meæ sunt, q̃s dederunt mihi amatores mei: & ponam eam in saltum, & comedet eam bestia agri, & uolucres cœli, & reptilia terræ. ⊥ Sic factum esse constat, quia nimirum ex quo dixit, formatis uitulis aureis, hi sunt dij tui Israel, qui eduxerunt te de terra Aegypti: quod erat dicere, mercedes hæ meæ sunt, quas dederunt mihi amatores mei, non cessauit cum eis fornicari, & propter hoc Assyrioꝝ atq̃ Chaldæoꝝ exercitus ueniens, omnia terræ illius deuastauit nascentia, quoꝝ ficus & uinea delicatissima sunt & deficientibus habitatoribus, ea quæ nascebantur, bestiæ agri, uolucres cœli, & reptilia terræ licenter comederunt. Veruntamen nondum finis, neq̃ enim pœna impœnitentis cõsummanda uel finienda erat illa tantum uastitate hostili, sed temporalem uindictã comitatur æterna, sicut Moses in cantico Deuteronomij protestatus est: Ignis succensus in furore meo, & ardebit usq̃ ad inferni nouissima. Sequitur ergo. L **Et uisitabo super eam dies Baalim, quibus incendebat incensum, et ornabatur in aure sua et monili suo, et ibat post amatores suos, et mei obliuiscebatur, dicit dominus.** ⊥ Cum enim dicit, & uisitabo dies Baalim, id est, dies uel solennitates idoloꝝ, Plurale nanq̃ est Baalim, deflexũ à singulari qđ est Baal: cũ (inq̃) uisitabo dicit, subaudiendũ est in die ultionis. Sic enim ad Mosen dixerat, qñ primũ idolũ .i. uitulũ cõflatilẽ in deserto ppl⁹ sibi fecerat. Ego aũt in die ultionis uisitabo & hoc peccatũ eoꝝ. Quęcũq̃ extunc idola populus ille coluit, simul hic uno significant plurali noie Baalim: qa uc̃, tũc forduerat Israel cultu Baal, qñ iste ꝓphetauit, & cõtra illũ fere maxia causa erat ꝓphetis, qa ꝓpter eũ Iezabel ꝓphetas dñi occidit. ¶ Quis aũt ẽ ille dies ultionis, nisi idem q̃ credẽd⁹ ẽ dies salutis? Denicq̃ tẽpus uel dies, de q̃ Apl⁹ dicit: Ecce nũc tẽpus acceptabile, ecce nũc dies salutis: sicut credẽtib⁹ dies salutis uel ꝓpiciatiõis, sic ecõtra nõ credẽtib⁹ ẽ dies ultiõis, in q̃ in Iudæoꝝ pfidiã ulciscit ipse, de q̃ Psalmista dicit: Deus ultionũ dominus, deus ultionũ libere egit. Exaltare qui iudicas terram, redde retributionẽ superbis.

Exodi. 28

Infra. 4

3. Regũ. 17

Deutero. 32

Baalim quæcũ q̃ idola.

Exodi. 32

Dies vltionis.

Psalm. 93

In ista

In ista die ultionis uisitantur super gentē illam dies Baalim, uisitatione quā totus orbis no-
uit, quia & secundū corpus captiui, & secundū animam in tenebras exteriores sunt missi,
propter dies Baalim, quibus incendebāt incensum patres eorū, quorū iniquitatem sic imi-
tati sunt, ut merito propter illam subeant damnationis iudiciū. ¶ Porrò primū idolum, qđ
post exitū de Aegypto coluerūt, factum est de ornatu inauriū muliebriū, sicut scriptum Exodi. 32
est; Dixitq; ad eos Aaron: Tollite inaures aureas de uxorū, filiorumq;, & filiarū, uestrarū
auribus, & afferte ad me. Fecit populus quæ iusserat, deferens inaures ad Aaron quas cū
ille accepisset, formauit opere fusorio, & fecit ex eis uitulū cōflatilē. Dixerūtq;. Hi sunt dñi
tui Israel, q te eduxerunt de terra Aegypti. Recte igitur cū dixisset, & uisitabo super eā dies
Baalim, quibus incendebant incēsum, statim intulit, & ornabatur inaure sua, & monili suo
Nam quia primū (ut iam dictum est) de inauribus suis sibi formauit idolum, recte inauribꝰ
& monilibus suis ad honorem siue cultū Baalim sese ornasse culpatur, ut in omni idolo, qđ
ex tunc coluit, formatura prioris idoli, quod ex inauribus factum est, iudici deo iure ad me
moriam reuocetur, ut æmulando dicat, & ibat post amatores suos, & mei obliuiscebatur.
Sequitur. L. Propter hoc ecce ego lactabo eam, & ducam eam in solitudinem, & lo
quar ad cor eius, & dabo ei uinitores ex eodem loco, & uallem Achor ad aperien-
dam spem. Et canet ibi iuxta dies iuuentutis suę, & iuxta dies ascensionis suę de
terra Aegypti. ¶ Propter hoc (inquit) ecce ego lactabo eam. Præmiserat autem, & uisita
bo super eam dies Baalim, &c. Num ad unam eandemq; partem sermo respicit, cum illic
ira, hic autem manifeste sonat gratia? Ergo (ut supra iam dictum est) ad meliorem partem
sermo recurrit, id est ad eam, quæ saltem malis commonita seipsam & deum suum tandem
recognoscit, & dicit illud, quod hic idem propheta supra præmisit. Vadā & reuertar ad ui-
rum meum priorem, quia bene mihi erat tunc magis q̄ nunc. Nam ut hoc manifestius fiat
capitulum hoc totum hic ponendum est. L. Propter hoc ecce ego lactabo eam, & du-
cam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius, & dabo ei uinitores eius ex eodem
loco, & uallem Achor ad aperiendam spem. Et canet ibi iuxta dies iuuentutis suę
& iuxta dies ascensionis suę de terra Aegypti. Et erit in illo die, ait dominus,
uocabit me uir meus, & non uocabit me ultra Baalim, & auferā nomina Baalim
de ore eius, & non recordabitur ultra nominis eorum. Et percutiam eis fœdus in
die illa cum bestia agri, & cum uolucre cœli, & cum reptili terræ, & arcum, & gladi-
um, & bellum conteram de terra, & dormire eos faciam fiducialiter. Et sponsabo
te mihi in sempiternum & sponsabo te mihi in iudicio & iustitia, & in misericordia,
& miserationibus, & sponsabo te mihi in fide, & scies, quia ego dominus, & erit in
die illa, exaudiam dicit dominus, & exaudiam cœlos, & illi exaudient terram, & ter-
ra exaudiet triticū, & uinū, & oleum: & hæc exaudient Jezrabel. Et seminabo eā mi
hi in terrā, & miserebor eius quę fuit absq; misericordia, & dicā populo meo popu
lus meus es tu, & ipse dicet, deus meus es tu. ¶ Notanda quippe diligēter, prolixi capi
tuli siue copiosæ huius promissionis clausula tarda, sed discreta. Postq̄ dixit lactabo eā, du-
cā eā, loquar ad cor eius, dabo ei uinitores eius, & canet ibi, & uocabit me uir meus & dein
de per apostraphā, & sponsabo te mihi, rursusq; & seminabo eā mihi & miserebor eius, q̄si
q̄reres & diceres, quā lactabis, quā duces, cuius ad cor loqueris, cui uinitores dabis, quę ca
net uel q̄ te uirū suū uocabit, quā sponsabis tibi, uel quā seminabis tibi, & cuius misereberis?
Cōtinuo rñdit rñsione & dictōe prouida, dicēs, q̄ fuit absq; misēdia, & dicā nō populo meo
populus meus es tu. Hoc ita esse ut dicim⁹, scilicet ad illā ista referri quæ dixit superius, uadā
& reuertar ad uirū meū priorē, & hanc esse omnē animā, quæcunq; ad dominū conuertit
siue ex Iudeis siue ex Gentibus, Apostolus quoq; testatur. Cū em̄ dixisset, uolens deus o- Roma. 9
stendere irā, & notā facere potentiā suā sustinuit in multa patiētia uasa iræ apta in interitū
ut ostenderet diuitias gloriæ suæ in uasa misericordiæ, quæ p̄parauit in gloriam, continuo
subiunxit. Quos & uocauit nos non solum ex Iudæis, sed etiā ex gētibus, sicut in Osee di-
cit. Vocabo non plebē meam, plebē meam: & nō misericordiā cōsecutam, misericordiam
consecutam. ¶ Interea & hoc notandum, quia nō dixit, & miserebor eius, quæ est absq; mi- Quæ gens abs
sericordia, sed quæ fuit absq; misericordia. Absq; misericordia nunc est gens Israelitica, q̄ misericordia
dicitur.

& iccir

& iccirco (ficut ſuperius dictum eſt) ex quo in captiuitatem ductæ ſunt decẽ tribus à rege Aſſyriorꝝ Salmanaſſar. Propter hoc ſic ſuperius dictũ eſt. Et concepit adhuc & peperit filiam & dixit ei. Voca nomen eius abſq; miſericordia, qa non addã ultra miſereri domui Iſrael, &c. Proinde & reliqua tribus Iuda nunc eſt abſq; miſericordia, quia Iudæi Romanorum gladijs conciſi, & in omnes gentes ducti captiui, palã eſt quia abſq; miſericordia ſunt. Porrò gentilitas abſq; miſericordia fuit, nunc autem abſq; miſeticordia non eſt, dicẽte deo in hac prophetia. Et miſerebor eius, quæ fuit abſq; miſericordia. Hinc idem qui ſupra dicit Apoſtolus. Sicut em̃ aliquando & uos nõ credidiſtis deo. Nunc aũt miſericordiã conſecuti eſtis propter illorꝝ incredulitatẽ, ita & iſti nunc nõ crediderũt in ueſtra miſericordia ut & ipſi miſericordiã cõſequantur. Igitur (ut ſupra iã dictũ eſt) non ad contigua ſcripturæ dicta, in quibus manifeſte ira ſonat, referendũ eſt id quod ait. Ecce ego lactabo, &c. ſed ad ſuperiora, ubi pars bona pars electa rediens ad cor ſuũ. Vadã (inquit) & reuertar ad uirum meũ priorem, quia bene mihi erat tũc magis q̃ nunc. ¶ Dicamus itaq;, imò quæramus, qd ſit lactari eam, & duci in ſolitudinem, & loqui ad cor eius, & dari ei uinitores eius ex eodẽ loco, & cætera quæ ſequũtur. Propter hoc inquit, Ecce ego lactabo eã. Lactari eſt dulciter foueri, & propter imbecillitatẽ ad infantiles delicias reduci. Hoc omnino reprehẽſibile eſt in illis qui ex Iudæis ſunt cõuerſi. Nã illis loquẽs ap'lus, dicit: Etenim cũ deberetis magiſtri eſſe propter tẽpus, rurſus indigetis ut uos doceamini q̃ ſint elementa exordij ſermonũ dei, & facti eſtis, qbus lacte opus ſit, non ſolido cibo. Ois em̃ q lactis eſt particeps, expers eſt ſermonis iuſtitiæ. Paruulus eni ẽ. Perfectorꝝ aũt eſt ſolid⁹ cibus, eorũ q pro cõſuetudie exercitatos habent ſenſus ad diſcretionẽ boni & mali. Porrò gentium fides iccirco laudis & meriti maioris eſt, quia & ſi illã lactari oportuit, citius tamen ſolidi cibi, id eſt ſermonis iuſtitiæ uidelicet ſpiritalis doctrinæ, preceptibilis extitit, lactatio hæc, qua in Chriſti aduentu omnis eccleſia, tam ex Iudæis q̃ ex gentibus ueniens lactata eſt, ſimilis lactationi illi eſt, qua lactata fuit iila generatio filiorꝝ Iſrael, quæ aſcendit de terra Aegypti. Iccirco cũ dixiſſet, & ecce ego lactabo eam, Addidit, Et ducam eam in ſolitudinem, pauciſq; interpoſitis, Et canet (inqt) ibi iuxta dies iuuentutis ſuæ, & iuxta dies aſcenſionis ſuæ de terra Aegypti. Quis em̃ neſciat gentem, ſiue generationem illam ſeptam ſpinis in Aegypto habuiſſe uiam, & p inde lactatam fuiſſe, & ductam in ſolitudinem per quadraginta annos, & ceciniſſe aſcendendo? Nam quia oderant filios Iſrael Aegyptij & affligebãt illudẽtes eis atq; ad amaritudinẽ perducebãt uitam eorꝝ operibus duris luti & lateris, omniq; famulatu quo in terræ operibus premebãtur, quæ ueræ erant ſpinæ miſeriarꝝ, iccirco ingemiſcẽtes uociferati ſunt ad dñm, qui uere prior fuerat uir fidei patrũ ipſorũ Abrahã, Iſaac, & Iacob, cuius nequa quã recordarentur ſeruientes dñs Aegiptiorꝝ, niſi afflictio uehemens extorſiſſet gemitum ſenſumq; excitaſſet in negligentia propter abundantiam piſciũ, & propter ollas carniũ conſopitũ: Tunc propter hoc gentẽ eandẽ lactauit deus multis miraculis, quibus Pharaonem & Aegyptũ flagellauit, qd nimirũ dulce fuit huic, cũ uideret pro ſe tã mirabiliter pugnari de cœlo. Quid multa? Tranſiuit mare rubrũ merſo Pharaone cũ curribus & equitib⁹ ſuis atq; aſcendendo cecinit. Cantemus dño, glorioſe eni magnificatus eſt, equũ & aſcenſorẽ proiecit in mare. Ita ducta eſt in ſolitudinẽ, proſequẽte lactatiõe dñi, ita ut panẽ plueret illi dñs, & percuſſa petra, copioſam daret aquã ſitiẽtibus, tã iumẽtis q̃ hoibus, atq; illic locutus eſt ad cor eius, circũducendo & docendo eã, imò & tentando eã, quẽadmodũ & Moyſes quodã loco dixit. Temptat uos dñs deus ueſter, Lactatiõi illi (ut iam dictũ eſt) ſimile factũ ſe pollicetur, dicẽdo, propter hoc ecce ego lactabo eã, & ducã eam in ſolitudinem, &c. Quod & fecit aduentu filij ſui per ſacramẽtũ paſſionis & reſurrectiõis eiuſdẽ dñi nr̃i Ieſu Chr̃i. Nam oẽs qcũq; relictis erroribꝰ priſtinis, ad ipſum uiuũ & uerꝝ deũ cõuerſi ſunt, qd eſt reuerti ad priorẽ uirũ, propter hoc ip̃m q̃d taliter reuerſi ſunt, lactauit idẽ dñs eccleſiam ſuam, non ſolum uerbo dulciſſime prædicationis, uerum etiam dulciſſimis chariſmatibus ſpiritus ſancti, & iucũdis miraculis, quæ tunc temporis per apoſtolos & apoſtolicos uiros abundanter & delectabiliter dignatus eſt operari. Ait ergo. propter hoc ecce ego lactabo eã. Cõtinuo q̃q; addidit, & ducam eã in ſolitudinẽ. Scimus eni qa mirabilibus, q̃ operata eſt gratia ſpiritus ſancti, quæ ſup apoſtolos uenit, ita delectati ſunt credẽtes, ut ſolitariã q̃q; uitam ap

Roma. ii

Quid eſt lactari.

Hebr: 5

Exodi. i

Exod. 15

Deute: 3

tam appeterent, ſicut in Actib⁹ Apoſtolo⁹ ſcriptū ē. ¶Nec quiſquā eo⁹ quæ poſſidebat aliquid ſuū eſſe dicebat: ſed erāt illis oīa cōmunia. Addit adhuc. Et loquar ad cor eius. Et hoc fecit ipſe q̄ p̄mittit, hoc ore ſuo p̄miſit & impleuit hō factus ipſe q̄ hæc loquit̄ in prophetis. Dixit em̄: Paraclet⁹ aūt ſp̄ūs ſc̄tūs, quē mittit p̄r̄ in noīe meo, ille uos docebit oīa & ſuggeret uobis oīa q̄cūq; dixero uobis. Itē: ¶Cū aūt uenerit ille ſp̄ūs ueritatis, docebit uos oēm ueritatē, & q̄ uēturа ſunt, annunciabit uobis. Qui hæc in articulo paſſiōis ſuæ dixerat poſtmodū reſurgēs, ſecundum quod promiſerat, locutus eſt ad cor eo⁹ ſiue docuit eos per ſpiritū ſanctū oēm ueritatē, ſicut ſcriptū ē. Tūc aperuit illis ſenſum ut intelligerēt ſcripturas. Amplius aūt die quinquageſimo dādo illis ſpiritū ſanctū, locutus eſt ad cor eo⁹. & ex tunc in eccleſia nō deſunt quo⁹ mentibus, ueritatē inſinuet & notitiā ſcriptura⁹, ut ueritas impleat dicentis, & loquar ad cor eius. ¶ Addit adhuc: Et dabo uinitores ei⁹ ex eodē loco. Vinitores eius Apli ſunt & quiq; apoſtolici ſucceſſores officij. i. p̄dicatores ueritatis. Ipſa nā q̄ de q̄ uel in quā hæc dicunt, eccleſia dñi uinea eſt uel uinea dicit, ſicut multis in locis ſcripturа⁹ legimus, ut in Eſaia. Vinea domini ſabaoth domus Iſrael eſt. Item in Dauid. Vineā de Aegypto tranſtuliſti. Recte ergo curatores eius hic uinitores dicunt. Et iſtos non undecunq; ſed ex eodem loco (inquit) dabo ei. i. de genere ipſius, de gente ipſa quæcūq; uinea dñi dici uel eſſe meret. Nam ubicunq; uinea dñi eſt, ubicūq; p̄ orbem terra⁹ ſancta ecclеſia diffuſa eſt, in medio eius & inter ipſos q̄ inhabitant fideles uiuūt uel ambulāt aliqui q̄s prælatos eccleſia ſibi eligere poſſit, agente & ordināte ipſo q̄ hic loquit̄, dicens: Et dabo ei uinitores ei⁹ ex eodē loco, ut ſp̄ūs ſui dona nō deſint in omni loco ſuæ dominatiōis. Sic q̄n dā in initio hūiuſce plātatiōis, quando cōprimebat̄ inter ſpinas Aegypti, Moſen & Aaron ex eodē loco uinitores dedit: ſic itidē q̄n in Babylone captiua tranſmigrauit, Zorobabel, Ieſum, Neemiam & Eſdram uinitores ex eodē loco dedit: ſic in aduentu ſuo, q̄n fructū ex uinea requiſiuit, & à malis reiectus eſt agricolis: uinitores optimos illi. ſ. Apoſtolos ex eodē loco dedit: ſic ubicūq; p̄ omnes gētes eādē uineā, id eſt, eccleſiā ſuā, dilatauit, uinitores illi & patronos inclytos, martyres, cōfeſſores, & uirgines, ex eiſdē locis dedit, & nunc uſq; p̄latos neceſſarios dare nō definit. Sequit adhuc. ¶ Et vallem Achor ad aperiendam ſpem. ¶ Subaudit, dabo ei. Breuiſſima cōmemoratiōe magnū & amplū ueteris ſcripturæ locū nobis illuminat, q̄ hmōi eſt. Achor filius Carmi de tribu Iuda, tulit aliqd de anathemate Hierichо, de qua dixerat Ioſue ad omnem Iſrael. Vociferamini, tradidit enī uobis dñs aiuitatem: ſitq; ciuitas hæc anathema, & oīa quæ in ea ſunt. Propter hoc iratus eſt dñs, nec potuit Iſrael ſtare ante hoſtes ſuos, ſed terga uertit & fugit, & p̄cuſſus eſt à uiris urbis Hai, dicēte dño ad Ioſue. Nō ero ultra uobiſcū donec cōteratis eū q̄ huius ſceleris reus eſt. Factumq; eſt & ſorte deprehenſum Achor: duxerunt ad uallem Achor, lapidauit eū oēs Iſrael. Vocatūq; eſt nomem loci illius, uallis Achor, uſq; hodie. Tunc demū dixit dñs ad Ioſue: Ne timeas, neq; formides & cætera. Hoc taliter ſecundū hiſtoriā factū, promittit ſe dominus rurſus ſpiritualiter factu⁹. Futuro nanq; tpe dixit, & dabo ei uinitores ex eodē loco ad uellē Achor. Ad quid? Ad aperiendā ſpem inquit, id eſt, ne ipſa de ſua ſpe dubia uel incerta ſit. Pulchrū ergo illius facti hiſtorici pandit myſterium: uidelicet quia ſicut tunc poſtq̄ interfectus eſt Achor, filij Iſrael ſumpſerunt ſpem uincendi hoſtes, nec fruſtrati ſunt. Sic poſtq̄ ſynagoga Iudæo⁹ cum ciuitate Hieruſalē deſtructa eſt à Romanis, tēplumq; ſuccenſum, & ipſi Iudæi interempti, & in totū mundum ſunt captiui, Apoſtolis cæteriſq; credentibus apta eſt ſpes uictorie, qua totū mundū fidei Chriſti ſubiugauerūt. Itaq; hic in euāgelio, Achar de tribu Iuda fuerit Iudas ſcarioth diſcipulus Chriſti, principis confeſſionis noſtrę de tribu Iuda, & cū eo pariter cœtus ille malignantiū ſcribarū & phariſæo⁹ cū quibus de proditione ſaluatoris occultū, & furtiuū habuit cōſiliū. Reuera nāq; tūc Achar furatus eſt de anathemate urbis Iherichо, q̄n fur loculo⁹ domini Iudas ille in pretiū ſanguinis accepit triginta argenteos. Neq; enim ciuitas illa ſecundū malignitatem inhabitantiū tam Hieruſalem, dicenda eſt quā Iherichо. Ceciderūt muri ciuitatis illius iā tūc uiſibiliter in oculis domini, quādo dominū negādo & tradēdo ad crucifigendū omne cœleſte preſidiū à ſe repulit: tūc aūt etiā uiſibiliter, quādo Romano exercitu circundata & ſubuerſa eſt, & ſicut ſorte deprehenſus Achar ille ſue ore confeſſus eſt, & dixit, Vere ego peccaui Domino Deo Iſrael, &ſic

Actu 2. & 4.

Iohan. 14.

Lucæ. 24

Vinitores Eccleſiæ Prefati

Eſai. 5. Pſalm. 79.

Matth. 21

Ioſue. 4

Myſteriū uallis Achor.

& ſic & ſic feci: & hæc & hæc concupiſcẽs abſtuli. Sic iſte Iudas Iſcarioth, ore domini traditor deſignatus, poſtmodum confeſſus eſt, proiiciens triginta argenteos in templo, dicẽsq; ſenioribus & principibus ſacerdotum. Peccaui tradens ſanguinem iuſtum, lapidatus eſt Achar prout cum Iuda traditore illo, totus ille cœtus traditionis coemptor, nec remanſit lapis ſuper lapidem, & hoc totum factum eſt ad aperiendam ſpem. Si em̃ templum illud, & ciuitas illa in ſua gloria permanſiſſet, multum Euangelio Chriſti obſtitiſſet, nimis gentium fidem & ſpem impediſſet, multos dubitare feciſſet. Amplius dicam, quia etiã ſi omnes crediſſent & fidem Chriſti recepiſſent, atq; ita factum eſſet ut non uenirent Romani tollere locum & gentem, nihilominus Euangelicam ueritatem & Chriſtianæ fidei regulam conturbaſſent. Hoc ex paucis illis qui crediderunt, facili argumento comprobatur. Pauci quippe ad fidem fuerunt cõuerſi, comparatione totius Iudaicæ multitudinis. Scriptum ẽ autem in Actibus Apoſtolorũ: Quia quidam ex illis deſcendentes Antiochiam de Iudæa, docebant fratres qui crediderant ex gentibus, & dicebant. Quia niſi circuncidamini ſecundum morem Moyſi, non poteſtis ſalui fieri. Factaq; eſt ſeditio non minima. Paulo & Barnabę aduerſus illos, & conuenientibus Apoſtolis & ſenioribus uidere de uerbo hoc, cum magna conquiſitio fieret, uix ad tempus ſedati ſunt per teſtimonia ſcripturarũ. Quid igitur fieri potuiſſet, uel quantam turbã ſeditioſos Iudæos putas facturos fuiſſe, ſi ad fidẽ Chriſti conuerſi fuiſſent? Vtiq; pertinacius euangelium circunciſioni miſcuiſſent, & de utroq; neutrũ aut nihil feciſſent: qa ſi circuncidamini (inquit Apoſtolus) Chriſtus nobis nihil prodeſt. Proinde laudãda & uenerãda eſt prouidẽtia dei, quæ illos excæcauit, ſicut in Eſaia dicit: Excæca cor populi huius, & aures aggraua, & oculos claude, ne forte uideat oculis ſuis & auribus ſuis audiat, & corde ſuo intelligat, & conuertat̃ & ſanem eum. Multo em̃ melius eſt ab illis non cognoſci Chriſtũ, & non recipi baptiſmatis ſacramentũ, per quod qui conuertũt̃ ſanantur, accipiẽdo remiſſionem peccatorũ, q̃ ita cognoſci Chriſtum & babtizari, ut nihilominus circũciſio carnis & carnalis Iudaiſmus exerceat̃. Hoc nanq; pacto & ſibi nihil contuliſſent, & gentibus plurimũ nocuiſſent. Poſt omnia hæc dicit. L Et canet ibi iuxta dies iuuentutis ſuę, ⁊ iuxta dies aſcenſionis ſuę de terra Ægypti J Canet ibi inq̃t. Vbi? In illa lactatione, in illa deductione, in illa cordis allocutione, in illa ſpei adapertione. Ibi canet, ibi laudes & gratias referet. Quomõ? Iuxta dies iuuentutis ſuæ, & iuxta dies aſcenſionis ſuæ de terra Aegypti, id eſt, ſicut cecinit in diebus in quibus iuuenis fuit, in diebus qb⁹ aſcendit de terra Aegypti. Tũc enim eccleſia dei iuuenis fuit, & quaſi calorem ſanguinis ſequens iuuenilem, iudicium non habuit maturæ & ſecuræ ſenectutis, in eo ut ſpiritualia corporalibus, cœleſtia præferret terrenis. Quomodo cecinit in diebus illis? Signatis poſtibus ſuis ſanguine agni, & percuſſis primogenitis Aegypti, rubrum mare tranſiens, merſo Pharaone cum curribus & equitibus ſuis, cecinit carmen hoc: Cantemus domino glorioſe em̃ honorificatus eſt, &c. Iuxta dies illos, id eſt, ſecundũ quod in illis diebus præfiguratum eſt, ecce nunc eccleſia ſancta, ſignatis frontibus ſignaculo crucis & ſacramento dñicæ paſſionis, atq; ita exterminato primogenito mortis, id ẽ, peccato originali, tranſiens mare rubrũ, id eſt, ſacri baptiſmi ſacramentum ſanguine Chriſti rubicundum, ſepultis omnib⁹, carmen glorioſum, cuius illud Moſi canticum fuit præfiguratum, ſicut in Apocalypſi ſcriptum eſt: Et uidi tanq̃ mare uitreum, mixtum igne, & eos qui uicerunt beſtiam & imaginem illius, & numerũ nominis eius, ſtantes ſupra mare uitreum, habentes citharas dei, & cantantes canticum Moſi ſerui dei: & canticum agni, dicentes: Magna & mirabilia opera tua domine Deus omnipotens, iuſtæ & ueræ uiæ tuæ, Rex ſeculorum, & cætera. Sequitur. L Et erit in illo die, ait dominus, vocabit me vir meus, ⁊ non vocabit me vltra Baalim ⁊ auferam nomina Baalim de ore eius, ⁊ nõ recordabitur vltra nominis eorum J Hoc, ut dicitur, ita factum eſt, & fit. Docente nanq; magiſtro & dño noſtro Ieſu Chriſto, & ſpiritu ſancto, nunc didicit beata eccleſia deum uocare uirum ſuum, maxime quia bona & magna eccleſiæ pars, beata uirgo Maria, ſic deo altiſſimo mirabiliter coniuncta eſt, ut ſemen eius, id eſt, uerbum eius, unicum filium eius, utero proprio conciperet, deumq; & hominem ad ſalutẽ omnium credentium feliciter pareret. Poſt ipſam omnis anima, quæcũq; uerbi eiuſdem incarnati fidẽ mente ad iuſtitiam concipit, & oris confeſſione ad ſalutẽ parit,

Expedit templum Hieruſalem deſtructum eſſe.

Actu. 15

Gala. 5
Eſa. 6

Exo. 12

Apoc. 15

uiuet

uniuerſa eccleſia, quæ de multis huiuſmodi credẽtibus cõſiſtit, recte dicit deo, uir meus, qa uxor dei dici & eſſe meretur. Et nõ uocabit me (inquit) ultra Baalim, ſubauditur, ut hactenus fecit. Deniq; formatis uitulis, & aſſumpto Baal, cæterisq; deorũ portentis, quæ hoc ſignificantur plurali uocabulo Baalim, quotiẽs dixit, iſti ſunt dñi tui Iſrael, qui eduxerunt te de terra Aegypti, totiens quod auditu quoq; nefas eſt, Iſrael illũ, qui ſe eduxerat de terra Aegypti, uocauit Baalim. Et auferã (ait) noia Baalim de ore eius, & nõ recordabitur ultra nominis eorũ, uidelicet iuxta illud Apoſtolicũ. Aut turpitudo, aut ſtultiloquiũ, nec nominetur in uobis, ſicut decet ſanctos. Nã poteſt quidẽ Baali tolerabilẽ habere interpretationẽ, id eſt, habẽs me, quod de deo uero fidelis aĩa recte poteſt dicere, ſed hoc nomẽ Baalim, quod ab Iezabel introductũ eſt in idolo Sydoniorũ, quod illi Baal dicunt, nimis pollutũ & inquinatũ eſt, & iccirco nulla nominis eiuſdẽ interpretatio, quãuis pulchra, placere debet. Non ergo (inquit) ultra recordabitur nominis eorũ, & ego uiciſſim nõ recordabor nominis eius ſiue nominũ, ſicut in Pſalmo ſcriptũ eſt. Nõ congregabo cõuenticula eorũ de ſanguinibus, nec memor ero nominũ eorũ per labia mea, id eſt oĩm eorũ, quæ impie geſſerũt, pro qbus raptores, adulteri, & ſimilia, ſunt nominati, nõ recordabor, nec pro his puniã eos. Et percutiam eis fœdus in illa die cum beſtia agri, et cum uolucre cœli, et cum reptili terræ, et arcum, et gladium, et bellum cõterã de terra, et dormire eos faciã fiducialiter. Et pcutiã eis inqt. Quibus? Singulari nãq; nũero utebatur, dicendo, uocabit me uir meus, & auferã noia Baalim de ore eius, & nominis eorũ nõ recordabit: nũc aũt in plurali numero loqtur, dicens, & percutiã eis Quibus ergo? Nimirũ ſupra dictis uinitoribus eius, id eſt pdicatoribus eius. Illis nãq; percuſſit dñs fœdus cũ beſtia agri, & cũ uolucre cœli et cũ reptili terræ. Quod primũ iuxta literã recte intelligi poteſt. Habentes nãq; grãm operationis uirtutũ apoſtoli, & patres ſancti, & beſtijs, & uolucribus, atq; reptilibus, ſiue ſerpentibus imperaſſe leguntur, & obedierũt eis tã prompte, ut miraculo eſſent populis ad gloriã Chriſti quaſi fœdus pepigiſſent cũ eis. Deniq; iuxta hũc ſenſum tã pulchre q̃ ueraciter nunc dicitur, & percuciã eis fœdus cũ brutis animãtibus. Porrò, iuxta anagogen, uinitoribus eiuſdẽ dñs cũ beſtijs, cũ uolucribus, & cũ reptilibus fœdus percuſſit, qa ſanctis apoſtolis, cæterisq; ex circũciſiõe credẽtibus, gentiles in unitate fidei & gratia euangelij cõſociauit: quorũ prior uita uel cõuerſatio merebat beſtijs, uolucribus, atq; reptilibus aſſimilari, iuxta illam apoſtoli Petri uiſionẽ, de qua in Actibus Apoſtolorũ ſcriptũ eſt. Et uidi cœlũ apertũ, & deſcẽdens uas quoddã uelut lintheũ magnũ, q̃tuor initijs ſubmitti de cœlo in terrã, in quo erãt oĩa quadrupedia, & ſerpentia terræ, & uolatilia cœli, & facta eſt uox ad eũ. Surge Petre, occide, & manduca. Per illa nanq; gentes ſignificari ipſe intelligẽs, poſtmodum dixit. Vos ſcitis qũo abominatum ſit uiro Iudæo coniungi, aut accedere ad alieniginã, ſed mihi oſtẽdit deus, neminẽ cõmunẽ aut immundũ dicere hominẽ. Cũ talibus percuſſit eis fœdus dominus, uidelicet dicẽdo illi: Quę deus purificauit, ne tu cõmunia dixeris aut immũda. Sed & quotiens homo ſecularis, uel potens aut ſuperbus, aut immitis, aut ſubdolus, mores in meius cõmutando, arctius ſanctæ religionis ꝓpoſitũ aſſumit, & humilibus, mitibus atq; ſimplicibus ſeſe cõiũgit, pcutitur à domino ſanctis fœdus cũ beſtijs & reptilibus eiuſmodi, & impletur prophetia Eſaiæ, dicentis: Habitabit lupus cũ agno, & pardus cũ hædo accubabit, uitulus & ouis & leo ſimul morabũtur, & puer paruulus minabit eos. Vitulus & urſus paſcẽt, ſimul requieſcent catuli eorũ, & leo quaſi bos comedet paleas. Et delectabit infans ab ubere ſup foramina aſpidis, & in cauernam reguli, qui ablactatus fuerit, manũ ſuam mittet. Nã quod idẽ alibi dicit Eſaias de diebus nouiſſimis, id eſt de aduentu domini. Et iudicabit gẽtes, & arguet populos multos, & conflabũt gladios ſuos in uomeres, & lãceas ſuas in falces, nõ leuabit gens cõtra gẽtẽ gladiũ, nec exercebuntur ultra ad pliũ. Id ipſum cõtinuo ſubiungit iſte, imò deus in iſto, cũ dicit. Et arcum & gladiũ, & bellũ cõterã de terra. Hoc enim totiens fit, quotiens homo bellator, & militiæ ſeculari dudũ dedi tus, arma bellica, qbus hoies occidũt, proijcit, & monaſtico, ſiue clericali transformatus habitu canit inſignia pacis: aut certe factus heremita, qui dudũ gladiũ, lanceãq; uibrabat, uomere terrã ſcindit, & falce ſegetẽ, aut herbã ſecat extguã, ſuſtẽtãdo corpuſculo neceſſariã. Sed & in ſingulis hominibus ſpiritualiter arcũ & gladiũ, & bellũ cõteret dñs, quãdo poſt

Ephe. 5

Pſalm. 3

Fedus uinitorũ cum beſtijs

Acto. 10

Eſai. 11.

Eſai. 2

pugnã uitiorũ, quia fatigabatur miles legitimus, dicens: condelector legi dei ſecundũ interiorẽ hoiem. Video aũt legẽ in mẽbris meis repugnantẽ legi mentis meæ, tandẽ liberat de corpore mortis huius, & hoc gratia dei per Ieſum Chriſtũ. Nã & in Pſal. maxime de hac pace ſcriptũ eſt. Et factus eſt in pace locus eius, ſubauditur dei, & habitatio eius in Syon. Cõtinuoq; ſequitur. Ibi confregit potentias arcũ, ſcutũ, & gladiũ & bellũ, id eſt, omnẽ tm pugnationẽ uitioꝝ. Sequitur adhuc. ¶ Et dormire eos faciam fiducialiter. ¶ Subaudiõtur in illa pace. Ibi nanq; dormitur fiducialiter, uidelicet illa dormitione, de qua in Cãticis loquitur ſponſa. Ego dormio & cor meũ uigilat. Vigilanti nãq; corde, fiducialiter dormit, qñ remotis curis ſecularibus, & repreſſis uitiorũ motibus, ſolũ deũ libera per gr̃am dei, anima ſuauiter cõtemplari delectatur. Vel certe dormire eos fiducialiter, id eſt ſomnũ mortis excipere faciã confidẽter, uidelicet pro bona cõſcientia, quali fretus Apl̃us, diſſolui & cum Chriſto eſſe cupiebat. His dictis de uinitoribus eius, cõfeſtim ad eandẽ uineã, id eſt eccleſiã uniuerſam facit apoſtropham, dicitq; ad eam. ¶ Et ſponſabo te mihi in ſempiternũ, & ſponſabo te mihi in iudicio, & iuſtitia, & in miſericordia, & miſerationibus, & ſponſabo te mihi in fide, & ſcies quia ego dominus. ¶ Mira familiaritas, mira gratia. Mulier iſta cui hæc loquitur, fornicatrix fuerat, poſt amatores ſuos ibat, niſi quod ſpinis offenſa, & maceria, ita ut nõ poſſet inuenire uias ſuas, tandẽ dixit. Vadã, & reuertar ad uirũ meum priorẽ, qa bene erat mihi tũc magis q̃ nũc. Ecce aũt ad deſpõſationẽ adducitur, & cõuertit ad illã amator deus, & inter blãdicias ineffabiles ſpõſa fore promittitur, q̃ũ uirgo, imò uere uirgo. Nã Chrinthij, quticq; gẽtes fuerãt, & poſt mltos amatores, i. poſt multos deos ierat aĩa eoꝝ, loquitur Apl̃us. Aemulor em̃ uos dei æmulatiõe, deſpondi em̃ uos uni uiro uirginẽ caſtã exhibere Cbriſto. Talis aĩa aꝝ amator deus, ut quãtumcũq; aia fornicata fuerit, ſtatim ut deo uero p fidẽ cõiungitur, uirgo ſit. Hoc homo facere nõ p̃t, neq; em̃ talis eſt carnis natura ſiue lex. Secũdũ carnẽ uirgo eſſe nõ p̃t, quæ ſemel corrupta eſt, imò nec legitima uxor, q̃ ſemel à uiro ſuo repudiata eſt. Iccirco p prophetã aliũ dicit ad hãc ipſam mulierem. Vulgo dicitur. Si dimiſerit uir uxorẽ ſuã, & recedẽs ab eo duxerit uirũ alteꝝ, nunq̃ reuertetur ad eã ultro? Nunqd nõ polluta & cõtaminata erit mulier illa? Tu aũt fornicata es cũ amatoribus multis, tñ reuertere ad me dicit dñs, & ego ſuſcipiã te. Cũ dicit, & ego ſuſcipiã te, ſubaudiendũ eſt ſecundũ p̃dicta teſtimonia & ſponſam & uirginẽ faciã te. ¶ Nunc igitur diligenter conſiderandũ eſt familiaritatis & gr̃æ huius trina repetitio, & ſponſabo te mihi in ſempiternũ, & ſponſabo te mihi in iudicio, & iuſtitia, & in miſericordia, & miſerationibus, & ſponſabo te mihi in fide. Quid eſt illud primũ qđ promittit dicẽdo, & ſpõſabo te mihi in ſempiternũ? Quid niſi nuptias illas repromittit, quaꝝ iucũditate reſperſa oĩs ſancta ſcriptura legẽti & intelligẽti aiæ dulceſcit? In quodã loco euãgelij ſui ſponſus iſte dicit. Simile eſt regnũ cœloꝝ homini, q fecit nuptias filio ſuo. Nuptiæ iſtæ tã nobis innotuerũt q̃les ſint, qa tũc deus pater & rex filio ſuo nuptias fecit, qñ illũ incarnari uoluit, & nuptiarũ iſtaꝝ thalamus fuit uterus uirginis. In illo nãq; utero natura mulieris huiꝰ, natura nr̃a, natura humana, cõiuncta eſt naturæ dei: & exinde q deus erat, proceſſit Chr̃s, deus & hõ, ſponſam habẽs, & ideo ſponſus, ſicut ſcriptũ eſt in Pſalmo, & ipſe tanq̃ ſponſus procedẽs de thalamo ſuo. Iſta ſponſalia æterna ſunt. Cũ ergo dixiſſet, & ſpõſabo te mihi. addidit, in ſempiternũ, i. naturã tuæ carnis ſemel ſuſcipiẽs, ultra nõ dimittã, nec euaneſcet, ut quidã hæretici putãt, ſed & uerbũ & caro, i. & deus & hõ ero in ſempiternũ. Quid porrò eſt illud ſecundũ qđ promittit, dicẽs: & ſponſabo te mihi in iudicio, & iuſtitia, & miſericordia, & miſerationibus? Quid niſi iudiciũ illud promittit, qđ hõ factus ipſe deus fecit cõtra principẽ mũdi, moriendo propter delicta nr̃a, ut illũ eiiceret foras? Illa nãq; hora inſtãte dixit. Nũc iudiciũ eſt mũdi, nũc princeps mundi eiicietur foras. Perinde iuſtitia nr̃a reſurrectio eius eſt. Quia crucifixus eſt (inqt Apl̃us) propter delicta nr̃a, & reſurrexit propter iuſtificationẽ noſtrã. Miſericordia eius eſt remiſſio peccatoꝝ, qđ eſt primũ ſancti ſp̃ũ datũ, de q̃ ipſa die, qua reſurrexit, cũ inſufflaret ſtans in medio diſcipulorũ ſuorũ dixit eis. Accipite ſpiritũ ſanctũ, quoꝝ remiſeritis peccata, remittũtur eis. Miſeratiões eius, diuiſiones gratiarũ ſunt, qđ eſt ſecũdũ eiuſdẽ ſp̃ũ ſancti datũ: de quo ſcriptũ eſt, quia die penthecoſtes apparuerũt apoſtolis diſpartitæ linguæ, tanq̃ ignis, ſeditq; ſupra ſingulos eorũ. In his igitur ſponſabo te mihi (inquit)

in iudi-

Roma. 7

Pſalm. 57.

Can. 5

2 Phil. i

2. Cor. ii.

Hiere. 3.

Trina ſponſatio.

Matth. 22

Pſalm. 18

Ioha. 12

Rom. 4

Ioha. 20

Act. 2

in iudicio, & iuſtitia, & miſericordia, & miſerationibus, id eſt fundã ſanguinẽ meũ & moriar pro te, Vnde iudicatus princeps mũdi eñciatur foras, & reſurgã propter iuſtificationẽ tuã, & miſerebor tui, dando ſpiritũ ſanctũ in remiſſionẽ peccatorꝝ, & miſerebor te, dando & diſtribuẽdo tibi diuiſiones gr̃arꝝ, id eſt gr̃am ſanitatũ, operationẽ uirtutũ, genera linguarũ, &c. Quid deinde eſt illud tertiũ, qđ promittis dicẽdo, & ſpõſabo te mihi in fide? Quid niſi illud qđ ad Romanos ſcribẽs, uehemẽtiſſime cõcertat Apl̃us, iuſtificari hoẽm ex fide, nõ ex opibus? Quid (inqt) dicemus inueniſſe Abrahã patrẽ noſtrũ ſecundũ carn̄? Si enim Abrahã ex opibus iuſtificatus eſt, habet gloriã, ſed nõ apud deũ. Quid eñ ſcriptura dicit? Credidit Abrahã deo, & reputatũ eſt illi ad iuſtitiã. Ei aũt q operat, merces nõ imputat ſecundñ gr̃am, ſed ſecundũ debitũ. Ei uero q nõ operat: credẽti aũt in eũ q iuſtificat impiũ, reputatur fides ad iuſtitiã: ſicut & Dauid dicit, beatitudinẽ hoĩs, cui deus accepto fert iuſtitiã ſine operibus. Beati quorꝝ remiſſæ ſunt iniquitates, & quorꝝ tecta ſunt pc̃ta, &c. uſq; ad id qđ ait, iuſtificati igitur ex fide: pacẽ habemus ad deũ p dñm noſtrũ Ieſum Chriſtũ. Igitur cũ dicit, & ſponſabo te mihi in fide, ſubaudiendũ eſt, & nõ in opibus: qa uidelicet ex operibus legis nõ iuſtificabitur oĩs caro corã illo, iuſtitia aũt dei p fidẽ Ieſu Chriſti ſup omnes q credunt. Sane cũ hæc dicimus aut legimus, nõ opa decẽ præceptorꝝ quæ in tabulis lapideis digito dei cõſcripta ſunt, repudiamus, ſed opera cærimoniarꝝ carnaliũ, in qbus Iudęus gloriatur, cũ oderit eas deus, ſicut in Eſaia loquitur. Neomeniã & ſabbatũ, & feſtiuitates alias nõ ferã: Calendas ueſtras & ſolẽnitates ueſtras odiuit aĩa mea. Tandẽ hac felici diſpẽſatione promiſſa, & quaſi triplici funiculo trinæ repetitionis inſolubiliter cõfirmata, ſummã ſponſaliũ totiusq; dotis breuiter appendit, dicẽdo. ⊥ Et ſcies, quia ego dominus. ⊥ Quid eñ? Nunqd parũ eſt ſcire, q̃ iſte ſit dñs? Nẽpe ſapientes illi magiſtri & legiſperiti illi ſcribæ & phariſæi, q tulerãt, uel tuliſſe uidebãtur ſibi clauim, ſciẽtiæ, neſcierũt. Cũ eñ tentaſſent hunc dñm, ut quaſi ſapiẽtes in ſermone caperẽt eũ, uelut inſciũ, memor ſcripturę dicentis. Reſponde ſtulto ſecundũ ſtultitiã ſuã, ne ſibi ſapiens, uideatur: talionẽ illis reddidit proponendo quæſtionem huiuſmodi. Quid uobis uidetur de Chriſto cuius filius eſt? Dicentibus illis Dauid, qũo (inquit) Dauid in ſpũ uocat eũ dñm, dicens: Dixit dñs dño meo, ſede à dextris meis, Donec ponã inimicos tuos ſcabellũ pedum tuorꝝ? Si ergo Dauid uocat eũ dñm, qũo filius eius eſt? Et nemo poterat ei reſpondere uerbũ. Neſcierũt, imò ſcire noluerunt de filio Dauid, qũo uel unde ſit filius Dauid, tu aũt ſcies inquit, ſcies inquñ qa ego dñs, nõ ſolũ Dauid, cuius ſecũdũ carnẽ filius ſum uerũ etiã & angelorꝝ & hoĩm & cœli & terræ & maris & oĩm quæ in eis ſunt, quorꝝ uti q̃ creator, & iccirco dñs ſum. ¶ Ne quis parũ hoc exiſtimet, nimirũ hæc ſententia [illegible] uita æterna eſt. Dixit eñ ipſe quodã loco ad patrem Hæc eſt aũt uita æterna, ut cognoſcant te ſolũ deũ uerũ, & quẽ miſiſti Ieſum Chriſtũ. Scientia hęc non ex magiſterio hominis, ſed ex reuelatione procedit dei patris, & in hac reuelatione uera beatitudo eſt. Vnde ad Petrũ, cũ ille incepiſſet ſcire q̃ iſte dñs ſit, taliter locutus eſt. Beatus es Symon Bar Iona, quia caro & ſanguis nõ reuelauit tibi, ſed pater meus q in cœlis eſt. Sequitur. ⊥ Et erit in die illa, exaudiam dicit dominus, exaudiam cœlos, & illi exaudient terram, & terra exaudiet triticum, & vinum, & oleum, & hec exaudient Ieſrahel. ⊥ Si ſolam ſpectes in iſtis quoq; dictis literam, ualde exile eſt, neq; maieſtati eius, qui hæc loquitur, domini dei cordignum apparet qđ ſonuit litera hæc. Etenim metonomica quidem transfiguratione litera decorata eſt, dũ cœli & terra & triticum & uinũ & oleum exaudiri uel exaudire dicuntur: ſed hic in ſuperficie nihil aliud reprornitti ſentitur, niſi qđ temporale eſt, quo anima nõ reficitur, ſed ſolus uẽter, qui deſtruẽdus eſt, impletur. Vt ergo dignũ deo in iſta quoq; litera ſenſum cõſequamur, leuemus ad illũ mentis oculos, cui dicit Pſalmiſta. Reuela oculos meos & conſiderabo mirabilia de lege tua. ¶ Primũ eſt, ut iſtas, exaudit̃ones enuneremus. Dominus exaudt, cœlos, & c cœli exaudiũt terrã et terra exaudiutt triticũ, et uinũ, et oleũ, et hæc exaudiũt Ieſrahel. Nimirũ quatuor exaudiões ſunt & occulta gradatio, ſed eã apl̃us planiorẽ atq; clariorẽ facit, dũ ad Romanos ſcribens, præmiſſo, omnis quicũq; inuocauerit nomen dñi, ſaluus erit, cõtinuo ſubiũgit. Qũo ergo inuocabunt in quem non crediderũt? Aut qũo credent ei, quẽ non audierunt? Quo modo aũt audient ſine prædicante? Qũo uero p̃dicabũt niſi mittant? Gradatio nãq; uerbis

i. Corin. 12

Roma. 4

Gene 15

Pſalm. 31

Rom. 3

Eſaia. 1

Luce. ii
Matt. 22

Pſam. 106

Ioan. 17

Mat. 16

Pſalm. 18

Exaudit̃ones quatuor.

Roma. 10

diuerſa, ſed ſenſibus eadē eſt, niſi qđ hic deſcēdēdo, Aplūs aūt quaſi aſcēdendo gradus eoſ dē diſponit: Deniq; cœli, quos hic dñs ſeſe exaudire promittit, ipſi ſunt p̄dicatores, de quibus in quarto gradu dicit Aplūs, qūo p̄dicabunt, niſi mittantur? Si teſtimoniū quæris, notū & promptū eſt illud Pſalmiſtæ: Cœli enarrant gloriā dei, id eſt, apoſtoli cæteriq; p̄dica-
pſalm.18 tores annūciant euangeliū Chriſti filij dei. Itaq; cū dicit hic dñs, exaudiā cœlos, ſic intelligendū eſt, ſpū ſancto implebo apoſtolos, ut uidelicet authoritatē habeāt p̄dicādi, tāq; à deo miſſi. Qūo em̄ p̄dicabūt, niſi mittant? Itē cū dicit. Et illi exaudiēt terrā, ſic intelligēdū eſt, & illis p̄dicātibus audient inhabitātes terrā, iuxta illud. In oēm terrā exiuit ſonus eorū, & in fines orbis terræ uerba eorū. Qūo em̄ audient ſine p̄dicante? Cœli ergo audient terrā. i. apoſtoli p nimiā charitatē nō ſuſtinebūt quin deſcēdāt ad erudiendā terrenorū hoīm ignorantiā. Itē cū dicit: & terra exaudiet triticū, & uinū, & oleū, ſic intelligendū eſt, & terreni hoīes credēdo ſuſcipiēt bonū dei uerbū, quēadmodū terra hæc inaſata ſuſcipit ſemē, ſiue plantaria paritura triticū, & uinū, & oleū. Sic nimirū & nō aliter, nō niſi audiēdo credere poterūt. Qūo em̄ credēt ei, quē nō audierūt? Itē qđ dicit, & hæc exaudiēt Ieſrahel, ſic intelligendū eſt, & eorū credulitas inuocabit ſemē dei. i. Chriſtū, quē niſi credūt, inuocare nō poterunt. Qūo em̄ inuocabūt, in quē nō crediderūt? Totū ergo qđ habemus, qđ dñm Ieſum Chriſtum ſcire & inuocare meruimus, miſerētis dei gr̄æ aſcribendū eſt: q̄a uidelicet nō prior dñs exaudiſſet cœlos, neq; cœli exaudirēt terrā, neq; terra exaudiret triticū, & uinū, & oleū, neq; hæc exaudirēt Ieſrahel, niſi deus uel ſpūs ſanctus p̄dicatores miſiſſet, neq; illi p̄dicarēt: ac p hoc hoīes, neq; audirēt, neq; crederēt, neq; Chriſtū inuocarēt. ¶ Proprietates iſtarū exaudītionū adhuc breuiter p̄currere libet. Exaudiuit dñs cœlos, q̄n deſiderātes ip̄m, uiſitauit apoſtolos, primo & ſecūdo poſt reſurrectionē ſuā. Primo, ipſa die q̄ reſurrexit, q̄n de ipſo lo-
Luce.24 Iohan.20 quētibus (ſicut Lucas narrat) & dicētibus, qđ ſurrexit dñs uere & apparuit Symoni, ſtetit in medio eorū, & dixit eis, Pax uobis: & ſicut Iohannes refert, inſufflauit & dixit. Accipite
Act.2 ſp̄m ſanctū, q̄rū remiſeritis p̄cā, remittūtur eis. Hoc em̄ eſt primū qđ dedit illis ſpūs ſancti datū in remiſſionē peccatorū. Secūdo, q̄n cū eſſent oēs pſeuerātes unanimes in oratione cū mulieribus, & Maria matre Ieſu, & fratribus eius, miſit eis ſpiritū ſanctū in diuiſionē gratiarū q̄ſi linguæ di pertitæ ſignificabāt, q̄ apparuerūt. Hoc enī eſt alterū ſpūs ſancti datū, quo illis dedit uel diſtribuit diuerſorū dona chariſmatū. Propter iſtas duas uiſitationes, q̄bus illis ſpūs ſanctus datus eſt, pulchre non cōtentus eſt ſemel dixiſſe, exaudiā: ſed repetiuit, & eodē bis uſus eſt uerbo. Et erit (inquiens) in die illa, exaudiā dicit dñs, & exaudiā cœlos. ¶ Exaudierūt cœli terrā, q̄n apoſtoli uocib⁹ ſanctæ ſcripturæ, q̄ pro terra, ſiue pro gētibus agūt,
actī.13 obedierunt. Exēpli gratia, Cū dixiſſent, uobis quidē oportebat primū loqui uerbū dei, ſed
Eſai.19 q̄niā repuliſtis illud, & indignos uos iudicaſtis æternæ uitæ, ecce cōuertimur ad gentes, ſtatim addiderūt. Sic enī p̄cepit nobis dñs. Poſui te in lucē gentibus, ut ſis in ſalutē uſq; ad extremū terræ. Itē. Cū ptranſiſſent Myſiā, deſcēderūt Troadē, & uiſio p noctē Paulo oſtēſa eſt. Vir Macedo quidā erat ſtans & deprecās eū dicēs. Tranſiens in Macedoniam adiuua nos. Hoc uiſo certi facti ſunt, q̄a uocaſſet eos deus & euangelizare eis. ¶ Exaudiuit terra triticū & uinū & oleū, quādo gentilitas obediuit euangelio Chriſti, ut uiueret ſecūdū eius imperiū, ut confirmaret ſe ſecundū dei uerbū quod eſt bonū & ſpirituale triticū & ſecūdū ſpiritus ſancti beneplacitū, cuius iā dicta duo data recte intelligūtur per uinū & oleū. ¶ Hæc aūt exaudierunt & exaudire nō deſinunt Ieſrahel, dū ſaturant ora mutorū & ſaturando aperiunt, & linguas infantiū diſertas faciunt, & aures reſerāt ad audiēdū & obediēdū: iuxta il-
Pſalm.21 lud quod de hoc eodē tritico & uino & oleo ſaturandos proſpiciens ſpūs p̄dixit in pſalmo. Edent pauperes & ſaturabuntur & laudabunt dām. Laudabunt quippe non aliud eſt q̄ inuocabunt: quod hic ſignificatur per exauditionis uerbū. Sequitur. **Et ſeminabo eam mihi in terram, & miſerebor eius quę fuit abſq; miſericordia, & dicam non populo meo, populus meus es tu, & ipſe dicet, deus meus es tu.** Seminabo eam mihi in terram, ſubauditur uniuerſam, id eſt diſſeminādo uerbū prædicationis, eccleſiam catholicam in toto orbe terrarū diffundam, ut non ſit tantum in una Iudaica gente, ſed in omni gēte & natione, iuxta quod in pſalmo teſtatur filius, dictum ſibi eſſe à patre. Poſtula à me & dabo
Pſam.2 tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ. Et miſerebor (inquit)

eius

eius. Cuius eius? Quæ fuit absq; misericordia. Hæc omnia faciendo quæ huc usq; pollicitus sum, lactando & ducendo eã in solitudinẽ, loquendo ad cor eius & cætera peragendo, miserebor eius, & hæc est misericordia quam faciã illi, quæ fuit absq; misericordia. Iam supra hoc diximus, cuncta hæc q̃ hoc prolixæ promissionis capitulo sub relatiuis pronominibus cõtineantur, ab eo qđ ait. Ecce ego lactabo eã: ista clausula cõpleri, q̃ fuit absq; misericordia, atq; hic tandẽ designari, ad quã fiãt promissiones huiusmodi, mira nõ solũ ueritate, uerũetiam elocutionis arte, ut nõ usquequaq; iraſcatur cõtra ſcripturã, quã ſeruari oportebat, illa, contra quã ſuperius dictũ est: Voca nomen eius absq; misericordia. Putat namq; ipsa q̃ uocatur absq; misericordia, sibi met bona hæc promitti, & semetipsam esse de qua nũc dicitur, & miserebor eius, q̃ fuit absq; misericordia. Verũ longe aliud est uocari uel esse absq; misericordia, atq; aliud fuisse absq; misericordia. Nã absq; misericordia uocat, & ẽ domus carnalis Israel, cui non addam (inquit) ultra misereri. Absq; misericordia uero fuit gentilitas, cum nũc miseretur deus. Hoc manifestius liquet ex eo qđ protinus addidit. Et dicã non populo meo, populus meus es tu, & ipse dicit, deus meus es tu. Iste namq; populus gẽtilis est, cui Paulus apl'us dicit. Qui eratis illo in tempore sine Christo, alienati à conuersatione Israel & hospites testamẽtorũ promissionis, spem nõ habẽtes, & sine deo in hoc mũdo. Nũc aũt in Chſto Iesu uos q̃ aliquãdo eratis longe facti estis prope in sanguine Christi. Ephe. 2

FINIS LIBRI PRIMI.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN OSEE PROPHETAM COMMENTARIORVM LIBER II.

SVperiori loco, ubi dictũ ẽ, Et dixit dñs ad Osee: Vade sume tibi uxorẽ fornicariã, & fac filios fornicationũ, meminimus: & nũc q̃q; meminisse debem⁹, uersiculi longe inferius in hoc propheta scripti cũ domin⁹ dicit: Et locutus sum ꝓphetis, & ego uisionẽ multiplicaui: & in manu ꝓphetarũ assimilatus sum. Diximus dñm in manu ꝓphetæ huius assimilatũ, ineo uidelicet q̃ semel & iterũ, ac tertio accessit ad mulierem fornicariã, & fecit filios fornicationũ. Huic nãq; illud simile est, qđ tertio domin⁹ accessit ad gẽtẽ Hebraicã. Primo, qñ pepigit fœdus siue cõfirmauit testamẽtũ cũ Abrahã. Secũdo, qñ legem dedit in monte Syna, post annos quadringentos & triginta. Tertio, quãdo prophe-ticum sermonem conscribendum misit, qualem primus & scripsit, & cecenit Dauid. At uero à domo eiusdem Dauid scissæ sunt decem tribus post mortem Salomonis, & domũ eius secuta est sola tribus Iuda, & quæ contigua illi erat tribus Beniamin, sicq; de una domo Iacob duæ factæ sunt domus: altera domus Israel, & altera domus Iuda: de quibus iusto cũ dixisset: Voca nomen eius absq; misericordia, continuo subiunxit: Quia non addam ultra misereri domui Israel, sed obliuione obliuiscar eorum & domui Iuda miserebor, Istæ (ut alio iam loco diximus) quæ sunt mulieres, quarum altera apud Ezechielẽ dicitur Oolla, altera Ooliba. Videamus igitur sequentia, Et dixit dominus ad me. ⊥ Adhuc vade ꝛ dilige mulierem dilectam amico; ꝛ adulteram, sicut diligit dominus filios Israel, ꝛ ipsi respiceant ad deos alienos, ꝛ diligunt vinatia uuarum. ⊥ Mulier ista ipsa est Ooliba, id est Hierusalem siue domus Iuda. Et quare hæc dicitur dilecta amica? Videlicet pro eo quod superius dixit, & domui Iuda miserebor. Ad distinctionem domus Israel, de qua dixit, quia non addam ultra misereri domui Israel, sed obliuione obliuiscar eorum, ista dicitur dilecta amico. In quo misertus est domui Iuda? In eo nimirum quod cũ domum Israel transtulisset Salmanassar rex Assyriorum, domum autem Iuda captiuasset rex Babylonis, domum quidem Iuda dominus soluit de captiuitate post. LXX. annos, do Ezech. 23 CAP. III.

mum autem Iſrael non ſoluit, ſed tenentur captiui in Aila & in Abor, iuxta fluuium Go-
4.Re.17 zam in ciuitatibus Mœdorum. Translatus eſt (inquit ſcriptura) Iſrael de terra in Aſſyrios uſq; in diē hāc. Dilecta ergo rectè hæc dicitur amico, quia parcius percuſſit hanc Ooli-
bam, quam ſororem eius Oollam. prioris amicitiæ memor, imò propoſiti ſui, de quo mox dicendum eſt in præſenti loco. Sed uide quomodo, cū dixiſſet mulierē dilectam amico ſta-
tim addidit, & adulteram, ſubauditur, ſicut eſt & ſoror eius. Sequitur enim. Sicut diligit do-
minus filios Iſrael, & ipſi reſpectant ad deos alienos, & diligunt uinatia uuarum. Idem nam
Diligere uina- que eſt, ac ſi dicat. Quia domus Iuda ſic adultera eſt ut domus Iſrael. Vtraque enim cum
tia. diligeretur à domino, ſæpe reſpexit ad deos alienos, & dilexit uinatia uuarum, id eſt eoſ-
dem deos, imò dæmones, qui uere tanquam uinatia uuarum ſunt. Sicut enim tempore uin-
demiæ preſſis uuis, uinoq; in apotecis recōdito, uinatia foras proiiciuntur: ſic habitis in ſup-
nis iudicio, factaq; bonoꝝ & malorꝝ diuiſione angelorꝝ, boni in beatis māſionibus cōfirma-
ti, mali aūt foras proiecti ſuut. Iſtos deos ie eſſe mentientes iſta mulier Ooliba dilexit, & ad
eos reſpexit nō minus q̄ Oolla, id eſt domus Iuda nō minus q̄ domus Iſrael, Hieruſalem
Ezech.23 nō minus q̄ Samaria. Vnde in Ezechiele dās cum dixiſſet de Oolla, id eſt de Samaria, Ipſā
diſcooperuerūt ignomoniā eius, filios & filias eius tulerūt, & ipſam occiderūt gladio, con-
tinuo ſubiunxit. Quod cū uidiſſet ſoror eius Ooliba, plus q̄ illa inſaniuit libidine, & forni-
cationē ſuā ſuper fornicationem ſororis ſuæ ad filios Aſſyriorꝝ præbuit, impudēter ducib⁹
& magiſtratibus ad ſe ueniētibus indutis ueſte uaria, equitibus qui uectabātur equis, & ado-
leſcentibus forma cunctis egregia. Præterea & aliter nūc uſq; Iudæi faſtidientes uinū, dili-
gunt uinatia uuarū: quia in omnibus uiuificantē fugientes ſpiritū, occidentē mīlē & aridā
ſequuntur literam. Sed ad ordinē redeamus. Adhuc (inquit) uade, dilige mulierem dilectā
amico & adulterā. Poſtq̄ ad illam Gomer filiā Debellaim, ò tu Oſee ſemel & iterum ac ter-
tio acceſſiſti, & illa totiens cōcepit & peperit, adhuc uade & dilige ſororē eius ſimilem ad-
ulteram. Et eſt ſenſus hic myſticus. Poſt illa tria, quæ iam dicta uel facta ſunt, teſtamētum
confirmatum cū Abraham, legem datam per Moſen in monte Syna, & ſermonē prophe-
ticum à pluribus prophetis adminiſtratū & cōſcriptū: tandem ò ſaluator, filii dei, uerbum
patris, ingredere mundū ad ſaluādum genus humanū, & de domo (inquam) Iuda, de ſemi-
ne Dauid, de uirgine Maria homo factus naſcere. Hoc nāq; erat mulierē illā diligere, imò
Can.1. & oſculū illi dare. Iuxta quod bona pars, dilecta pars eiuſdē per Salomonē dixit. Oſculet
me oſculo oris ſui. Quod eſt dicere. Qui olim per figuras loquens uel apparēs, teſtamentū
uel fœdus cū Abrahā pepigit: qui deinde in monte Syna legē dedit, & q̄ deinde prophe-
tas miſit, ipſe iā ueniat & cōiungatur mihi per ſacroſanctū myſteriū ſuæ incarnationis. Se-
quitur. ¶ Et fodi eam mihi. xv. argenteis, & choro ordei, & dimidio choro ordei. Et
dixi ad eam. Dies multos expectabis me, non fornicaberis, & non eris cuiuſquam
viro. Sed & ego expectabo te, quia dies multos ſedebunt filii Iſrael ſine rege, & ſi-
ne principe, & ſine ſacrificio, & ſine altari & ſine Ephoth, & ſine Teraphim. ¶ Si-
cut paulo ante, cū ſecundum multitudinē mulieris loqueretur dicendo, & ibat poſt amato-
res ſuos, &c. repente ad ſimilitudinē uineæ tranſiuit, & dixit, et dabo ei uinitores eius ex eo-
dem loco: Ita & hic de ſimilitudine mulieris, qua dixerat. Adhuc uade, dilige mulierē dile-
ctam amico, repente ad ſimilitudinem uineæ tranſiuit dicens, & fodi eam mihi. Ad pro-
prietatem nanq; ſpectat uineæ quod dicit, fodi, pro quo uerbo in alia translatione ſcriptū
eſt, & conduxi, quia magis hoc pertinere uiſum eſt ad ſimilitudinē uel proprietatem mu-
lieris. ¶ Quid autē ſibi uult hęc argenteorꝝ quantitas numero. xv. itemq; chorus ordei & di-
midius chorus ordei? Et quidē multa ſunt quæ hinc potuere dici, uidelicet quindenariū ar-
gēteorum numerū ad. xv. lunā, qua die exierunt filiī Iſrael liberati ab Aegyptijs. Chorū
autē ordei et dimidiū chorū ordei, qui ſunt ſimul. xlv. modij, ad. xlv. dies congrue referri, q̄
bus egreſſi, peruenerunt ad montē Synai die. xlv. Qui em̄. xlv. die ad eū peruenerunt locū
in quo legē acceperunt, bene. xlv. modijs ordei fuiſſe referuntur conducti. Nō quidē hūc
ſenſum ab antiquioribus traditū tenuem arbitramur, ſed qa ad ſaluatoris aduentū (ſicut iā
dictum eſt) præſens ſpectat locus, ex tunc em̄ ſedent Iudæi ſine rege & principe, ſecundū
hæc eadem tempora literæ huius ſacramentum enucliare conamur. ¶ Quærentibus nobis

ut inue

ut inueniamus, iuxta promiſſum dicentis: Quærite et inuenietis, tandē illud occurrit, quia neq; in argenteis neq; in ordeo quantitas ad binarium numerum peruenit, ſed neq; in unitate remāſit. Eſſet unitas, ſed ita dixiſſet, & fodi eā mihi .x. argenteis, Eſt eñ denarius ſecūda unitas: itemq; ſi dixiſſet, & choro ordei, neq; addidiſſet dimidio choro ordei, eſſet itidem unitas in quātitate pacti. Exceſſit unitatē, nec tamen ad binarium peruenit, quia neq; uiginti ſunt argentei, qui numerus binarius decenus eſt, neq; duo ſunt chori ordei, qui binarius eſt ſingularis. In utroq; limite, id eſt tam in deceno q̄ in ſingulari, unitas eſt & ſemis, & ſicut iam dictū eſt in neutro ad binarium peruenit. Porrò, abſq; binario uel minus q̄ in binario numero, coniugium non ſit, neq; carnale, quod deus in initio coniunxit: neque ſpirituale, de quo adhunc prophetam hic myſticus ſermo fit, de quo Apoſtolus cū præmiſiſſet, & erunt duo in carne una, continuo ſubiunxit. Sacramentū hoc magnum eſt, ego autē dico in Chriſto & in eccleſia. Quid igitur hoc ſibi uult, quia neq; uiginti argenteis dixit, neq; duobus choris ordei, qui numerus eſt coniugalis, ſed utrobiq; & ſuper unitatē aſcendit, & tamē ad binarium nōp eruenit: niſi quia mulier iſta ſic dilecta, cuius de carne Chriſtus deus homo fieri dignatus eſt, & tanq̄ ſponſus de thalamo ſuo proceſſit, ad coniugiū eiuſdē Chriſti non peruenit? Sequitur eñ. Et dixit ad eam. Dies multos expectabis me, non fornicaberis, & non eris uiro, ſed & ego expectabo te. Itaq; defectū coniugij ſignificat hic defectus, tam deceni q̄ ſingularis binarij, & iccirco recte neq; unitas ſola, neq; binarius totus eſt, quia gens illa de qua Chriſtus, eccleſiæ ſponſus, natus eſt, neq; uirgo eſt, quippe q̄ iam adultera p̄ſenti loco dicta eſt, neq; uxor aut cōiunx eſſe meret, qa ſine uiro, qa filiū non cōfitens, nec patrē habet. At cōtra, q̄ uirū hūc habet, q̄ ſponſa dici meret & eſt, & uirgo eſt & coniunx, atq; iccirco quātitas argenteoꝝ eius unitate & binario taxata eſt. Sic eñ in Cāticis habes. Vinea fuit pacifico, in ea q̄ habet populos, tradidit eā cuſtodibus, uir affert pro fructu eius mille argenteos. Statimq; uir ipſe, ſcilicet Chriſtus dicit. Vinea mea coram me eſt. Mille tui pacifici & ducenti his q cuſtodiūt fructus eius. Millenarius quippe, ſicut Abaciſtæ melius norunt, quarta unitas eſt. Eodē nāq; charactere, q̄ unus in ſingulari limite notat, trāſlato in millenū limitē, mille ſignificātur. Ducēti uero in cēteno limite, eodē charactere ſignificātur, quo in ſingulari duo p̄notant. Igitur ficut illa neq; uirgo, neq; uiro iuncta eſt, & iccirco argentei eius neque decē ſunt, neque uiginti, neque chorus unus, neque chori ordei. Sic ecōtra, hæc & uirgo & cōiunx eſt, & iccirco argētei eius & mille ſunt & ducenti. Præterea & hoc notandū, qđ illa & argentū accipit & ordeū: Hæc aūt ſolūmodo argēteos. Quia habet quidē illa quippiā argēti, id eſt ſermōis ſancti in lege & prophetis, & ſoli ordeo occidentis literæ incūbit. Hæc aūt totū quod habet argentū eſt, neque enī ordeū literæ adtēdit ſed ſolo uiuificātis ſpūs argēto delectat. Et dicit: Eloquia dñi eloqa caſta argētū igne examinatū, probatum terræ, purgatū ſeptuplum. Dicitur ergo illi, quæ nō habet grām cōiugij. Dies multos expectabis me, non fornicaberis, & non eris uiro. Quid hoc ſit, cōſeſtim exponitur his uerbis. Quia dies multos ſedebunt filij Iſrael ſine rege, & ſine principe, & ſine Ephoth, & ſine Teraphim. Ecce hodie ueritatem huius prophetiæ completā uidem⁹, quia Iudæi ducti in omnes gentes captiui, ſine rege, & ſine principe ſunt. Hoc nō fuit anteq; Chriſtus ueniret, ſed ſicut p̄dixerat patriarcha Iacob, nō auferetur ſceptrū de Iuda, & dux de fœmore eius, donec ueniat q̄ mittendus eſt, uſq; ad eius aduentū, & ſi nō ſemper regem, ſemper tamē habuerunt principē: ita ut duces & iudices de ſemetipſis haberēt, etiā cū in Babyloni captiui eſſent. Nā ibi q̄que iudicia ſua p ſemetipſos exercuerūt, Exēpli gra, Suſannā quidē cōdemnātes ut duceret ad mortē, ſed reuerſi aq iudiciū duos p̄ſbyteros, q̄ falſum aduerſus illā teſtimoniū dixerāt, iudicauerūt et interfecerūt. At ubi Chriſtus uenit quē non receperūt, iudices et p̄ſides alienos habuerūt, et nō licuit eis iudicare uel p ſemeripſos terminare iudiciū. Inde eſt quod cū diceret eis Pilatus de dño Ieſu, accipite eū uos, et ſecundū legē ueſtrā iudicate. Reſponderunt. Nobis nō licet interficere quenq̄. Ex tunc ſedent ſine rege et ſine principe, et multi dies ſunt. Nā quia regē ſuum Chriſtū non requirūt, nec regem nec principem de ſemetipſis habere digni ſunt. Sedent et ſine ſacrificio et ſine altari quia perdito loco ubi templum & altare habebant, de quo illis in lege præcipiebatur, in loco quē elegerit dominus, īmolabitis ei, et non in omni loco, nequaq̄ legales uictimas offerūt.

Myſterium huius numeri.

Matt. 7

Ephe. 5.

Can. 8

for. *quartum forte, tertio

Pſalm. 11

Gene 49

Daniij

Ioha 19

Deu. 12

Ephoth. Teraphim

Sedent & ſine Ephoth & ſine Teraphim. Ephoth proprie ſuperhumerale uocatur, ſed hic pro omni ueſtimento ſacerdotali accipitur. Teraphim proprie appellantur figuræ & ſimulachra, ſed hic pro omni ornamento ſacerdotali poſitũ eſt. Hæc omnia Iudæi perdiderunt. Quo aũt expectant Chriſtũ, uel quo illos Chrũs expectat? Dicit enĩ. Dies multos expectabis me, non fornicaberis, & non eris uiro, ſed & ego expectabo te. Nimiũ male expectãt, quia reſpuentes illũ, qui iã uenit, aliũ ſibi pollicẽtur Meſſiã. Hinc ipſe cũ dixiſſet: Ego ueni in nomine patris mei, & nõ accepiſtis me, ſubiunxit. Si alius uenerit in nomine ſuo, illũ accipietis. Porrò Chrũs illos bene expectat, uidelicet donec plenitudo gentiũ introeat. Cæcitas (inqt Apoſtolus) ex parte cõtigit in Iſrael, donec plenitudo gentiũ intraret, & ſic omnis Iſrael ſaluus fieret. Hoc ipſum eſt quod hic continuo ſubiungit. ¶ **Et poſt hec reuertentur filĳ Iſrael, et querent dominum deum ſuum, & Dauid regem ſuum, & pauebũt ad dominum, & ad bonum eius in nouiſſimo dierum.** ¶ Interea nõ fornicaberis (inqt) & non eris uiro. Hoc eſt, nec amatoribus turpiter te proſtitues, nec mihi uiro legitimo cõiungeris, à quo conducta es. Iſtis nanq; diebus Iſrael ſiue ſynagoga, neq; fornicatur publice cum Baal, ſiue cum uitulis aureis, ſicutt unc faciebat: neq; uiro ſuo Chriſto eſt, ac perinde nec patrem Chriſti deum habet. Poſt iſtos dies, ſiue poſt hæc reuertentur (ut iam dictum eſt) quia cum plenitudo gentium intrauerit, quærent dominum deũ ſuum, & Dauid regẽ ſuum, id eſt, deũ patrẽ & filiũ eius confitebuntur Ieſum Chriſtum: Et pauebunt (inquit) ad dominũ, & ad bonũ eius in nouiſſimo dierum. Duabus perſonis, ſcilicet patri & filio, tertiam addidit, id eſt ſpiritũſanctũ, dũ præmiſſo, & quærent dominũ deũ ſuũ, & Dauid regẽ ſuũ, ſubiunxit, & pauebunt ad dominũ. Pauebunt plane, id eſt ineffabiliter admirabũtur, attoniti pro magnitudine rei uel gaudĳ ſui, uidelicet quomodo pauebat Thomas quãdo dicente ſibi dño. Inſer digitũ tuum huc, & uide manus meas, & affer manũ tuã et mitte in latus meũ, & noli eſſe nicredulus, ſed fidelis, Reſpõdit, & dixit ei. Domnus meus & deus meus. Sicut enĩ Thomas cũ cæteris diſcipulis illa die nõ fuit quando Ieſus uenit, & dicentibus illis: Vidimus dominũ, Non credidit: poſt octo aũt dies erat cũ eis, & uenientem iterum Ieſum, uidit & credidit: ſic hodie Iudæi nobiſcũ non ſunt, & dicẽtibus nobis, reſurrexiſſe illũ quẽ crucifixerũt, nõ credunt: Poſt hæc aũt nobiſcũ erunt, & cognoſcent eũ, & pauebũt ad bonũ eius in nouiſſimo dierũ. Sequitur.

Futura Iudeorum cõuerſio.

Iohan. 20

CAP. IIII.

¶ **Audite uerbum domini filĳ Iſrael, quia iudicium domino cum habitatoribus terre. Non eſt enim veritas, & non eſt miſericordia, & non eſt ſcientia dei in terra. Maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt, & ſanguis ſanguinem tetigit.** ¶ Poſtq̃ in capite libri (ut dignũ erat) de Chriſto ſcripſit, mirã ſimilitudinẽ ſiue parabolam adhibens de muliere, ad quã ſemel & iterũ ac tertio iuſſus eſt accedere. Itemq; de muliere dilecta & adultera, quã iuſſus eſt adhuc diligere: nũc eemũ agit id, qđ nõ quidẽ primũ, ſed tamen bonũ ſecundariũ eſt in ordine officĳ prophetici, ſcilicet peccata redarguendo populi, in qbus tũc erat, & pro qbus tandẽ mererẽ proĳci atq; diſpdi. Sic Ezechiel quoq; in capite libri, id eſt in prioribus uiſionibus longe poſt futura, ꝓſcripſit myſteria filĳ dei ꝑ quatuor facies, hoĩs, uituli, leonis, atq; aquilæ uolantis: & tũc demũ q̃ minora uel ſecundaria ſunt, ꝓphetauit uel ſcripſit, ſcilicet inſtantẽ captiuitatẽ populi in Babyloniã tranſmigraturi. Tu ergo (inqt) fili hoĩs, fac tibi uaſa tranſmigratiõis, & tranſmigrabis per diẽ corã eis &c. Ait itaq;. Audite uerbũ domini filĳ Iſrael, qa iudicium dñio cum habitatoribus terræ. Filĳ Iſrael, iamiam in captiuitatẽ ducendi, quibus non addet dñs ultra miſereri, quibus dicit dominus, non populus meus uos, audite uerbũ domini, audite & ſcitote: quia iudicio uobiſcũ agitur, quia uos nõ ſine cauſa patimini aut patiemini: ſed multis cauſis p̃cedentibus. Audite & ſcitote uos, audiat & ſciat orbis uniuerſus, omnesq; generationes, tã ꝑſentes q̃ futuræ, cauſas eſſe magnas, propter quas relinquamini abſq; miſericordia, propter quas dño uobiſcũ fit iudiciũ ſine miſericordia. Quę nã illæ ſunt cauſæ? Ait. Nõ ẽ em̃ ueritas, & nõ eſt miſcdia, & nõ eſt ſciẽtia dei in terra, &c. Anteq̃ cauſas hmõi ꝓtractemus, ſcĩendũ eſt, quia peccata populi illius non minora q̃ gentiũ peccata percutit, & in ſola Chriſti fide, per quã & Abrahã anteq̃ circũcideret, iuſtificatus eſt, iuſtificationẽ hæc prophetica ueritas cõſtituit atq; repromittit. ¶ Et ut totũ prophetiæ corpus ꝑluceſcat, iã dicimus, qa ſepties ab hinc uſque ad fi-

Exodi. 12

Argumentum & ſumma, totius prophetię libri huius:

nem uo

nem uoluminis peccata cõmemorat atq; replicat, & p ſingulas uices in Chriſtũ ſermo rẽ
currit q ſolus omniũ credẽtiũ atq; pœnitentiũ iuſtitia eſt. Vices iſtæ iã numerandæ uel p̃
ſignãdæ ſunt: Primo, inter cætera ſic prolequẽs ſecũdũ multitudinẽ eor̃ ſic peccauerũt mi
hi, fornicati ſunt, & nõ ceſſauerũt, ſp̃ũs em̃ fornicationũ decepit eos, & fornicati ſunt à deo
ſuo, qm̃ ipſi cũ meretricibus uerſabãtur, & cũ effœminatis ſacrificabãt, particeps idolorũ
Effraim, dimitte eũ. Quibus utiq; dictis illos nõ minus q̃ Gentiles ſub peccato eſſe cauſat,
atq; cõuincit, tandẽ Chriſtũ q ſolus iuſtificat utroſq; taliter loquentẽ, introducit. In tribula
tione ſua mane cõſurgent ad me dicentes. Venite, & reuertamur ad dñm, qa ipſe cœpit &
ſanabit nos, percutiet & curabit nos, &c. ¶ Secũdo ita incipiens. Ipſi aũt ſicut Adã trãſgreſ
ſi ſunt pactũ, ibi p̃uaricati ſunt in me. Galaad ciuitas operantiũ idolũ, ſubplantata ſanguine
& quaſi fauces uirorũ latronũ, & cæterauſq; ad illud, ex dieb⁹ Gabaa peccauit Iſrael, ibi ſte
terunt, non cõprehendet eos in Gabaa præliũ ſuper filios iniquitatis, iuxta deſiderĩũ meum
corripiã eos, cõgregabuntur ſuper eos populi, cũ corripiẽtur propter duas iniquitates, tan
dẽ iuſtũ & iuſtificantẽ Chriſtũ ſic introducit. Effraim uitula, docta diligere triturã, & ego Infra.io.
tranſiui ſuper pulchritudinẽ colli eius. Aſcendã ſuper Effraim, arabit Iudas, cõfringet ſibi
ſulcos Iacob. Seminate uobis in iuſtitia, metite in ore miſericordiæ, innouate uobis nouale
tẽpus aũt requirẽdi dñm cũ uenerit, q docebit uos iuſtitiã. ¶ Tertio cõfeſtim pcã repetẽs
Araſtis (inqt) impietatẽ, meſſuiſtis iniquitatẽ, comediſtis fructũ mẽdacij, &c. quib⁹ p̃miſ
ſis, cõtinuo ſaluatoris eiuſdẽ aduẽtũ re, pmittit, ſic eloq̃ns pſonã dei patris. Sicut mane trãſit
ptranſit rex Iſrael, quia puer Iſrael, & dilexi eũ, & ex Aegypto uocaui filiũ meũ. ¶ Quar
to itidẽ pcã replicans & dicens Baalim immolabant, & ſimulachris ſacrificabãt, & ego q̃ſi
nutritius Effraim portabã eos in brachijs meis, & neſcierũt qđ curarẽ eos in funiculis Adã,
trahã eos in funiculis charitatis, & ero eis q̃ſi exaltans iugũ ſuper maxillas eor̃, & declinaui
ad eũ, ut ueſceretur, nõ reuertetur in terrã Aegypti, & Aſſur ipſe rex eius: qm̃ noluerũt cõ
uerti, &c. repente ad eũdẽ ſaluatorẽ ſermo recurrens, ipſumq; repromittens. Poſt dñm (in
quit) ambulabũt, q̃ſi leo rugiet, qa ipſe rugiet, & formidabũt filij maris, & uolabũt q̃ſi auis
ex Aegypto, & q̃ſi colũba de terrs Aſſyrior̃, & collocabo eos in domibus ſuis, dicit dñs. Gene.49
Deniq; dñs de quo ait, quaſi leo rugiet, ſaluator noſter eſt, de q̃ & patriarcha Iacob p̃dixerat
catulus leonis Iuda, ad prędã fili mi aſcẽdiſti, requieſcẽs accubuiſti ut leo, & q̃ſi leæna ipſa
rugijt, & formidauerunt filij maris: Quia reſurrexit, & p̃dicatores ap̃los ſuos miſit, & timu
erũt atq; ad pœnitentiã cõuerſæ ſunt nationes orbis, & auolauerũt & nũc uſq; auolare non Ioan.i4
deſinũt: quaſi auis ex Aegypto huius ſeculi, & collocat eos in domibus ſuis, uidelicet in ſu
pernis manſionibus, de q̃bus ait. In domo patris mei manſiones multæ ſunt. Si q̃ minus di
xiſſem uobis, qa uado parare uobis locũ, &c. ¶ Quinto pcã repcutiẽs cõfeſtim dicẽdo: cir
cũdedit me in negotiatiõe Effraim, & in dolo domus Iſrael, & cætera uſq; ad id, Iccirco e
runt q̃ſi nubes matutina, & ſicut ros mane p̃teriens, ſicut puluis turbine raptus ex area, & ſi
cut fumus de fumario: cõtinuo ſaluator ipſe ſuũ repromittens aduentũ. Ego aũt (inqt) dñs
deus tu⁹ ex terra Aegypti, & deũ abſq; me neſcies, & ſaluator nõ eſt p̃ter me, &c. ¶ Sexto p
tinus pcã cõmemorãs dñs dicẽdo: Iuxta paſcua ſua adimpleti ſunt, & ſaturati ſunt, & ele
uauerũt cor ſuũ, & obliti ſunt mei, & c. tũc demũ itidẽ ſuũ repromittens aduentũ, de manu
mortis (inquit) liberabo eos, & de morte redimam eos: Ero mors tua ò mors, ero morſus tu
us inferne, & cætera, uſq; ad id, & ipſe diripiet theſaurũ oĩs uaſis deſiderabilis, ipſe inquam
uidelicet Chrũs, q in pſona ſua dixerat. Ero mors tua ò mors, qa per mortem ſuã fortem ac
matũ uicit, & uaſa eius diripuit. ¶ Septimo, acriter eadẽ peccata cõdemnãs propheta, dicẽ
do. Pereat Samaria, q̃niã ad amaritudinẽ concitauit deũ ſuũ, in gladio pereat, paruuli eorũ
elidantur, & fœtæ eius diſcindantur: protinus in Chriſtũ uel Chriſti aduentũ reſpiciẽs, cõ
uertere (ait) Iſrael ad deum tuum, & cætera, uſq; in finem. Quibus utiq; & ueri Iſraelis con
uerſionẽ & peccatorũ per eundẽ Chriſtũ remiſſionẽ, & donorũ ſp̃ũs ſancti abundantem et
gratuitã myſtice p̃ſignat effuſionẽ. Ita quotiens peccata gentis percutit ſiue enumerat, to
tiens in aduẽtũ ſiue ſacramẽtũ filij dei ſuũ propheticus ſermo curſum terminat, illud uideli
cet innuens, quod iuſtificari & à peccatis ſaluari non aliter q̃ per grãm uel fidẽ eius qs poſ
ſit. Vnde apoſtolus tam Iudæorũ q̃ Gentiũ peccatis opportune cõmemoratis, tandẽ dicit

Iuſtificati

Roma 5 Iuſtificati igitur ex fide, pacem habemus ad deum, per dominũ noſtrum Ieſum Chriſtũ ¶ Nunc ipſum literæ uel expoſitionis ordinẽ ingrediamur. Præmiſſo (ut iã dictũ eſt) audite uerbũ dñi filij Iſrael, quia iudiciũ dño cũ habitatoribus terræ: Quo dicto, nõ tantũ attẽtos, uerũ & attonitos reddere potuiſſet eos, ſi haberent aures audiendi, cõfeſtim cauſam ingrediens ſic incipit. Nõ eſt em̃ ueritas, & nõ eſt miſericordia, & nõ eſt ſcientia dei in terra. Maledictũ, & mendaciũ, & homicidiũ, & furtũ & adulteriũ inundauerũt, & ſanguis ſanguinẽ tetegit. Propter hoc lugebit terra, & infirmabitur oĩs qui habitat in ea, in beſtia agri, & uolucre cœli, ſed & piſces maris cõgregabũtur. Veruntamen unuſquiſq; non iudicet, & nõ arguatur uir. Populus em̃ tuus, ſicut hi q cõtradicũt ſacerdoti, &c. Fere totam hanc ſermonis prophetici partẽ, uſq; ad id quod ait, in tribulatione ſua mane conſurgent ad me.

Eadẽ materia Pauli ad Romanos, quæ Oſee. Hic præſcribi ratio poſtularet, niſi feſtinãtis ad expoſitionem lectoris uitaremus offenſam. ¶ Deniq; arbitramur apl̃m nusq̃ certius reſpexiſſe aut reſpicere potuiſſe, ut ad Romanos ſcribẽs redargutis uehemẽtiſſime peccatis gentiliũ, diceret protinus cõuerſus ad Iudæum Propter qđ inexcuſabilis es ò homo oĩs q iudicas. In quo em̃ iudicas alterũ, teipſum cõdemnas. Eadẽ enĩ agis q̃ iudicas, &c. Reuera ſi noſſe cupis q̃ uere Iudæo iudicanti gentilem di

Rom. 2 xerit, eadẽ enim agis q̃ iudicas: mala hæc loco p̃ſenti conſcripta de Iudæis conter malis illis quæ de gentibus Apoſtolus cõmemorauit illic, & luce clarius liquebit, quia mala illorũ et mala iſtorũ, non utiq; ſimilia, uerum eadem ſunt. Verba quidẽ diuerſa, ſed res eædẽ ſunt

Roma. 1 Illud breuiter prælibandum, quia ſicut Apoſtolus illic ait: Propter qđ tradidit illos deus, ui delicet gentiles, in deſideria cordis eorũ & in immunditiam: & hoc ipſum traditionis uerbum tertio repetiuit dicens: Propterea tradidit illos deus in paſſiones ignominiæ. Itemq; Et ſicut non probauerunt deũ habere in notitia, tradidit illos deus in reprobũ ſenſum, ut faciant ea, quæ nõ conueniunt. Ita & hic Iudæum fornicantẽ idẽ deus tertio tradit uel tradi iubet, dũ derelinquit & redargui prohibet. Primo nãq; dicit: Veruntamẽ unuſquiſq; nõ iudicet, & nõ arguatur uir. Populus enim tuus ſicut hi q cõtradicũt ſacerdoti. Secũdo aũt: Non uiſitabo ſup filias ueſtras, cũ fuerint fornicatæ, & ſponſas ueſtras cũ adulteraverint q̃niã ipſi cũ meretricibus uerſabant, & cũ effæminatis ſacrificabant. Deinde tertio: Particeps idolorũ Effraim, dimitte eũ, Separatũ eſt conuiuiũ eorũ, fornicatione fornicati ſunt. Sano quippe intellectui non aliud eſt, qđ iuxta Apoſtolũ deus gẽtiles tradidit q̃ q̃ iuxta hũc prophetam Iudæũ uirum uetuit arguĩ: non uiſitare ſe dixit, dimitti iuſſit, uidelicet ſecundũ deſideria cordis ſui. Item qđ de gentibus Apoſtolus ait, repletos omni iniquitate, malicia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidio, &c. Hoc idẽ de Iudæis prophetа hic enũciat, breuius tñ, cũ dicit. Maledictũ et mendaciũ, & homicidiũ, et furtũ, & adulte

Sapiens diſpenſator Paulus. riũ inundauerũt, et ſanguis ſanguinẽ tetigit. Vnde mirãda et laude digna uere ſapiẽtis apoſtoli diſpenſatio, qui in diſceptatiõe Iudæorũ et Gentiliũ, quæ cauſa fuit ſcribendi epiſtolã ad Romanos, ut utroſq; cõpeſceret, prius Gentiles tetigit q̃ Iudæos. Quã ob cauſam? Videlicet quia ex Iudæis quidẽ, omniũ gentiũ cõtemptoribus, totũ certamen oriebatur, & reatus eorũ maior erat: quia legẽ habentẽs, legis erãt p̃uaricatores, atq; ideirco prius ipſi debuerãt repercuti, & oſtẽdi ſibimet q̃les fuerint: ſed gẽtiles ad audiendũ patentiores erant. Laudabilis ergo (ut iam dictũ eſt) diſpenſatio ſiue diſcretio redarguentis apoſtoli, ea redargutionẽ illorũ differens, qui merebãtur quidẽ magis et prius redargui, ſed minus erãt patientes, prius illos rerdaguit, q̃ minus qđẽ dãnabiles, ſed magis erãt patiẽtes. Igitur (ut ſupra diximus) prolixũ ſermõis huius prophetici capitulũ cauſa hic poſtulabat p̃ſcribi et ſermõi apoſtolico cõferri, ſed nos utriuſq; ſummã ſic tetigiſſe cõtenti, deinceps carptim ſingula p̃curramus: paulatimq; ſingula horũ qualiter ſingulis apoſtoli dictis conſonent, intueamur. ait. ⌊Non eſt veritas, & non eſt miſericordia, & non eſt ſcientia dei in terra.⌋ Iccirco (inquit) iudiciũ eſt dño cũ habitatoribus terræ, iudiciũ (inquã) & non miſericordia, neq; enim addã ultra miſereri domui Iſrael, qa in terra, id eſt, eiſdẽ habitatoribus terræ nõ eſt ueritas, & nõ ẽ miſericordia, et non eſt ſciẽtia dei. Tria hæc ſi bñ cõſiderent, digna ſunt ut ubi

Vbi ueritas cõfeſſio peccatorum cũq; fuerint, cedat iudiciũ, & accedat miſericordia dei: ubicũq; aũt non fuerint, miſericor

1. Iohan. 1 da locũ nõ habeat iudiciũq; fiat. Vbi nãq; nõ ẽ ueritas, illic neq; cõfeſſio pcti õr̃, ẽ: et econuerſo, ubi cõfeſſio pcti õr̃ nõ eſt, illic ueritas nõ eſt. Si dixerimus (inquit Apl̃us) qa peccatũ

nonha

non habemus, ipſi nos ſeducimus, & ueritas in nobis non eſt. Ecce aũt hic paucis interie-
ctis dicit. Verũtñ unuſquiſq; nõ iudicet, & nõ arguat uir. Populus enim tuus ſicut hi q cõ
tradicũt ſacerdoti. Nimiꝝ cõtradicere ſacerdoti, eſt peccatũ defendere, quia ſacerdotis of-
ficium eſt, populũ de peccato arguere. Igitur ſicut in gentibus ueritas non erat, ita & in Iu
deis, ſiue in illo carnali Iſrael ueritas non fuit, aut eſt. ¶ At uero acerbius iſtam ueritatis ab- Rom. 1
ſentiã in gentib⁹ redarguit Apoſtolus, cũ dicit: Reuelatur enim ira dei de cęlo ſuper omnẽ
impietatẽ & iniuſtitiã hominũ eoꝝ, qui ueritatẽ dei in iniuſtitia detinent, quia quod notũ
eſt dei, manifeſtũ eſt illis, &c. Ergo ut culpa Iudæoꝝ cõtra ueritatẽ, culpæ gentilium uera
citer æquiparetur, quæramus, & mox occurret, qũo & illi ueritatẽ dei in iniuſtitia detinue 3. Regum. 12
runt. Formatis nanq; uitulis aureis, dixerunt: Hi ſunt dñi tui Iſrael, qui te eduxerunt de ter
ra Aegypti. In hac iniuſtitia, tam Hieroboam, q populus ueritatẽ dei detinuit atq; depſ-
ſit, non enim ignorabant, ſed ignorantiam ſimulabant, quia quod notum eſt dei, manife-
ſtum erat in illis, non tantum (ſicut gentilibus) à creatura mundi, ſed plusq; gẽtilibus, à ſcri
ptura ſuſceptæ legis. Ad ſummum, quia ſciderant ſeſe à domo Dauid, illa ueritas non e- Pſalm. 131
rat in eis, de qua idem dicit: Iurauit dominus Dauid ueritatẽ, & non fruſtrabitur eum, de Vbi non miſe-
fructu uentris tui ponam ſuper ſedem tuam. ¶ Miſericordia quoq; non eſt in eis, inquit, ricordia, ibi
& hoc par eſt ei, quod itidem Apoſtolus de gentilibus dicit. Sine affectione, abſq; fœde- nec charitas.
re, ſine miſericordia. Vſqueadeo & iſti erant ſine miſericordia, ut nec etiam ieiunantes mi
ſereri ſcirent, ſicut ſub eiſdem temporibus de ipſis dixit & ſcripſit Eſaias: Ecce in die ieiu- Eſa. 58
nij ueſtri inuenitur uoluntas ueſtra, & omnes debitores ueſtros repetitis, Ecce ad lites &
cõtentiones ieiunatis, & percutitis pugno impie. Vt breuiter multa, quæ hinc dici pote-
rãt, concludã, cum dicit, non eſt miſericordia, conſequitur, quia nec eſt dilectio ſiue chari
tas, non ſolummodo in proximum, uerumetiam in deũ. Qui enim non diligit proximũ, 1. Iohã. 3
nec miſeretur proximo, conſtat quia nec diligit deum. Hinc Iohannes dicit: Qui habue-
rit ſubſtantiam mundi huius, & uiderit fratrem ſuum neceſſe habere, & clauſerit uiſcera
ſua ab eo, quomodo charitas dei manet in eo? Iuſtum ergo etiam pro hoc iudicium domi
no, ut uidelicet, quia non diligũt, nec ipſi diligantur: quia non miſerentur, nec ipſi miſeri-
cordiã conſequant, ſicut iam ſuperius cũ dixiſſet: & uoca nomen eius abſq; miſericordia,
confeſtim ait: quia non addam urtra miſereri domui Iſrael, ſed obliuione obliuiſcar eoꝝ.
¶ Et non eſt (iat) ſcientia dei in terra. Hoc loco, ſi ad uerſiculũ reſpicias, qa poſtmodũ ſeqt: Scientia
quia tu ſcientiã repuliſti, repellã te, ne ſacerdotio fungaris mihi: nimiꝝ quod hic de Iudæ de deo
is ſiue Iſraeliticis dicit, par eſt ei quod de gentilibus itidem Apoſtolus ait, quia non proba-
uerunt deum habere in notitia. Hoc de illis dixit, quibus non quidem ex lege promptum Rom. 1
erat dei notitiam habere, ſed nihilominus poterat illis notum eſſe, imo nec ipſam eius no
titiam non poterant non habere. Deus enim, inquit, illis manifeſtauit. Inuiſibilia enim
ipſius à creatura mundi per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur, ſempiterna quo-
que uirtus eius & diuinitas, ita ut ſint inexcuſabiles. Quanto magis de Iudæis idem dici
conuenit, quibus non tantum à creatura mundi, uerum ex lege ſcripta propoſitam con-
ſtat fuiſſe ſcientiã ſiue notitiam dei? Porro de uerbo quo ait, quodq; tam ex parte comme
moratum eſt, quia tu ſcientiam repuliſti, poſtmodum ſuo loco plenius dicendum erit.
Sequitur: ¶ Maledictum & mendacium, & homicidium & furtum, & adulterium, Vbi ſupra.
inundauerunt, & ſanguis ſanguinem tetigit. ¶ Sine dubio & hoc illi par eſt quod de
gentilibus ibidem loquens Apoſtolus. Repletos, ait, omni iniquitate, malicia, fornicatio-
ne, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidio, contentione,, dolo, malignitate,, ſuſurro-
nes, deo odibiles, cõtumelioſos, ſupbos, elatos, inuẽtores malorꝝ, parẽtibus nõ obediẽtes
inſipientes, incompoſitos. Nam quod ſequitur, ſine affectione, abſq; fœdere, ſine miſer,
cordia, idem eſt ut iam ante diximus, quod hic præmiſſum eſt. Non eſt enim ueritas, nõi
eſt miſericordia. Quod illẽ gentiles talibus repletos ait. Hoc idem iſte de Iudæis ſufficien
ter exprimit uerbo inundationis, dicendo, inundauerunt: quod nimirum non mediocri-
tatis ſed plenitudinis eſt uerbum. Iccirco hæc dicimus, & iccirco huius prophetici & illi⁹
apoſtolici loci collationem facimus & facturi ſumus, ut memoriam non excidat qđ, ſicut
iã añ dixim⁹, rectiſſime apoſtolis enumeratis gentiliũ uitijs, conuerſus ad hominẽ Iudæũ,

Inexcu

Sāguis ſanguinem tetigit.

Inexcuſabilis es(inquit)qui iudicas,eadē em̄ magis q̄ iudicas. ¶ Cætera cū per ſe ſatis pateant,de hoc uno quod ait,& ſanguis ſanguinem tetigit,quæritur quid ſit. Nā rectè quidē intelligitur,ac ſi dictū eſſet,peccatū peccato ſuperadditū uel appoſitū eſt, quia ſolet ſanguinis nomine peccatū deſignari,ut illic,Libera me de ſanguinibus deus deus ſalutis meæ,ſed hoc ſenſu nihil aliud dixiſſe uidetur q̄ præcedentia ſonuerūt. Dicendo nanq̄,maledictum & mendaciū & homicidiū,& furtū,& adulteriū inundauerunt, quid aliud ſonat q̄ peccatū peccato ſuperadditū? Ergo cū dicit,& ſanguis ſanguinem tetigit, uidet cōſanguinitas culpariꝝ contra legē dei eſt,dicētis. Omnis homo ad proximā ſanguinis ſui non accedat. Talibus ac tantis p̄miſſis malis. ¶ Propter hoc(inquit)lugebit terra,et infirmabitur omnis qui habitat in ea:in beſtia agri et volucre cœli, ſed et piſces maris congregabuntur. ¶ Senſus iſte eſt. Quia mala hæc quæ p̄dixi inundauerūt,terra ipſa quæ nō peccauit,aut peccare potuit,utpote res inanimata,uindictæ participationē ſuſtinebit, & lugebit,id eſt delectabilis ſpecis eius nō erit, uerſis in cōtrariū, ſiue in tēperiē elementoꝝ naturis,& deficientibus pariter cū hoībus his,quæ ad uſum creata ſunt hois,ſcilicet beſtiis agri & uolucribus cœli,& piſcibus maris. Congregabūtur(ait)piſces maris,id eſt ſimul adducentur,ut ipſi quoq̄ partē ſuſtineant uindictæ pro peccato hois,& diminuatur copia bonorū oīm non ſolū in agris,uerūetiā aquis. Sequitur ¶ Veruntamen vnuſquiſq̄ non iudicet,et non arguatur uir. ¶ Miro modo q̄ ſic peccata punit,peccātes uetat iudicari,prohibet argui. Cur ita uelit,cōtinuo cauſam ſubiungit. ¶ Populus enim tuus ſicut hi qui contradicunt ſacerdoti. ¶ Hic meminiſſe oportet illius uerſiculi. Exacerbauit dīm peccator,ſecundū multitudinē iræ ſuæ non quæret. Quis peccator, uel q̄ exacerbauit dīm? Nimirū ille peccator,qui cū uenerit in profundū malorꝝ,cōtemnit:tūc exacerbat dīm,q̄ peccatis ſuis rebellionē addit,& opa ſua defendit,ſicq̄(ut alibi ſcriptum eſt)currit aduerſus dīm extento collo,& pingui ceruice armatus eſt. Iſtud,ſiue peccata iſtius, ſecūdū multitudinē(inquit)iræ ſuæ nō quęret,id eſt nequaq̄ in uirga iniquitates eius,neq̄ in uerberib⁹ peccata eius uiſitabit,ſed tacebit nūc,locuturus tēpore alio. Dicet em̄,Hæc feciſti,& tacui. Igitur cū dicit,unuſquiſq̄ nō iudicet & nō arguatur uir,populus em̄ tuus ſicut hi,q̄ contradicunt ſacerdoti Magnā nimis irā intēdit qa ſecundū multitudinē iræ ſuæ nō quæret,nō iudicat,nō arguit,ut auferat miſericordiā ſuā ab eis,ſicut in initio dixerat,qa nō addā ultra miſereri domui Iſrael. Itē. Quia uos nō populus meus,& ego nō ero deus ueſter. Quid enim eſt quod ait,Populus em̄ tuus ſicut hi q̄ contradicunt ſacerdoti,niſi acſi diceret,qa rebelles ſunt,& in ſuperbiā elati, peccata ſua defendūt? Sacerdotis nanq̄ officiū eſt(ut iā ante p̄liauimus?)populū uice dei de peccatis arguere. Qui ergo ſacerdoti cōtradicunt, ſecūdum exēplū Adæ,qui deo cōtradixit,dū peccatū ſuū defendit, atq̄ iccirco ſicut ille de paradyſo ſic iſte(quicūq̄ eſt)à dei regno,& ab eccleſia p̄ſenti pellitur, ut hic idē populus in Aſſyrios. His dictis cōfeſtim ad ipſum populū apoſtraphā facit,& dicit. ¶ Et corrues hodie,et corruet etiam propheta tecum. ¶ Me nō iudicante,me nō arguente,pro eo q̄d ſis ò populē,ſicut hi qui contradicunt ſacerdoti,corrues hodie, ſubauditur iniquitate, q̄ ruina hodie fit, ſiue hodierna eſt, uidelicet ad diſtinctionē ſequētis ruinæ:qua rues poſt hæc in pœnā gehennæ,qui hodie ruis in foueā culpæ. Ruet etiā propheta tecū, ſubauditur cęcus,qui tibi cæco ducatū p̄bet,qa pſeudo propheta eſt: Quales nimirū prophetæ Baal extiterunt CCCCL. uiri,q̄ ruinę primitias ppeſſi ſunt,q̄ Helias pro dño zelatus illos occidit. Itaq̄ te ruente hodie,qa cæcus es,ruet etiā propheta tecū, nihilominus cæcus. Nunq̄d em̄ p̄t cęcus cæco ducatū p̄bere? Nōne ambo in foueā cadēt? Nā de ipſa cæcitate mox ſequitur. ¶ Nocte tacere feci matrem tuam. ¶ Quid em̄ de nocte dicit, niſi de ignorantiæ tenebris? Denicq̄ & cōtinuo ſubiungit, exprimens noctē illā. ¶ Conticuit populus meus,eo q̄ non habuerit ſcientiam. ¶ Quod aūt eadē inſcitiæ nox uoluntaria fuerit,q̄d illas ignorātię tenebras ſponte admiſerit,nolendo intelligere,ut bene ageret, ſequens uerſiculus teſtis eſt. ¶ Quia tu ſcientiam repuliſti,repellam te ne ſacerdotio fungaris mihi. ¶ Q; ſi adhuc quæritur ubi uel q̄n,quid dicēdo,quid agendo,populus ille ſcientiā dei, repulerit: ecce in libro Regū ſcriptū eſt. Proloquente Hieroboā oīs multitudo Iſrael, cum dixiſſet ad Roboam filiū Salomonis,pater tuus duriſſimū iugū impoſuit nobis,&c. repente conclamauit,

Pſalm.50:

Leuiti.18.

Pſalm.9

Prouer:18

Iob:15

Pſalm.49.

Sacerdotis officium

3.Reg.18

Matth.12

3.Regū.12

mauit. Quæ nobis pars in Dauid, uel quæ nobis hæreditas in filio Iſai? Redi in tabernacu- Pſalm.131
la tua Iſrael. Nunc uide domũ tuam Dauit. Receſſitq; Iſrael à domo Dauid. Nimirum ſic
recedendo, ſcientiã repulit, ſcire nolens, attendere cõtemnẽs, quod ſcientia & ſalus eſſet ex
domo Dauid, cui iurauerat dñs, dicens: De fructu uentris tui ponã ſuper ſedẽ tuã. Repel-
lendo ergo Dauid Nonne illũ, in quo uera ſcientia eſt, fructũ uentris eius repulit? Excogi-
tato nanq; cõſilio Hieroboã fecit duos uitulos aureos, & dixit eis. Nolite ultra aſcendere in
Hieruſalẽ. Ecce dñi tui Iſrael, qui eduxerunt te de terra Aegypti. Igitur iſta nox, iſta ſcien-
tiæ repulſio, de qua culpatur populus hic, par illi eſt, quod loco ſæpe dicto Apſus de genti- Roma
bus ait: Quia cũ cognouiſſent deũ, non ſicut deũ glorificauerũt aut gratias egerũt, ſed eua
nuerũt in cogitationibus ſuis, & obſcuratũ eſt inſipiens cor eorũ. Dicentes eñ ſe eſſe ſapien
tes, ſtulti facti ſunt, & immutauerunt gloriã ſuã in ſimilitudinẽ imaginis corruptibilis hoĩs,
& uolucrum & quadrupedum & ſerpentium. Nonne faciendo uitulos & colendo illos, Pſalm.105
immutauerũt gloriã ſuã Hieroboã & omnis Iſrael in ſimilitudines eiuſmodi: præſertim cũ
de alio quoq; tẽpore Pſalmiſta dixerit contra eundẽ populũ, non utiq; gentiũ, ſed Iudæo-
rũ. Immutauerũt gloriã ſuã in ſimilitudinẽ uituli comedentis fœnũ. Vere ergo iſtorũ quo-
q; obſcuratũ eſt inſipiens cor, nõ minus q̃ gentiliũ, & ipſa cordis obſcuratio nox eſt, de qua
nunc dicit: nocte tacere feci matrem tuã. Matrẽ ſane populi dicit magiſtrã eius ſynagogã.
Hæc nimirũ nocte tacera cõpellitur, dũ propter inſipientis & obſcurati cordis tenebroſam
ignorantiã, docendi authoritas ſiue locus ille aufertur. Tacente aũt matre q̃ docebat, neceſ
ſario conticuerũt, id eſt ſimul tacuerũt & filij qui docebantur. Confeſtim ergo cõuerſus ad
eos qui mirarent tinniẽtibus utriſq; auribus, & dicerent, quare ſic fecit dñs terræ huic & po
pulo huic: iccirco (ait) cõticuit populus meus, quia nõ habuit, imò habere noluit ſcientiam.
In quo cõticuit? In eo uidelicet, q; celebrare uel celebris eſſe deſijt, quia feſtiuitates eius: ſab-
bata eius, neomenias ſiue Calendas eius, & oĩa feſta tẽpora eius ego proieci. Satius nãq; mi
hi eſt, ut in captiuitatẽ ducti cõticeſcant, q̃ ut ſub noie meo coram uitulis ſuis tripudient, & Amos.5
cantando ſubſiliant. Dicoq; populo huic. Aufer à me tumultũ carminũ tuorũ, deſcende &
tace in terrã captiuitatis, in terrã Aſſyriorũ. Q; ſi adhuc murmurat & dicit, quare ſic factũ
eſt mihi, dico illi, quia tu ſciẽtiã repuliſti, repellã te ne ſacerdotio fungaris mihi. Itaq; ſacer-
dotio nequaq̃ fungi & conticeſcere, paria ſunt, quia uidelicet ſicut in functione ſacerdotij
pollet eloquij libertas, ſic ecõtra in defunctione uel depoſitione ſacerdotij cadit loquendi Pſalm.105
authoritas. Sequitur: ⌊Et oblita es legis dei tui, obliuiſcar filiorum tuorum & ego.⌋
Obliuio pro contemptu ponitur hic, quẽadmodũ & illic. Cũ dixiſſet Pſalmiſta. Et muta-
uerunt gloriã ſuã in ſimilitudinẽ uituli comedẽtis fœnũ, cõtinuo ſubiunxit. Obliti ſunt de- 3.Reg.12
um qui ſaluauit eos. Cauſa nãq; ſimilis, imò eadẽ nel maior p̃ceſſerat, ut diceret hic, & obli-
ta es legis dei tui, qa uidelicet tũc unũ in deſerto fecerat uitulũ, nũc aũt duos, alterũq; eorũ in
Dan, & alterũ poſuerũt in Bethel. Loquis aũt cõuerſus ad illã de q̃ dixerat, nocte feci tacere
matrẽ tuã, uidelicet matrẽ populi ſynagogã, ſiue ſacerdotũ, aut ſeniorũ cœtũ, de q̃rũ regimi
ne uel magiſterio populares pendebant: Oblita ergo es legis, id eſt cõtempſiſti legẽ dei tui:
par pari refero, quia obliuiſcar filiorũ tuorũ, id eſt cõtemnã filios tuos & ego, quẽadmodum
& ſuperius dixi, quia nõ addã ultra miſereri domui Iſrael, ſed obliuione obliuiſcar eorum.
His dictis ap illã matrẽ, id eſt ſacerdotũ & magiſtrorũ turbã ſiue multitudinẽ, rurſus ad audi
tores conuertitur, & de eiſdẽ taliter conquerendo loquitur. ⌊Secundum multitudinem
eorum ſic pecauerunt mihi, gloriam eorum in ignominiam commutabo. ¶Peccata Multitudo ſa-
populi mei comedent, & ad iniquitatem eorum ſubleuabunt animas eorum, & erit ſicut populus ſic ſacerdos, & viſitabo ſuper eum vias eius, & cogitationes eius cerdotum.
reddam ei.⌋ Secundũ multitudinẽ inquit. Quicquid extra rationẽ numerũq; ul ordinẽ le
gitimũ effluit uel ſuper creſcit, recte multitudo ſiue multiplicitas uocari debet. Conſtat
aũt quia diebus illis turba ſacerdotũ ultra ſtatutũ ſanctæ legis ordinẽ terminũq; excreuerat 3.Reg.12.13
Scriptũ eſt enim. Et fecit Hieroboã phana in excelſis, & ſacerdotes de extremis populi qui
non erant de filijs Leui. Item & alibi ſcriptũ eſt, quia quicũq; uolebat, implebat manũ ſuã,
& fiebat ſacerdos excelſorũ. Ita multiplicati ſacerdotes fuerant, utpote indifferenter aſſum-
pti de cunctis tribubus: Rex ille, ut putabat, ſapienter ſibi prouiderat, q ut ſacerdotum mul

titudinem haberet, ſacerdotes ſibi de extremis populi ſecerat. Tales quippe, quanto in plebe uiliores, tanto ad honorem illum promptiores: & gauiſi ſunt ſeſe officio ſupergredi populum, qui conditione extrema latebant intra uel infra populum. Ait ergo. Secundũ multitudinem eorũ, ſic peccauerunt mihi, id eſt quanto plures ſunt uel fuerunt, tanto magis populũ, ut in me peccaret, deceperũt. Econtra quid ego? Gloriã (inquit) eorũ in ignominiam cõmutabo. Et eſt ſenſus. Quoniã ipſi gloriã ſuã & olim in ſimilitudinẽ uituli comedẽtis fœnũ, & nũc in ſimilitudinẽ uitulorũ comedentiũ fœnũ cõmutauerũt, eueniet illis ut ſint eiuſmodi, de quibus recte dicatur, quorum deus uenter eſt, & gloria in confuſione ipſorũ. In q̃ eñ iudicãtur iſti, uentrem ſuũ habere deũ? Videlicet in eo qđ ſequit, peccata populi mei comedent. Nimirũ ſacerdotes de extremis populi (ut iã dictũ eſt) aſſumpti, conditionem ſi uepaupertatẽ priſtinã ſuperare certabant, & qui illos cõſtituerat Hieroboã, uerãſanctę legis imitationẽ ſe feciſſe ſimulabat. Nã quia p̃ceperat lex, ut filij Leui poſſeſſiones proprias non habentes, decimas & oblationes à populo ſuſciperent, & inde ſumptus haberẽt: hic de extremis populi ſacerdotes fecerat, ut tot decimas atq; oblationes acceptur, quãto fuerant extremi, tanto magis auidi ad colendũ mendaciũ, populũq; decipiendũ ſeſe accingerent. Peccata ergo (inquit) populi mei comedent, id eſt ſicut cœperũt quoad poterũt comedere nõ deſinent. Peccata nãq; populi comedebãt, qui pro hoc ſolũ, ut ipſi decimas atq; oblationes caperẽt, populũ in peccatis & in mẽdacio detinebãt, p̃ oia æque ut gentiles illa apoſtoli ſententia digni, q̃ loco ſæpe dicto taliter emittit. Reuelatur eñ ira dei de cœlo ſup oẽm impietatẽ & iniuſtitiã hoſm eorũ, q ueritatẽ dei in iniuſtitia detinẽt, qa qđ notũ eſt dei, manifeſtũ eſt in illis. Neq; eñ ignorabant ſacerdotes eiuſmodi, nihil ueri eſſe in uitulis illis aureis, ſed ueritatẽ detinebãt, ueritatẽ in corde abſcondebant, & mendaciũ p̃dicabãt labijs, dicẽtes, iſti ſunt dñi tui Iſrael, q te eduxerũt de terra Aegypti. Faciebãt hoc nebulones & gulæ prophetæ ſerui, ut peccata populi comederẽt, q cũ eſſent de extremis populi, nõ tantũ haberent ad comedendũ, niſi populus peccaret, niſi uitulos pro deo colens, ipſos pro ſacerdotibꝰ Leuitici generis honoraret, dando & offerẽdo qđ uentribus eorũ ſufficeret. Illi accipientes, dantem beatificabant, & reuera moriẽtes, id eſt ad mortẽ peccãtes, quaſi de uita ſecuros reddebant. Vnde cũ dixiſſet, peccata populi mei comedent, continuo ſubiunxit: Et ad iniquitatem eorũ ſubleuabũt animas eorũ. Iniquitas quippe illorũ erat diſceſſio à domo Dauid, & à templo dñi, & aureorũ cultus uitulorũ. Ad hanc nimirũ iniquitatẽ ſubleuabãt animas eorũ confortantes eos dictis mendacibus, ut in uitulis illis tanq; in deo cõfiderẽt, nihil metuerẽt tanq; minorẽ habentes in auro illo diuinitatẽ, eo qđ uituli pulchri formati eſſent, & feſtiuitates opulentas apud illos ſæpe celebrarent. De ignominia, quã dicit, & gloriam eorum in ignominiam cõmutabo, poſtmodũ latius ediſſerit. Nã interpoſito, & erit ſicut populus ſic ſacerdos, & uiſitabo ſuper eum uias eius, & cogitationes eius reddã ei, continuo ſubiungit.

L Et comedent, & non ſaturabuntur, fornicati ſunt, & non ceſſauerunt, quoniã dñm dereliquerunt in non cuſtodiendo: fornicatio & uinũ & ebrietas aufert cor. Populus meus in ligno ſuo interrogauit, & baculus eius annunciauit ei. Spiritus eñ formicationũ decepit eos, & fornicati ſunt a deo ſuo. Super capita montiũ ſacrificabant, & ſuper colles accendebãt thymiama, & ſubtus quercũ populũ & therebynthũ, quia bona erat umbra eius. Ideo fornicabũtur filiæ veſtræ, & ſponſæ veſtræ adulterę erũt. Non viſitabo ſuper filias veſtras cũ fuerint fornicatæ, & ſuper ſponſas veſtras cũ adulterauerint: quoniã ipſi cũ meretricibus cõuerſabãtur, & cũ effeminatis ſacrificabãt, & populus non intelligens vapulabit. Si fornicaris tu Iſrael, non derelinquat ſaltẽ Iuda. Nolite ingredi in Galgala, & ne aſcenderitis in Bethauen, neq; iurauerit is viuit dominus, quoniã ſicut vacca laſciuiens, declinauit Iſrael. Nunc paſcet eos dominus, quaſi agnũ in latitudine. Particeps idolorum Effraim, dimitte eum. Separatum eſt conuiuium eorum, fornicatione fornicati ſunt. Dilexerunt afferre ignominiam protectores eius. Ligauit eum ſpiritus in alis ſuis, & confundentur a ſacrificijs ſuis.] Totus hic locus illi de apoſtolo ſimilis eſt & ſenſu & ordine, ab eo quod ait, propter quod tradidit illos deus in deſideria cordis eorum in immunditiam, ut contumelijs afficiant corpora ſua in ſemetipſis, uſq; ad illud

Qui

phil 3

Num. 18

Comedere peccata populi

Ro. 1

alꝫ delinquat

Ro. 1

Qui cum iuſtitiam dei cognouiſſent, nō intellexerunt, quoniam qui talia agunt, digni ſunt morte. Et notandum illud mauime, quod ſicut Apoſtolus cum tertio dicat de gētibus, tradidit illos deus, ſecundo uel medio loco ignominiam illorū magis expreſſit dicendo. Nam fœminę eorū immutauerunt naturalem uſum, in eū uſum, qui eſt contra naturā. Similiter autem & maſculi relicto naturali uſu fœminæ exarſerunt in deſideriis ſuis in inuicē, maſculi in maſculos turpitudinem operantes. Ita & hic in iſto habes de Iudæis. Cum ēm primo dixiſſet: ueruntamē unuſquiſq; nō iudicet, & non arguatur uir. Et nunc ſecundo dicat: gloriam eorū in ignominiā cōmutabo. Tertio quoq;, particeps idolorū Effraim, dimitte eū, fornicatione fornicati ſunt. Quod idē eſt, acſi dicat, tradam uel trado eū (quo uerbo Apſtus uſus eſt) ſcilicet in paſſione ignominię. In medio iudicij ſiue iudicationis huius loco, turpē tam fœminaꝝ q̄ maſculoꝝ magis exprimit cauſam. Ait ēm primū de fœminis. Ideo fornicabuntur filiæ ueſtræ & ſponſæ ueſtræ adulteræ erūt. Non uiſitabo ſuper filias ueſtras, cū fuerint fornicatæ, & ſuper ſponſas ueſtras cū adulterauerint. Statimq; de maſculis ſubiungit. Quoniā & ipſi cū meretricibus cōuerſabantur, & cū effeminatis ſacrificabant. Nūc ad ordinē reuertamur. Dixerat, Peccata populi mei comedent, iudiciū cōmune tā populo q̄ ſacerdotibus cōminatus fuerat, dicendo. Et erit ſicut populus ſic ſacerdos, moxq; cōmeſtionis, imò uoracitatis nimietatē culpās: & comedēt (inqt) & nō ſaturabūtur. Statimq; ſubiungit Fornicati ſunt, & nō ceſſauerūt. Duo mala principalia, ſcilicet auaritiā, & luxuriam breuiter expreſſit q̄ inſatiabilia ſint. Auaritiæ quippe, cū ſemel animū occupauerit, nihil ſatis eſt. Ait ergo. Comedent & nō ſaturabūtur, id eſt, accipient à populo ſacerdotes, qui de extremis populi cōſtituti ſunt, & acceptis (quāuis plurima ſint) cōtenti nō erunt. Itē luxuria cū hoiem imbuerit, nunq̄ dicit ſufficit, & licet ad horā extinguatur fitis eius, ſtatim reardeſcit. Ait ergo. Fornicati ſunt, & nō ceſſauerūt, nā & uſq; ad decrepitā ſenectutē in cœno libidinis cōputruerūt, iuxta illud: Cōputruerūt iumēta in ſtercore ſuo, id eſt, uitā finierūt bruti & immūdi hoies in peccato ſuo. Cur hoc? Quare fornicari nō ceſſauerunt aut ceſſare potuerunt? Ait. Quoniā dñm dereliquerūt. In quo? In nō cuſtodiendo, id eſt in eo q̄ ſe non cuſtodierūt. Potuerant enī ſe cuſtodire, liberū habēdo arbitriū, ſimulq; dei quę rēdo auxiliū. Hoc nō fecerūt, ſed legitimū dereliquerunt dñm, & ſponte tyranno mortis, id eſt, pctō ſe ſubdiderunt. Eſt aūt ius, ut ſuis quiq; ſerui tradātur dñis. Ergo & peccato debuerūt tradi tanq̄ dño ſuo, quia oīs qui facit peccatū, ſeruus eſt peccati. Itaq;, quēadmodū ſæpe dictus Apoſtol⁹ de gētilibus dicit, Propterea tradidit illos deus in deſideria cordis eoꝝ, in immūditiā, ut contumeliis afficiant corpora ſua in ſemetipſis q̄ cōmutauerūt ueritatē dei in mendaciū, & creaturę potius q̄ creatori ſeruierūt: Ita & de iſtis dicēdū, quia dño ſuo ſpiritui fornicationis traditi ſunt, ut fornicarentur, & nō ceſſarent quia dñm dereliquerūt. Fornicatio (inquit) & uinū & ebrietas aufert cor. Populus meus in ligno ſuo interrogauit, & baculus eius annunciauit ei. Spūs enim fornicationis decepit eos. Vide quo fornicationis cæcus impetus perduxerit eos. Gentiles, quibus iſtos in peccato p oīa cōferimus, immutauerunt gloriam incorruptibilis dei in ſimilitudinē imaginis corruptibilis hoīs & uolucrū & quadrupedū & ſerpentiū. Populus aūt meus lignū ſuū, baculū ſuū pro deo ſibi poſuit. Quo ergo iſte gentili melior q gentilē iudicat? Et uide q̄ rationabiliter, dicturus tantæ amētiæ nimietatē, p̄miſit: fornicatio & uinū & ebrietas aufert cor, ut uidelicet in excuſabilis ſit in eo qđ amiſit cor, in tantū ut baculū ſuū poneret ſibi pro deo. Non enī caſu aut fatali neceſſitate cor ſuū perdidit, ut in tantā deueniret amentiā, ſed fornicādo, bibēdo uinū, et inebriando ſe, uim rationis obruit, ut ueri dei & baculi ſui nō agnoſceret diſtantiā. ¶ Et uere digna et iuſta peccati exaggeratio, cū dicit, in ligno ſuo, et baculus eius annunciauit ei: quia uidelicet de eodem ligno et deū et baculū ſibi fecit, ut fit ſenſus ſimilis illi, quo & Eſaias idololatrię ſtultitiā declamat in his uerbis. Sumpſit ex eis uidelicet lignis ſaltus, & calefactus eſt, & ſuccendit & coxit panes. De reliquo autem operatus eſt deum et adorauit, fecit ſculptile et curuat⁹ eſt ante illud. Medium eius combuſſit igni, et de medio eius carnes comedit. Coxit pulmentum & ſaturatus eſt, et calefactus eſt, & dixit. Vah, calefactus ſum, uidi focū. Reliquū autē eius deum fecit et ſculptile ſibi, Cor inſipiens adorauit illud. ¶ Præterea eſt hic intelligendū genus quoddam diuinationis, de quo proprie dictū ſit, et baculus eius annunciauit ei, quod

Duo mala inſatiabilia.

Iohel. i.

Ioh. 8

Stultitia hominum in idolis

Eſai. 44

Græci (ut ait beatus Hieronimus) rabdomitiam uocant. Vnde & in Ezechiele legimus quod uirgas suas miscuerit Nabuchodonosor contra Ammon & Hierusalem, & exierit uirga contra Hierusalem. Et unde tanta amentia populo quondã meo? Spiritus enim (ait) fornicationis decepit eos, & fornicati sunt à deo suo. Quo uno breui uersiculo, utraq; scilicet, tam corporalis q̃ spiritualis, comprehenditur fornicatio: quia uidelicet & spiritualiter fornicati sunt, idololatriã sectando, & corporaliter fornicati sunt, contumeliis corpora sua in semetipsis afficiendo. De spirituali fornicatione protinus dicit: Super capita montiũ sacrificabant, & super colles accendebant thimyama, Subter quercũ & populũ & therebynthum, quia bona erat umbra eius. Hæc erat spiritualis fornicatio, de qua dixit, & fornicati sunt à deo suo. Et notanda, secũdum uerba hæc, uaga licentia, siue licentiosa fornicationis huiusce uagatio. Non dixit in angulis aut in cubiculis sacrificabant, sed super capita (inqt) montium: super colles foris sub diuo, in publico subter quercum, subter populum: nõ quia propter metum alicuius necesse haberent subtegi saltem ramis & frondibus, sed quia bona erat umbra eius. Fornicatiõis huius pœna est corporalis fornicatio, sicut Apostolus de gẽtilibus ait. Propterea tradidit illos deus in passiones ignominiæ. Nam fœminę eorũ immutauerunt, naturalem usum in eũ usum, qui est contra naturam, & de ista continuo sequitur. Ideo fornicabuntur filiæ uestræ, & sponsæ uestræ adulteræ erunt. Non uisitabo super filias uestras, cũ fornicatæ fuerint, & super sponsas uestras cũ adulterauerint. Sicut ap'lus ait: Propterea tradidit, & fœminæ eorũ imutauerunt naturalẽ usum: ita & hic alia quidẽ, sed æquipollente coniũctione usus. Ideo (inquit) fornicabũtur filiæ uestræ. Et ille dicẽdo tradidit: & hic dicendo, non uisitabo cũ fornicatæ fuerint: uterq; iustum insinuat iudiciũ dei, dũ in corporali fornicatione derelinquit, & sordidari permittit extra oẽm dignitatẽ rationis eos qui à deo fornicati sunt fornicatione spirituali. Item, quẽadmodũ illic cõtinuo Apostolus subiungit, similiter & masculi, relicto naturali usu fœminæ, exarserunt in desideriis suis, in inuicẽ, masculi in masculos turpitudinẽ operãtes. Ita & hic protinus ait. Qm̃ & ipsi cum meretricibus cõuersabãtur, & cũ effeminatis sacrificabãt. Quod idẽ est ac si diceret. Et cũ fœminis & cũ masculis passiuã libidinis nequitiam masculi perpetrãtes, diabolo semetipsos sacrificabãt, diabolo corpoꝛa suoꝛ templa dedicabãt. Effœminati nãq; dicũtur masculi fœmineo more peccato subditi, iuxta illd̃. Qui dormierit cũ masculo coitu fœmineo, morte moriatur. Itẽ, sicut illic Ap'lus ait de gẽtilib'. Qui cũ iustitiã dei cognouissent: nõ cognouerũt qm̃ qui talia agũt, digni sunt morte. Ita & hic cõtinuo de istis subiungit. Et populus nõ intelligẽs, uapulabit. Quod hic dicit, nõ intelligẽtẽ esse populũ, qui utiq; legẽ accepit: & illle gentiles nõ intellexisse ait, quos utiq; iustitiã dei cognouisse p̃misit: nõ excusatio est simpliciũ ignorantiũ & errantiũ, sed accusatio est cõtemptus, scire recusantiũ, intelligere nolẽtiũ, sicut ait Psalmus de illo q eiusmodi est, noluit intelligere ut bñ ageret. ¶ Interea nõ p̃tereunda elocutiõis cautela, qũo impatientiũ offensionẽ, quoad p̃t, propheta subterfugiat, p̃sens uitãdo tẽpus, & alia ponẽdo tẽpora, nũc quidẽ futuꝛa, nũc aũt p̃teritũ. Nõ em̃ ait p̃senti tẽpore, ideo fornicãt, sed ideo (inqt) fornicabũtur filiæ uestræ. Itẽ nõ ait, qm̃ & ipsi cũ meretricibus cõuersant, & cũ effeminatis sacrificãt: Sed cõuersabãtur (inqt) & sacrificabant: nõ ad ipsos in faciẽ: sed quasi de aliis ad ipsos loquẽs p apostrophã repentinam: ut amarissimã rematq; aspertimã, modus dictionis utcũq; mitiget iuuectionẽ, & nihilominus totã expediat ueritatẽ. ¶ Quid porrò est qđ inter uerba, q̃ loquitur sup Israel, id est decẽ tribus, repẽte cõuertitur, & dicit, si fornicaris tu Israel, nõ delinquat saltẽ Iuda? Quid nisi fornicationis eiusdẽ, imò fornicationũ earũdẽ scelera in Iudã inundasse innuis, sicut scriptura utique tam prophetica q̃ euangelica palam testis est? Ioram quippe filius Iosaphat regis Iuda, ambulauit in uiis regum Israel, sicut ambulauerat domus Achab, filia enim Achab erat uxor eius, & fecit quod malum est coràm domino. Plena exinde malis historia regum Iudæ texitur, ita ut Esaias q̃q; sub eisdem regibus uisionẽ proloquens super Iudam & Hierusalem, exclamet & dicat. Audite uerbũ domini principes Sodomorũ, p̃cipite auribus legem dei mei populus Gomorræ. Et ne aliquid minus Iudam q̃ Israel fornicatũ fuisse putes, loquitur deus in Ezechiele: fornicata est Oolla super me, & insaniuit super amatores suos in Assyrios propinquãtes, &c. Post quæ cõtinuo subiungit, Quod cũ uidisset soror eius Ooliba, plus q̃

Duplex fornicatio.

Leui. 20

Psal. 35

Cautus iloq̃ndo propheta.

4. Reg. 8

Esa. 1.

Ezech. 23.

pluſq̃ illa inſaniuit libidine, & fornicationẽ ſuper fornicationẽ ſororis ſuæ adfilios Aſſy/
rioꝝ præbuit impudẽter, Hanc uidelicet Oolibã Iudam eſſe ſiue Hieruſalẽ, notũ eſt. Nam
noia (inquit) Samaria Oolla, & Hieruſalẽ Ooliba. Cũ igitur dicit: ſi forniacris Iſrael, non
delinquat ſaltẽ Iuda, magna intelligi debet prophetæ admiratio, q̃ Iſrael ſemel cœptis for
nicationibus cũ uitulis aureis, nõ ſolũ nõ rediꝛt ad caſtitatẽ cũ tẽplo dñi & domo Dauid,
unde ſeſe abſciderat: uerum etiã in illis fornicationibus perſeuerãs, Iudã ſiue Hieruſalẽ ſibi/ Rom.5
met conſimilẽ effecit, atq; ita (ſicut Apl'us quoq; meminit) omnes declinauerũt ſimul inuti Fornicatio fœ
les facti ſunt. Non eſt qui faciat bonũ, nõ eſt uſq; ad unũ, &c. ¶ Et ne de fornicatiõibus q̃q; minarũ ſpũalis
filiarũ ſiue fœminarũ Iuda minus qd æſtimes, illud uel maxime pro teſtimonio eſt, qd hiſto 3.Re.15
ria libri Regũ refert. Et fecit Aſa rectũ ante conſpectũ dñi, ſicut Dauid pater eius, & abſtu
lit effeminatos de terra, purgauitq; oẽs ſordes idoloꝝ, q̃ fecerant patres eius, inſup & Ma/
acham matrẽ ſuã amouit ne eſſet princeps in ſacris Priapi, & in loco eius quẽ cõſecrauerat,
ſubuertitq; ſpecũ eius, & cõfregit ſimulachrũ turpiſſimũ, & cõbuſſit in torrente Cedron.
Vbi talis erat regina, quales fuiſſe putas cæteras? Protinus ad utrãq;, ſcilicet Hieruſalẽ &
Iudã dicit. Et nolite egredi in Galgala, & ne aſcẽderitis in Bethauen, neq; iuraueritis uiuit
dominus, quoniã ſicut uacca laſciuiens, declinauit Iſrael, nunc paſcet eos dñs, quaſi agnũ in
latitudine. Quaſi oblitus quod dixerat uerũtamẽ unuſquiſq; nõ iudicet & nõ arguatur uir.
Populus enĩ tuus ſicut hi qui contradicũt ſacerdoti, Nunc iterũ iudicat & arguit dicendo:
& nolite ingredi in galgala, & ne aſcenderitis in Bethauen. Bethauen nanq; ipſa eſt, quæ
prius dicebatur Bethel, ex eo uocata Bethauen, id eſt domus idoli, quod unus ex uitulis au
reis illic poſitus fuerat ab Hieroboã. ¶ Sed & Galgala locus idololatriæ fuerat antiqor, ſi/ Galgala locus
cut ſcriptura teſtis eſt memoriale uiri fortis hoc modo prædicans. Cunq; obtuliſſet Ahoth idololatriæ
regi Eglon munera, proſecutus eſt ſoclos, qui cum eo uenerat, & reuerſus de Galgalis ubi Iudi 3.
erant idola, dixit ad regem. Verbum ſecretũ habeo ad te ò rex. Item poſt pauca. Ahoth
autem, dũ illi turbarentur, effugit & pertranſiit locũ idolorum unde reuerſus fuerat. Nimi
rum ſemel & iteꝝ dicendo, illũ reuerſum eſſe de loco idolorum, ſiue de Galgalis, ubi erant
idola, reuerſionẽ eius ad deum pulchre ſignificat, & iccirco dignũ fuiſſe quẽ ſuſcitaret dñs
ſaluatorẽ clamantibus ad ſe filiis Iſrael, quia iam à peccatis eorũ receſſerat. Sed & illud nõ
ignorandũ, quia Saul contra uoluntatem domini rex petitus in Galgalis unctus eſt. Cum i.Re.ii
ergo dicit, & nolite ingredi in Gaigala, neq; aſcenderitis in Bethauen neq; iuraueritis uiuit
dominus, ſuperbiæ ſimul & idololatriæ atq; piurij peccata p̃ſenti loco arguit, & ſicut iam
diximus, pene oblitus eſſe uidetur quod populũ eundem ut contradictorem paulo ante iu/
dicari & argui prohibuit. Iccirco ualde notandum quod cum quaſi renunciando faciens a
poſtropham dixiſſet, quoniam ſicut uacca laſciuiens declinauit Iſrael, nunc paſcet eos do/
minus, quaſi agnũ in latitudine, continuo ipſe qui ſupra dixit, ueruntamen unuſquiſq; non
iudicet, & non arguatur uir, ſententiã confirmat iudiciũq; derelinquẽdi, cũ dicit. Particeps
idolorum Effraim, dimitte eũ. Idẽ enĩm eſt ac ſi dicat. Nonne ò propheta dixerã tibi, unuſ
quiſq; nõ iudicet, & nõ arguat uir, populꝰ enĩ tuꝰ ſicut hi qui contradicũt ſacerdoti? Vtq̃d
ergo iterũ arguis ſiue aſtruere uis, dicẽdo nolite ingredi in Galgala, &c. & ſermonẽ effun
dis ubi nõ eſt auditꝰ? Dimitte eũ, noli iudicare eũ, noli arguere eũ, qa particeps idoloꝝ ẽ, &
pticeps dæmoniorũm, peccãdo nõ per ignorantiã, ſed p̃ ſuperbiã atq; contẽptũ. Iccirco di/
mitte eũ, trade uel traditũ relinque illum in reprobũ ſenſum, ut faciat Efftaim ea q̃ nõ con/
ueniunt: ut habeant paſſiones ignominiæ, ut cõtumelius afficiãt corpora ſua in ſemetipſis,
quoniã fornicationes ſuas diligũt atq; defendũt. Nã hoc eſt qd ſequitur. Separatũ eſt cõui/
uiũ eoꝝ fornicatione fornicati ſunt, dilexerunt afferre ignominiã protectores eius. Separa
tũ nãq; cõuiuiũ, ſacrificia dicit dæmoniorũ, quibus cõſequẽter cõmiſcetur cõfuſio libidinũ
iuxta illud. Sedit populus mãducare & bibere, & ſurrexerũt ludere. Propterea dimitte eũ,
quoniam ſic faciendo, ut tũ quoq; teſtaris, ſicut uacca laſciuiens declinauit Iſrael, uidelicet Exo.32
iugũ legis abñciens, ſacerdoti cõtradicẽs. Sane quod propheta ait, nũc paſcet eos dñs quaſi
agnũ in latitudine, præſentẽ, q̃ in hoc quoq; ſeculo mox recepturus erat Iſrael, ſignificat
ultionẽ. Idem nãq; eſt ac ſi dicat. In præſenti tẽpore, dũ ſpũs hos regit artus, me ſcilicet uiuẽ
te, paſcet eos dñs in latitudine quaſi agnũ, id eſt ducentur ab Aſſyrijs in captiuitatẽ, & ibi in

Psal. 48 Agnus: captiuitatē latitudinis terræ diſpergētur, ibiq; multo tēpore morabūtur. Agnus nanq; hos loco nō ſimplicitatē cōmendat, ſed uilitatē infinuat, ut illic. Sicut oues in inferno poſiti ſunt mors depaſcet eos. Itaq; iā tertio iudicauit populum cōtradictorē derelinqui, prius dicēdo Verūtamen unuſquiſq; nō iudicet & nō arguatur uir. Et deinde, Nō uiſitabo ſup filias ueſtras cū fuerint fornicatæ, & ſup ſpōſas ueſtras cū adulterauerint. Et nūc dicēdo, Particeps idolorū Effraim, dimitte eū. Iā ante diximus Apoſtolū loquētē de gētibꝰ itidē ſecūdū hūc ſenſum tertio dixiſſe, tradidit illos deus, uidelicet in deſideria cordis eorū, in immūditiam in paſſiones ignominię, in reprobū ſenſum, ut faciāt ea q̄ nō cōueniūt: Ac pinde tradi hoc eē dimitti uel non argui, eo q̄ cōtradicētes ſint. ¶ Ad hæc & illud ſolerter intuendū, qa quam Apoſtolꝰ in gētibus denotauit ſupbiā, cuius pœna eēt paſſiua turpitudo libidinis, dicēdo, ſed euanuerūt in cogitatiōibus ſuis dicētes ſe eſſe ſapiētes, ſtulti facti ſunt. Eandē & hic de-

Superbias per alas deſignatur notat in Iudæis ſiue Iſraelitis, dicēdo. Ligauit eū ſpūs in alis ſuis. Per alas quippe ſupbia ſiue mentis elatio deſignat, propter quā dæmones q̄q; interdū in ſcripturis p uolucres intelligunt, ut illic. Et aliud cecidit ſecus uiā, & cōculcatū eſt, & uolucres cœli comederunt illud. Spiritus ergo utiq; fornicationis, ut ſupra dixit, ſpiritus enim fornicationis decepit eos, ipſe ligauit eum in alis ſuis. i. iccirco cōprehendit eū, & paſſiōibus ignominiæ ſubdidit, qa p ſuperbiā ſeſe extulit, & euanuit in cogitatiōibus ſuis. Illo ſpū ligāte, confundet ait, uidelicet cōfuſione paſſionū ignominiæ, in operatiōe turpitudinis, & hoc à ſacrificijs ſuis. i. iccirco, qa deū uiuū & uerū dereliquit & dæmonibus ſacrificauit in uitulis aureis, & in Baal, cęteriſq; deorū portētis. Cōfuſionē iſtā mors cōſequit, de q̄ idē Apoſtolꝰ loco ſæpe dicto loquitur. Qui cū iuſtitiā dei cognouiſſent, nō intellexerūt, qm̄ qui talia agūt, digni ſunt mortē nō ſolū q faciūt, ſed etiā, q cōſentiūt faciētibus. Igitur ubi Apoſtolꝰ immūdicias ſiue cōtumelias & paſſiones ignominiæ, quas gentiles operati ſunt, cōmemorauit. Ex iſto maxie propheta manifeſtū atq; probabile eſt, q̄ uere, q̄ conſtāter: conuerſus ad Iudæum gentiles iudicātē atq; deſpicientē dixerit, ut ſupra iā meminimus. Propt qđ inexcuſabilis es ō homo oīs qui iudicas. In q̄ enim iudicas alterū, teipſum condēnas. Eadē enī agis q̄ iudicas. Sequitur ibidem ꝓtinus. Scimus enim qm̄ iudiciū dei eſt ſecūdū ueritatē in eos q talia agūt. Quid

Rom. i. CAP. V. aliud propheta hic p̄ſenti loco ſubiūgit? Ait enī. ¶ Audite hoc ſacerdotes & attendite domus Iſrael & domus regis auſcultate, q̄ vobis iudicium eſt. Vobis (inquit) iudiciū eſt, ſubauditur (ut Apoſtolꝰ ait ſecūdū ueritatē, id eſt abſq; diſtinctione pſonarū. Nā ic circo & ſacerdotes & domū Iſrael, id ē populū & domū regis. i. principes, ad audiendū & attēdendū atq; auſcultādū inuitauit, qa cū oībus ita dirigitur ueritas iudicij, ut neq; ſacerdotalibus canis, neq; popularibus ſiue adoleſcētulæ ætati, neq; principū ſoliꝰs parcat aut reuerētiā exhibeat ſeueritas iudicātis. Eadē cōſiderata ueritate iudicij: nullā Apoſtolꝰ diſtinctio

Ro. ii. nē uult haberi, Iudęi & Græci. Oēs em̄ (inqt) peccauerūt, & egēt gra dei. ¶ Veruntamē in ſacerdotes ſicut maius pc̄m̄, ita & maius redūdat iudiciū. Iccirco p̄ cæteris in eos inuehit diſtrictio ſermonis prophetici, cū protinus ſubiūgit. ¶ Quoniā laqueꝰ facti eſtis ſpeculationi & rete expanſum ſuper Thabor, & victimas declinaſtis in profundū. ¶ His nāq; uerbis magnitudinē peccati illorū deſcribit, qa ſicut laqueis & retibus in ſaltibus & in montibus capiunt feræ ac uolucres, ita populare ſtultitiā fabellis & doctrinæ ſimilibus uerſutijs, glutinabāt ſacerdotes, ne recordarent domus Dauid & tēpli dñi, q̄ erat in Hieroſolymis ſed uitulis regis aureis, cæterisq; ſeruirēt ſimulachris: nō tantum uerbis, agēdo ne ire uellēt, uerūetiā ſpeculādo & inſidias ponēdo, ne aliqui uolētes ire ualerent. Hoc eſt qđ ait. qm̄ laqueus facti eſtis ſpeculationi. Thabor aūt monſeſt ſitus in cāpeſtribus Galilææ, rotūdus atq; ſublimis, quē hic pro quouis mōte ponit, Quia uidelicet ſicut in monte ſaltuoſo laquei, uel retia tēdunt uel expādūt ad capiēdum, ita ſubdola illorū cōſilia tēdebāt & effectū habebāt ad decipiēdū. Quod aūt ait, & uictimas declinaſtis in profundū, uehemēter brutā redarguit taliū dolositatē ſacerdotū, qa cū deberēt uictimas ſubleuare in cœlū, ſeruiendo & ſacrificādo creatori, dimiſerūt eas in profundū inferni, ſeruiēdo & ſacrificādo creaturę auri & argēti, quorū fulgor oculos intuentiū decepit, qa corda cupiditas corrupit. Adhuc ne ſe

Mōs Thabor Exo 20 de ignorantia excuſent, ſententiā infert maximā maximeq; ualentē. ¶ Et ego (inquit) eruditor omniū eorū. ¶ Oēs enī erudierat, oībus in lege ſua p̄dixerat, nō habebis deos alienos

coràm

coram me. Nõ facies tibi ſculptile, neq; omnẽ ſimilitudinẽ quæ eſt in cœlo deſup, & quæ in terra deorſum, nec eorũ quæ ſunt in aquis ſub terra: non adorabis neq; coles ea. Ergo nũ dicit: ego eruditor oĩm eorũ, idẽ eſt ac ſi dicat: excuſationẽ nõ hñtes de peccatis ſuis: qlegẽ ego publicã dedi oĩbus, ne ſimilitudinẽ ſibi facerẽt uitulorũ, imò nec aliquorũ ex oĩbus quæ in cœlo & q̃ in terra & q̃ in mari ſunt. His oĩbus iã dictis, cõtinuo q̃ſi propheta q̃rat, cur dixerit, pticeps idolorũ Effraim, dimitte eũ: cauſam huiuſce dimiſſiõis reddit, & dicit. L. Ego ſcio Effraim, et Iſrael non eſt abſconditus a me, quia nunc fornicatus eſt Effraim, contaminatus eſt Iſrael. Non dabunt cogitationes ſuas vt reuertantur ad dominum deũ ſuũ, q; ſpũs fornicationis in medio eorũ, & dominũ nõ cognouerũt. Iccirco (ait) ego dico, dimitte eũ, qa ſcio cogitatiões eorũ: qđ nõ dabũt cogitatiões ſuas ut reuertant ad dñm. ¶ Sciẽdũ hoc & in bonitate de dño ſentiẽdũ, qđ neminẽ dimittat ſiue tradat, q̃ uerbo (ut ſæpe iã dictũ eſt) utitur Apl'us, niſi quẽ eẽ pſpicit in corrigibilẽ, qa uidelicet, (ut idẽ Apoſt. ait) uult oẽs hoies ſaluos fieri, ſi ipſi uelint. Sed forte hic obĳcit quis q̃ Sodomitas, Tyrios atq; Sydonios, ſciuit pœnitẽtiã poſſe agere, & tñ dim iſit eos. Ait eñ ipſe. Vę tibi Corozaim, uæ tibi Bethſaida, qa ſi in Tyro & Sydõe eſſent factæ uirtutes q̃ factæ ſunt in uobis, olim in cilicio & cinere pœnitẽtiã egiſſent. Et tu Capharnaũ (inqt) nunqd uſq; in cœlũ exaltaberis? V ſq; in infernũ deſcẽdes. Quia ſi in Sodomis factæ fuiſſent uirtutes quę factę ſunt in te, forte mãſiſſent uſq; in hanc diẽ. Quid igitur ad hæc dicẽdũ? Quare Tyrios Sydonios atq; Sodomitas dimiſit, & ſuas in illis uirtutes nõ fecit, ſi p uirtutes factas poterãt reuocari, & dare cogitatiões ſuas ut reuerterẽtur ad dominũ? Nunquid iccirco, quia ſaluos illos noluit fieri, q (ut ait Apoſtol⁹) uult omnes homines ſaluos fieri? An quod uerius ẽ, & pœnitentiã in cilicio & cinere agere potuiſſent, & tamẽ nõ date cogitationes ſuas ut reuerterentur ad dominũ? Diligenter nãq; animaduertẽdũ eſt, quia nõ parua uel æquipollentia ſunt hæc, pœnitẽtiam agere, & reuerti ad dñm. Alioquin Achab regem Iſrael impium fatebimur reuerſum fuiſſe ad dñm, quia pœniẽttiam egit pro ſanguine Naboth, quem occidit, quia dicenti ſibi Helias in ſermone dñi. In loco hoc, in quo linxerũt canes ſanguinẽ Naboth, lambẽt & tuũ ſanguinẽ, ſcidit ueſtẽ ſuã &, operuit cilicio carnẽ ſuã: ieiunauitq; & dormiuit in ſacco. Nũ iſte cogitationes ſuas dedit ut reuerteretur ad dñm? ¶ Nõ utiq;, quia & ſi pro ſanguine Naboth pœnitẽtiam egit: nõ tamẽ à peccatis Hieroboã, id eſt à uitulis aureis nõ receſſit, imò & Baal, quẽ Iezabel induxerat, colere nõ deſiit. Egit nãq; pœnitẽtiã, non ut æternũ dei regnum conſequeretur, ſed ne tẽporali regno Samariæ priuaretur. Recepit mercedẽ ſuã, mercedem pœnitentiæ qualem quærebat, ut uiuens regno nõ careret, dicente dño ad Heliam. Quia igitur humiliatus eſt mei cauſa, nõ inducam malũ in diebus eius, ſed in diebus filĳ ſui inferã malũ domui eius. Sic nimirũ Sodomitæ, Sic Tyrĳ & Sydonĳ, ſi factæ fuiſſent in illis uirtutes, pœnitẽtiã quidẽ egiſſent, uerũtamẽ nõ in ea intẽtione uel fide, ut ad inuiſibile regnum dei puenirẽt, ſed ut in iſto uiſibili ſeculo, ſicut cæteræ ciuitates, pmanerẽt, & in ſua pace florerẽt. Itaq; ſciebat quidẽ dñs, q̃ pœnitẽtiã agerẽt ſi uirtutes in illis factæ eſſent, ſed nihilominus ſciebat, qđ cogitatiões ſuas nõ darẽt ut reuerterẽtur ad dominũ, atq; iccirco dũ hæc de illis dicit, olim in cilicio & cinere pœnitẽtiã egiſſent, nõ conſequitur, qđ illos ſaluos fieri noluerit: ſed qđ de tali illorũ pœnitẽtia nõ curauerit, q̃ non fieret propter deũ, regnũq; futurũ, ſed propter pſentẽ ſtatũ. Igitur qđ de iſto dicit, ego ſcio Effraim & Iſrael non eſt abſconditus à me, quia nunc fornicatus eſt Effraim, contaminatus eſt Iſrael, non dabũt cogitationes ſuas ut reuertãtur ad dominũ. Propter qđ & dixerat, dimitte eum, ſiue unuſquiſq; nõ iudicet, & nõ arguatur uir. Hoc ipſum de omni homine ſentiendũ eſt tam Iudæo q̃ Greco quẽcũq; deus derelinquit, uidelicet q̃ ipſe ſciat unũquẽq; non ſolũ qualis nunc ſit, uerũetiã qualiter in malo pſeueraturus ſit, nec daturus cogitatiões ſuas ut reuertatur ad dominũ, atq; iccirco derelinquit, uel dimittit eũ. Quia nũc (inqt) fornicat⁹ ẽ Effraim, contaminatus eſt Iſrael. Hoc ſcio de pſenti ſiue de præterito, & nihilominus ſcio, nec abſconditũ eſt à me de futuro, quia nõ dabũt cogitatiões ſuas ut reuertãtur, ſed incorrigibiles permanebũt. Effraim Hieroboam dicit, qui de tribu fuit Effraim. Iſrael autem decẽ tribus, quæ cum illo receſſerunt à domo Dauid. Et Effraim quidem, id eſt Hieroboam fornicatum, Iſrael contaminatum eſſe dicit, quia uidelicet Hieroboã uitulos aureos fecit,

Rom. 5 Fornicatio fœminæ ſpũalis 3. Re. 15

Galgala locus idololatriæ ſudi 3

1 Re. 21

& populus ſecundū fauorē eius illos coluit. Quare non dabunt cogitationes ſuas ut reuertantur ad dominū? Quia ſpūs (ait) fornicationis in medio eorū, & dominū non cognouerunt. Magna & uehemēs cauſa, quæ hoc ſatis efficere ualeat, ut nunq̄ in melius mutēt cogitationes ſuas. Non dixit tantū quia ſpiritus fornicationis in medio eorū, ſed addidit, & dominū non cognouerunt, p̄ſertim de his qui ſcriptā legē acceperunt, atq; iccirco de ignorantia ſe excuſare nō poſſunt. Quid (inq̄) eſt de talibus dixiſſe, dominū nō cognouerūt, niſi idē quod de gentilibus Ap̄lus ait, quia deū habere in notitia nō probauerūt? Itaq; nō cognouerunt, id eſt cognoſcere noluerūt, uel cognoſcētes cōtemp ſerūt. Propterea ſpiritus fornicationis in medio eorum, propterea traditi ſunt in reprobū ſenſum, quē admodū & gētiles, ut facerēt ea quæ nō cōueniunt, ac perinde ſic traditi, nō dabūt cogitatiōes ſuas, ut reuertātur ad dominum, portātes iuſtum ſuæ damnationis iudicium. Et ut manifeſtius fiat quod ait, dominū nō cognouerūt idem eſſe ac ſi diceret, cognoſcere noluerūt, uel cōtemp ſerūt atq; propter hāc cauſam traditos fuiſſe illos, ut eſſent ſpūs fornicatiōis in medio eorū, cōtinuo ſequitur. L. Et reſpondebit arrogantia Iſrael in faciem eius, & Iſrael & Ephraim ruent in iniquitate ſua. ⌋ Arrogātia nāq; eſt elatio mētis uel ſpūs, qua uſq; in dei cōtemptū erigitur, ut eum nō cognoſcat, id eſt cognoſcere uel uenerari cōtemnat. Hæc arrogātia, in facie illius qui eiuſmodi eſt tūc reſpondet, qñ redditur ei qđ dignū eſt. Quid eſt illud? Ait Ap̄lus de gētilibus. Et ſicut nō probauerūt deum habere in notitia, tradidit illos deus in reprobū ſenſum, ut faciāt ea q̄ nō cōueniūt. Iſta redditio ſiue retributio mira & terribilis arrogantiæ reſponſio eſt, quā & hic propheta breuiter inſinuat, dū p̄miſſo, & reſpōdebit arrogantia Iſrael in faciē eius: continuo ſubiūgit. L. Et Iſrael & Ephraim, ruent in iniquitate ſua: ruet & etiam Iudas cum eis. ⌋ His iā per ordinē tranſcurſis, nūc recolēdū atque replicandū eſt id qđ iā plus q̄ ſemel diximus, ſcilicet Ap̄lm, cōmemoratis peccatis gētiliū, ueriſſime ſimili, ſiue equali culpæ ſubiectū inclamaſſe Iudæū, dicēdo. Propter qđ inexcuſabilis es ō hō oīs q̄ iudicas: in q̄ em̄ iudicas alterū teipſum cōdemnas, eadē em̄ agis q̄ iudicas. Et illā ueritatē apoſtolicā nullius ſcripturæ melius uel p̄optius q̄ huius prophetiæ teſtimonio cōfirmari poſſe. Sequitur. L. In gregibus ſuis & in armentis ſuis uadent ad querē dū dōm, & non inuenient, ablatus eſt eis. ⌋ Quod hic dicit in gregibus ſuis & in armentis uadēt ad quærendū dōm, uidelicet Iſrael & Iudas q̄ in iniquitate ſua corruerūt. Hoc eſt qđ ſæpe dictus Ap̄lus ait de eiſdē, q̄ (ſicut hodie uidimus) tanq̄ rami de radice bonæ oliuę, id eſt de fide patrū, fracti ſunt & ciderūt: Iſrael uero ſectando iuſtitiā in legē iuſtitiæ non puenit. Quare? Quia nō ex fide, ſed q̄ſi ex opibus. Offenderūt in lapidē offenſiōis. Et ſubinde. Ignorātes em̄ dei iuſtitiā & ſuā quærētes ſtatuere, iuſtitiæ dei nō ſunt ſubiecti. Iuſtitia illoꝝ eſt, quā & ſtatuere uolūt, in gregibus & armētis ſuis dōm quærere, id eſt greges & armēta certatim ſacrificare, diſſimulando ſe audire quod ecōtra ille reclamat, dicēs in Dauid. Nō accipiam de domo tua uitulos, neq; de gregibus tuis hircos. Et in Eſaia. Quo mihi multitudinē uictimarū ueſtrarū, dicit dōs? Plenus ſum, Holocauſta arietū & adipē pinguiū, & ſanguinē uitulorū & agnorū & hircorū nolui. Quis q̄ſiuit hæc de manibus ueſtris? Deniq; ſi recte ppendimus, pp̄o aſcēdēti ex Aegypto, ubi carnes immolare cōſueuerat eiuſmodi ſacrificia nō tā iuſſa fuere q̄ p̄miſſa, teſtāte ipſo, cū dicit in Hieremia. Holocauſtomata ueſtra addite uictimis ueſtris, & comedite carnes, qa nō ſum locutus cū patrib⁹ ueſtris & nō p̄cepi eis in die q̄ eduxi eos de terra Aegypti de uerbo holocauſtomatū & uictimarū: ſed hoc uerbū p̄cepi eis dicēs. Audite uocē meā, & ero uobis deus, & uos eritis mihi populus & ambulate in oīni uia q̄ mādaui uobis: ut bñ ſit uobis: Cū hæc ita ſint, nimiꝝ (ſicut ait hic) uadēt quidē in gregibus ſuis & armentis ſuis ad q̄rēdū dōm: ſed fiet qđ ſequitur, & nō inueniēt eum, quia uidelicet offenderūt in lapidem offenſiōis & in petrā ſcandali & pro taliū iuſtitia ſacrificioꝝ decertātes ut illam ſtatuāt, iuſtitiæ dei (quæ Chrūs eſt) nō ſunt ſubiecti. Nō ergo inueniēt eum. Ablatus eſt eis, Quomodo ablatus eſt eis? Num quia de loco ad locum tranſiuit? Nō utiq;, ſed quia ipſi ſunt excæcati & indignos ſe iudicātes æternæ uitæ, tali bono ſunt exhæredati, & collatum eſt alīs. Nam loco illorum, qui cum eſſent naturales rami, propter incredulitatem fracti ſunt & ciderunt, hi qui erant uelut oleaſter, inſerti ſunt in bonam oliuam, & fide ſtant, id eſt, illis non credentibus gentes crediderunt,

quæ non

Ro. i.

Arrogantia.

Ro. 12.

Qualis iuſtitia Iudæorū.

Pſa. 49
Eſai. 1

Here. 7

quæ non ſectabantur iuſtitiam, apprehenderunt iuſtitiam quæ ex fide eſt, & taliter domi-
nus uel iuſtitia dei Chriſtus ablatus eſt eis. ¶ Dicat quis Quo ergo deuenit, uel quomodo
implesa eſt ueritas dei, qui pactum pepigit cũ Abraham & cum ſemine eius, ſicut ſcriptura Ge. 15 17
teſtatur dicens: In die illo pepigit dominus cũ Abraham fœdus. Itemq;. Et ſtatuam (inqt)
pactum meum inter me & te, & inter ſemen tuum in generationibus ſuis fœdere ſempiter
no, ut ſim deus tuus & ſeminis tui poſt te. Ad hæc prouida prophetici ſpiritus ſapientia di
cit. ⌊In domino preuaricati ſunt, quia filios alienos genuerunt.⌋ Et eſt ſenſus. Si Iudæi fecerũt
de pacti ratione agitur, quod cum patribus eorum pepigit deus, & eius qui pepigit, ueritas pactũ irritum.
requiritur: facile & ueraciter excuſatur deus, quia pactum illud pepigit quidem deus, ſed ip
ſi præuaricati ſunt, id eſt irritum fecerunt, ſicut dictum eſt de illis ad prophetam Hieremiã: Hie. iii.
Reuerſi ſunt ad iniquitates patrum ſuorũ priores, qui noluerunt audire uerba mea. Et hi er
go abierunt poſt deos alienos, ut ſeruirent eis. Irritum fecerunt domus Iſrael, & domus Iu
da pactum meũ quod pepigi cũ patribus eorũ. Vniuerſos præuaricationis modos breuiter Filij alieni.
exprimit dicendo, quia filios alienos genuerunt. Genuerunt (inquam) non tam carnali, p
creatione, quã ſpirituali ſeductione. Nec uero tantummodo filios alienos genuerunt, ſed
& ipſi genitores filij alieni extiterunt, id eſt filij quidẽ carnis, ſed non tamen in ſemine repu Rom. 9
tandi uel æſtimandi ſunt. Non eñ (inquit Apoſtolus) omnes qui ex Iſrael, hi ſunt Iſraelitę,
neq; quia ſemen ſunt Abrahæ, omnes filij dei: ſed in Iſaac uocabitur tibi ſemen, id eſt, non
qui filij carnis hi filij dei: ſed qui filij ſunt promiſſionis æſtimantur in ſemine. Ergo filios ali
enos genuerunt, id eſt, tales facti ſunt uel taliter ſuos inſtituerunt, ut de illis ſemen illud, de Ge. 22
quo ad Abraham dictum eſt, & in ſemine tuo benedicentur omnes gentus, ſcilicet Chri Pſal. 7. 83
ſtus ueraciter dicat. Filij alieni mentiti ſunt mihi, filij alieni inſurrexerunt aduerſum me &
claudicauerunt à ſemitis ſuis. Duris corde & incircunciſis auribus parum eſt hoc omne
malum, quod (ſicut ſermo propheticus comminatur) non debeant inuenire dominum, &
quod ablatus ſit ab eis, tranſeundo ad fidem gentium, niſi etiam præſentibus percellantur
malis: qui præſentia tantum bona diligunt. Sequitur ergo ⌊Nunc deuorabit eos men
ſis cum patribus ſuis.⌋ Ac ſi dicat. Non tantũ illud de futuro præparatur eis malũ æter
num, quod non poterunt inuenire dominum, uerumetiam nũc in præſentiarum auferent
eis bona tranſitoria, quæ ſola diligunt, & inferentur mala temporalia, quæ ſola metuũt, quę
ſunt partes eorum, partes impiorum, nam ecõtra ſanctus & iuſtus dicit Portio mea in terra
uiuentium. Cum patribus ergo ſuis, id eſt cum eis quæ ſola diligunt temporalibus bonis, de Mẽſis lunaris.
uorabit eos menſis. Breue tempus, breuis dierum numerus eſt menſis, ſemperq; in motu,
uel mutatione eſt: præſertim lunaris, qualem ſolum nouerãt ex lege, & commutabãt hi cõ
tra quos propheticus hic ſermo dirigitur. Vnde quotiens in ſcriptura ſacra decima uel de
cimaquinta die menſis quippiam geſtũ uel gerendum legimus, ſine dubio nihil aliud q̃ de
cimam uel decimamquintã lunã intelligimus. Porrò, luna ipſa nunq̃ in eodem ſtatu perma
net, ſed ſemper mutatur, & nunc quidẽ cremento proficit, donec plena ſit: nunc autem de
crementum luminis patitur, donec penitus extinguatur. Itaq; menſis hoc loco recte intel
ligitur temporalitas atq; mutabilitas mundi uel uitæ præſentis, quæ nunc deuorabit eos in
quit: quia nõ ſolũ mala æterna in futuro, ſed mala quoq; præſentia iamiam recipient in præ
ſenti ſeculo tã Iſrael q̃ Iudas, Quod iamdudũ adimpletũ uidemus. Nam Iſrael ex tunc te
netur captiuus in terra Aſſyriorũ: Iudei uero, Babylonia quidẽ captiuitate poſt annos. lxx.
ſoluti ſunt, ſed poſt, Romanis agentibus, ceciderunt in ore gladij, & in omnes gentes capti
ui ducti ſunt, & partes ſuas, id eſt terrena, quæ ſola quærebãt bona, perdiderũt, qa noluerũt
partẽ ſuã eſſe dñm. His dictis, protinus mira prophetici ſpũs acrimonia ſic inclamat, deuo
rationẽ illã iamiã imminere ſignificãs, quã p̃dixerat. ⌊Clangite buccina in Gabaa tu
ba in Rama, vlulate in Bethauen.⌋ Buccina ex cornu animãtis recuruo fit, Tuba autẽ
ex æreuel argento in lege fieri p̃cipitur, cõcrepatq; in bellis & in ſolennitatibus. Gabaa & Num. 10
Rama ciuitates ſunt in tribu Beniamin ſibi uicinæ. Hæc eſt Gabaa, in qua natus eſt Saul. 3. Reg. 2. 15
Rama autem ipſa eſt quã rex Iſrael conatus eſt occupare, ſicut in Regum legitur, ut clau-
deret exitum & introitum tribui Iuda & Beniamin. Porrò, Bethauen in tribu eſt Effraim,
quæ ante uocata eſt Bethel. Quia igitur præmiſerat ſuperius decem tribuum & duarũ captĩ

uitatem

uitatem dicens, Nunc deuorabit eos mensis cum patribus suis. Hortat eos q̃si iam instante uicina captiuitate ut resonent buccinis & tubis cohortantes se inuicẽ in communẽ luctum & est sensus: Nolite uestram captiuitatem humili uoce deflere, sed buccinis concrepate & tubis, ut omnes audiãt qui in circuitu sunt. Cui sensui bene cõgruit, quod Gabaa collis, Rama excelsa interpretatur. Dicitur ergo eis. Clangite buccina in Gabaa, tuba in Rama, id ẽ ascendite in montes & colles, celsaq; uoce deflete imminentem uobis captiuitatẽ. Vlulate etiam in Bethauen, ubi est unus ex aureis uitulis, pro quorũ ueneratiõe modo captiui tradẽtur habitatores eius. Et pulchre additur. ¶ Post tergum tuum Beniamin. ¶ Vbi em̃ tribus finitur Beniamin, non procul est hæc ciuitas condita in tribu Effraim, in posteriori sc̃ parte ipsius Beniamin. Itaq; cũ de psona tertia in secundã prosilit, dicitq; Clangite buccina in Gabaa, tuba in Rama, ululate in Bethauen, post tergũ tuum Beniamin. Mira elocutionis arte & rem decẽter exornat, & instãtem tumultũ captiuitatis acriter exprimit. Nec moratus eodem spiritus impetu ad personã tertiam recurrit ac resilit, & dicit. ¶ Effraim in desolatione erit in die correptionis ¶ Supra dixerat, Ruet etiam Iudas, cũ eis, scilicet cum Israel & Effraim: nunc autẽ de Iuda tacet & de Effraim, id est, de decem tribubus dicit. Effraim in desolatione erit, id est, sine cõsolatione erit in miseriis captiuitatis. Et recte, non em̃ Iudas quoq; tũc tẽporis sine cõsolatione habebat esse captiuus in Babylone. Multas quippe cõsolationes habiturus erat, maxime per Danielis sociorũq; eius gloriosam sanctitatẽ. p quos sua magnalia deus Iudæorũ ostendit, ita ut possent in deo suo gloriari coram rege Babylonis, & deinde post annos .lxx. solutione captiuitatis erant consolandi. Eiusmodi consolationibus Israel siue Effraim in terra Assyriorum captiuus caruit. Recte igitur (ut iam dictum est) Iudas hic prætermissus est, dum dicitur, Effraim in desolatione erit in die correptionis, id est, decem tribuum populus cõsolationẽ ex deo nõ habebit in die uel tẽpore, q̃ p propter iniquitates suas hostibus traditus fuerit, quarũ iniquitatũ maxime author extitit Effraim, id est Hieroboam cæteriq; reges qui fuere de tribu Effraim. ¶ Cur ita discerni eebuerunt, ut Israel siue Effraim in desolatione esset, iã loco alio diximus, qa uidelicet aliqui de regibus Iudæ iusti fuerunt, ut Dauid, Exechias, & Iosias, aliqui uero, & si peccauerũt, colẽdo deos alienos, cõuersi sunt & pœnitẽtiã egerũt, ut Manasses: & sub alijs q̃q; regibus suis populus Iuda reuersus est ad cultũ dei. Regũ autẽ Israel, id est, decẽ tribuũ, pro q̃bus cunctis hic ponitur Effraim, ex q̃ reges illi fuere orti, nullus oĩno à pctis Hieroboã recessit, id est, à uitulis aureis, q̃s ille fecit. Iccirco & paulo supra dñs dixerat. Ego scio Effraim. & Israel nõ est absconditus à me, nõ dabũt cogitatiões suas ut reuertant ad dñm. Mox ne cui dubitare uacet de ueritate cõminantis, sequitur & dicit. ¶ In tribubus Israel ostendi fidem. ¶ Ac si dicat. Quæcũq; hactenus promisi uel comminatus sum Israeli, effectũ habuerũt, & in oĩbus me ostẽdi ueracẽ. Ergo & de hoc sermone nemo sibi blandiat, tanq̃ sermo sit incertus, qa profecto sicut in cæteris, ita & in isto fidelis & uerax cõprobabor esse deus. Sequitur. ¶ Facti sunt principes Iuda quasi assumentes terminũ, super eos effundã quasi aquã iram meã. Calumniã patiens Effraim fractus iudicio, quoniam cœpit abire post sordes. ¶ Hoc qd nũc dicebam', Iudã aliquotiẽs suas terminasse iniqtates, Effraim uero ppetuasse scel' idololatriæ, atq; iccirco Iudæ qdẽ captiuitatẽ debuisse terminari, Israelis uero siue Effraim nõ debuisse finiri, uerbis p̃sentib' placet intelligi, ac si dicat ueritas uel iustitia dei. Iccirco, ut in exordio ꝓphetiæ hui' dixi, domui Iuda miserebor, qa facti sunt principes Iuda q̃si assumẽtes terminũ: & iccirco nõ addã ultra misereri domui Israel, qa cœpit abire post sordes, & sicut iã dixi, nõ dabit cogitatiões suas ut assumat terminũ, ut cesset ire, ut terminet ipsas sordes. Iuxta hũc sensum illud quod alt, sup eos effundã quasi aquã irã meam, ꝓfecto magnã in ipsa ira sonat misericordiæ memoriã. Et eni captiuitas Iudæ fuit qdẽ ira peccatis debita, sed sicut aqua uisibilis mundare solet sordes corporeas, sic illa captiuitas eadẽ mũdauit populi peccata, ut iã nõ supereesset in q̃busdã, uidelicet in tribus pueris, quippiã peccati, propter qd in Babylonia fornace lædi deberẽt eorũ corpora. Igitur qd alt, facti sunt principes Iuda quasi assumẽtes terminũ, sicut intelligi libet, ac si diceret, tuis suis pessimis terminũ posuerũt, qd reges Israel nõ fecerũt, atq; iccirco ira mea, id est, p̃sens captiuitas sic erit illis quasi aqua, id est proficiet ad emũdationẽ peccatorũ. Econtra, Effraim calumniã

patiens

reges iuda melíores regibus Israel

Can. 3

patiẽs,id eſt captiuus ductus ab Aſſur calumniãte illũ,factus eſt & cecidit iudicio, id eſt cauſa eius promerẽte aliter de illo iudicatũ eſt apud deũ, ut non ſoluatur captiuitas eius,ſed perpetuetur in terra Aſſyrioꝝ. Quare? Quoniam cæpit abire poſt ſordes. Grauiſſime dictum,quoniã cœpit abire poſt ſordes,atq; ſubaudiendũ eſt,ſordeſcere non deſinet iuxta illud. Et qui in ſordibus eſt,ſordeſcat adhuc. Cũ enim dicit, cœpit cõſummationẽ ſordium nondũ eſſe innuit,quamuis maximæ ſordes fuerint illi uituli auret quos Hieroboam fecit, & ille Baal,quem Ieſabel impia ſuperinduxit. In illis iam ſorduerat Iſrael, erantq; magnæ ſordes,& tamen nõ dixit,quoniã abnt,ſed quoniã cœpit abire poſt ſordes: nimirũ ſubintelligi uolens,quia ſicut cœperat,ita & in ſordibus ettã perſeueraret, neq; daret cogitatiões ſuas,ut rediret,& earundẽ ſordiũ emundationem quæreret. Ad hæc ſubiungit. ¶ Et ego quaſi tinia Effraim,ꝛ quaſi putredo domui Iuda. ¶ Mira clemẽtia Effraim poſt ſordes quæ ueræ ſunt ſordes,abiit,ego aũt,qui gloria eius eſſe poterã,quaſi ſordes, imò quaſi tinea, & quaſi putredo uiſus ſum illi,etenĩ erubuit me cũ Gentibus confiteri, quaſi leges meæ cõtemptibiles ſint, Exẽpli gratia: Circũciſio ſignũ fidei reſpicientis in illud ſemen qđ Abrahæ repromiſit. Hæc & cætera ſanctæ legis obſequia, quæ gentiũ uicinarũ garruli tas irridebat,ſecreta neſciens myſteria,ſicut porci cõculcare ſolent margaritas, Effraim obſeruare erubuit,ac perinde quaſi tinea & quaſi putredo reputatus ſum illi,ut erubeſceret cõfiteri gloriã nominis mei,quẽadmodũ tinea capitis ab hoie nimis uerecundo circũtegi ſolet atq; operiri. ¶ Et vidit Effraim languorem ſuum,ꝛ Iuda vinculum ſuum ꝛ abiit Effraim ad Aſſur ꝛ miſit ad regem vltorem,ꝛ ipſe non poterit ſanare vos,nec ſoluere poterit vos a vinculo, quoniam ego quaſi leena Effraim,ꝛ quaſi catulus leonis domui Iuda. Ego ego capiam ꝛ vadam tollam,ꝛ non eſt qui eruat. Iadens reuertar ad locum meum,donec deficiatis,ꝛ quæratis faciem meã. ¶ Mira mãſueui dentis exprobratio. Effraim lãguorẽ ſuũ,& Iudas uidit uinculũ ſuũ, atq; tã magnũ ille ſuũ languorẽ exiſtimauit,& ille tã ſorte uinculũ ſuũ reputauit, ut nullatenus à deo patrũ ſuoꝝ Abrahã, Iſaac,& Iacob,curari poſſet aut ſolui,& iccirco ad Aſſur quaſi ad fortiorẽ deo,cõfugit,munera mittẽs illi. Legi nãq; in libro Regũ,quia ſub rege Manahen,qui decẽ tribubus p̃fuit,Iſrael Aſſyrijs dona tranſmiſit,ut eũ à Damaſcenis hoſtibus liberaret. Iudas q̃q; ſub rege Achas miſit munera eglath Falaſſar,ut eũ liberaret de oppreſſiõe regis Damaſci. Nimirũ uterq; male uidit,& ille languorẽ ſuũ,& iſte uinculũ ſuũ: nã ſi bene uidiſſent,ſcirent id qđ ſequitur: & ipſe nõ poterit ſanare uos,nec ſoluere uinculũ ueſtrũ,imò conuertentur uobis in aduerſarios,& tanq̃ in dei deſertores facient ultionẽ. Vnde & ſignanter, cum dixiſſet,& miſit ad regẽ,addidit ultorẽ, uehementer illius populi redarguens inſipientiam, qui cũ irato deo molitur ſibi acquirere hominem auxiliatorẽ,incurrit eundẽ dei ultorẽ, qui deſertores dei ducat in captiuitatẽ,tãq̃ deo iurauerit facere ultionẽ. Iccirco dicit. Qm̃ ego q̃ſi leæna Effraim,& q̃ſi catulus leonis domui Iuda Et eſt ſenſus, licet prexerint ad Aſſur, & munera miſerint illi,ut illos liberaret: tñ ſanare eos nõ poterit, nec ſoluere uinculũ captiuitatis eoꝝ. Oſtendã enim,q̃d me aduerſante uanũ ſit omne humanũ cõſiliũ,imò qđ irato me ſpes poſita in hoie,uertatur in cõtrariũ,dum ab illis captiui ducentur,quos ſibimet parauerãt habere refugiũ & quia uindex deus hoc egit, Deus (inquã) hoc agere conſueuit, ut ad quẽ confugit,ab eodẽ potiſſimũ capiatur atq; elidatur is,qui à deo refugiens & recedẽs ad hoiem confugit,ſiue dæmonũ in ſimulachris auxilia requirit. Veruntamẽ qđ protinus ait. Ego ego capiã & uadã,tollã & nõ eſt q̃ eruat. In bonã accipere partẽ pulcherrimũ atq; rationabile eſt. Nã poſtmodũ ipſi q à dño capiũtur,cuius uticq; captura bona eſt & ſalubris taliter dicunt. Venite & reuertamur ad dñm, quia ipſe cepit & ſanabit nos. Igitur ſecundũ bonã captiuitatẽ,deq̃ & in p̃ſalmo ſcriptũ eſt,aſcẽdiſti in altũ,cepiſti captiuitatẽ,ſiue aſcendẽs in altũ,captiuã duxit captiuitatẽ,locũ p̃ſentẽ ptractemus. ¶ Recitatis hactenus peccatis,& demõſtrato,qđ deo propter eadẽ pcã irato,ſaluare ſiue ſanare nemo poſſit,tandẽ ſeip̃m ſaluatorẽ uẽturũ ad ſanãdũ eos,q adip̃m cõfugiũt, hoc mõ repromittit. Ego ego capiã: Ego (inq̃) quaſi leæna Effraim,& quaſi catulus leonis domui Iuda,tãdẽ capiã & uadã. Capiam dicit,& qđ capiat nõ exprimit. Verum (ſicut iam dictum eſt) hi qui reuertũtur ad dominum, reuertendo exprimunt quid capiat dum dicit, quia ipſe cepit & ſanabit nos

Apo. 22 Sacerdos Effraim

4. Re. 15. 16

Rex Aſſur, ultor in deſertores dei.

Infra. 6

Ego ego capiã

Ergo

Ergo cū dicit: ego ego capiã, promittit ſe capere nos, capere naturam noſtrã ut fiat homo. Proinde reſpiciamus curſum eius qui nos cepit, & tũc liquido perſpiciemus curſum ſermonis huiuſmodi, qui taliter procurrit. Ego ego capiã, & uadã, tollã, & non eſt qui eruat. Vadens, reuertar ad locũ meũ, donec deficiatis, & quæratis faciẽ meã. In tribulatione ſua mane cõſurgent ad me, dicentes: Venite, reuertamur ad dñm, quia ipſe cepit & ſanabit nos, percutiet & curabit nos. Viuificabit nos poſt duos dies, in die tertia ſuſcitabit nos, & uiuemus in conſpectu eius, ſciemus, ſequemurq;, ut cognoſcamus dñm. Saluator noſter Chriſtus qui hæc loquitur, ſic fecit. Cepit nos & abiit, quẽadmodũ dicit, ego ego capiã, & uadã. Capiẽs nanq; naturã noſtrã, id eſt homo factus, tranſiuit ex hoc mũdo per paſſionẽ mortis. Vnde & eius Euangeliſta dicit: Sciens Ieſus quia uenit hora eius, ut tranſeat ex hoc mũdo ad patrem. Itẽ: Sciens quia à deo exiuit, & ad deũ uadit. Deinde cũ taliter iſſet, tulit prædã inferni quẽadmodũ dixerat. Cũ fortis armatus cuſtodit atriũ ſuũ, in pace ſunt omnia quę poſſidet Si aũt fortior illo ſuperueniens uicerit eũ, uniuerſa arma eius aufert, in qbus confidebat, & ſpolia eius diſtribuit. Cũ exgo dixiſſet, ego ego capiã & uadã, bene continuo ſubiunxit: tollam & nõ eſt qui eruat. Ac ſi dtcat. Ego naturã hominis aſſumã, & ad mortis paſſionẽ uadã & electos meos, nemine ualente reſiſtere, de inferni clauſtris eripiã, ego illa leæna, ego ille catulus leonis, quẽ longe ante Iacob patriarcha intuens, dixit: Catulus leonis Iuda, ad prædã fili mi aſcendiſti. Requieſcens accubuiſti ut leo, & quaſi leæna. His peractis, reſurgens ex mortuis, abiit in cœlũ unde uenerat, & ſedet ad dexterã patris. Poſtq; ergo dixit. ego ego capiã & uadã, tollã, & non eſt qui eruat, bene cõtinuo ſubiunxit. ¶ Vadens reuertar ad locum meum. ¶ Locus quippe eius eſt ille ſedes maieſtatis, ille cõſeſſ⁹ dei patris, ubi captiuã duxit captiuitatẽ quã cepit, ubi peregrinã collocauit naturã hois, cuius origo non cœlũ, ſed terra, cuius patria ſiue locus originalis nõ altitudo cœlorũ, ſed puluis exiguitas eſt. Ad illũ locũ reuerſus, faciẽ ſuã, ab illo populo, cui hæc ſcriptura loquitur, abſcõdit, donec plenitudo gentiũ ſubintroeat, & ſic omnis Iſrael ſaluus fiat. Cũ ergo dixiſſet, uadam & reuertar ad locũ meũ, bene continuo ſubiunxit. ¶ Donec deficiatis, & queratis faciam meam. ¶ Donec deficiatis inquit, illa nimirũ defectione, qua illos nondũ defeciſſe Apſtus gemens dicit: Ignorantes eñ iuſtitiã dei, & ſuã quærentes ſtatuere, iuſtitiæ dei nõ ſunt ſubiecti. Finis eñ legis Chriſtus ad iuſtitiã omni credenti. Quod ergo dicit, donec deficiatis, & quæratis faciẽ meã, idem eſt ac ſi dicat: Donec deſinatis uelle ueſtrã ſtatuere iuſtitiã & gloriari in operibus legis, & credatis in me, ſolã quærentes inſtitiã dei iuſtitiã fidei. His dictis, protinus de omnibus, tã Iudæis q̃ Gentilibus, quicũq; pœnitentiã acturi & in Chriſm credituri, & per fidẽ eius erant iuſtificandi, idẽ ipſe dicit. ¶ In tribulatione ſua mane conſurgent ad me, ſubauditur dicentes. ¶ Venite & reuertamur ad dominum, quia ipſe cepit, & ſanabit nos, percutiet & curabit nos: Viuificabit nos poſt duos dies in die tertia ſuſcitabit nos. ¶ Hoc feciſſe, hoc dixiſſe primũ Iudæos, deinde Gentiles, poſtq; iuit Chriſtus & reuerſus eſt in locũ ſuũ, id eſt poſtq; aſcẽdit in cœlũ, manifeſtũ eſt. Dato eñ ſpũ ſancto Apoſtolis, & loquente Petro ad populũ, compuncti ſunt corde & dixerũt ad eũ & ad reliquos Apſtos. Quid faciemus uiri fratres? Petrus uero ait ad illos. Pœnitentiã agite, & baptizetur unuſquiſq; ueſtrũ. In illa tribulatione, id eſt in illa cõpunctione & pœnitentiæ actione, cõſurrexerunt ad dñm, & conſurgunt uſq; hodie mane, id eſt tranſacta & depulſa infidelitatis nocte, ab actis tenebris ignorantiæ. Ita cõſurgentes, dicũt: uenite & reuertamur ad dñm. Prædicant eñ alĩs Chriſtũ qui illũ cognouerũt, nec ſua tantũ cõtenti ſalure alĩs quoq; ut ſaluentur, uerbũ ſalutis prædicare ſatagunt. Quod eſt illud uerbũ? Quia ipſe (inquiũt) cepit & ſanabit nos, percutiet & curabit nos. Magnificẽtius atq; breuius uerbũ ſalutis huius edicinõ poteſt. Totus, qui cõuerſionis ad Chriſtũ, & Chriſtianæ fidei fructus eſt, his paucis uerbis cõprehẽſus eſt: ſcilicet utraq; reſurrectio, qua reſurgimus per Chriſm ptima animarũ, ſecunda corporũ. Cũ eñ dicit, quia ipſe cepit & ſanabit nos, ſenſus iſte eſt. Quia ipſe noſtrã naturã ſuſcepit, & à peccatis noſtris ſaluos faciet nos, ſecundũ nomen ſuũ quod eſt Ieſus, id eſt ſaluator. Quamuis aũt uos credentes, & in noĩe ſuo baptizatos iam ſanauerit, adhuc tamẽ percutiet & deinde curabit nos, id eſt ſententiã mortis huius corporis de qua dixit, quia puluis es & in puluerẽ reuerteris, ſuper nos dimiſit & ita fiet, ſed deinde curabit

Iohan. 13

Luce. 11.

Gen. 49

Ro. 10

CAP. VI.

Act. 2

Duplex reſurrexio.

Gan.

curabit nos, id eſt in nouiſſimo die carnis reſurrexione reſurgere faciet nos, qui reſurrectio ne animæ, id eſt remiſſione peccatorũ ſauauit iam & uiuere fecit nos. Hinc eſt illud quod Apl'us dicit. Corpus quidẽ mortuũ, id eſt certiſſime moriturũ eſt propter peccatũ: ſpũs uero uiuit propter iuſtificationem. De illa reſurrectioue carnis quæ ſecũda eſt, cõtinuo dicit. Viuificabit nos poſt duos dies, in die tertia ſuſcitabit nos. Et eſt ſenſus. Viuificabit nos in nouiſſimo die uita uel reſurrexione carnis, quã in perſona ſua mortuus propter nos, quia reſurrectioni eius, quæ die tertia facta eſt, hoc ipſum aſcribimus quod ſuſcitabit nos. Ita ſanati & curati, id eſt anima & corpore uiuificati atq; ſuſcitati, L Viuemus (ait) in conſpectu eius. J Id eſt immortales erimus, neq; eñ ultra mori poterimus propter cõſpectũ eius quia uidebimus eum ſicuti eſt: & inde ſimiles ei erimus. L Tunc ſciemus, ſequemurq; vt cognoſcamus dominum J Sciemus (inquã) & cognoſcamus: nõ ſicut nunc ex parte, ſed perfecte. Nã hinc & Apoſtol⁹ ait. Ex parte eñ cognoſcimus, & ex parte ꝓphetamus. Cũ aũt uenerit quod perfectũ eſt, euacuabitur quod ex parte eſt. Itẽ. Videmus nunc per ſpeculũ in ænigmate, tunc aũt facie ad faciẽ. Nũc cognoſco ex parte, tunc aũt cognoſcã ſicut & cognitus ſum. Sequemur inquit. Quo ſequemur? Nimirũ ad uitæ fontes aquarũ, ſicut ali⁹ propheta dicit. Quia miſerator eorũ reget eos, & ad uitæ fontes aquarũ potabit eos. Et i Apocalypſi legimus, quoniã agnus, qui in medio throni eſt, reget illos, & deducet eos ad uitæ fontes aquarũ. Quod idẽ eſt ac ſi dicat, uidendo uel conſpiciẽdo deũ, immortales erunt. Hoc dicent inuicẽ ſe cohortantes, hoc dicẽt apoſtoli uel apoſtolici uiri populis prædicantes: & ſubiungent. L Quaſi diluculum preparatus eſt egreſſus eius. J Ac ſi dicant. Quod dicimus qa ipſe cepit & ſanabit nos, nõ i angulo geſtũ eſt, ſed ſicut diluculũ à cũctis uideꝫ & latere nõ poteſt, & ad hoc uenit ut uideatur, imò ut illuminet, ita egreſſus eius, quo de ſuis inuiſibilib⁹ ad uiſibilia noſtra egreſſus eſt, cũctis innotuit, cũctis orbis audiuit, nec eſt qui ſe de ignorãtia excuſare poſſit. Hoc eſt quod Pſalmiſta quoq; dicit. In ſole poſuit tabernaculũ ſuũ, id eſt in manifeſto exhibuit humanitatẽ ſuã. Ac deinceps. Nec eſt q abſcõdat á calore eius, quia uidelicet omnibus tã Iudæis q̃ Gentilibus auditus eſt aduentus eius. audita eſt ꝑdicatio euangelij eius. Addunt adhuc. L Et venit nobis quaſi imber temporaneus & ſerotinus terre. J Iuxta literã tẽporaneus imber illa eſt pluuia, quæ tactis ſeminibus à deo datur terræ Paleſtinorũ, ut infuſa caleſcant ſemina. Serotina aũt illa dicitur, quæ ad maturitatẽ eoſdẽ perducit fructus. Siquidẽ terra illa non ita frequẽter, ut noſtra, de cœlo accipit pluuiã, ſed tantũ bis in anno. ¶ Spiritualiter pluuiã ſiue imbrẽ utrunq; uidelicet temporaneũ & ſerotinũ, intelligi oportet, & ſancta prophetica atq; apoſtolica ſcriptura eſt, Prophetica nanq; ſcriptura ipſa eſt imber tẽporaneus, quia ſicut ſerotino imbre infuſa coaleſcunt ſemina, ita hæc promiſſionẽ Chriſti uenturi, quę ad Abrahã facta eſt, frequẽti declamatione expectabilẽ faciebat. Porrò euangelica uel apoſtolica ſcriptura, imber ſerotinus eſt: quia ſicut ſerotino imbre fructus ad maturitatẽ, perducuntur, ita ſcriptura hæc iam adueniſſe Chriſtũ confirmat, de quo prophetæ uaticinabãtur, Igitur & neinet (inquiunt) nobis, quaſi imber tẽporaneus & ſerotinus, id eſt talis & taliter ueniet nobis: uel taliter nobiſcũ faciet, ſicut utriuſq; ſcilicet noui ac ueteris teſtamenti ſcripturæ teſtificantur. Hæc ubi dixit de illis qui erant crediturí, & fidẽ aduentus eius recepturi, confeſtim ad eos, quos non eſſe credituros præſciuit, cõuertitur & dicit. L Quid faciam tibi Effraim quid faciam tibi Juda? Miſericordia veſtra quaſi nubes matutina, & quaſi ros mane pertranſiens. J Sic nimirũ patriarcha Iſaac cũ filium ſuũ Iacob benedixiſſet, & proinde Eſau frater eius eiulatu magno fleret dicens. Nunquid non reſeruaſti, & mihi benedictionem? Reſpondit & dixit Dominũ tuum illũ conſtitui, & omnes fratres eius ſeruituti illius ſubiugaui, frumento & uino ſtabiliui eũ, & tibi poſt hæc filij mi quid factã? Ac deinceps. In pinguedine terræ, & in rore cœli, deſuper erit benedictio tua. Profecto ille Iſaac typũ Chriſti geſſit duo uero filij (de qbus iam dictũ eſt) formã prætulere myſticã utriuſq; populi, ſcilicet & eius qui tantũmodo generatione carnis, & eius qui imitatione fidei ſemen eius Abrahę. Et illic Iſaac in typo Chriſti dicit agreſti filio, & tibi poſt hæc fili mi ultra quid faciam: ſtatimq; inuenit quid faciat, dicitq;, in pinguedine terræ, & in rore cœli deſuper erit benedictio tua, & hic Chriſus in prophetia dicit, carnalibus Iſraelitis ſiue carnalibus Iudæis, qui-

Rom. 8

1. Iohan. 3

1. Corin. 13

Eſai. 49

Apocal. 7

Pſal. 8

Imber temporaneus & ſerotinus.

Geñ. 27.

Duo filij Iſaac duo populi.

cunq; filij carnis, & nõ filij sunt promissionis, quid faciam tibi Effraim, quid faciam tibi Iuda: statim q; inuenit uel scit quid faciat, dum dicit, Misericordia uestra quasi nubes matutina: & quasi ros mane pertransiens. Misericordia hæc parua illa est, quam intendens ille, in pinguedine (inquit) terræ, & in rore cœli desuper erit benedictio tua. Parua nanq; misericordia est temporaliũ siue corporalium abundãtia rerũ, quarum omnium summa, illic pinguedine terræ, & rore cœli comprehẽsa est. Porrò, misericordia magna illa est benedictio quæ simplici Iacob in domo habitanti data uel effusa est se cũdum uerba hæc: Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni, cui benedixit dominus. Et deinceps, Et seruiant tibi populi, & adorent te tribus. Esto dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filij matris tuę. Qui maledixerit tibi, sit ille maledictus: & qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur. Sic nanq; benedicendo, magnã illi misericordiam imprecabatur, eam scilicet ut de semine eius Christus nasceretur. Proinde quia misericordiarũ tanta differentia est, iccirco Dauid, qui utiq; minorem misericordiam fuerat consecutus, in pinguedine terræ, & in rore cœli desuper, utpote rex diues & inclytus, cum dixisset, miserere mei deus, statim addidit, secundum magnam misericordiam tuam. In quo? Nimirum in eo, ut nequaquam promissione Christi de semine suo nascituri frustraretur, propter causam Vriæ Ethei. Nam inde est qđ postmodum dicit, ut iustificeris in sermonibus tuis, subauditur, miserere mei, conseruando mihi misericordiã magnam, quam promisisti. Iam em̃ illi repromiserat Christũ, dicendo. Suscitabo semen tuũ post te, quod egredietur de utero tuo, & firmabo regnũ eius. Ipse ædificabit domum nomini meo, & stabiliã thronũ regni eius usq; in sempiternũ: Igitur & hic postq; secundum magnã misericordiam dictũ est de filijs promissionis suæ fidei. In tribulatione sua mane cõsurgent ad me, dicentes, uenite & reuertamur ad dominũ, quia ipse cepit & sanabit nos, percuciet & curabit nos, &c. confestim ad filios carnis tanq; ad Esau conuersus: Quid (inquit) faciam tibi Effraim, quid faciam tibi Iuda? Misericordia uestra quasi nubes matutina, & q̃si ros mane ptransiens. Ac si dicat. Populo electo, cuius typus erat Iacob, magnam misericordiã, magnam consequente benedictionẽ habendo fidem seminis Abrahę, quod est Christus: uobis filijs carnis, qui tanquã Esau tardatis & foris uagamini, post hæc ultra quid faciã? In pinguedine terræ & in rore cœli desuper fuerit hactenus benedictio uel misericordia uestra, sed nunc eadẽ ipsa properãte captiuitate pertranseat, sicut pertrãsit matutina nubes, & in meridie siue uespera iam nõ est, & sicut pertransit ros, qui cum mane herbam operuit, orto sole uelociter disparet, & iam nõ est. Sic em̃ uobis continget, qui mane compluti estis, & matutino rore maduistis, id est qui præsentẽ lætitiam & tantũmodo caducã præsentis seculi bona requisistis. Nubes uestra pertransit, & ros uester orto sole siccatur, id est, lætitia uestra in tristitiam uertetur: & delitiæ uestræ in futurum non inuenientur, ubi uerus sol Christus in uirtute sua lucens in meridie conspicietur. L ¶Propter hoc dolaui in prophetis, & occidi eos in uerbis oris mei.┘ Propter hoc inquit, uidelicet quia uos tantũmodo rerum temporaliũ matutinam nubem, roremq; transitorium requiritis, & gloriam dei regnũq; futurũ non attẽditis, ego dolaui, id est multas percussiões feci in prophetis, qui uobis secundũ uestrã intentionẽ adulti sunt & applauserunt, uidẽtes uana & loquẽtes mendacia. Quales utiq; fuerunt prophetæ Baal. Et illis nanq; (sicut in Regũ libris legimus) Helias Thesbytes. CCCCL. uiros una die interfecit: idẽq; magnã illorũ multitudinẽ percussit Iehu, qui domũ Achab subuertit. Hoc totũ factũ est ad imperiũ dñi. Iccirco cũ dixisset, Dolaui in prophetis, protinus addidit, occidi eos in uerbis oris mei. Hoc recte factũ est, ut qui propter lucrũ tẽporale: & (ut ait alius propheta) propter pugillũ farinæ, nõ solũ magnã dei misericordiã reliquerãt, sed & populare turbã secũ deuocabant. Primũ in ipsis dolaretur & occiderẽtur, & deinde populus in captiuitatẽ duceretur, matutina misericordia de qua iam dictũ est) & quasi transitorio rore frustratus. Quam iustę hæc facta sint uel fiant, nũc toto in orbe scitur, ubicunq; lux ueritatis est. Sequitur. L Et iudicia mea quasi lux egredietur.┘ Et est sensus. Sicut caligantes in nocte oculos lux succedẽs illuminat, sic illis q hactenus in nocte ignorãtiæ fuerãt, annũciata iudicia hæc pspicua erũt, ut dicant. Iudicia dñi uera, iustificata in semetipsa. Egredientur igitur iudicia mea quasi lux, id est qđ uoluerim, aut quid utile esse iudicauerim ego, manifestius cognoscet. Quid est illud? Ait

L Quia

Misericordia alia parua, alia magna dicitur

Psal. 50.

2. Reg 7

3. Re 18. 4. Re. 10

Ezech 13

Psal. 18

¶ Quia miſericordiam volui ⁊ non ſacrificiū, ⁊ ſcientiam dei plus q̄ holocauſtū ¶ Huius ſuæ ſentētiæ memor dñs ſemel & itē apud Matthæū inuenitur. Vbi ēm diſcumbente eo in domo eiuſdē Matthæi, murmurabant phariſæi dicentes eius diſcipulis: Quare cū publicanis & peccatoribus māducat magiſter ueſter? Non eſt (inquit) opus ualentibus medico, ſed male habētibus. Statimq; ſubiungit. Euntes aūt diſcite q̄d ſit, miſericordiā uolo & nō ſacrificiū. Non ēm ueni uocare iuſtos, ſed peccatores. Itē, ubi diſcipulis eius eſurientibus, & ſpicas ſabbato uellentibus atq; māducantibus, cū dixiſſent: ecce diſcipuli tui faciūt q̄d non licet eis facere ſabbatis. Ait poſt alia. Si aūt ſciretis q̄d eſt, miſericordiā uolo & nō ſacrificiū, nunq; cōdēnaſſetis innocētes iſtos. Ergo cū dicit in hoc propheta, q̄a miſericordiā uolui & nō ſacrificiū: dignā ſuo⁹ reddidit cauſam iudicio⁹, cur ſupra inter cætera dixerit. In gregibus ſuis & in armētis ſuis uadent ad quærendū dñm, & nō inuenient eū, quia uide licet, neq; ſecūdū corpus, neq; ſecundū animā miſereri nouerunt proximis, prompti ſacrificatores gregū: immolatores armento⁹. Nā utrāq; miſericordiā ſcilicet corporis & animæ teſtatur ſe uoluiſſe illa, quā cōmemorauimus, euangelica prolocutione. Vbi ēm peccatorē ſiue puplicanū recipiēs Matthæū dicit eūtes diſcite quid eſt, miſericordiā uolo & nō ſacrificiū, illā patenter miſericordiā ſe requiſiſſe ſignificat, quę impēditur circa curā animar⁹. Vbi uero diſcipulos ſuos eſuriētes, & ſabbato ſpicas uellentes à ſabbati uiolatiōe defendit dicens. Si aūt ſciretis quid eſt, miſericordiā uolo & nō ſacrificiū, nunq; cōdemnaſſetis innocentes iſtos: Ibi profecto miſericordiā, quæ proximis in corpo⁹ neceſſitatibus impēditur ſeſe uoluiſſe teſtatur. Igitur iudicia dñi uera ſicut lux manifeſta ſunt, & cauſa cadit carnalis Iſrael ſiue Effraim & carnalis Iuda, q̄a certatim ſacrificiū offerūt quod dñs nō uult, & uiſcera miſericordiæ nō habent quā dñs uult: q̄a holocauſta multiplicāt quæ dñs nō requirit, & ſcientiā dei negligunt: in qua dñs & creator creaturā rationalē uoluit ſemp & uult exerceri. Non acquieuerūt uolūtati eius, nō executi ſunt ea q̄ ille uoluit, ſcilicet miſericordiā & ſcientiā dei. Hoc eſt q̄d continuo ſubiūgit. ¶ Ipſi aūt ſicut Adam tranſgreſſi ſunt pactū tbi preuaricati ſunt in me. Et ē ſenſus. Ipſi aūt & peccauerūt, & peccatū ſuū p ſuperbiā defendēdo mihiq; cōtradicēdo: cōtra ſemetipſos & cōtra poſteros ſuos immiſericordes & crudeles extiterunt. Sed iam in iſto ſecūdi huius uoluminis finem facientes, ſequētis initiū ab hoc eodem capitulo ſumamus.

Matt. 9

Matt. 12

Miſericordia duplex ad⁹ xi mū, una in a⁹, alia i corpore

FINIS LIBRI SECVNDI.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN OSEE PROPHETAM COMMENTARIORVM LIBER III.

IN Canticis Canticorum dilect⁹ amicæ ſuæ loquitur. Oſtē de mihi faciē tuā amica mea, ſpecioſa mea, colūba mea, ſonet uxor tua in auribus meis. Vox ēm tua dulcis, & facies tua decora. Vocis ſiue locutionis eiuſmodi nūc opportune remini ſcimur, quia uidelicet ſaluo altiori cœleſtis gratiæ uel amoris gradu, in quo dilect⁹ Chriſtus & amica eius ſancta eccleſia cognoſcit: nimirū ſapiētis cuiuſq; anim⁹ dilect⁹, & ſancta ſcriptura amica uel dilecta eſt illi⁹, qcūq; talis ē, ut ueracit teſtimoniū ſibi phibeat cōſciētia, q̄d ſanctæ ſcripturæ pulchritudinē uerā & ueritatē pulchrā diligat. Illius nāq; uerba ſunt hæc. Dixi ſapientiæ ſoror mea es, & prudentiam uocaui amicam meam. Dicit ergo, nunc animus ſtudioſus, et ipſa ſcripturæ præſentis admonet difficultas, ut dicat. Oſtende mihi faciem tuam, ſonet uox tua in auribus meis. Vox ēm tua dulcis, et facies tua decora. Sanctæ huius ſcripturæ facies non niſi ſapienti unquam oſtenſa eſt, et uox eius non niſi in auribus diligētis unquam ſonuit, neq; alius ſcire meretur, uox eius quàm dulcis, & facies eius quàm de-

Can. 2

Prouer. 7

Huius propheticę ſcripturæ difficilis

cora ſit. Dicit em̃ ille qui ſcripſit. Quis ſapiens & intelliget iſta, intelligens & ſciet hæc? Igi-
Oſee. 14 tur ſemen huius dulcedinis atq; decoris autorem ſpiritũ propitium habere optantes, dilectam hanc ſiue amicam inſtanter cœpto itinere ſequamur, ut faciem eius uidere, & uocẽ audire, id eſt, & intentionem eius ſentire, & uerũ eius ſenſum inſpicere mereamur. Cum dixiſſet in hoc propheta dominus, quia miſericordiam uolui & nõ ſacrificium, & ſcientiã dei plus q̃ holocauſtum, cõtinuo ſubiunxit. Ipſi autem ſicut Adam tranſgreſſi ſunt pactũ, ibi præuaricati ſunt in me. Ab iſto rurſus capitulo populi peccata incipit declamare. Vnde & hic ad memoriam reuocandum eſt, quia (ſicut ſuperius iam diximus) ſepties hic propheta gentis ſuæ peccatricis peccata percutit, totidemq; uicibus in aduentum ſiue ſacramentum filij dei ſermo eius recurrit, ſingulosq; curſus in eodem terminat: nimirum ſapienti atq; intelligenti, qui hæc ſcire meretur, illud innuẽs, quod iuſtificari & à peccatis liberati aliter q̃ per gratiam uel fidem Chriſti nemo poſſit. Hac uice prima, quam nunc uſq; tractauimus, ſic incepit. Non eſt enim ueritas, & non eſt miſericordia, & non eſt ſcientia dei in terra. Tandem in perſona Chriſti uenturi dixit. In tribulatione ſua mane conſurgent ad me, & cætera: & tũc demum ad initium redargutionis redijt, dicendo, quia miſericordiam uolui & non ſacrificium, & ſcientiam dei plus q̃ holocauſtum: ipſi autem ſicut Adã tranſgreſſi ſunt pactum, ibi præuaricati ſunt in me. Cum em̃ dicit, quia miſericordiam uolui & ſcientiam dei, ſubaudiendum uel reminiſcendum eſt, quod in initio capituli dixerat: nõ eſt miſericordia, & nõ eſt ſcientia dei in terra. Nunc itaq; ordine cœpto proceſſuri, nõ negligenter præterimus, quia duo dixit in uerſiculo præſenti. Sicut Adam tranſgreſſi ſunt, ibi præuaricati
Sicut Adam trãſgreſſi ſunt. ſunt in me. Breui uerſiculo & originale peccatum, & actualia tetigit peccata eorũ. ¶ Dicendo nanq;, ſicut Adam tranſgreſſi ſunt, actualia peccata uehementer accuſat: quia colentes idola & cætera facientes ſcelera, nõ quomodocunq; peccauerunt, non per ignorãtiam aut per infirmitatem deliquerunt, ſed qui nequiſſimus peccandi modus eſt, ſcienter peccantes, ſcientes quod mala facerent recedendo à domo Dauid & à templo domini quod erat in Hieroſolymis, uitulosq; aureos colendo, peccatũ ſuum defenderunt cõtradicendo ſanctis
Gene. 3 prophetis, quoſcunq; dominus miſit. Vnde & ſuperius dñs dicit. Populus em̃ tuus ſicut hi
Ibi præuaricati ſunt in me. qui contradicunt ſacerdoti. Hoc nimirũ erat ita tranſgredi pactũ, ſicut tranſgreſſus eſt Adam. Ille nanq; & tranſgreſſus eſt, tranſgreſſionẽ ſuam ſuperbe defendit, dicendo, mulier quã dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno & comedi. ¶ Porrò ſubiungendo, ibi præ-
Ro. 5. uaricati ſunt in me, originale reſpicit peccatũ. Ibi nanq; cũ dicit, ſubauditur in Adã. Præmi ſerat eni, ſicut Adã tranſgreſſi ſunt pactũ. Et uere in Adã preuaricati ſunt, qa (ut ap'ls aii) per unũ hoiem in hunc mundũ peccatũ intrauit, & per peccatũ mors: & ita in oẽs homies mors pertranſit, in quo oẽs peccauerũt. Itaq; cũ dicit. Ibi præuaricati ſunt in me, bene ſæpe
Ro. 3 dictus apl'us huic in iſto quoq; ſermone cõſonat prophetæ, cauſando Iudæos & Græcos oẽs ſub peccato eſſe, ſubiungendo etiã hæc. Nõ eſt eni diſtinctio. Oẽs enĩ peccauerũt, & egent gloria dei. His dictis, continuo de peccato actuali abũdantius agit, ſcilicet de peccato idololatriæ & aureoꝝ cultu uituloꝝ, quo ſicut Adã tranſgreſſi ſunt pactũ ut iã dictũ eſt. Sequitur em̃. Galaad ciuitas operantium idolum, ſupplãtata ſanguine, & quaſi fauces virorum latronum: particeps ſacerdotum in via interficientium pergẽtes de Sychen, quia ſcelus operati ſunt. ¶ Galaad eſt ciuitas ſita trans Iordanẽ in tribu Gad, in
Galaad ciuitas in tribu Gad. qua idolũ primitus eſt cõſecratũ. Erat enĩ & ciuitas fugitiuoꝝ. Sed quanto celebrior, tanto idololatrie & maloꝝ oĩm principium fuit. Et quia iſti idola primũ cõſecrarunt, uel maxime ſicut præſens teſtatur, in malũ adiuuerũt, iccirco primi ab Aſſyrijs capti & in captiuitatẽ ducti ſunt. Porrrò, Sychen ciuitas in cõfinio decẽ tribuũ & duaꝝ, quę poſtea Neapolis appel-
Sychen quę & Neapolis. lata eſt, unde tranſitus erat Iſraelitis in Hieruſalem. Vbi ſolummodo licebat uictimas immolari. Trib⁹ ergo temporibus, quibus ſecundũ legis præceptũ populus ad templũ domi-
Exo. 23. Deu. 16. ni aſcendere debebat, ſacerdotes idoloꝝ ponebant in itinere latrones, qui inſidiarẽtur peregrinantibus, ut magis uitulos aureos in Dan & in Bethel, q̃ dominũ adorent in Hieruſalem: & quos reuocare nõ poterant, in eadẽ uia interficiebant. Sacerdotũ illoꝝ particeps nũc dicitur Galaad, uidelicet eo quod Galaaditæ coniungendo ſe iniqua fœderatione, & cooperando ſacerdotibus in interfectione. Senſus igitur iſte eſt. Si quæras, cur dixerit, ipſi autem

trãſgreſſi

tranſgreſſi ſunt pactũ ſicut Adam, qui utiq; non per ignotantiam, ſed ſcienter per arrogan
tiã peccauit, & peccatũ ſuũ aduerſ⁹ deũ ſeſe corripientẽ proterue defendit, Ecce effectum
ſiue opus manifeſtũ habes malæ defenſionis. Nullũ deniq; manifeſtius defenſionis eſt ex
perimentũ, q̃ illos interficere, quibus admiſſum non placet cõmuniter ſuſcipere peccatũ.
¶ Locus interfectionis erat Galaad, mira peruerſione, mira ſupplantatiõe. Debuerat nãq; Galaad ſuppl
ciuitas eſſe nõ interficientiũ, ſed ab interfectione liberantiũ quempiã fugitiuũ ſecũdũ legẽ tata ſanguine.
dñi dicẽtis: Cũq; ultor ſanguinis eũ fuerit perſecutus, nõ tradent in manus eius, qa ignorãs Ioſue.20.ii
percuſſit proximũ eius: nec ante biduũ triduũue eius probatur inimicus & habitabit in ciui
tate illa: donec ſtet ante iudiciũ, cauſam reddens facti ſui, & moriatur ſacerdos magnus qui
fuerit in illo tẽpore. Recte ergo dicitur, ſupplantata ſanguine, qa perditio uel derelicto con
ſtituto pacis ſuſceperat pro illo cõmutationẽ ſanguinis. Dicitur & quaſi fauces uiorũ latro
nũ, qa uidelicet ſicut latrones in faucibus, id eſt cauernis locisq; abditis latentes, expoliant
prætereuntes & interficiunt: ſic in ea, quæ debuerat eſſe aſylum fugitiuorum, ſanguinarij
ſacerdotes ſimplicitati populi inſidiantes, expoliabant eos fide, interficiebant mente, &
quos decipere non poterant, ueſtibus priuabant, corpore necabant. Pro tanto ſcelere pro
pheta dolens exclamat. ⌊ In domo Iſrael vidi horrendum. Ibi fornicatus eſt Effra
im, contaminatus eſt Iſrael. ⌋ Quid enim magis horrendum, quid magis exclamatio
ne dignum, q̃ iſtud accidiſſe, nõ in qualicũq; gente aut natione, ſed in domo Iſrael, in gen
te dei, in parte dñi, ſicut Moſes loquitur, pars aũt dñi populus eius, Iacob funiculũ hæredi Deu.32.
tatis eius? Deniq; gentis alterius peccatũ in idolis error eſt: Iſraelis autẽ, q ueri & unius dei
notitiã habuit, legẽq; accepit, tale peccatũ horror eſt. Propterea totiens peccatũ illius po
puli fornicationẽ appellat, & nũc q̃q; dicit. Ibi fornicatus eſt Effraim, cõtaminatus eſt Iſra
el. Effraim (ut ſæpe dictũ eſt ipſe Hieroboã de tribu Effraim: Iſrael uero decem tribus, quę
illo peccante, id eſt uitulos aureos pro deo ſibi faciente, cõtaminatæ ſunt, ſequẽdo illũ. Et
nim ſicut cõtaminat adulterio mulier, ſic derelicto deo pp̃us ille cultu idololatriç cõtamina
tus eſt. Hæc aduerſus Iſrael, id eſt, decẽ tribus dicta ſunt. Sed nunqd tantũmodo illis ſratus
eſt? Nõne & ſup Iudã grandis ira, quã nũc uidem⁹ pro meritis erat uẽtura? Sequit. ⌊ Sed
& Iuda pone meſſem tibi, cũ conuertero captiuitatẽ populi mei. ⌋ Ac ſi dicat, Dixi
quidẽ in initio prophetici huius ſermonis, qa nõ addã ultra miſereri domui Iſrael, ſed obli
uione obliuiſcar eorum: & domui Iuda miſerebor, & ſaluabo eos in dño deo ſuo, & hoc ue
rũ eſt. Nam Iſraelis, id eſt decẽ tribuũ captiuitas, de terra Aſſyrioꝝ nõ reuocabitur: tua ue
ro ò Iuda tranſmigratio de Babylone eſt reducẽda poſt annos. LXX. Verũtamen cũ con
uertero illã captiuitatẽ populi mei, cũ reduxero illos in terrã ſuã, q ex te ſupererũt digni, ut
reliquiæ ſaluẽtur pro ipſoꝝ fide & meritis, uſq; ad plenitudinẽ tẽporis, quo cõuertenda eſt
uniuerſalis captiuitas oĩs populi mei, p aduẽtũ ſaluatoris Chriſti: tu Iuda pone meſſem tibi
q̃ ſecanda erit, id eſt multitudinẽ fiſiorũ & male natorũ, qbus multipliciter pullulabis, ſcito de
metendã eſſe Romanorũ gladijs, ſicut nũc, imò magis q̃ nũc decẽ tribus demetũtur, & trã
ferũtur ab Aſſyrijs. Quã ob cauſam? Quibus pro meritis ſiue pecactis? Ait. ⌊ Cũ ſanare
vellem Iſrael, revelata ẽ iniquitas Effraim, & malicia Samarię, quia operati ſunt CA. VII.
mendacium: & fur ingreſſus eſt ſpolians latrunculus foris. ⌋ Et eſt ſenſus. Cum ad ſa
uandum Iſrael ueniſſem, illa iniquitas reuelata eſt, & illa malicia Iudæorum ſeſe expreſſit:
cui⁹ illa iniqtas Effraim, illa malicia Samariæ typus uel p̃curſio fuit, quando relicta domo
Dauid, Hieroboã p̃tulit, relicto dño deo, uitulos aureos colere magis elegit. Diligẽter pro
phetiæ huius locũ hũc, quẽ nũc ingredimur, pertractare conemur, memores illius dicti in
fine uoluminis, cuius ſæpe meminimus: Quis ſapiens & intelliget iſta, intelligens & ſciet
hæc: & ſcientes tanta eſſe uel talia q̃ hic prophetali oculo p̃uidet ac p̃ſcribit, qualia ſi nudis
eloqueretur uerbis, nimis intolerabile eſſet audire hoĩbus illius tẽporis, ſicut diximus iã in
prohemio p̃ſentis opuſculi. Deniq; peccatũ Iudæ in ſaluatorẽ, cuius ſanguinẽ fudit, hic my
ſtice deſcribit: propter qđ talia facta ſunt uel fieri debuerũt in eiuſdẽ excidio gentis. Quæ
p̃ſpiciẽs, hic recte dicat, ſed & Iuda pone meſſem tibi. Cũ (inqt) ſanare uellem Iſrael, reue
lata eſt iniquitas Effraim, & malicia Samariæ. Qui nondũ ſapiens ſiue intelligens eſt, qualẽ
ſanctus prophetiæ ſpiritus loco iam dicto requirit, nihil aliud ſignificari hic arbitratur, niſi

ac ſi dictum ſit. Cum per Dauid electum meũ uellem Iſrael inſtruere ad cognoſcẽdũ uerũ deum, & ad tenẽdũ firmiter ſolius nominis mei cultũ legittimũ, iniquitas filiorũ Iſrael magis exarſit: & malicia illorum pertinatius inſaniuit, nec ante deſtiterunt, donec ad poſteros deriuato regni gubernaculo, iugũ excuſſerunt, & à domo receſſerũt eiuſdẽ Dauid, & deos ſibi fecerũt iuxta mentionẽ ſuæ iniqtatis, iuxta malicioſa deſideria cordis ſui. ¶ Verũ ille Dauid non ſolũ pater ſecundũ carnẽ extitit ſaluatoris noſtri, uerũetiã figuram eiuſdẽ ptulit in mirabilib⁹ geſtis. Regnũ eius ꝓparatio fuit regni Chriſti, imò regnũ unũ eſt Chriſti & ipſius Dauid: iuxta quod & angelus ad Mariã de illo dicit. Et dabit illi dñs deus ſedem Dauid patris eius. Econtra, Hieroboã & qui illũ ſecuti ſunt, relinquentes Dauid, typũ geſſerũt Iudæoꝝ & phariſæoꝝ, qui Chriſtũ negauerũt ante faciẽ Pilati, & dixerũt. Nõ habemus regẽ niſi Cæſarẽ: Furor ille, quo Chriſtũ cõdemnãtes, petierunt dimitti ſibi Barrabã homicidam, & ſeditionis authorẽ, illi maliciæ ſimilis extitit, qua illi, qui ſecuti ſunt Hieroboã, ueritatẽ dei in mendaciũ cõmutauerũt: uel (ſicut hic ſcriptũ eſt) mendaciũ operati ſunt: qa ueritate cõtempta: mendaciũ in uitulis aureis operati ſunt, & coluerũt. Igitur in uerbis iſtis ſimilitudinẽ pariter contemplemur & rem. Similitudinem, in illius ſtatu temporis, ſcilicet in eo quod ille Effraim ſiue illæ decem tribus taliter receſſerũt à domo Dauid. Rem uero, in aduentu ſaluatoris, quando Iudæi rebellantes ueritati, negauerũt eum, & populus regis huius eſſe uoluerunt. Itaq; cum dicit: Cum ſanare uellem Iſrael, reuelata ẽ iniquitas Effraim. Ponamus ante oculos mentis & illum Dauid patrem carnis Chriſti, & hũc filium eius uerum Dauid: quia uidelicet uterq; ſuo modo Iſrael ſanare uoluit: Ille pſalteriũ cõponendo, iſte carnẽ aſſumendo. Nã pſalteriũ illud manu factũ typũ fuiſſe carnis uel corporis Chriſti, teſtat ipſe, cũ in pſalmo pſonã patris ad eũdẽ filiũ, dũ in ſepulchro corpus eius geſcit, loquẽtẽ introducit Exurge gloria mea, Exurge pſalterium & cythara. Et ille reſpondens: Exurgam (inquit) diluculo. ¶ Illo pſalterio ſuo manufacto Dauid Iſrael ſanare uoluit, quia nimirũ iccirco uerba cœleſtia cum pſalterio cecinit, ut ꝑpm tantũmõ terrena diligentẽ introduceret ad amorẽ & ſpẽ futuri regni, q̃ uera ſanitas ẽ cordis. Hoc ante illũ nemo fecit, ut ꝑmiſſa cœleſtia uerbis enũciaret manifeſtis aut pœnas ignis ęterni. Hoc ita uerũ eſt, ut apud Moſen fere nuſquã inuenias ꝑmiſſiões paradiſi uel regnũ dei, neq; cõminatiões infernι, nominib⁹ manifeſtis: ꝑter locũ unũ in cãtico Deuteronomῆ, ubi ſic dicit. Ignis ſuccẽſus ẽ in furore meo, & ardebit uſq; ad inferni nouiſſima. Omni clauſa ſunt ſub figuris, & bona qdẽ ęterna ſub nomine terrę Chanaã, terrę q̃ ſi lacte & melle manãtis: mala uero ſempiterna, ſub nominib⁹ famis, peſtilẽtię, gladiῆ, malarũq; beſtiarũ reddẽda ſignificat ꝑ meritis. Talis nãq; & ita q̃dãmodo puerilis ſenſus erat carnalis populi in illi⁹ ſtatu tẽporis, ut nõ niſi præſentia diligere ꝑſpera, nõ niſi ꝑſentia metuere ſciret aduerſa. Hinc primus (ut iã dictũ ẽ) cœleſtis regni gloriã patenter expreſſit uerbis, addita ui muſicę dulcedinis, & ordine cõpoſito diuinę religiõis, uolente dño ſanare Iſrael, ſcilicet ut ſano corde terrena paruipẽderet, cęleſtia magis deſideraret. ¶ At uero pſalteriũ iſtud ſiue hæc cythara, cui pater hoc dixit. Exurge gl'ia mea, exurge pſalterium & cythara, ml'to amplius hoc egit ſic aperiendo os ſuũ, ut Matthæus ſcribit. Beati pauperes ſpiritu, quoniã ipſoꝝ eſt regnũ cœloꝝ, &c. Nimirũ hæc expectationi carnalis Iſrael, ualde contraria ſonuerunt, beatificando pauperes, mites, lugentes, eſurientes ac ſitientes iuſtitiam, miſericordes, mundi cordes, pacifícos, & perſecutionẽ propter iuſtitiam ſuſtinentes. Aliter nanque ſentiebat carnalis Iſrael, ſcilicet beatos eſſe tantum illos, qui proſperarentur in uia huius ſeculi, quibus uacaret ut eſſent ſuperbi, immites, ſiue tyranni ridentes atque exultantes, quamuis in rebus peſſimis, inexpertes miſeriarum, atque iccirco neſcientes compati miſeris, luxuriantes omni uoluptate cordis & corporis, belligerantes atq; bellicis elatos triumphis, ualentes per potentiam q̃s uellent occidere ac perſequi. Profecto ſenſus hic magna erat infirmitas: ille autẽ ſanare uolebat Iſrael, ut ſane ſaperet. Aduerſus utrunq; reuelata eſt iniquitas Effraim, id eſt perſecuti ſunt eos omnes illi qui noluerunt ſanari. Primum, quis neſciat quanta Dauid ille regni dei Pſaltes aduerſa pertulit, q̃ta mala paſſus ẽ ab illis? Vſq; adeo quo gratis illum odio habuerũt, ut filium quoq; illius Abſolon regem ſibi facerent, quia non alium habuerunt, quo duce conſurgẽtes regnum depellerent. Mortuo Abſolon ſecuti ſunt Seba filium Bochri, illo mortuo ſubticue-

runt

Dauid Chriſti typum geſſit

Luc. 1.

Ioh. 19.

Pſal. 59

Cęleſtia promiſſa Dauid primus explicauit.

Deu. 32.

Matt. 5

Carnalis Iſrael

Odiũ Iſrael cõtra Dauid

2. Re. 15

runt uicti & inuiti per ſapientiam eiuſdem Dauid filiiq; eius Salomonis: ſed deinde mox ubi occaſio data eſt per imprudentiam Roboam, ceruices ſuas excuſerunt, regemq; alium & deos alienos, id eſt uitulos aureos ſibi fecerunt. Hæc fuit iniquitas Effraim, & hæc malicia Samariæ: quia uidelicet Hieroboam de tribu Effraim malum hocinique geſſit: & Samaria, per quam totū eius regnum intelligitur (fuit eū Metropolis decem tribuō) hoc ipſum malicioſe ſuſcepit, ſcilicet inuidendo domui Dauid, inuidendo & dedignando tribui Iuda, quod ſibi tantum ex illa tribu reges deberent eſſe deſtinati. Dixerunt enim quodam loco uiri Iſrael ad regem Dauid. Quare te furati ſunt fratres noſtri uiri Iuda, & tranſduxerunt regem & dominum eius Iordanem? Et reſpōdens omnis uir Iuda, quia propinqor) inquit) mihi eſt rex. Et reſpondens uir Iſrael decem partibus, ait, maior ego ſum, Ita commota ſeditione quidam uir Belial nomine Seba filius Bochri cecinit buccina, & ait. Non eſt nobis pars in Dauid, neq; hereditas in filio Iſai. ¶ Deniq; ex dictis & factis huiuſcemodi palam datur intelligi, quænam illa fuerit malicia Samariæ, de qua nunc loquitur hic, ga nimirum ſciſſuræ illius cauſa fuit inuidentia, quæ ueraciter malicia dici poteſt: quia cuncta malicioſarum machinamenta cogitationum parit. Maxime uero tunc iniquitas quecunq; fit, malicia meretur dici, quando ſic ſe exercet ut cum ſapientia uel ratione incedere poſſit uideri. Sapienter autem ſiue rationabiliter Samaria feciſſe ſibi uideri poterat, ſequendo, regēq; faciendo Hieroboam de tribu Effraim: quia patriarcha Iacob cum benediceret filios Ioſeph Manaſſem & Effraim, iſte qdē (ait) ſcilicet Manaſſes erit in populos & multiplicabitur: ſed frater eius iunior, maior illo erit, & ſemen illius creſcet in gentes. Et in Paralypomenō legimus. Ruben quippe primogenitus erat Iſrael, ſed cum uiolaſſet torum patris ſui, data ſunt primogenita eius filiis Ioſeph filij Iſrael. Et quidem pluraliter dixit filiis Ioſeph, ſed cum ille (ut iam dictum eſt) Effraim iuniorem priori prætulerit, iure ſibi tribus Effraim de primogenitis uidebat gloriari. Itaq; peccatum Samariæ recedentis à domo Dauid & inuidentis tribui Iudæ, ut ex ea reges aut principes deberent germinari, recte malicia debuit nūcupari: quia cum contra ueritatem & rationem ageret, rationis & diuinæ authoritatis patricinio non carere ſibi uiſa eſt. ¶ Et notandum qualiter dixerit huic, reuelata eſt iniquitas Effraim & malicia Samariæ. Non dixit, exorta eſt ſiue oriri cœpit iniquitas cum ſanare uellem Iſrael, ſed reuelata eſt, Latebat, quàmdiu duces uel principes habebat Iſrael, qui illum cogerent ad cultum dei, qualium optimus uel maximus fuerat Dauid, Reuelabatur autem quando morientes decedebant illi, ſicut quodam loco ſcriptura dicit. Cunque dominus iudices ſuſcitaret, in diebus eorum flectebatur miſericordia, & audiebat afflictorum gemitus: & liberabat eos de cæde uaſtantium: Poſtquam autem mortuus eſſet iudex, reuertebantur, & multo maiora faciebant, quàm fecerant patres eorum, ſequentes deos alienos & adorantes eos. Non dimiſerunt adinuentiones ſuas & uiam duriſſimam, per quam ambulare conſueuerant. Eodem modo tunc reuelata eſt eadem iniquitas, eadem malicia quādo deceſſerat Dauid, quo regnante, non audebat reuelari, imò & multo magis tunc reuelata eſt, quàm eatenus aliquando reuelata fuiſſet. Prius nanque urgente aliqua calamitate, & clamantibus illis ad dominum cum tribularentur, ſuſcitato ſaluatore aliquo, id eſt iudice bono, conuertebantur ad dominum, & deos alienos relinquebant. Ex tunc autem quādo ſic reuelata eſt, ut illos facerent uitulos, nunquam ab eiſdem uitulis receſſerunt, ſicut manifeſte de ſingulis regibus ſcriptura dicit, quia à peccatis Hieroboam non receſſerunt. Hanc iniquitatem ſiue maliciam adhuc propheticus ſermo perſequens, protinus addit. L Quia operati ſunt mendacium, & fur ingreſſus eſt ſpoliās: latrunculus foris ⌋ Mendaciū quippe ſuut operati, dicendo de uitulis, qui utiq; uon erant dñi, iſti ſunt dñi tui Iſrael, qui te eduxerunt de terra Aegypti. Ad illud opus ut fieret, & diabolus inuiſibiliter, & Hieroboam uiſibiliter operatus eſt. ¶ Pulchre ergo & ueraciter dictū, fur ingreſſus eſt ſpoliās, ſcilicet diabolus animas, furtim deuorans, per inſpiratam occulte maliciā, & latrunculus foris uidelicet Hieroboam latro uiſibilis, qui foris, id eſt, extrinſus idola fabricans, extra domū ſiue partem domini, & peccare faciens Iſrael, nimirum grande & crudele latrocinīū fecit. ¶ Dixi mus, qualiter illo tempore regnante ſeu iam decedēte Dauid, iniquitas Effraim & malicia Samariæ reuelata fuerat, cum ſanare uellet dominus Iſrael, dicamus nunc, qualiter

1.Re.19. Malicia Effraim. Gene 48 1.Para.5 Antiqua malicia Iſrael. Iudex Regis

nouiſſimo tempore, cũ in aduentu ſuo ſaluator itidem Iſrael ſanare uellet, ſimilis iniqtas uel
Oſee.6. malicia, imò & multo maior ſecundum ſimilitudinem illius reuelata ſit. Cum (inquit) ſanare uellem Iſrael, dicat hoc ſanator & ſaluator Iſrael, ſanitatis illius author, de qua cum præmiſiſſet paulo ante dicens ipſe. In tribulatione ſua mane conſurgent ad me, uerba ipſorũ conſurgentium protinus intulit hoc modo. Venite & reuertamur ad dominũ, qa ipſe cepit & ſanabit nos, de qua ſanatione ſiue ſanitate, id eſt peccatorum remiſſione, primaq; reſurrectione, quæ eſt reſurrectio animæ, iam eodẽ loco dictũ eſt. Cũ em̃ illa ſanitate ſanare uellet Iſrael, deus homo factus p̃ſentialiter atq; utſibiliter incipiens prædicare, & ſic dicere:
Mat.4. Pœnitentiã agite, appropinquabit em̃ regnũ cœlorũ, tunc reuelata eſt iniquitas Effraim & iniquitas Samariæ, id eſt illa iniquitas Iudæorũ, illa malicia ſcribarũ & phariſæorũ, cuius typus extitit illa iniquitas Effraim, & illa malicia Samariæ, de qua iam ſecũdũ literã uel hiſtoriã dictũ eſt. Exagitauit eni illos ſpũs nequã, ut pœnitẽtiæ doctorẽ cũ uerbo p̃dicatiõis, opaq; nemo alius fecit, facientẽ derideret, pſequerẽtur & blaſphemarẽt. Exempli gratia, dicendo: Dæmoniũ habes: Itẽq;. In Beelzebub principe dæmoniorũ eiẽit dæmonia. Non eni placebat illis Chriſtus talis p̃dicator pœnitentiæ, doctor paupertatis, pſuaſor atq; exẽplar humilitatis, magiſter manſuetudinis, monitor ad lugendũ pro peccatis, declamator iuſtitiæ, & cõquiſiter miſericordiæ, munditiæ cordis collaudator, pacis remunerator, & eorũ q pſecutionẽ patiũtur propter iuſtitiã conſolator. Quare? Quã ob cauſam talia p̃dicantẽ repulerunt, odio habuerunt, atq; impugnauerunt? Videlicet, quia cuncta his cõtraria ſapiebant, & diligebant, talemq; ſibi cupiebant aduenire Meſſiã, qui illos in hoc ſeculo extolleret, gẽtiumq; pacẽ eo uſq; turbarẽt, donec omnes fines terrę ditioni illorũ per bella, bellorumq; triumphos ſubiugaret, aureãq; ac gemmatam illis Hieroſolymã in terris conſtrueret, atq; in cæteris his ſimilibus eorũ cupiditatẽ omnino, ſicut litera prophetica pleriſq; in locis ſonare uidetur, corporaliter expleret. Talem illorũ intentionem ſenſumq; ipſe quodã loco breuiter exprimẽs. Quomodo (inquit) poteſtis uos credere, qui gloriã ab inuicem accipitis: &
Ioha.5. gloriã quæ à ſolo eſt deo non quæritis? Perſecuti ſunt ergo ſanare uolentẽ, tanq; frenetici medicũ percutientes antidotũ porrigentẽ, nec ante deſtiterunt, donec tradentes illũ negarent ante faciem Pilati, præeligentes Barrabã latronẽ, authorẽ ſeditionis, eundẽq; regẽ ſuũ poſtulantes crucifigi. Hoc modo reuelata in illis, imò impleta ab illis eſt iniquitas Effraim,
Mat.23 & malicia Samariæ, & ſic impleuerunt menſurã patrũ ſuorũ, & ſic reuelauerunt ac teſtificati ſunt quod eſſent conſentientes patribus eorũ: Nam quod inceperũt illi, recedendo à domo Dauid, & occidendo prophetas dñi: Hoc iſti adimpleuerũt, crucifigendo filiũ Dauid filiũ dei: & deinde occidendo, crucifigẽdo, flagellando, & de ciuitate in ciuitatẽ perſequendo prophetas & ſapientes & ſcribas, quos ille miſit. In omnibus his operati ſunt mendaciũ mentientes aduerſus eundẽ regem ſuũ, quem negauerũt & uelut manũ ac ſeductorem ac
Fur Iudas latrũculus cœtꝰ phariſæicus. cuſauerunt. ¶ Perſpicuũ quoq; illud eſt in illis quod ſequitur, & fur ingreſſus eſt ſpolians, latrunculus foris, Fur nanq; Iudas proditor, & latrunculus cœtus phariſaicus extitit. Iudas nanq; loculorũ domini erat fur, ſicut Euangeliſta teſtatur, quia fur erat, & loculos habens:
Ioha.12 ea quæ mittebantur, portabat. Porrò phariſæi & ſacerdotes in templo latrocinabantur, p̃dam de populo facientes, uendendo & emendo. Vnde cũ eiẽceret eos, ſumptum de Eſaia
Matt.21 Eſa.59 teſtimonium protulit dicens, ſcriptũ eſt: Domus mea domus orationis uocabitur: & mox
Hiere.7 illud de Hieremia ſubiunxit: uos autem feciſtis illam ſpelũcã latronum. Ille fur intus inter diſcipulos domini Ieſu, pſeudodiſcipulus & fictus amicus: & ille latrunculus foris, id ẽ, manifeſtus hoſtis, conſilium ſimul inierunt, & (ſicut iam dictũ eſt) mendaciũ operati ſunt: cu-
Ioha.11 ius uidelicet mendacij maximus opifex Caiphas, ſic mentitus eſt, toto conſpirante illo cõcilio malignantium ad decipiendum miſerũ pplm̃. Expedit uobis ut unus moriatur homo pro pplo, & non tota gens pereat, ne forte ueniant Romani, & tollant noſtrum, & locum,
Mat.23 & gentem. Adeo cum ſanare uellet dominus Iſrael, ille more ſuo ſanari noluit, ſicut alijs uerbis declamans dicit. Hieruſalem Hieruſalem quæ occidis prophetas, & lapidas eos, qui ad te miſſi ſunt. Quotiens uolui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas & noluiſti. Sequitur. Et ne forte dicant in cordibus ſuis. omnem maliciam eorum me recordatũ, nunc circundederunt eos adinuentiones

ſuę coram facie mea factę ſunt. ¶ Magna & uera confirmatio iuſti iudicij dei ſiue ultiõis quam præmiſerat dicens, ſed & Iuda pone meſſem tibi: meſſem (ſicut iam dictũ eſt) appel/ lauſillius immenſitatem excidij, qua à Romanis erant perdendi. Ne forte (inquit) dicãt in cordibus ſuis, omnem maliciam eorũ me recordatum. Ac ſi dicat. Ne forte murmurent, & quaſi iniuſtam reprehendant ſententiam dicentis, ut ueniat ſuper uos omnis ſanguis iuſt⁹, qui eſt in ſus eſt ſuper terram, á ſanguine Abel iuſti, ut quod uindicatum eſt in patribus, ite/ rum uindicetur in filijs, omnis cauſa illis tollitur iuſtę reprehenſionis. Solent nanq; Iudæi aduerſus huiuſmodi reſpondentes dicere nobis. Cur hoc tempore uindicari in nos arbitra/ mini, quod olim uindicatũ fuit? Exempli gratia. Cum dicimus eis, illud quoq; peccatum, quod olim in deſerto facerunt patres eorũ, feciendo uitulum & adorando illum, hoc tem/ pore uiſitari ſuper illos, quando ſic excæcati ſunt. Reſpondent nobis, illius maliciæ tũc do/ minũ fuiſſe recordatũ: ſiquidem tunc ex illis in una die. XXIII. milia ceciderunt. Hæc di/ centes, non aduertunt, quia poſtquã illud factũ eſt per manus filiorũ Leui, quibus & Mo ſes ait, conſecraſtis manus ueſtras hodie domino, unuſquiſq; in filio & fratre ſuo: deinde cũ oraret Moſes dicens, dimitte eis hanc noxam, ipſe reſpondens, Angelus (inquit) meus p/ cedet te, ego autẽ in die ultionis uiſitabo & hoc peccatũ eorũ. Igitur ne forte dicant (ait) in cordibus ſuis omnẽ maliciam eorũ me recordatũ, id eſt ſingula quæq; peccata tẽporibus ſu is puniſſe me, atq; iccirco non debere nunc omnia uenire ſuper generationẽ iſtam: dico illis, qa nunc circũuenerunt eos adinuentiones ſuæ, uidelicet quaſi longus funiculus, quia cun/ cta priorum generationũ peccata imitati ſunt, & ille adinuentiones coram facie mea factę ſunt: quia nulla pœnitentiæ ſatisfactione illa delere curauerunt. Tales ſunt adinuentiones eorũ, quæ illos circũuenerunt, taliter cauſas mortis in uno homine adinuenerunt, ut merito dictũ ſit & merito fieri debuerit illud dictũ, uenient hæc oia ſuper generationẽ iſtã. Omni/ bus eni, quicunq; à ſanguine Abel iuſti iuſtos hoies uel prophetas occiderunt, ſimiles ſeſe fecerunt, ſimiles Cain q Abel interfecit, ſimiles Saul q Dauid perſecutus eſt: & propter il/ lũ ſacerdotes dñi. LXXXV. uiros trucidauit, & ciuitatẽ illoꝝ percuſſit in ore gladij: ſimi/ les Iezabel & Achab, q Naboth iuſtũ & cæteros prophetas dñi occiderunt. Atq; iccirco recte iniquitates illoꝝ & omniũ quicũq; tales extiterunt, iſti in generatione ſua portauerũt. Quænã ſunt adinuentiones illæ, quę eos circũuenerunt, & per quas oĩbus illis ſimiles ſe fe cerunt? Ait. ¶ In malicia ſua letificauerunt regem, & in mendacijs ſuis principes. Omnes adulterantes quaſi clibanus ſuccenſus a coquente. Quieuit paululum ei uitas a commixtione fermenti, donec fermentaretur totũ. Dies regis noſtri. Cœ/ perunt principes furere a uino. Extendit manũ ſuam cũ illuſoribus, qz applicue/ runt quaſi clibanum cor ſuũ cũ inſidiaretur eis. Tota nocte dormiuit, coquẽs eos, mane ipſe ſuccenſus quaſi ignis flammę. ¶ Quis iſte fuit rex, & qui iſti principes, quos & in malicia ſua & in mendacijs ſuis lætificauerũt adulterantes, ſic ſuccenſi quomodo ſuc/ cenditur clibanus à coquẽte? Et quidẽ ſenſus eſt utilis, q & ſi non palam inuenitur, in geſtis tamen poteſt conijci, quod ita factũ ſit. Rex Hieroboam & principes eius, qui fauentes illi ad omne facinus paruerũt, hoc modo lætificauerunt. Myſterium propheticũ de nece ſal/ uatoris de quo nunc loquebamur paululũ differimus, ne coniecturã utcunq; rationabilem atq; probabilem nos neglexiſſe uideamur. Omnes adulterantes, id eſt à proprio uiro, deo, recedentes, quaſi clibanus à coquente: quia ſicut clibanus ſuccenditur ut coquat panes, ita illi ſuccenſi ſunt malicia Hieroboam & igne idololatriæ. Quieuit paululũ ciuitas à commi/ xtione fermenti, donec fermẽtaretur totum. Fabricatis quippe idolis, non uim fecit Hiero boam populo ut ea coleret, ne forte quibuſdã cauſa dei religionis reſiſtentibus, cultura ido/ lorum euacuaretur. Ideoq; paululum quieuit ciuitas, donec propria uoluntate populus re/ gi conſentiret, ut primum principes, deinde ſatellites illorum regi & principibus fauentes, ad ultimum omnis populus corrumperetur. Et hoc eſt quod dicit, donec fermentaretur to tum. Quæ enim ſponte fiunt, diu permanent: Quæ autem neceſſitate, cito ſoluuntur. Hoc conſiderans Hieroboam, maluit ſponte, quam coacte populum ſubire nouam idolorum culturam. Itaque ſuccenſa toti populi maſſa in ueneratione uitulorum, cœperunt dicere ad fores Hieroboam. Dies regis noſtri, ſubauditur, iſte eſt, & quem nobis feſtiuum noſter

Exo 32

Longus funi/ culus pctõm Iudæis.

Gen. 4.

1. Re. 21.

2. Reg. 2

Hieroboam rex afflictus.

cõſtituit

conſtituit imperator. Hunc celebramus, in hoc gaudemus, in hoc uitulos aureos adoram⁹. Ita clamante populo, cœperunt (inquit) principes furere à uino, id eſt, non ſolum non ſunt irati qui debuerant rectores eſſe populi, ſed inſuper intelligentiam ſuæ mentis amittentes, cœperunt furere à uino, uidelicet amentiam paſſi, tã luxurię q̃ idololatriæ. Quid ad hæc ille rex? Extendit (inquit) manum ſuam cũ illuſoribus, quia applicuerũt quaſi clibanũ cor ſuum, cũ inſidiaretur eis. Illuſores quippe erant principes, qui populo nequiter illudebãt, eũ q̃ à deo ſuo longe abducebãt, errori eius cõſentiendo: gratulantes ꝙ applicuiſſent cor ſuũ q̃ſi clibanũ, ut eos ſuccẽderet ille rex & idololatriæ flãmis ardere faceret. Cũ illis illuſoribus, cũ eiuſmodi principibus manũ ſuã extendit, quaſi benedicendo & pro facili cõſenſu grates agendo, cũ inſidiaretur eis, id eſt, cũ iniquũ penes ſe haberet cõſiliũ, ut eos omnino auerteret à templo dñi, ne pergendo Hieroſolymã cauſa adorandi & ſacrificandi, paulatim reſipiſceret, & unũ eũdẽq̃ cũ Iuda regẽ rurſus ſuſciperet. Talia machinãdo, tota (inquit) nocte dormiuit, coquens eos, mane ipſe ſuccenſus quaſi ignis flammæ. Et eſt ſenſus. Poſtq̃ ignẽ malitiæ cordibus eorũ immiſit, & uidit eos furere, nullumq̃ eſſe qui ſuæ reſiſteret uoluntati, tota nocte dormiuit, hoc eſt ſecurus iacuit, uerſutus in tenebris, coquens eos igne impietatis: mane aũt ipſe ſuccenſus flammis ſuoꝝ ſceleꝝ uenit ad immolandũ. Hęc ſecundũ coniecturã magis q̃ ſecundũ hiſtoriã de præterito tẽpore narrata utcunq; ualeant: nos illud attendentes, quia propheta eſt, & tantæ profunditatis ſibi cõſcius, ut in fine uoluminis dicat illud, quod iam ſæpe cõmemoratũ eſt. Quis ſapiens & intelliget iſta, intelligẽs & ſciat hæc?

3. Reg. 12

Myſtica de Chriſto expoſitio textus.

¶ Nos ad myſteriũ ſaluatoris ſupra cœptũ recurramus, & in futuꝝ tẽpus reſpicientẽ prophetã, intellectuali oculo ſequi cõtendamus. Iſtæ ſunt adinuentiones illoꝝ, adinuentiones Iudæoꝝ, quæ illos circũuenerunt, quas effugere nõ potuerũt: propter quas bellica Romanoꝝ falce ut ſecarentur, ut arida meſſis, iudicati atq; damnati ſunt. In malicia ſua lætificauerunt regẽ, & in mẽdaciis ſuis principes, oẽs adulterantes quaſi clibanus ſuccenſus à coquẽte. Iſti adulterantes illi ſunt, quoꝝ ſcelus alius propheta prẽuidẽs. Audite (inquit) uerbum domini principes Sodomorũ, percipite auribus legẽ dei mei, populus Gomorræ. Præuidebat nanq; ſacrilegiũ Iudæorũ, & illam noctem qua inſanierunt aduerſus dominũ & aduerſus Chriſtũ eius, non ſine quadam ſimilitudine Sodomorum. Nota quippe uetus hiſtoria eſt, quia cum hoſpitaretur dominus apud Loth, uiri ciuitatis uallauerunt domum ipſius ipſa nocte à puero uſque ad ſenem omnis populus ſimul: uocauerunt Loth & dixerunt ei. Vbi ſunt uiri qui ad te introierunt nocte? &c. Secundum ſimilitudinem illorum, iſti quaſi clibanus ſuccenſi à coquente diabolo, illa nocte paſchali poſt eſum agni ſui, crapulati & ebrij, circumdederunt domum, & tenuerunt eum, ut traderent gentibus ad illudendum & flagellandum & crucifigendum. In illa malicia ſua lætificauerunt regem. Quem regem? Vtiq; Pontium Pilatum ſiue etiam ipſum Cæſarem, quem ſe lætificare putauerant adulãdo, & dicendo, non habemus regem niſi Cæſarem. ¶ Nam Pilatum recte hic regem dici confirmat illud de Actibus Apoſtolorum, ubi cum dixiſſent fideles, orantes, Domine tu qui feciſti cœlum, & terram, mare, & omnia quæ in eis ſunt, qui ſpiritu ſancto per os patris noſtri Dauid pueri tui dixiſti. Quare fremuerunt gentes & populi meditati ſunt inania. Aſtiterunt reges terræ & principes conuenerunt in unum aduerſus dominum & aduerſus Chriſtum eius, continuo ſubiunxerunt. Conuenerunt enim uere in ciuitate iſta aduerſus ſanctum puerum tuum Ieſum, quem unxiſti, Herodes & Pontius Pilatus cum gẽtibus & populus Iſrael. Reges illos, de quibus ſcriptum fuerat, aſtiterunt reges terræ: Pontium Pilatum & Herodem ille ſcripturæ locus teſtatur fuiſſe. Et recte, tetrachæ eũ erant, id eſt, ſinguli quartæ partis regni Iudaici reguli iſti. Pontius Pilatus, Herodes, Philippus, & Lyſanias. Illum talem ſuum regem in malicia ſua Iudæi lætificauerunt, in eo quod dominum Ieſum comprehenderunt, eiq; crucifigendum tradiderunt. Loquebatur quidẽ uerba quaſi triſtia, dicendo, Ego in eo nullam inuenio cauſam, & cætera his ſimilia, lauans etiam manus ſuas & diceus, Mundus ego ſum à ſanguine iuſti huius, uos uideritis: ſed mentiebatur homo expers ueritatis, & propria poſſeſſio mendatij. Etenim is qui, dicente DOMINO, Ego in hoc natus ſum, & ad hoc ueni in mundum ut teſtimonium perhibeam ueritati, omnis qui eſt ex ueritate, audit meam uocem: continuo procaciter dixit, quid eſt

Sodomorũ ſimiles Iudæi in nocte paſcali. Gen. 19

Iohe 19 Pilatũ recte regem dici

Act. 4

Mendax Pilatus. Matthe. 27

Ioh. 18

ueritas

ueritas,& non expectato reſponſo,iterũ exiuit. Quam longe putas à ueritate& q̃ mendax extitit? Imò non ſolum mendax,uerumetiam ſimulator & callidus, ſimulans triſtitiam qua ſi pius,cũ impie lætaretur. ¶ Dicit aliquis. Quæ cauſa uel neceſſitas illi erat,ut cum lætaretur,triſtitiam ſimularet? Nimirum Romani imperij, q̃ tũc uigebat, ſecularẽ iuſtitiã timebat,ne uocaretur in ius, eo ꝙ hominẽ occidiſſet innocentem, pœnamq; ſubiret homicidij. Quod tamen poſtea contigit. Hic erat timor eius, quem & Euangeliſta memorat, ubi cũ dixiſſent Iudæi, nos legem habemus,& ſecundum legem debet mori, quia filium dei ſe fecit:continuo ſubiunxit. Cum ergo audiſſet Pilatus hunc ſermonem,magis timuit. Sed ad huc uidetur illum excuſare dominus ipſe, cum dicit . Propterea qui tradidit me tibi, maius peccatũ habet. Non excuſat homicidam, ſed in comparationem eius Iudaicum ſcelus magis condemnat. Pilatus nauq;,qui ne ꝛ legẽ,neq; prophetas accepit, ſic in nece domini accuſatur tanq̃ reus homicidij,quia nihil aliud q̃ hominẽ illum eſſe ſcire potuit. Iudæus autẽ ex lege & prophetis conuincitur, quia nõ tantum hominẽ,ſed &regem & deũ ſuũ tradidit, ac perinde maius peccatum habet, de quo & excuſationem nõ habet. Igitur in malicia ſua lætificauerunt Pilatum regẽ ſiue tetrachum aut præfidẽ, imò nõ tantũ regem,ſed & reges, Pilatũ & Herodẽ. Vt eñ cognouit Pilatus(ait Euangeliſta) ꝙ de Herodis poteſtate eſſet, remiſit eũ ad Herodẽ,qui & ipſe Hieroſolymis erat illis diebus. Herodes uiſo Ieſu,gauiſus eſt ualde, ſcilicet uiſu miraculorũ eius ſperans regiam ac ſuperbã oculoꝝ ſuorum curioſitatem paſcere uel ſatiare . Sequitur eñ. Erat enĩ cupiẽs ex multo tempore uidere eũ, eo ꝙ audiret multa de illo, & ſperabat ſignũ aliquod uidere ab eo fieri. Cũq; nihil reſponderet,ſpreuit illum Herodes cum exercitu ſuo, & illuſit,indutum q̃ueſte alba,remiſit ad Pilatum. Et & facti ſunt amici Herodes & Pilatus in ipſa die . Nam antea inimici erant ad inuicẽ. Hæc fuit lætitia illorum, conuenire in amicitiam & cõſenſum ad illudendum & perdendum dominum. ¶ Porrò principes,quos in mendacijs ſuis itidẽ lætificauerunt, maxime principes ſacerdotũ Annas & Caiphas extiterunt, qui inique lętabantur, quãdo ſecundũ uoluntatẽ ipſoꝝ turbæ mentiebantur,clamantes illũ ſeductorẽ magnũ, malefactorẽ dicẽtes, qa inuenimus hunc ſubuertentẽ gentem noſtrã &prohibentem tributa dare Cæſari,&cætera his ſimilia. Quieuit(inquit)paululũ ciuitas ex cõmixtione fermẽti,donec fermentaretur totũ. Feſtiuitas Iudæoꝝ, qua imminẽte dñs quærebatur ad occidendũ, notũ eſt quia feſtiuitas erat azimoꝝ, & ab illa ueſpera qua traditus eſt uſq; ad diem octauũ,iuxta præceptum legis fermentatũ nõ inueniebatur in domibus eoꝝ. At illi fermentati in ſemetipſis erant fermẽto ueteri, fermẽto malitiæ & nequitię. Opportune ergo tũc ciuitas habuiſſe denotat cõmixtionẽ fermenti,q̃ uaniſſime cauebat exterius fermentũ in panibus,& non timebat fermẽta riintrinſecus maliciofis&ſanguineis apparatibus. Ab eiuſmodi fermenti cõmixtione paululum ciuitas conquieuit, quia poſtq̃ illo conſilio malignantiũ fuere fermentati, cogitãtes ut interficerent eum, paululum ſe continuerunt & quieuerunt Iudæi Hieroſolymitani, pter turbas, quæ aſcenderãt de ciuitatibus uel regionibus alijs, quæ&ſuſceperunt illum cũ ramis palmaꝝ, clamantes oſanna filio Dauid. Hinc eſt illud, quod cũ conſilium feciſſent, ut eũ dolo tenerent&occiderent. Dicebant inquit Euangeliſta)Nõ in die feſto, cauſamq; ſubiungit. Ne forte tumultus fieret populi. Quod utiq; nõ dicebant intentione religionis, ut haberet feſtiuitas ornamentũ pacis,ſed ne de manibus eorum tolleretur auxilio eius, qui ad diem feſtũ conuenerat populi . Nam ubi traditor acceſſit,qui traderet illũ ſine turbis, in ipſa feſtiuitatis nocte exierunt ad comprehendendũ illũ, contra morem religionis, contra edictũ legis . Cũ enĩ dixiſſet lex, faſciculũq; hyſopi tingite in ſanguine qui eſt in limine, & aſpergite ex eo ſuperliminare & utrũq; poſtẽ . Iſtud q̃q addidit nullusq; ueſtrũ egrediatur hoſtium domus ſuæ uſq; mane. Ita male & maligna intentione ciuitas, quæ epulari debebat in azymis, quieuit, ex quo fermentari cœperat commixione illius fermenti,quod commixtũ fuerat malignĩ collectione conſilij, agentibus hoc ſenioribus & ſcribis & phariſæis, & principibus ſacerdotũ, ut quieſceret donec fermẽtaretur totũ,id eſt, donec magis ac magis omnes in eundem cõfirmarẽtur iniquitatis cõſenſum. His dictis repente propheta uoces eorum,qui dominum comprehenderant, horribiles inclamat, Dies regis noſtri. Putaſſe dixiſſe . Honor regis noſtri, honor & fidelitas Cæſaris, non enim habemus regem niſi

Cæſa-

Cur ſimulab. ſe iuſtitiã pilatus

Ioh.19 maius peccatũ Iudeorum q̃ pilati.

Lu.23

Deu.17 1 Cor.5

Ioh.11.

Nõ in die feſto

Exo.12.

Cæſarem, & illi honorẽ in hac die fecimus, capiendo hunc qui prohibebat tributa dari Cæſari. Dies hic memorialis illi ſit, pro cuius honore & fidelitate iſtũ, qui ſe dicit regẽ eſſe, illuſimus, conſpuimus, ſpinis coronamus, flagellamus, crucifigimus. Hæc & huiuſmodi dicentes: cœperunt (inquit) principes furere à uino. Veraciter animo cœperũt furere, qa nõ ieiuni aut ſobrij mane, ſed crapulati & ebrij cõprehenderunt illũ in ueſpera clauſo iam die in illa feſtiuitate, in illa paſchali nocte, quando nimirũ delectabile illis de more fuiſſe nemo ambigat, opulẽter cœnare atq; effatim potare. Poti & pleno uentre reſoluti, modum furori neſcierunt ponere, perſequẽtes hoẽm inopẽ & mendicũ, & compunctũ corde mortificare. Hinc illud eſt inter cætera in perſona eius dictũ. Aduerſum me loquebantur ſiue exercebãtur qui ſedebãt in porta, & in me pſallebant qui bibebãt uinũ. Biberãt eñ (ut iã dictum eſt) illa nocte uinũ, atq; perinde eũ ebrietatis augente furorẽ, pſallebant in eũ: pſallebant (in quã) non ſicut Dauid laudẽ dei, ſed ſtrepebãt uocibus horriſonis, opprobria decãtantes & blaſphemiã nominis dei, ſicut ait ipſe. Et opprobria exprobrãtiũ tibi ceciderunt ſuper me. Sequitur. Fxtendit manũ ſuã cũ illuſoribus, qui applicuerunt quaſi clibanũ cor ſuũ cũ inſidiaretur eis. Tota nocte dormiuit coquens eos, mane ipſe ſuccenſus quaſi ignis flammæ. Quis extendit manũ ſuã cũ illis illuſoribus? Nimirũ Pilatus iam dict⁹. Quomõ extẽdit manũ ſuam? Profecto cohorte mittendo ad capiendũ dñm, ſicut teſtatur Euangeliſta cũ dicit: Iudas ergo cũ accepiſſet cohortẽ, & à pontificibus & phariſæis miniſtros, uenit illuc cũ laternis & facibus & armis. Nam cũ ſic diſtinguit, cũ accepiſſet cohortẽ, & à pontificibus & phariſæis miniſtros, palàm dat intelligi, quia miniſtros quidẽ à pontificibus & phariſæis accepit: cohortẽ uero à præſide, penes quẽ & cohortes & cæteri militares imperij Romani erant ordines. Itaq; manũ ſuam extendit cũ illuſoribus, manũ utiq; militarẽ, id eſt cohortem miſit, phariſæis & pontificibus ſuos pariter miniſtros mittentibus. Et recte hic illuſores appellantur, quia nocte illa, cũ tenuiſſent dñm, illuſerunt eũ, expuendo in faciẽ eius, colaphis cædendo, & palmas dando in faciẽ eius, & cætera faciẽdo, quæ in euangelio legim⁹. Qua fiducia fretus, taliter extendit manũ ſuã? Quia applicuerunt (inquit) quaſi clibanũ cor ſuũ, id eſt quia bene cõſcius erat qd per inuidiã tradidiſſent eũ. Illo inuidiæ confiſus incendio manũ ſuam extendit, in eo q̃ ad comprehendendũ illũ cohortem miſit, cũ inſidiaretur eis, id eſt ita, ut inſidiaretur eis, ita ut flammã inuidiæ magis ac magis accreſcere faceret in eis. Dicebat eñ. Quid igitur faciã de Ieſu, qui dicitur Chriſt⁹? Itẽ, cũ adduxiſſet eũ foras & ſediſſet pro tribunali: Ecce (inquid) rex ueſter, Clamantibus illis, tolle tolle crucifige eũ, Regem ueſtrũ (inquit) crucifigã? Talia dicẽdo nimirũ inſidiabatur eis, id eſt, hoc agebat, ut inuidiæ flammã magis ac magis augeſceret in eis. Et uide nequitiã hominis mẽdaciſſimi, callidi, & inſidiatoris. Tota (inquit) nocte dormiuit coquẽs eos, mane ipſe ſuccenſus q̃ſi ignis flammæ. Qua nocte tota ille dormiuit? Nimirũ eadem nocte qua manũ ſuã extendit, id eſt cohortẽ miſit. Nusq; eñ affuit pſona eius uel interfuit tota nocte illa, qua illi uelut clibanus ſuccenſi, furioſe in illũ ardẽtes inſanierũt, cõclamãdo, cõſpuẽdo, colaphis cædẽdo, palmas in faciẽ eius dando. Inter hæc intus continuit ſe uſq; mane, & tũc apparuit ipſe ſuccẽſus q̃ſi ignis flammæ. Siquidẽ mane facto (inquit Euangeliſta) uinctũ adduxerunt eũ, & tradiderunt Pontio Pilato præſidi, uidelicet conſiliũ ineuntes, ut eũ morti traderent. In illo cõſilio is, qui tota nocte dormierat, Pilatus quaſi ignis flammæ ſuccenſus in uerba prorupit, ardẽs pariter & ſuccendẽs, & ardentes inſtigans uerbis ſupra memoratis, ne ab illo, quo ardebãt, inuidiæ incendio refrigeſcerent. Quid multa? **Omnes calefacti ſunt quaſi clibanus, & deuorauerunt iudices ſuos.** Omnes (inquit) calefacti ſunt, ſeditio conualuit, & uidit ipſe Pilatus, imò uidere gauiſus eſt gaudio maligno, q̃ ſeditio conualeſceret, nihilq; profi ceret negitando q̃ ullã in eo cauſam inueniret, & fingendo mirari ſe quod inſtarent, ut regem ipſorũ crucifigeret. Ita oẽs calefacti flamma zeli & inuidiæ, quaſi clibanus omnes, in quã principes ſacerdotũ & ipſe Pilatus, ſcribæ & phariſæi pẽrſuadentes, turbæ Iudæorũ conclamãtes, milites præſidis illudẽtes, & omnia q̃ ſcripta ſunt peragentes. Sed quid? Et deuorauerunt (inquit) iudices ſuos. Miro modo dictum, q̃ iudices ſuos deuorauerunt. Væ deuoratoribus illis, qa deuorauerũt, id eſt cõdemnauerunt illos, à quibus iudicandi ſunt. Iudicũ primus ipſe eſt dñs Ieſus Chr̃us, uenturus iudex uiuoꝝ & mortuoꝝ, cæteri uero iudices

Iudæi furentes à uino.

Pſal. 108
Pſal. 68

Pilatus manũ extendit.

Mat. 27
Ioh. 19

Mat. 27

Iudices, Chriſti & apoſtoli.

dices Apoſtoli ſunt, quibus ipſe locutus eſt. Sedebitis & uos ſuper ſedes duodecim, iudicã
tes duodecim tribus Iſrael. Iſtos, quantum in ipſis fuit, deuorauerunt, quia uidelicet ipſum
dominũ ſic ſe occidere putauerũt, ut omnino moreretur & periret nomen eius: Apl'os aũt
in fugã conuerterunt, & maximũ ex illis Petrũ negare cõpulerũt. Igitur miſeri, atq; à miſe-
ricordiæ foribus excludendi, mira infelicitate illos deuorauerũt, quos iudices habituri ſunt:
illos iudices habituri ſunt quos deuorarunt, quomodo uel in quantum potuerũt. Sequitur.
L Omnes reges eorum ceciderunt, non eſt qui clamet in eis ad me. ⌋ Hoc & de illi-
us temporis ſtatu, quo uitulos aureos coluerunt, & de tẽpore iam dictæ paſſionis domini-
cæ recte intelligendũ eſt. Nã & tunc ita ceciderunt oẽs reges decẽ tribuũ, ut non eſſet uel
unus qui recederet à peccatis Hieroboã: & itidẽ quando Chriſtũ condẽnauerunt, ita reges
eoꝝ ceciderũt, ita rectores uel principes eorũ excæcati ſunt ac uelut rami fracti corruerũt, Eſa. i.
ut non ſit in eis qui clamet ad dominũ. Clamant quidẽ, ſed nõ ad dñm, imò contra dominũ
blaſphemando Chriſtũ deũ & dñm. Quod & ſi ex tunc clamare & ſacrificare contendunt,
reſultat eis illud propheticũ. Et cũ extenderitis manus ueſtras, auertã oculos meos à uobis:
& cũ multiplicaueritis orationẽ, nõ exaudiã: manus eñ ueſtræ ſanguine plenæ ſunt. Ita ca Effraim
dendo quales facti ſunt? Ait. L Effraim in populis ipſe commiſcebatur. ⌋ Effraim o-
mnis ille dicitur, qui receſſit à domo Dauid: magis aũt ille populus, qui crucifixit Chriſtũ
filiũ Dauid, quia ueraciter ſic faciendo receſſit à domo Dauid. Sed & de hac & de illa re-
ceſſione iam ſuperius diximus: quia hæc illi ſimilis eſt, imò illic cœpta receſſio, hic cõſum-
mata eſt. Ergo Effraim, id eſt, omnis carnalis Iſrael & carnalis Iudaiſmus, apud quem non
eſt Dauid, neq; ſemẽ eius Chriſtus, in populis cõmiſcebatur & cõmiſcetur, id eſt inter gẽ- Iſraal uerus,
tes reputatur. Nam contra, Iſrael uerus inter gentes non reputatur, ſed habitat ſolus, iuxta Nu. 23
illud: Populus ſolus habitabit, & inter gentes non reputabitur. Item & Moſes benedicen
do loquitur. Habitabit Iſrael confidenter & ſolus. Hic Iſrael ſanctus & mundus eſt. Iſ au- Deu. 33
tem, qui nomine Effraim in pſenti loco denotatur, immũdus eſt & ſordidus, in populis cõ
mixtus. Hoc eſt qđ ſequitur. L Effraim factus eſt ſubcinericius, qui non reuerſatur ⌋
Quod idẽ eſt ac ſi dicat. inuidiæ flammis quaſi in clibano decoctus, ſub cinere peccatorũ
ſuoꝝ pmitur, & ad pœnitẽtiã non conuertitur. Nã ſicut panis ſubcinericius à cinere non
emundatur niſi reuerſetur: ita Iudaicus ppl's qui (ut ſæpe iam dictũ eſt) ueraciter receſſit à
domo Dauid: atq; iccirco à nomine Effraim per ſpiritũ propheticũ denotatur, à peccatis
ſuis non liberatur, quia ad fidẽ Chriſti non conuertitur. Itaq; in populis cõmiſcetur popu-
lorũ nominibus, quibus cõmixtus eſt & ſimilis factus eſt, iure cenſetur, iuxta illud: Pater tu Ezdch. 16
us Amorræus, & mater tua Chetea. Nec uero tantũmodo in populis cõmiſcetur, uerũetiã Matt. 12
in malis meritis pfertur. Exempli gratia, cum dominus dicit. Viri Niniuitæ ſurgent in iu-
dicio cũ generatione iſta, quia pœnitentiã egerunt ad pdicationẽ Ionæ. Et ecce plus q̃ Io-
na hic. Et his ſimilia. Diligenter uerba propheticæ uertiatis perſequamur, quibus iſte Effra
im uehemẽter culpatur. L Comederunt alieni robur eius, & ipſe neſciuit. Sed & cani
effuſi ſunt in eo, & ipſe ignorauit! ⌋ Vere manifeſtũ eſt qa comederũt alieni robur eius,
id eſt abſtulerunt omnẽ dignitatẽ regalẽ ſiue principalẽ, quia olim tanq̃ in iuuentute ſua ro
borabatur. Ecce eñ hodie nõ ẽ illi rex neq; princeps aut dux, & ipſe (inquit) neſciuit. Quid
neſciuit? Nimirũ illud quod non neſcire, ſed magnopere ſcire debuit, quia non prius come Ge. 49.
deretur, nõ prius oino deuoraretur tale illud robur eius, donec ueniret uerũ robur & uere
princeps fortitudinis Chriſtus. Sic eñ patriarcha Iacob fuerat plocutus. Non auferet ſce-
ptrũ de Iuda, & dux de fœmore eius, donec ueniat qui mittendus eſt. Quo tẽpore uenit ille
quẽ ueniſſe credimus, natũ ex utero uirginis, quẽ negauit iſte Effraim, factũ eſt iſtud. Alie
ni, ſcilicet gentiles Romani, comederunt robur eius, id eſt, regnũ eius ablatũ tradiderũt ſu-
is ſatellitibus, ſcilicet Herodi & poſteris eius: & poſtmodũ uenientes inſuper tulerũt locũ,
& gentẽ illius. Hoc ipſe neſciuit, imò neſcire noluit, ut diceret aut dicat quia Chriſtus iam
uenit, ſi uerus eſt ſermo quẽ tantus patriarcha dixit. Nec uero taliter comederunt alieni ro-
bur illud, ut poſſit recuperari, ſed ita ut inrecuperabile ſit. Hoc eſt qđ ait. Et cani effuſi ſunt Spes Iudeorũ
in eo & ipſe ignorauit. Ac ſi dicat. Sicut homini præſenectute canefcent iam non eſt ſpes uana & fallax
ut recuperetur in eo robur iuuentutis, ita ppl'o illi, ex quo regnũ ſic perdidit, non eſt ſpes re-

cuperãdi, niſi illa quæ uana eſt, & fallax erit, & fruſtrabitur eũ, quando uidelicet pro Chriſto ſuſcipiet Antichriſtum. Hoc ipſe ignorauit, canos iſtos in ſemetipſo non attendit. Vir aũt quicunq; uerus Iſraelita extitit uel nunc eſt, ipſe nõ ignorat quia ſic ſenuit & incanuit Effraim, ut iam nõ ſit ſicut heri & nudiuſtertius, quando totiens victus uel captus ab hoſtibus poſt fatigationem captiuitatis regnũ quaſi iuuenile robur recuperare potuit. Eruditus homo canos iſtos ſic intelligit, ut ad ſimilitudinẽ reſpiciat Abrahæ ſenis, & Saræ iamiã decrepitæ matris. Sicut emm illi tunc Iſaac genuerũt, quãdo in illis cani effuſi ſunt, cum ante Sara ſterilis fuiſſet: ita tũc demũ Chriſtus naſci debuit de populo illo, quando regno ablato inualidus factus eſt. Quomõ hæc ipſe neſciuit, aut quomõ ignorauit? Malo nimirum & peſſimo inſcitiæ uel ignorãtiæ modo, nolẽdo intelligere, nolẽdo ſcire, repulẽdo ſciẽtiã hãc, ſicut ſuperius dñs dicit. Quia tu ſcientiã repuliſti, repellã te, ne ſacerdotio fungaris mihi. Ergo quod dicitur, & ipſe neſciuit & ipſe ignorauit, idẽ eſt, ac ſi diceretur, propter culpam ſuperbiæ cæcatus eſt, quia ſcire contempſit. Vnde & protinus ſubditur. L Et humiliabitur ſuperbia Iſrael in faciem eius. J Superbia nanq; Iſrael palã nunc eſt quod in faciem eius humiliata ſit, quia propter ſuperbiã cæcitas contigit in Iſrael, ut Apoſtol⁹ ait. Velamẽ quod poſitũ eſt ſuper cor eoꝝ, ſicut p̃ſignabat uelata exterius facies Moſi, humiliatio ſuperbiæ Iſrael eſt. In conſpectu omniũ, qui reuelata facie contemplãtur gloriã dñi, humiliatio quæ propter ſuperbiã contigit, cognoſcitur in facie eius, in corde & ſenſu eius. Præterea ſic quoq; humiliata eſt eadẽ ſuperbia in faciẽ eius, ut tunc ab Aſſyrijs & Babylonijs captiuitatis iugo premeret, pro eo quod prophetas occidit, & poſtea miſerabilius à Romanis diſperderetur, pro eo quod prophetarum dominum, Chriſtum crucifixit. Quamuis in eadẽ humiliatione ceruicẽ ſubrigeret aduerſus dominũ, dicendo, ſemen Abrahæ ſumus, & nemini ſeruiuimus unq̃: tamen nihilominus ſerui peccati, ſub hoibus quoq; ſeruile iugũ ferebãt Romanis ſeruiebant, ut cæteris regnis ſeruierant, & ſeruitutis eiuſdem graue adhuc experimentum capere habebãt, cadẽtes in ore gladij, & in omnes gẽtes ducti captiui. In his omnibus humiliatur quidẽ, ſed nihilominus perſeuerat ſuperbia, dum in ſynagogis ſuis ipſum quẽ experti ſunt victorẽ Chriſtũ blaſphemant. Hoc eſt quod ſequitur. L Nec reuerſi ſunt ad dominũ & non quæſierunt eũ in omnibus, bis. J Vere duræ ceruicis populus, qui tot flagellis coercitus, ad dominũ non reuertitur. Super hoc admirans ipſe dñs in Eſaia loquitur. Super quod percutiã uos ultra addentes præuaricationẽ. Nimirũ uelut diſtrictus dominus, cũ oẽs uirgas & flagella cuncta caſtigando cõſumpſerit, miratur ſeruũ incorrigibilem & contumacẽ. Vnde hoc? Videlicet quia uelatũ & obduratũ habent cor, imò quia nec habẽt cor. Sequitur emm. L Factus eſt Effraim quaſi columba ſeducta, non habẽs cor J In eo quod nõ abſolute ait, factus eſt quaſi colũba, ſed addidit, ſeducta: bonã colũbæ ſignificationẽ p̃ſenti loco penitus exterminat. Amplius aũt cũ apponit adhuc, non habens cor. ſeductiõem eiuſdẽ & uacuitatem totius boni miro exprimit modo. Siquidem aduerſus id qđ de columba pro bona ſimilitudine dici uel ſcribi ſolet, non habens fel: dicitur hic, nõ habens cor. Quanta putas diſtantia eſt inter non habentem fel, & non habentẽ cor? Quanta (inquam) differentia, columba habens fel, & non habens cor, à columba non habente fel, & habente cor, ſeiuncta eſt? Magna profecto & omnino contraria. Sic plane & tanta diſſimilitudine ſeiunctus eſt carnalis Iſrael à ſpirituali, qualis tunc erat ille Effraim, qui ſeductus eſt ut recederet à domo Dauid, & nunc eſt iſte Iudas qui negauit Chriſtum filiũ dei. Columba eſſe debuit manendo in ſimplicitate atq; unitate paternæ fidei: ſed & tunc & nũc ſeducente diabolo receſſit in felle amaritudinis, in inopia cordis. Quo receſſit? Quo abijt? L Ægyptum inuocabant, & ad Aſſyrios abierunt. J Quomodo Aegyptum inuocabant? Deos Aegyptios colebant, ex quo corpore & non mente, de Aegypto exierunt. Tunc enim cum uix exiſſent, uitulum in deſerto fecerunt, & adorauerunt more Aegyptiorum, ſicut inter eos facere conſueuerant. Verba quoq; ipſorum Aegyptum inuocantium hæc fuerunt. Vtinam mortui eſſemus per manum domini in terra Aegypti, quando ſedebamus ſuper ollas carnium, & comedebamus panes in ſaturitate. Item, Conſtituamus nobis ducem, & reuertamur in Aegyptum. Et his ſimilia. Poſtquam aũtẽ terram adepti ſunt tam bonã, ut Aegyptiacis carnibus uel panibus non indigerent, nihilominus tamẽ Aegyptum

Sup. 4

Roman. 11 2. Corin. 3

Seruitus Iudæorum.

Ioh. 8

Eſai. 1

Carnalis Iſrael & Iudas.

Exod. 32

Exod. 16

Numer. 14

ptum inuocauerunt: Duos em̃ uitulos fecerunt eadẽ, imò & maiori dementia, quàm olim in deserto fecerant & adorauerant unũ. Hoc modo propter suã ingluuiem atq; luxuriam Aegyptũ inuocantes, ad Assyrios quoq; abierunt & similes illis facti sunt, uidelicet per superbiam: atq; ita in populis cõmixti, non tam Israhelitæ q̃ Aegypti uel Assyrij dici meruerunt. Amplius aũt, quando (ut sæpe iam dictũ est) Christũ dominũ negauerunt, regemq; suũ esse Cæsarem professi sunt, & non alium, Aegyptũ inuocabant & ad Assyrios abierũt id est hominũ sine deo, qui solũ diligunt hoc seculũ, & malignoꝝ spirituũ sese socius in dã natione fecerunt. Sed quid sequitur? ℒ Et cum profecti fuerint, expandam super eos rete meum, quasi volucres cœli detrahã eos. ℐ Secundũ metaphoram columbæ seductæ, & non habentis cor, pulchre significat quod cõprehendantur in superbia sua, q̃ per superbiam quidem quasi uolando sese extollere ausi sunt, sed nihilominus infirmi sunt atq; inualidi ut columba. Cum (inquit) profecti fuerint, uidelicet olim, dicendo: Non est nobis pars in Dauid, neq; hæreditas in filio Isai, & nunc clamando, nõ habemus regẽ nisi Cæsarem: tunc expandam rete meum, & quasi uolucres cœli detraham eos, ut neq; cum gloriosis & liberis, quos æmulant, penna libertatis uolare possint, neq; apud me liberi sint, sed pœnas dent uanæ spei & præsumptionis: primum in Assyrijs & Chaldæis captiui, & deinde sub Romanis per totum orbem uinculis et retibus captiuitatis distracti atq; compediti. His dictis æquam protinus & iustam accumulat sententiam, dicens. ℒ Cedam eos secũdum auditionem cœtus eorum. ℐ Auditia nanq; cœtus eorum illa extitit, quam hodieq; audimus & legimus, quia uanum sibi finxerunt timorem & dixerunt. Si dimittimus eum, sic omnes credent in eum, & uenient Romani & tollent nostrum & locum & gentem. Hunc timorem põtifices & pharisæi collecto concilio finxerunt, & totũ concilium cœtus uniuersus audiuit, & aurem libenter apposuit, ut quasi ex necessitate uiderentur occidere Christum. Sed quid econtra illis euenit? Non quia occiderunt illũ cũ Romanis regnauerũt, sed potius hoc exigente sub Romanis, pœnas dederunt, uenerunt̃q; Romani, locũq; illis & gẽtem tulerunt. Igitur cœdam (inquit) eos secũdũ auditionẽ cœtus eorũ, id est inducã super eos formidinem quam formidauerunt, quã sibimet confinxerunt, non uere formidantes, sed formidinẽ eiusmodi uerã uideri uolentes. ℒ Recis, quoniam recesserunt a me. Vastabuntur, quoniã preuaricati sunt in me. Et ego redemi eos, & ipsi locuti sunt contra me mendacia. ℐ Ita cædã eos, ut & secundũ animã uæ illis sit, qm̃ recesserũt à me: & secundũ corpus uastentur, qm̃ præuaricati sunt in me. Neq; enĩ tantũmodo in legẽ meã præuaricati sunt, in meipsum manus miserunt, meipsum tradiderũt ad crucifigendũ. Et uide q̃ ingrati sunt. Ego redemi eos, & olim ex Aegypto, & nunc à peccatis in sanguine meo: sc̃e lus quoq; meæ mortis ignoscens illis, ita ut dicerẽ: Pater dimitte illis, non em̃ sciunt quid faciũt: & ipsi pertinaciter contra me mendacia locuti suut. Nam & militibus copiosam dederunt pecuniam, dicentes: Dicite quia discipuli nocte uenerunt, & furati sunt eum, nobis dormientibus: & si hoc auditũ fuerit à præside, nos suadebimus ei, & securos uos faciem⁹. At illi accepta pecunia, fecerunt sicut erant docti. Et diuulgatum est apud Iudæos uerbũ istud usq; in hodiernũ diem. Hæc & huiusmodi mendacia contra me locuti sunt & loqui non desinunt. ℒ Et non clamauerunt ad me in corde suo, sed vlulabant in cubiculis suis. Super triticum & vinum ruminabant, & recesserunt a me. ℐ Diligẽter in uerbis istis diuinã perpendamus iustitiam, quia hic causa est propter quã carnalis Israel existimetur uel reputetur Edom siue Esau, & non Israel. Et non clamauerunt (inquit) ad me, sed ululabant. Quidnam est clamare ad dominum, nisi desiderare dominũ? Cæteꝝ si quis orationẽ multiplicet, quantũuis clamando, & lachrymãdo, nõ habẽs intentionẽ in hoc, ut ipsum mereatur habere deũ, sed ut aliud qd obtineat terrenũ siue transitoriũ, nõ uerac iter dici potest clamare ad dominũ, id est, ita clamare ut clamor eius ad domini dei perueniat auditũ. Iste qui sic clamat, nimirũ similis est Esau, de quo scriptum est, Auditis Esau sermonibus patris, irrugijt clamore magno & consternatus, ait. Benedic etiã & mihi pater mi. Non utiq; aliũ quærebat benedictionis fructum, nisi hunc, ut in isto seculo diues ac potens existeret. Iccirco postmodũ sequitur. Cumq; eiulatu magno fleret, motus Isaac dixit ad eum. In pinguedine terræ & in rore cœli desuper erit benedictio tua. Sciebat enim quid quæreret

5 Re. 12 Ioha. 15

Ioh. 11

Luci. 23

Mat. 28

Clamor ad deum pro terrenis ululatus est

Gene. 27

& iccirco illius benedictionẽ eiuſmodi præſiniuit. Ait ergo. Et non clamauerunt ad me in corde ſuo, ſed ululabant in cubiculis ſuis, id eſt nõ fuerunt mihi deuoti, cor eorum mecũ rectum nõ fuit, non meipſum, ſed quæ mea ſunt, quæſierunt, & propter hæc eiulabant in cubiculis ſuis, id eſt in ſynagogis ſuis, quę nimirum nõ eccleſia mea, ſed cubicula ipſorũ ſunt. Vere ululabant, quia ſuper triticũ (inquit) & uinũ ruminabant, ſola quæ uentris ſunt quærebant, & receſſerunt à me, uidelicet nõ quærendo habere me. Hoc modo reuera non ad generationẽ pertinẽt quærentium dominum querẽtium faciem dei Iacob, ſed ad generationẽ Eſau. Hoc ſentiens apoſtolus dicit ad Hebræos. Ne qua radix amaritudinis rurſum germinans impediat, & per illã inquinentur multi, ne quis fornicator aut prophanus ut Eſau, qui propter unam eſcam uendidit primitiua ſua. Scitote enĩ, quoniã & poſtea cupiens hæreditare benedictionẽ, reprobatus eſt. Non enĩ inuenit pœnitentiæ locũ, quanq̃ cũ lachrymis inquiſiſſet eam. Vſq; hodie infelices Iudæi ſic ululant in cubiculis ſuis, neq; inueniunt pœnitẽtiæ locum, ut benedictionem hæreditare poſſint, quãq̃ cũ lachrymis inquirant eam, Quare? Quia nõ clamant ad dominũ in corde ſuo, ſed ſuper triticũ & uinũ ruminant, id eſt non cœleſtẽ quærunt gratiã, non peccatorũ optant remiſſionẽ, nõ regni futuri ſuſpirant gloriã, ſed ululant & ruminãt, propter illius terræ iracundiam, in qua tritici & uini ſe habuiſſe recolunt abundantiam, ſicut in pſalmo ſcriptum eſt: & in iracundia terræ loquentes dolos cogitabant. Nam quia terrã illam ab aduentu ſaluatoris noſtri, propter ſanguinẽ eius ſe amiſiſſe nõ ignorant, iccirco iraſcuntur, & zelo maligno inflammati blaſphemant illũ. Et receſſerunt à me inquit. Vere receſſerunt, imò & legationẽ miſerunt poſt ipſum, dicentes. Nolumus hunc regnare ſuper nos. L Et ego erudiui eos, & confortaui brachia eorum, & in me cogitauerunt malitiam. ⌋ Sententia hæc magnæ admiratiõis habet ſenſum. Idem enĩ eſt ac ſi dicat. Ego, in quẽ cogitauerunt nequitiã, ego ille ſum qui erudiui eos, ego ille qui confortaui brachia eorũ. Erudiui nimirũ dando legẽ, & docendo, non eſſe uitam hominis tantũ in tritico & uino, ſuper quod nũc ruminant, ſed in ſermone dei. Quemadmodũ & Moſes dicit: Afflixit te penuria & dedit tibi cibũ manna, quem ignorabas tu & patres tui, ut oſtenderet tibi, quod non in ſolo pane uiuat homo, ſed in omni uerbo quod egreditur ex ore dei. Poſtquã erudiui eũ, poſtquã legem dedi illis, & circũduxi & docui, cuſtodiendo quaſi pupillam oculi mei, tunc demũ cõfortaui brachia eorum, cõſtituendo ſuper excelſam terram ut comederet fructus agrorũ, & ita cõfortati ſunt, ut reges fortes occiderent, duces, principes, & reges eorum, & longo tempore poſſiderent labores populorum. Ille qui hæc feci illis, ego ipſe ſum in quẽ cogitauerunt malitiã, uidelicet hanc, ut me crucifigerent. Dixerunt enĩ. Suſpendamus eũ in ligno, & proinde maledictus erit, nec reputabitur filius benedicti, de quo Pſalmiſta cecinit. Benedictus qui uenit in nomine domini. Moſes nanq; ſcripſit, quia maledictus à deo eſt qui pendet in ligno. Hanc in me malitiam cogitauerunt, ſed hæc ipſa malitia eorum exæcauit eos, ut non uiderent ac ſcirent, quod econtrario per crucem eius in omnes gentes benedictio, id eſt peccatorũ daretur remiſſio: & per eam omnia traheret ad ſeipſum. L Reuerſi ſunt vt eſſent abſq; iugo, facti ſunt quaſi arcus doloſus: ⌋ Mira rebellio peruerſorũ, quibus quod in rectis corde ſuaue eſt & leue, importabile uidetur & ferre nõ poſſunt. Iugũ quippe domini ſuaue eſt & onus eius leue: duræ autem ceruices & male fortes humeri illorũ ferre non potuerũt. Iccirco reuerſi ſunt ut eſſent abſq; iugo, ut nõ haberẽt legem aut regem, malis uoluntatibus ſuis contradicentẽ: ſed ita reuertendo facti ſunt quaſi arcus doloſus, id eſt ſemet ipſos interſecerunt ac perdiderunt in modũ arcus doloſi, qui retrocidente ſagitta, ipſum à quo tenditur, percutit. Fugiendo nanq; iugũ dei ſiue imperiũ Chriſti, pernicioſum ſibi ſubierũt iugũ hominũ, mortiferũ ſibi fecerunt iugũ Romani imperij. Imò & intendentes arcũ rem amarã, ut ſagittarent in occultis immaculatũ: eodem arcu ſagittis ipſis in ſemetipſos reuerſis perierũt ſeſe æterna dãnatione percuſſerunt, dicendo. Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros Hoc eſt quod continuo ſequitur. L Cadent in gladio principes eorum a furore linguæ ſuæ. ⌋ Furor nanq; linguæ illorũ quaſi gladius acutus extitit, quemadmodũ Pſalmiſta cecinit, ga acuerunt ut gladiũ linguas ſuas. Item, Filij hominum dentes eorum arma & ſagittæ, & lingua eorum gladius acutus, furor linguæ eiuſmodi ille ſermo nequam extitit, quẽ

Pſal 25 Hebrꝛ

Pſal.34

Luce 1)

Deut.8

Pſal.104

Pſal.117

Deu.21

Ioh.12

Matt. 11

Arcus doloſ.

Pſal.93

Mat.27.

Pſal.63

Pſal.56

firmaue

firmauerunt ſibi clamando: Tolle tolle, crucifige crucifige. Et hic linguæ gladius ſic ācutus, Mariæ quoq; animā pertranſiuit, iuxta dictū Symeonis. Ab illo furore, id eſt, propter illum furorem linguæ ſuæ cadent (inquit) in gladio principes eorum, & ſic factum eſt. Legimus & miramur Ioſephum narrantem illud miſerabile excidium Hieroſolymorū, in quo ſic ceciderunt, ut nunquam ſuum poſſint recuperare ſtatum, foris Romanorum, intus gladijs conciſi ſuorum conciuium & contribulium, ut multo aliter q̄ gladijs cecidiſſent Aſſyriorum ſiue Babyloniorum. Et merito, quia nimis longum traxerant peccatorū funiculū. Ait ēm. ¶ Iſta ſubſannatio eorum in terra Aegypti. ¶ Et eſt ſenſus. Iſta peccantiū inſania nō noua eſt, ſed inueterata, ex quo gens iſta nata eſt in terra Aegypti. Illic nanq; patres iſtorū, qui ſubſannauerunt Chriſtū dominū legis & prophetarū, ſubſannauerunt Moſen miſſum ſibi à deo ut liberaret eos de manu Aegyptorū. Licet enī clamarent ad dominū propter afflictionē & duram ſeruitutem, tamen mira dementia miſſum ſibi liberatorē ſubſannauerunt, dedignando intelligere quod uiſitarentur & ſaluandi eſſent per illum. Hinc Stephanus protomartyr, cum præmiſſet. Exiſtimabat autem intelligere fratres ſuos, quoniā deus per manus ipſius daret ſalutem illis. At illi (inquit) non intellexerunt. Et poſt pauca Hunc Moſen, quē negauerunt dicentes, quis te conſtituit principē & iudicē? Hunc deus principē & redemptorē miſit, qui accepit uerba uitæ dare nobis, cui noluerunt obedire patres noſtri, ſed repulerunt & auerſi ſunt cordibus ſuis in Aegyptū, dicentes ad Aarō: Fac nobis deos qui præcedant nos: Moſi ēm huic, qui eduxit nos de terra Aegypti, neſcimus quid factum ſit. Et uitulum fecerunt in illis diebus. Ergo quod in Aegypto ſubſannatio illorum iam ſæuierit, palàm eſt, & ex ipſorum quoq; uerbis atteſtantibus poteſt colligi. Cum enī perſequeretur eos Pharao, illi uidētes exercitum eius, dixerunt. Forſitan nō erāt ſepulchra in Aegypto, ideo tuliſti nos ut moreremur in ſolitudine. Quid hoc facere uoluiſti, ut educeres nos ex Aegypto? Nonne iſte eſt ſermo quem loquebamur ad te in Aegypto, dicētes: recede à nobis ut ſeruiamus Aegyptijs? Illic nimirū te tantur ſe illum repuliſſe mira inuidentiæ crudelitate, ut cum clamarent ad dominum ob ſuam liberationem, perſonam liberantis odirent: & cū ſibi ſalutem cuperent, illi perſonæ, quam nouerant gloriā miniſterij ſalutaris inuiderent. ¶ Eodem morbo corrupti, cū regem nimis importune quæriſſent, datam ſibi ſecundū cor domini perſonam odere regnantē, inuidebantq; gloriæ triumphatoris, cuius contra gentes inimicas gloriabantur triūphis, intantū ut contra illum ſuſciperent filium eius Abſalon deinde Seba filiū Bochri, deinde Hieroboā filiū Naboth ſemel & iterū dicētes, nō eſt nobis pars in Dauid, neq; hæreditas in filio Iſai. Eadē iniquitate ſiue ſubſannatione pſeuerāte, cū regē magnū p prophetas p̄nunciatū expectaſſent Meſſiā, ad magnā generis ſui gloriā uenientis odere pſonā, & illā, quā ex lectione poterāt aduertere Chriſti gloriā ſtanti in medio ipſorū pſonæ nimis crudeliter inuidebant. Igitur iſta ſubſannatio eorū i terra Aegypti, id eſt, ſic ſubſannauerunt Moſen in terra Aegypti: ſic ſubſannauerūt Chriſtū filiū dei, ſic ſubſannauerūt Dauid, ſic ſubſannando negauerūt Moſen, negauerūt Dauid, negauerūt Chriſtū ante faciē Pilati. Et iccirco cadēt in ore gladij (ut iā dictū eſt) propter iſtū linguæ ſuæ furorē: propter iſtā ſuā ſubſannationē. Quid proinde facias ò prophetā? ¶ In gutture tuo ſit tuba quaſi aquila ſuper domū dñi, pro eo q̄ trāſgreſſi ſunt fœdus meū, & legē meā preuaricati ſunt. Me inuocabant, deus meus, cognouimus te. Proiecit Iſrael bonū, inimicus perſequetur eū. ¶ Hæc annuncia & annūciādo in gutture tuo ſit tuba, quia uidelicet populo huic bellū eſt, & nō pax: Aquila nāq; ueniet ſuper domū dñi, id eſt Romanū imperiū, cuius militare ſignū aquila erat, ueniet ſuper ciuitatē, in qua eſt domus dñi: In Ezechiele, ubi cōtra Iudā prophetia dirigit, decē tribubus iā in Aſſyrios translatis, per aquilā Nabuchodonoſor ſignificatur his uerbis. Aquila grandis alarū magnarū lōgo membrorū ductu, plena plumis & uarietate, uenit ad Libanū & tulit medullā cedri, ſummitatē eius auulſit, &c. Neſcitis quid iſta ſignificēt? Dic. Ecce uenit rex Babylonis in Hieruſalē, & aſſumet reges & principes eius & adducet eos ad ſe in Babylonē. Hic aūt ubi nōn aduerſus Iudā tātū, ſed aduerſus omnē Iſrael prophetia texitur, & quaſi tuba declamare iubetur: recte ſecundū ſupra dicta per aquilā excellentia Romani intelligitur imperij, cuius (ut iam dictū eſt) militare ſignū aquila fuit, ante ſuſceptum

Luce. 2

Rebellio Iudæorū cōtra Moſē

Actuū. 7

Num. 16

Exod. 32

Malitiæ eorū contra Dauid.

2. Reg. 15

CAP. VIII.

Aquila cōtra Iudæos.

Ezech. 17

ptũ uexillũ crucis, eo ꝙ aquila rex auiũ esse dicat, & cuius ob honorẽ Herodes quoq; aureã fixit aquilã super templũ dñi, ut refert Iosephus. Hæc aquila (inquit) super domũ domini, id est, Romanũ imperiũ ad destruendã irrecuperabiliter ueniet gloriã sacerdotij Iudaici. Quã ob causam? Pro eo (inquit) quod transgressi sunt pactũ meũ, & legẽ meã præuaricati sunt. ¶ Poterat eñ obijcere quis & dicere, quod istud deus faceret uel fieri sineret, contra suũ statutũ, cõtra fœdus uel pactũ quod pepigit cũ patribus eorũ. Nã, ut de cęteris taceam, nunc ad Salomonẽ, qui primus ædificauit illã domũ domini, taliter dixit. Exaudiui orationẽ tuam & deprecationẽ, qua deprecatus es coràm me. Sanctificaui domũ hãc quã ædificasti, ut ponerẽ nomen meũ ibi in sempiternũ. Sed uide quid postmodũ sequitur. Si autem auersione auersi fueritis uos & filij uestri, non sequentes me, nec custodientes mandata mea & cærimonias quas proposui uobis, sed abieritis & coluerĩtis deos alienos, & adoraueritis eos, auferam Israel de superficie terræ quã dedi eis, & templum quod sanctificaui nomini meo, proijciam à conspectu meo, eritq; in prouerbiũ & in fabulã cunctis populis, & domus hæc erit in exemplũ. Ergo in pacto domus illa stetit, id est sub cõditione seruandæ iustitiæ, quam profecto seruandã ab illis nõ esse, deus præsciuit. Nã si seruandã esse p̃sciret, ne quaq; conditionaliter illis bona sua promitteret, totiens dicẽdo, si p̃cepta mea seruaueritis, si in uijs meis ambulaueritis, quod in lege frequẽs, sed absolute & modo p̃dicatiuo uel promissiuo, sicut ad Abrahã locutus est in promissione seminis, qđ est Chr̃us. Nõ eñ dixit, si egressus fueris de terra tua, sed egredere (inquit) de terra tua, &c. & benedicã tibi, atq; in te benedicentur uniuersæ cognatiões terræ. Itẽq;, in repromissione nõ dixit, si feceris rẽ hanc & nõ peperceris filio tuo unigenito, benedicẽtur in semine tuo oẽs gentes terræ. Quæ uniuersaliter populo pro cultu tabernaculi uel domus dñi, pro cærimonijs seruandis promissa sunt, sub cõditione posuit prouidẽtia dei p̃scientis, quod cõditionẽ uel pactũ promissionis nõ essent seruaturi, & ꝙ pactũ istđ irritũ facturi essent, sicut & Hieremias uerbis declamat manifestis. Cũ eñ p̃misisset. Audite uerba pacti huius, & facite illa, postmodũ hæc intulit. Et hi ergo abierunt post deos alienos ut seruirẽt eis, irritũ fecerũt domus Israel & domus Iuda pactũ meũ quod pepigi cũ patribus eorũ. Itẽq; alio loco dicit: Et nolite cõfidere i uerbis mendacij, dicentes: Templũ dñi, templũ dñi, templũ dñi est: qm̃ si bene direxeritis uias uestras & studia uestra, habitabo uobiscũ in loco isto. Igitur cũ dixisset. In gutture tuo sit tuba, quia aquila super domũ dñi, ne quasi de mutabilitate argueretur, qđ abijceret domum quã prius elegisset uel in pactũ suscepisset, causam reddidit protinus dicens, pro eo ꝙ trãsgressi sunt fœdus meũ & legẽ meã p̃uaricati sunt, quod idẽ est ac si diceret, quia pactũ meũ irritũ fecerũt. Et ista quidẽ causa contra Iudaicos flatus sufficiens est, nec aliã audiri digni sunt q̃ diu suam uolentes statuere iustitiã, iustitiæ dei non sunt subiecti, dum inter cætera, q̃ bus sese aduersus fidem Christi defendunt, illud quoq; subsannant dicendo cõsequenter, esse mutabilem deum, si domum suam nomini suo sanctificatam abiecit, apud Christianos quæsiturus aliam. ¶ Qui autẽ iam pro emerita fide dignus est ut intret in sanctuarĩũ domini, & intelligat in nouissimis eorum, causas alias audit & reddit, intelligit & dicit, quare super illam domum domini aquila semel & iterum uenire debuerit. Semel nanq; uenit super illam Nabuchodonosor, quẽ in Ezechiele (ut iam dictum est) per aquilã oportet intelligi, & eandem domum incendio conflagrauit. Iterũ uenit Romanum imperium cum uictricibus aquilis, & non solũmodo domũ illam, sed & locum & gentem irrecuperabiliter tulit. Semel uel primo permittente deo iccirco factum est, ut uetus illud sacerdotium corriperetur. Secundo iccirco factũ est, ut omnino tolleret. Corripiendi nanq; atq; instruẽdi erant illius tẽporis tã populus q̃ sacerdotes, ut scirent ipsi & ipsorũ posteri, quia nõ propter locum gentem, sed propter gentem locũ elegit dominus, & quia auro & lapidibus, q̃bus præfulgebat illa domus non magis q̃ fumo aut fauilla delectatur, nisi cordiũ corporũq; templa sibi ad habitandũ præparentur. Tollendũ autem omnino erat in aduentu Christi domus uel tẽpli illius sacerdotium, quia temporis illius sacrificiũ nõ fuerat iussum, sed permissum, donec cũ iussu & præsentia Christi ueniret sacerdotiũ necessariũ secundũ ordinẽ Melchisedech. Nam quod illud sacrificiũ non fuerit iussum (ut iam dictũ est) sed permissum, testatur ipse dominus in Hieremia, dicens: Holocaustomata uestra addite uictimis uestris, & comedite carnes

Pactũ dei cum Salomone.

3. Reg. 9

Verba pacti cõditionaliter posita.

Gene. 12 Gene. 22

Hieremiæ. 11

Hieremiæ. 7

Aquila super domum dñi.

4. Regum. vl.

2. Machab. 5

Sacrificium Iudæorum non iussum, sed permissum fuit.

Hieremiæ. 7

carnes, quia non ſum locutus cũ patribus ueſtris, & nõ præcepi eis in die qua eduxi eos de terra Aegypti, de uerbo holocauſtomatũ & uictimarũ, ſed hoc uerbũ præcepi eis dicens. Audite uocem meã, & ero uobis deꝰ, & uos eritis mihi populus, & ambulate in omni uia, quam mãdaui uobis ut bene ſit uobis. Ergo ſacrificiũ illud nõ iuſſum erat, ſed permiſſum. Ad quid autem permiſſum? Ad hoc maxime, ut ordo illius carnalem retineret populum, ne citius dilaberetur ad Aegyptiorũ, cæterarumq; ſacrificia gentium, ut ſaltem ſub nomine ueri dei pingues hoſtias carnium ſacrificarẽt, à quibus omnino auelli nequaq; poſſent. Hoc ipſum interea teſtari cœpit ſpiritus ſanctus per os Danid, quãuis ille in eadem religione ſacrificantiũ, ſtudioſiſſimus fuit. Ait enim, Nunqd mãducabo carnes taurorũ, aut ſanguinẽ hircorũ potabo? Immola deo ſacrificiũ laudis. Nimirum iſtæ uoces patrũ profeciſſent ad decutiẽdum ſuperciliũ illius ſacerdotij, ſi poſt aduentũ Chriſti ſtetiſſet & locus & gens, & nõ uenifſet talis aquila ſuper illã domũ domini. Deniq; adhuc, poſtq; lapis ſuper lapidẽ nõ remãſit, Chriſtũ blaſphemant ubiq; terrarũ captiui, & blaſphemãdo impedimentũ facere moliuntur currentibꝰ quadrigis euãgelij Chriſti: Quid facerent, ſi roborati in terra ſua cõſiſtentes, domũq; illam ſplẽdidã ſuperſtitẽ habentes, tale ſuæ perfidiæ fulcimentũ digito demonſtrare poſſent. Tali ergo debuit aquila ueniente domus dñi deſtrui, quẽadmodũ & Danieli angelus pdixit. Et poſt hebdomadas (inquit) LXII. occiditur Chriſtus, & nõ erit eius populus q eũ negaturus eſt. Et ciuitatẽ & ſanctuariũ diſſipabit populus cũ duce uẽturo, & finis eius uaſtitas, & poſt finẽ belli ſtatuta deſolatio. Et deficiet hoſtia & ſacrificiũ, & in templo erit abominatio deſolationis, & uſq; ad conſummationẽ & finem perſeuerabit deſolatio. Nunc ad literæ textũ reuertamur. Cum cauſam reddidiſſet, cur aquila uenire permitteretur ſuper domum domini, dicendo, pro eo quod tranſgreſſi ſunt fœdus meũ, & legẽ meam præuaricati ſunt, cõtinuo ſubiũxit. Me inuocabant, deus meus cognouimus te. Et eſt ſenſus. Mira impudentia, cũ ſint tranſgreſſores, cũ ſint præuaricatores, inuocant me dicentes: Deus meus deus meus cognouimus te. Tale eſt & illud in Eſaia: Me etenim de die in diẽ quærunt, & ſcire uias meas uolunt, quaſi gens quæ iuſtitiam fecerit, & iudiciũ dei ſui non dereliquerit. Mentiuntur ergo dicẽdo, deus meus cognouimus te. Ipſe dei filius reſellit eos in hoc dicẽdo Eſt (inquit) pater meus q glorificat me, quẽ uos dicitis q deus noſter eſt, & nõ cognouiſtis eũ. Quare? Nimirũ q iuxta & illud quod prophetauit Eſaias: Populus hic labijs me honorat, cor aũt illorũ longe eſt à me: ita modis omnibus uerbis ipſorũ opera cõtraria ſunt. ¶ Ideo circo protinus hic propheta ſubiũgit. Proiecit Iſrael bonũ, inimicus perſequetur eũ. Quod bonũ, uel quẽ bonũ Iſrael proiecit, niſi deũ qui ſummum bonũ, qui ſolus & ſumme bonus eſt, cui dicit, oretenus deus meus cognouimus te? Deniq; illũ proiecit, non modo quia dudum dixit, non eſt nobis pars in Dauid neq; hereditas in filio Iſai, & uitulos ſibi pro deo ſtatuit: uerumetiã quia quod maius eſt, dei filiũ extra ciuitatẽ proiecit, negans eũ ante faciem Pilati, & foris inter ſceleratos proiectũ, crucifixit. Ideirco inimicus perſequetur eũ inquit, nimirũ iuxta maledictiones quas præſcius Moſes in lege præſcripſit. Tradat te dñs corruentem ante hoſtes tuos. Per unam uiã egrediãris cõtra eos, & per ſeptẽ fugias, & diſpgaris p omnia regna terræ, ſit q cadauer tuum in eſcã cũctis uolatilibus cęli & beſtijs terræ, & non ſit qui abigat. Quod ita factũ ſit, aſſertione noſtra nõ indiget. Sequitur. **Ipſi regnauerunt & non ex me principes, exterunt & non cognoui. Argentũ ſuum & aurũ ſuum fecerunt ſibi idola ut interirent.** Qui regnauerunt nõ ex me. Nimirũ ipſi q bonũ pierunt, primũ qui cũ Hieroboam receſſerunt á domo Dauid: deinde qui crucifixerunt, uel negauerũt filiũ dei, filiũ Dauid. Primo uidendũ de illis regibus, q regno ſciſſo à domo Dauid, ſuper decẽ tribus regnauerũt, utrũ uero ex deo regnauerũt an nõ. Videtur nanq; repugnare uerbis iſtis illud, quod in illa diuiſione regni ſcriptum eſt. Apprehendẽsq; Ahias pallium ſuum nouum, quo opertus erat: ſcidit in duodecim partes, & ait ad Hieroboam. Tolle tibi decẽ ſciſſuras. Hæc enim dicit dominꝰ deus Iſrael. Ecce ego ſcindã regnum de manu Salomonis, & dabo tibi decem tribus. Item, cum congregaſſet Roboam multitudinem exercitus ut reduceret regnum ſibi, factus eſt ſermo domini ad Semeiã uirũ dei, dicens: loquere ad Roboam & ad omnem domũ Iuda dicens. Non aſcendetis, nec bellabitis contra fratres ueſtros, filios Iſrael. Reuertatur uir in domum ſuam, à me enim factũ eſt uerbum hoc

Pſalm. 49 Oportuit templum deſtrui.

Daniel. 9

Eſaiæ 58

Iohan. 8

Eſaiæ. 29 Proiecit Iſrael bonum.

3. Regum. 12

Deut. 28

Obiectio.

3. Regum. 11

2. Paralipo. 11

Hæc (ut iam dictũ est) repugnare uidentur uerbis istis. Ipsi regnauerũt & non ex me, principes extiterunt, & non cognoui. Sed absit ut sanctæ scripturæ uerba sibimet repugnantia uel contraria sint. Quærimus ergo qualiter & ueritas historiæ constet, & nihilominus uera sit hæc sententia prophetita. Hoc intẽdentes, originem perpendimus illius mali ut schismatis, quia nimirum facto illo prior extitit quod historia narrat expletũ per manus Ahiæ Sylonitis, & cõfirmatũ per Semeiã uirũ dei. Quæ nam illius mali origo fuit, nisi odiũ quo Israel regẽ suũ Dauid semper odio habuit? Nunq̃ eñ uolens sapientiã fortitudinẽ atq; humilitatẽ, qui fuere tres primi fortes Dauid populus ille sustinuit, utpote malis intentus studijs & idololatriæ cultu: cui seruire non poterat regnante Dauid. Huius rei summũ illud indicium fuit, quod cũ non haberent aliũ quẽ statuere possent super illum depellendum filiũ eius Absolon susceperunt. Verum quàmdiu uixit Dauid, q̃diu filius eius Salomon cũ sapientia processit, peccata illorum consummari non potuerunt, ut liceret eis iudicio dei peruenire ad effectum. At ubi merita domus eiusdem Dauid, quæ peccatis illorum præponderauerant sic infirmata sunt, ut Salomon perfornicationes deprauatus seruiret dijs alienis, tunc demum manum suam deus subtraxit, & prævalens Israel contra domum Dauid, uelut equus indomitus sese excutiens, frenum rupit, & abijt suisq; studijs congruum sessorẽ Hieroboam susscepit. Hoc nimirum ex deo non fuit, & iccirco nunc dicit. Ipsi regnauerũt & non ex me, principes extiterunt & non cognoui. Vt autem non posset eos retinere uel reuocare Roboam, diuino factum est iudicio, atq; iccirco illic ait: à me enim factum est uerbum hoc. ¶ Ad summum eius sententiæ, qua dictum est, ipsi regnauerunt & non ex me, illud pro foribus argumentum est, qui regnauerunt absq; legitima dei unctione. Vnctionã q; regalis in domo Dauid & in tribu Iuda remansit: reges aũt decẽ tribuũ absq; unctione regnauerunt. Sane unus Iehu filius Iosaphat filij Namsi, quãtulacunq; unctione rex constitutus est, & hoc ex domino, uerũtamen non eundem Iehu comprobante, sed condignam de domo Achab ultionẽ exigẽte. Tantũmõ lenticulam olei fundens super caput eius unde filijs prophetarum dixit. Hæc dicit dominus deus Israel. Vnxite regem super populum domini Israel, & percũties domum Achab domini tui, & ulciscar sanguinem seruorũ meorum prophetarum & sanguinẽ omnium seruorum domini de manu Iezabel, perdã oẽm domũ Achab, &c. Iste unus regnauerit ex domino, & principẽ illũ cognoscere deus utcũq; dignatus sit, ueruntamẽ tantũmodo ad uindictã, quia domũ Achab deleuit, & Baal exterminauit: nõ aũt ad gratiã, quia peccata Hieroboam, id est uitulos aureos, non dereliquit. Quapropter uera undiq; est sententia. Ipsi regnauerũt & nõ ex me, principes extiterunt & nõ cognoui: quia præter istũ unũ unctũ unctionis imperfectæ, cæteri omnes, sicut absq; unctione, ita regnauerunt absq; uocatione diuinæ gratiæ. Nunc demum & de illis animaduertendũ, q̃ usq; adeo recesserũt à domo Dauid, ut crucifigerẽt filiũ Dauid, filiũ dei, q̃ uere dictũ sit. Ipsi regnauerũt & nõ ex me, principes extiterũt & nõ cognoui. Recte eñ hoc in reprobationẽ illorũ debuit prophetari, q̃ utiq; uoluerũt tẽporaliter in hoc seculo extolli absq; adiutorio uisitantis gratiæ dei: sicut in euangelica parabola ipe dñs innuit, cũ dicit. Agricolæ aũt uidẽtes filiũ, dixerũt intra se. Hic est hæres, uenite occidamus eũ, & nostra erit hæreditas, & apphensum eũ, eiecerũt extra uineã, & occiderũt. Quid hæc parabola innuit, nisi quia scribæ & pharisei uidentes Iesum, nõ ignorauerũt, sed oderũt illũ: quẽadmodũ & ipse dicit. Nũc aũt & uiderũt & oderũt & me & patrẽ meũ. Cũ eñ agricolę dixerunt, hic est hæres, nemo est in eis qui se de ignorãtia excusęt. Ergo cũ dicũt, uenite occidam⁹ eũ, & nostra erit hæreditas: recte & ueraciter dicat is q̃ occiditur. Ipsi regnauerũt & nõ ex me, id est uoluerũt sine me regnare, & sine me diuites esse, sedẽdo sup cathedrã Mosi, & pdã faciendo de populo, ita ut mentã quoq; & anetũ decimarẽt, nõ curando iustitiã & fidẽ, &c. quęcũq; grauiora sunt legis. Sed cũ illi ore suo semetipos iudicantes dixissent, Malos male perdet & uineã suã locabit alijs agricolis, quid iste intulit? Ideo dico uobis (ait) quia auferetur à uobis regnũ dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Igitur quod ait. Ipsi regnauerũt & non ex me, principes extiterũt & non cognoui, idem est ac si dicat. Ipsi quidem regnare uoluerunt, sed auferetur ab eis regnũ dei, quia nõ regnare uoluerũt ex me, & in principatu suo cognoscere uoluerunt me, suę modis omnibus studentes auaritię. Nã hoc est qđ sequitur.

Solutio.

Odiũ Israelcõtra Dauid.

3. Reg. 11

Reges Israhel absq; unctiõe.

4. Reg. 9

Matthæi. 21

Iohan. 15

Matt. 23

Idem. 21

Argentũ

Argentum ſuum & aurum ſuum fecerunt ſibi idola ut interirent. Et eſt ſenſus. Argẽtum & aurum plus dilexerunt q̃ deum, imò ne ullum auri & argenti detrimentum paterentur, oderunt Chriſtum & patrem eius deũ, oderunt & crucifixerunt Chriſtum dei filium. Latrocinabantur enim in illo dei templo, aurumq; & argentum ſibi congregabant, prædã facientes de pplo. Nõne aũt Apl'us Chriſti teſtatur, quia auaritia ſimulachroꝝ eſt ſeruitus? Recte igitur ait, quia argentum ſuum & aurum ſuum fecerunt ſibi idola, quia ſimulachroꝝ ſeruitus eſt auaritia, maxime in illis qui præſentes habentes Chriſtũ dei filium, cõtra ipſoꝝ auaritiã diſputantem, argento & auro magis fauerunt, & aduerſarũ mãmonæ, id eſt cõtemptorem argenti & auri Chriſtũ interfecerunt. Quo fructu? Qua mercede? Vt interirent, ait. Etenim fructus idoloꝝ eiuſmodi, fructus mammonæ, fructus argenti & auri, interitus eſt animæ illorum & corporis, Interierunt ſpiritualiter inuiſibilibus malignoꝝ ſpirituum phantaſiis, interierunt corporaliter uiſibilibus Romanoꝝ gladijs. Itaq; uicit domus Dauid uicti ſunt oẽs, q receſſerunt à domo Dauid, Sequitur ergo. ¶ Proiectus eſt vitulus tuus Samaria, iratus eſt furor meus in eis. ¶ Longa quidẽ concertatio facta eſt inter domũ Dauid & uitulos aureos quos Hieroboã fecit, ſed tandẽ uicit domus Dauid: uicit, inquã) qñ Chriſtus filius Dauid in crucẽ aſcendit. Ibi cornu Dauid, cornu ſalutis produc'ũ & erectum nobis in domo Dauid cõfregit, proiecit, atq; contriuit uitul'um Samariæ, id eſt o'm impietatẽ diuidentẽ ſe à domo Dauid: In qua princeps ſedet nũc ipſe filius Dauid, cuius uidelicet diuiſionis initiũ ſæpe dictus ille materialis ui'u'us Samariæ extitit, Et pulchre, cum duo fuerint uituli, ſingulariter nũc proiectus eſt, uitulus inquit. Plus enim ſignificat, q̃ ſi dixiſſet, duo uituli, ſicut interdũ ſingulariter per militẽ plus intelligimus q̃ p mil tes pluraliter. Militẽ nanq; dicere ſolemus, excercitũ ſignificantes. Proiectus ergo (inquit) ẽ uitulus tuus Samaria, id eſt cecidit oĩs idololatria, & ab illo principe domus Dauid, deo & hoie Chriſto ſententiam acceperunt, Omnes dij gentium dæmonia, & princeps mundi huius eiectus ẽ foras. Illud quoq; pulchrum eſt attendere, quod loco præſenti Samariam compellat quia uidelicet quando paſſionis Chriſti ſacramento deſtrui cœpit error ſiue idololatria, fieri hoc cœptum eſt à Samaria. Cũ eñ Hieruſalem non ſuſciperet, imò perſequeretur, fidem Chriſti, ſicut ſcriptũ eſt. Facta eſt aũt perſecutio magna in eccleſia, quæ erat Hieroſolimis, & omnes diſperſi ſunt per regiones Iudeæ & Samariæ. Samaria uerbum dei cũ gaudio magno ſuſcepit, ſicut ordo lectionis in actib' apoſtoloꝝ patenter depromit. Iratus eſt (inquit) furor meus. In quibus uel cõtra quos iratus eſt, niſi in illis uel contra illos q uitulũ fecerũt, q idololatriã pertinaciter ſectati ſunt, qui propter ſimulachroꝝ ſeruitutẽ à domo Dauid receſſerunt, imò natũ de domo Dauid, Chriſtum negauerunt? Nimirum inter iſtos concludũtur, & maxime ſunt uel fuerunt ſcribæ uel phariſæi. Et iccirco iam ex tunc templum uel altare illoꝝ, nõ altare dei, ſed uitulus Samariæ meretur dici. Ecce furor dñi iratus eſt in eis & uitulus eorũ proiectus eſt, domus aũt Dauid magnificata eſt. Templũ quippe & ſacrificiũ illoꝝ ablatũ eſt, Chriſtus autẽ & eccleſia eius inæternũ manet: Et quare iratus eſt furor meus in eis? Videlicet, quia nõ poſſunt emundari. Nam hoc eſt, quod admirando pariter & ſtet rogando conſeſtim ſubiungit. ¶ Vſq; quo non poterunt emundari? Quia ex Iſrael ipſe eſt. Artifex fecit illum, & non eſt deus, ¶ Cum interrogando dicit. Vſq; quo nõ poterunt emũdari, ſubaudiri uult inæternũ. Et cauſam reddit, cur in ſempiternũ non poſſint emundari. Quia ex Iſrael ipſe eſt (inquit) artifex fecit illũ. Cauſa hæc diligenter animaduertenda eſt. Sciendũ in primis, incorrigibilẽ eſſe illũ, qui nõ per ignorantiã in mendaciũ cadit, ſed p malitiã de corde ſuo mẽdaciũ confingit. ¶ Ille nanq; uerbũ dicit cõtra ſpiritũ ſanctũ, qui ſciens ueritatẽ dei, cõtra mendaciũ cogitat, & ueritatẽ in mendacio detinet, ſicut apl'us dicit: Quicunq; talis eſt, reus eſt eterni delicti, & nõ remittetur ei, neq; in hoc ſeculo, neque in futuro, quia ex ipſo eſt quod facit aut dicit, non ab alio ſeductus, ſed de corde ſuo ſeductionem confingens: & prõprio iudicio condemnatus. Nimirum talis ille Hieroboam extitit, & hoc ſacræ ſcripturæ conditor ſpiritus ſanctus nobis intimatum eſſe uoluit, peccatũ eius exprimens uerbis huiuſcemodi, dixit Hieroboam in corde ſuo. Nũc reuertetur regnũ ad domum Dauid, ſi aſcenderit populus iſte ut faciat ſacrificia in domo domini in Hieruſalem, & conuertetur cor populi huius ad dominum ſuam Roboam regẽ Iuda, interfitientq; me, &

Coloſ. 3

Pſal. 95. Iohã. 12.

Actu. 8

Pſãm in ſpiritum ſanctum Mat. 12

T 3

3 Re. 12

me,& reuertentur ad eũ. Et excogitato cõsilio fecit duos uitulos aureos,& dixit eis. Nolite ultra aſcendere in Hieruſalem. Ecce dñs tui Iſrael,q̃ eduxerunt te de terra Aegypti. Vera igitur impoſſibilis emundationis cauſa,quam dixit,quia ex Iſrael ipſe eſt,artifex fecit illum id eſt,quia Iſrael & rex eius Hieroboam non aliunde inductus aut ab alio ſeductus, aureũ uitulum putauit eſſe deũ,ſed artifitio malicioſo cõfinxit illũ,ſciens eũ nõ eẽ deũ,& hoc ſolũ intendens ut populus ſibi ſubditus,tali præſtigio faſcinatus,uerũ nequaq̃ requireret deum. Iccirco nõ potuerũt emũdari,& in illo peccato cuncti reges Iſrael cordis fuere impœnitentis. ¶ Porro Baal non ita ſuſceptus eſt,ut dici poſſet quia ex Iſrael ipſe eſt,quia uidelicet nequaq̃ Iſrael ſiue rex Iſrael illũ de corde ſuo artifici cõmento cõfinxit, ſed Ihezabel à Sydone aduenies,ſecũ illũ aduexit, & ſuſcepit eum Iſrael pro fauore reginæ & regis Achab, pellecti nimiumq̃ proni ad ſeruiendum fæuitie muliebri,& iccirco quãdoq̃ potuerũt emũdari ut non colerent illũ, ſicut in eiſdẽ ſacris habemus literis. Iehu nanq̃ ſtudioſe ſuper hoc fecit quod rectũ erat & placebat in oculis dñi, & deleuit Baal de Iſrael. Non ita peccatum Iudæ extitit quãuis & Baal & cætera Idolorũ portenta coluerit. Nullũ quippe illorũ ex ipſo fuit,ſed aliunde accepit,& iccirco emundari potuit, aliquoties emundatus eſt,ſicut legimus,quia rex ille, & ille ſtatuas uel ſimulachra confregit,lucosq̃ ſubuertit,& fecit quod rectum erat in oculis domini. ¶ At poſtquam eo peruentum eſt, ut peccatum peccarent Iudæi,de quo ueraciter dicas,quia ex ipſis eſt, & quia peccati eiuſdem fuere artifices,tam nõ poſſunt emundari. Quod illud peccatum eſt? Nimirum illud mẽdacium aureolum, quod fabricati ſunt dicentes:blaſphemauit,quia dixit ſe filium dei benedicti,& ſi dimittimus eũ, ſic omnes credent in eum,& uenient Romani,& tollent noſtrũ & locum & gentẽ. Quod (inquam) fabricati ſunt,dando pecuniam copioſam militibus, ut dicerent quia diſcipuli eius nocte uenerunt & furati ſunt eum,nobis dormientibus. Sicut ueraciter illic de uitulo dictum eſt,quia ex Iſrael ipſe eſt, artifex fecit illum, & non eſt deus. Ita & hic ueraciter dicas de hoc mendacio,quia ex Iſrael ſiue ex Iudæis eſt,artifex fecit, id eſt malicioſa mens excogitauit & confinxit illud,& non eſt uerum. Vtrunq̃ etenim excogitato ſiue accepto conſilio,factum eſſe,ſcriptura refert. Et ſicut illic cum lingua foris uitulum oſtentans diceret, iſti ſunt dñs tui Iſrael,conſcientia teſtis intus refragabatur,ſciens & dicens,quia non eſt deus. Ita & hic,dum conſultarent,& per pecuniam obtinerent,quatenus uerbum hoc diuulgaretur,furati ſunt eum nobis dormientibus,ſciebant,& conſcientiam refragantem intus audiebant,quia non eſt uerum. Poſtquam ſic peccauerunt,non ueritatem ignorando,ſed mendacium excogitando,iam emundari non potuerunt,iam non remittitur eis neq̃ in hoc ſeculo neq̃ in futuro,quia tale peccatum conſequitur impœnitens cor,ſemper reſiſtens ſpiritui ſancto. Vtrunq̃ proiectum eſt,& ille uitulus,ad quem tranſuerſũ ſunt olim recedentes à domo Dauid,& illud ſimulachrũ auaritiæ,cui ſeruientes crucifixerunt Chriſtũ filium Dauid,& iratus eſt furor dñi in eis. Vere proiectus eſt uitulus. Sequitur em̃. ⌊ Quoniam in aranearum telas erit vitulus Samarie. ⌋ Item, Vere iratus eſt furor eius in eis, Vñ & protinus ſubiungit. ⌊ Quia inuentum ſeminabunt, & turbinem metent. Culmus non eſt in eis germen,nõ facietfarinam: Quod & ſi fecerit,alieni comedent eam. ⌋ Ab his experimentis utrunq̃ cõprobatur,& qđ uitulus proiectus ſit, & q̃ furor dñi iratus ſit in eis. Magnam quippe proiectionẽ ſiue abiectionẽ demonſtrat hoc argumentum, qđ uitulus quondã præcultus aureolus, & ob frequentiã feſtiuitatũ perpolitus,derelinquitur in telas araneaꝝ,id eſt,ita negligitur,ut uacet araneis, ſuaꝝ contexione telaꝝ totũ cooperire,& ſordidare uitulũ. Hoc ita ut dicitur, factũ eſt per paſſionis Chriſti triumphũ,nõ tantũ in uitulo Samariæ,ſed in cunctis ſimulachris gentium. ¶ Nihilominus & uitulus mẽdacij Iudaici,de quo iã dictũ eſt,factus eſt in telas araneaꝝ, id eſt tã infirmũ eſt atq̃ inualidũ contra ueritatẽ,ut ſunt telæ araneaꝝ. Hinc Eſaias dicit. Ouaaſpidum ruperunt,& telas araneæ texuerunt, Telæ eorũ nõ erunt in ueſtimentũ, neq̃ operietur operibus ſuis, Exẽpli gratia, ut appareat q̃ facile mendaciũ illorũ ſolui poſſit,dicimus eis. O milites uigiles,qui diciris,ut eſtis docti,quia diſcipuli eius uenerunt nocte,& furati ſunt eum nobis dormientibus: ſi dormiſtis(ut dicitis)unde hoc ipſum ſcire poteæis,quod uenerint & eũ furati ſint? Ergo telas araneæ texuiſtis uos,& conſiliarij ueſtri,quia q̃ facile ſoluitur tela araneæ,diſſipatur:& ueſtri

Baal nõ ex Iſrael fuit, ſicut uituli aurei.

4. Re. 10.

Mar. 14 Ioha. ii Mat. uult.

Tela araneæ, mendaciũ Iudæorum Eſa. 59

& ueſtri compoſitio mendacij. Item. Magnam innuit iram, quod ait, quia uentum ſemina bunt, & turbinẽ metent, culmus ſtans non eſt in eis germen, non faciet farinã. Et, quod & ſi fecerit, alieni comedent eam. Belli quippe turbinẽ & famẽ panis ſonant hæc ſono literali, ſed longe grauiora ſunt quæ intelligimus ſenſu ſpirituali, ſcilicet turbinẽ iudicij æterni & famem audiendi uerbũ dei. At ille populus eiuſmodi erat, qui ſpiritualia ſiue inuiſibilia hæc mala non pertimeſceret, præſentia tantũ & corporalia cupiens bona, metuens mala. Ergo ſecundum eius puerilẽ intellectũ, bene literã hoc modo contexuit, ut exterius ſonet famẽ panis, interius ſignificet famem audiendi uerbũ dei, qua uidelicet fame nunc ille populus perijt. Ventũ aũt ſeminabunt, id eſt, opera inutilia facient, & ſicut uentum ſolet ſequi turbo tempeſtatis, ſic opera illos ſine dubio ſequetur ualida tempeſtas iudicij dei. Culmus ſtans apud eos, litera eſt legis & prophetarũ, & iſte culmus non eſt germen, ſiue non habet germen in eis. Notandũ diligenter, quod cum dixiſſet, culmus ſtans, nequaq̃ ait, non eſt in eo germen: ſed non eſt in eis germen. Denicq; in culmo ſacræ literæ eſt germen ſiue granum ſpiritualis intelligentiæ, ſed non in eis, quia non intelligunt ſpiritum uiuificantẽ, ſolamq; ruminant literam occidentem. Hoc ipſum repetit uerbis alijs, dicendo: non faciet farinam, quod & ſi fecerit, alieni comedent eam Nam non faciet farinam, ſubauditur in eis, ſicut iã dixerat, non eſt in eis germen. In quibus aũt eſt germen, aut facit culmus ille farinam: Nimirum in alienis, id eſt in gentibus, ſiue populis qui in Chriſtum credentes, de culmo literæ illius comedunt ſpiritualis intelligentiæ farinam. Nam hoc eſt qđ ait. Quod & ſi fecerit, alieni comedent eam. Pro minimo eſſet infidelibus illis talem pati famem ſiue ſterilitatem, niſi etiam corporaliter nunc præſentia mala ſuſtinerent. Sequitur ergo. **Deuoratus eſt Iſrael nunc factus eſt in nationibus quaſi vas immundum, quia ipſi aſcenderunt ad Aſſur.** Et eſt ſenſus. Deuorauerunt hoſtes Iſrael, ita utiã non ſit populus, ſicut prædictũ fuerat, & ego prouocabo eos in eo qui nõ eſt populus: ſiue & ego ad emulationẽ uos adducam in nongentem, & cũ ceciderint in ore gladij, qui ſuperfuerint ex eis, captiui ducentur, in oẽs gentes: & ubicunq; fuerint pro immundis habebũtur, ut uere ſunt. Ipſi enim ſunt q cũ blaſphemarent dominũ dicentes: In Belzebub principe dæmoniorũ eĳcit dæmonia, taliter denotati ſunt. Cũ immũdus ſpiritus exierit ab homine, ambulat per loca inaquoſa, q̃rens requiem, & nõ inueniens, dicit: Reuertar in domum meam unde exiui. Et cũ uenerit, inuenit ſcopis mundatã, & tunc uadit & aſſumit ſeptẽ alios ſpũs nequiores ſe, & ingreſſi habitant ibi. Et fiunt nouiſſima hoĳs illius peiora prioribus. De hoie nanq; immũdus ſpũs exiuit, & per loca inaquoſa ambulauit: quando de populo Iſrael per Moſen & Aaron cultũ dei ſuſcipiente receſſit, & gentes poſſedit. Ibi requiẽ quærens, non inuenit: qa ueniẽs Chriſtus, expectatio gentiũ, fortiter iſtũ inquietauit, & foras miſit. Reuerſus ergo eſt in domũ ſuam, id eſt in illius populi ſynagogã, quam quia inuenit ſcopis mundatã & ornatã, id eſt p hypocriſim pulchram ſuamq; nolentes ſtatuere iuſtitiã, nunc ingreſſus habitat ibi, cum ſeptem alijs ſpiritibus nequioribus ſe, ſcilicet, cũ omni ſpiritu impietatis & blaſphemiæ. Recte ergo dictũ eſt, nunc factus eſt in nationibus quaſi uas immundũ, habitantẽ qppe habet in ſe ſpiritũ immũdũ: ipſæ aũt nationes uaſa immũda ſunt, direpta illi forti armato, quẽadmodũ ait ipſe Chriſtus, ſemetipſum ſignificans. Aut qũo ꝑt quisq̃ intrare in domũ fortis & diripere uaſa eius, niſi prius alligauerit fortẽ, & tunc domũ illius deripiat: Sic immũdus Iſrael cur factus eſt? Quia ipſi (inquit) aſcenderũt ad Aſſur: Aſſur, quod interpretatur dirigẽs, pleriſq; ſcripturarũ locis ſuperbũ diabolum ſignificat, ut illic. Væ aſſur, uirga furoris mei & baculus ipſe, in manu eius indignatio mea. Et poſt pauca: Et erit cum impleuerit dominus cuncta opera ſua in mõte Syon & in Hieruſalem, uiſitabo ſuper fructum magnifici cordis regis Aſſur, & ſuper gloriam altitudinis oculorũ eius. Ergo quia ipſi aſcenderunt ad Aſſur id eſt, quia ſeſe in ſuperbiam extulerunt, ita ut filij ſint Aſſur, ſicut dns ait, uos ex patre diabolo eſtis, iccirco quaſi uas immũdum facti ſunt in nationibus. Completa eſt igitur & illa beatæ Mariæ prophetia, quam dixit: Depoſuit potentes de ſede, & exaltauit humiles. Eſurientes impleuit bonis, & diuites dimiſit inanes. Quia uidelicet propter ſuperbiã & diſperſi ſunt, factiq; contemptibiles ubiq; terrarũ, & culmus ſtans (ut iã dictũ eſt) nõ facit in eis farinã. Quod & ſi facit, nos alieni eſurientes comedimꝰ eã. Aſcenſum illum quo aſcenderũt ad

Culmus ſtans litera eſt legis.

Pſal. 77

Iudæi in nationibus immũdi

Matth. 12

Lucæ. 11

Eſa. 10

Iohan. 8

Lucæ. 2

Aſſur

Aſſur, adhuc denotat ita ſubiungens. ⌊ Onager ſolitarius ſibi effraim, munera dederunt amatoribus, ſed & cum mercede conduxerunt nationes. ⌋ Onager, id eſt, agreſtis aſinus, hominẽ ſtultũ atq; ſuperbũ ſignificat, ſicut in Iob ſcriptũ eſt: Vir uanus in ſuperbiam erigitur, & quaſi pullũ onagri, liberẽ ſe natũ putat. Recte ergo per Onagrũ carnalis Iſrahel ſiue Iudæus hic intelligitur, qui uinculo dñi ligari, & ad præſepe eius duci contemplit, ſicut in Eſaia ipſe dñs dicit. Cognouit bos poſſeſſorẽ ſuũ, & aſinus præſepe dñi ſui, Iſrahel aũt me non cognouit, & populus meus me nõ intellexit. Nã ſicut ꝓ bouẽ, qui poſſeſſorẽ ſuũ: & per aſinũ, qui præſepe dñi ſui cognouit, credẽs ac fidelis quiſq; intelligitur, ille de Iudæis, iſte de gentibus: ſic Iſrahel, qui dominũ eundẽ non cognouit, uel populus q eũ nõ intellexit, imò cognoſcere aut intelligere noluit, recte onager dicitur, id eſt, aſinus quidem, ſed ſuperbus: aſinus ꝓ ſtultitia, ſed infrenis & præſeptꝫ dñici cõtemptor uel ignarus præſuperbia. Iſte onager ſolitarius, id eſt, populus à rectore deo profugus & ſolus, utpote dei deſertor & à deo defertus, quid fecit aut quo declinauit? Munera (inquit) dederunt amatoribus, ſed & mercede conduxerunt nationes. Qualibus munera dedit amatoribus? Profecto amatoribus ſine fide, amatoribus amantibus in ſimulatione, qui ſic amant ut amantes faciant q ſic amare ſimulant ut decipiant, ut uidelicet rum animas deuocauerint à deo uero creatore ſuo, protinus denudatos & auxiliũ nõ habentes inuadant, ut poſſideãt, ſuãq; tyranni dem in eos exerceãt. Ergo ironice dictũ amatoribus, nã ueraciter dicere poſſet hoſtibus, tales Aſſyrij, cæteræq; nationes fuerũt, qbus Iſrahel miſiſſe munera refert hiſtoria ſacra, diuinũ non ſperantẽ auxiliũ. Vt uero de futuris more prophetico dictũ intelligas, tunc amatoribus munera dederunt, quando Chriſtũ filiũ dei crucifigentes, Barraban quaſi pro munere die feſti, non utiq; deo, ſed diabolo cunctiſq; malignis ſpiritibus, falſiſſimis amatoribus, certiſſimis deceptoribus, reſeruauerunt: & ob deſtruendã dominicæ reſurrectionis ueritatem mendaciũ ſupradictũ copioſa pecunia militibus data cõparauerũt. Quid faciat dominus onagro huic, populo huic, q taliter effugit? Ait. ⌊ Tunc cõgregabo eos, & quieſcẽt pauliſper ab onere regis & principum. ⌋ Et eſt ſenſus. Quoniã ipſi effugerunt á me, cõgregabo eos in obſidionem & in gladiũ, prius Aſſyrioꝝ & Chaldeoꝝ, & deinde Romanoꝝ, & deinde (ſicut ſuperius iã dixi) multis diebus ſine rege & ſine principe ſedebunt. Et nota quod dixit, quieſcent pauliſper, quia uidelicet labor illis erant, & grande onus, habere reges & principes, qualiũ ſeueritas onagrũ illũ ad ꝑſepe dñi religaret, quales fuere iudices, uſq; ad Samuel, per quos Iſrahel ſaluatus eſt: quales fuere reges, Dauid, Ezechias, & Ioſias: ac deinde rurſus principes, uſq; ad Machabæos duces, & ad ultimũ ipſe Chriſtus, regũ rex & principũ princeps. Iſti oẽs onus fuere illis, nec eos ferre poterant impatientes, tanq; ſub nimio pondere cutui & anheli, propriæ uoluntatis amatores: quomodo pueri laſciui, & adoleſcentes petulantes, magiſtros ſeueros & pędagogos odiſſe ſolent auſteriores. Quieſcent pauliſper ab eiuſmodi onere requietione nimis damnoſa: nunc enim dimittã eos ſecundũ deſideria cordis eoꝝ, ut eant in adinuentionibus ſuis. Quieſcent qdẽ, ſi pauliſper: qa cũ excuſſerint ſe occidendo ſcilicet maximũ regẽ & principẽ ſuũ, Chriſtum, arq; hoc facto quieſcere ſe putauerunt diu ab onere uelut importabili, tũc alio ꝑmentur onere: nec requieſcent grauiſſimis hoſtibus ſuppoſiti. ⌊ Quia multiplicauit Effraim altaria ad peccandum, facte ſunt are ei in delictum, ſcribam ei multiplices leges meas: quę uelut alienę reputatę ſunt. ⌋ Cauſa hæc eſt maloꝝ ſequẽtiũ. Quomodo multiplicauit altaria ad peccandũ? Videlicet in eo quod aliud quid coluit extra unũ deũ, quod ſacrificauit extra ſanctuariũ uel ordinẽ legitimũ. Siquidẽ unus erat deus & uuũ altare eius, quocũq; in loco uel quantiſcunq; in locis una fide nomen eius inuocatur: Ille aũt altare aliud fecit uitulo ſuo, q (ut ſupra dictum eſt) nõ eſt deus. Hoc utiq; fuit multiplicare altaria ad peccandũ, & taliter extructæ factæ ſunt ei aræ in delictũ, quando Baal quoq; & cætera deoꝝ portenta ſuſcipiens, tot aras habuit, quot dęmonibus ſacrificauit. Reddam ei multiplicitatis uicẽ, nam qua multiplicauit altaria, multiplicabo & ego leges meas, noua lege reprobando ſacrificia quæ illis lex uetus inſtituerat. Vnde & ſequitur. ⌊ Hoſtias afferent, immolabunt carnes, & comedent, & dominus non ſuſcipiet eas. ⌋ Iſtæ leges carniũ & hoſtiarum uelut alienæ computantur ei, ſed tamen meæ ſunt. Nõne & Dauid hoc idẽ teſtatur, cũ dicit. Tu es ſa-

Iob. 11.

Eſaiæ. 1

Onager, populus Iudaicus.

Quieſcent pauliſper.

Pſalm. 109

cerdos

cerdos in æternũ ſecundum ordinem Melchiſedech: Reprobauerunt illi altare meũ & al-
taria ſua multiplicauerunt: reprobabo & ego ſacrificia carniũ illorum, & multiplicabo le-
ges meas, quas illi per cæcitatem mentis intelligere non poterunt, & uelut alienas cõputa-
bunt, ſed tamen meæ ſunt. Immolabunt carnes, & dominus nõ ſuſcipiet: immolabitur ſa-
crificiũ nouũ, & dñs ſuſcipiet. Non erunt ueteris & noui ſacrificij leges contrariæ, ſed mul
tiplices. Ipſi aũt dicunt eſſe contrarias, quia cæci ſunt. Scribere nihilominus, & ſcribere nõ
deſinit eidem populo dñs leges ſuas, leges euangelicas. Notandum hoc eſt, quia nõ dixit tã- Excæcatio Iu-
tum ſcribã leges: ſed ſcribã (inquit) ei, qui uidelicet leges ipſe multiplices, quas uelut alienas dæorum.
cõputant, cõtinent in ipſius libris, teſtificatæ ſunt à lege & prophetis. Magna eſt hic uindi
cta peccatoꝝ præcedentiũ, ꝙ ſic cæci facti ſunt, uelut alienas cõputent leges iſtas, quaſcun
q; per doctores uel ſcribas euãgelicæ ueritatis, per miniſtros noui teſtameti deus ſcribit, nõ 2. Corint. 3
litera, ſed ſpũ: magna (inquã) dãnatio, qđ à claritate iſta ſub uelamine cordis abſconduntur
Hoc eſt qđ protinus ſubiungitur. ⊥ **Nunc recordabitur iniquitatis eorum, & viſita-
bit peccata eorum.** ⊤ Nunc em̃, id eſt in hoc ipſo qđ uelut alienas cõputant & nõ ſuſcipi
unt, nõ intelligunt, aut intelligere nolũt leges iſtas, recordatur dñs iniquitatis eoꝝ, & excæ
catio hæc, uiſitatio eſt peccatoꝝ eoꝝ quæ fecerũt à die q̃ primũ in deſerto uitulũ formaue-
runt, uſq; ad illã diẽ quo Chriſti ſanguinẽ fuderunt, ſicut uindex prædixit deus ad Moſen.
Ego aũt in die ultionis uiſitabo & hoc peccatũ eoꝝ. Hæc eſt uindicta quam in pſalmo ſan
guinis Chriſti repoſcens, cũ dixiſſet: Et dederunt in eſcam meã fel, & in ſiti mea potauerũt Exo. 32
me aceto. Continuo ſubiunxit. Fiat menſa eoꝝ coràm ipſis in laqueũ, & in retributiones &
in ſcandalũ. Obſcurentur oculi eoꝝ, ne uideant: & dorſum eorũ ſemper incurua. Hoc idẽ Pſalm. 68
& in præſenti loco propheta ſecretius innuens, cõtinuo ſubiungit. ⊥ **Ipſi in Aegyptum
conuertentur.** ⊤ Aegyptus nanq; in tenebras transfertur. Eſt ergo ſenſus. Ipſi excæcabũ-
tur & aggrauabunt cor ſicut aggrauauit Pharao & Aegyptus. Vnde & Apſtus, cũ de ipſis
dolore intimo loqueretur, repente Pharaonẽ pro exemplo intulit hoc modo. Dicit em̃ ſcri- Roma. 9
ptura Pharaoni. Quia in hoc ipſum excitaui te, ut oſtendã uirtutem meã, & ut annuncietur
nomen meũ in uniuerſa terra. Eſt em̃ hoc ſimile illi, quia uidelicet ſicut Pharao & Aegy-
ptij uidendo magnalia dei, magis ac magis præ inuidia ſunt indurati & excæcati, ſic iſti, qui
debuerant eſſe Iſrael, quanto maiorẽ ex iam dictis legibus audiunt gloriã Chriſti, tãto ma-
gis indurantur & ſcandalizantur, & in blaſphemias offendunt & corruũt cæcis oculis. Ve-
raciter ita dictũ, ipſi in Aegyptũ cõuertentur, id eſt fient Aegyptus: ſicut Aegyptij ſupet-
biendo atq; inuidẽdo excæcabũtur atq; indurabũtur. Vnde ſequitur adhuc. ⊥ **Et oblitus
eſt Iſrael factoris ſui & edificauit delubra.** ⊤ Idẽ em̃ eſt ac ſi dicat. Et cæcitas contin-
git in Iſrael, qua nimis obſcuratus, oblitus eſt factoris ſui, ſpem ſuã in deo nõ poſuit. Et qđ
egit ille oblitus domini? Et ædificauit (inquit) delubra. Vere ergo in Aegyptũ cõuerſus eſt
quia ſpirituali Pharaoni, id eſt diabolo, ædificauit habitacula, maiori ſeruitutis miſeria, q̃ o-
lim Pharaoni illi ciuitates Phyton & Rameſſes ædificauerãt. ⊥ **Et Iudas multiplicauit
vrbes munitas.** ⊤ Et eſt ſenſus. Non in domino cõfiſus eſt, ſed in ciuitatibus munitis, qua
ſi poſſint illũ munitiones eiuſmodi deo aduerſante tueri. Sed uide quid contradicat deus: Exod. 1
⊥ **Et mittam ignem in ciuitate eius, & deuorabit edes illius** ⊤ Hæc ſecundũ præte
riti tẽporis hiſtoriãita ut dicunt geſta ſunt, quia ſicut hiſtoria Regũ narrat, Quartodecimo
anno Ezechiæ aſcendit Sennacherib, & oẽs ciuitates munitas cepit, deſtruxit, & igne com
buſſit. Deinde multo magis Nabuchodonoſor rex Babilonis, & ciuitatẽ Hieruſalẽ, tem-
plũ quoq; combuſſit, ad poſtremũ uero Romanus exercitus prophetiã hanc maxime ad- 4. Regum. 18
impleuit, quia tunc ignis illius populi ædes irrecuperabiliter deuorauit. Spiritualiter delu-
bra & urbes munitæ, quas ille Iſrael ſiue Iudas ædificauit & multiplicauit, ſupſtitiones fu- 4. Regum. vi.
ere & machinamẽta impietatis qbus ſeſe defendũt, ex quo Chrũs ueritas, & ueritatis propu
gnator aduenit, in quibus adhuc ſeſe quaſi muniti protegũt aduerſus prædicationẽ euãge
licæ fidei, Propter quod & ignidupliciter ſunt traditi, iuxta illud de cãtico Deuteronomij. Deuteron. 32.
Ignis ſuccenſus eſt in furore meo, & ardebit uſq; ad inferni nouiſſima.

FINIS LIBRI TERTII.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN OSEE PROPHETAM COMMENTARIORVM LIBER IIII.

PROLIXA inuectione peccata Iudæ siue Israel aut Effraim spūs propheticus præsenti loco declamans, mala illis uentura denūciat acerba nimis & diuturna, non ante finienda, donec ueniret Romanus exercitus, & cumulatā in ultionem sanguinis Christi miseriarum mensuram in illis compleret. Testat hoc ipse, qui in propetis olim loquebatur, Christus, cū per semetipsum testimoniū de præsenti prophetæ huius declamatione sumēs, ita loquit ductus ad crucifigēdū: Filiæ Hierusalē nolite flere super me, sed super uosipsas flete & super filios uestros quia ecce dies uenient, inqb' dicēt. Beatæ steriles, & uētres q̄ non genuerut, & ubera q̄ non lactauerūt. Tūc incipiēt dicere mōtibus, cadite super nos: & collibus, operite nos. Hoc nāq; ꝓpheta hic ante prædixerat, & sic infra scriptū est. Lappa & tribulus ascendet super aras eorū, & dicēt montibus, operite nos: & collib', cadite sup nos. Dicebat aūt dominus de tribulatione & ira, quæ uentura erat per manus Romanorū populo illi in ultionē sanguinis sui. Igitur quocunq; nōie propheta hic utatur, siue Iudā, siue Israel siue Effraim uocet eos, ipsi sunt Iudæ illius tēporis, quod propheta ꝓspicit intendens in aduentū Christi: & maxime illis mala ista denunciantur, qui patrū suorū recedentiū à domo Dauid, mensurā impleturi erant, crucifigendo magnū & uerū Dauid. Nunc itaq; cœpto tenore, ordinē prophetiæ persequamur.

Lucæ. 23

Osee. 10

Matthæi. 23

CAPVT. IX

L Noli lætare Israel, noli exultare sicut populi, quia fornicatus es a deo tuo. Dilexisti mercedem super omnes areas tritici. Area & torcular non pascent eos, & uinum mentietur eis. Non habitabunt in terra domini: Notum est quia lætari & exultare uoluit Israel sicut populi, & hoc peccatum eius manifestū est, ut inferius hic propheta dicit ex diebus Gabaa, id est, ex diebus Saul qui fuit de Gabaa. Tunc em̄ Israel hoc ipsum, quod uellet lætari & exultare sicut populi, manifestauit Samueli his uerbis. Ecce tu senuisti, & filij tui nō ambulāt in uijs tuis. Constitue nobis regē ut iudicet nos, sicut & uniuersæ habēt nationes. Cunq; diceret dñs audi uocem populi in omnibus, quę loquūtur tibi, non em̄ abiecerūt te, sed me, ne regnem super eos: iuxta opera sua quæ fecerunt à die, qua eduxi eos de Aegypto usq; ad d ē hanc, sicut dereliquerunt me & seruierūt dijs alienis, sic faciunt etiā tibi. Cūq; inquam hæc & cætera diceret dñs, & Samuel illi cuncta cōtestaret, iterū firmius manifestauit Israel quod uellet lætari & exultare sicut populi, dicens illi, Nequaq̄. Rex em̄ eris super nos, & erimus nos quoque sicut omnes gentes, & iudicabit nos rex noster, & egredietur ante nos et pugnabit bella nostra pro nobis. Nimirū hæc lætitia populorū, hæc exultatio est gentiū, regem alijū habere q̄ deū, et hac lætitia lætari, tali exultatione exultare uoluit Israel, quando regē Saulem experiri uit, quando secutus est Hieroboā relicta domo Dauid, quando Christū negauit ante faciē Pilati, dicens. Nos nō habemus regē nisi Cæsarē. Verū taliter lætari, tali modo exultare nō conceditur populo illi qui legē accepit, & cultū professus est dei, qualiter lętantur uel quo modo exultant cæteri populi qui nunq̄ habuerunt notitiā dei, ut uacet illis quēadmodū & cęteris gentibus, deserto deo prosperari in tēporalibus bonis. Ait ergo Noli lætari Israel noli exultare sicut populi, subauditur, quia non cōceditur tibi. Quare? Quia, fornicatus es à deo tuo inquit. Ac si dicat. Aliter e ī iudicasut adultera, quę fornicādo recessit à uiro suo atq; aliter meretrix quæ nulli fidem dederat, neq; unq̄ astricta fuerat uinculo cōiugali. Tu uirum deum sortita fueras, et tali marito contempto dormisti cum altero uiro, imò cū pluribus uiris, olim in deserto & in Samuria, siue etiam ī Hierosolymis, cum uitulis aureis, et cū Baal cæterisq; portentis, & nouissime cum Barraba latrone, quem tibi negato Christo prę elegisti: et hæc adulteria maritus deprehendit. Præcipit autem lex ipsa, quam tu professa es Si spiritus Zelotipiæ concitauerit uirum contra uxorem suam, adducet eam ad sacerdotem

1. Regum. 3

Num. 5

Cunq;

Cunq; steterit mulier in conspectu domini, discooperiet caput eius, & ponet super manus eius sacrificium recordationis & oblatiõnẽ Zelotipiæ. Ipse autem tenebit aquas amarissimas, in quibus cum execratione maledicta congessit: adiurabitq; eam & dicet. Si declinasti à uiro tuo, atq; polluta es, & concubuisti cum altero, his maledictõibus subiacebis. Det te dominus in maledictionem, exemplumq; cunctorum in populo suo. Putrescere faciat fœmur tuum, & tumens uterus tuus dirumpatur. Ingrediantur aquæ maledictæ in uentrẽ tuum, & utero tumescente, putrescat fœmur tuum. Et respondebit omnis populus, Amen, Amen. Non sic examinatur uel in isto seculo iudicatur meretrix, cui non est uir, quem iure aduersus eã spiritus Zelotipiæ concitare possit. Noli igitur lætari, noli exultare sicut populi tui, quia deo tuo fornicatus es: quia uidelicet lætitiam siue exultationem populorum non conceduut tibi quæ in te conscriptæ sunt legis maledictiones. Maledictus eris in ciuitate, Deut. 28
te, maledictus in agro maledictum horreũ tuum, & maledictæ reliquiæ tuæ, maledictus, fructus uentris tui, & fructus terræ tuæ, armenta boum tuorũ, & greges ouiũ tuarũ, &c. Porrò, populis saltẽ ista cõceduntur tẽporalia bona, ut (uerbi gratia) sint promptuaria eorũ plena, eructantia ex hoc in illud: ut sint oues eorũ fœtosæ, abundantes in egressibus suis, boues eorũ crasse. Cur ita? Qua ratione sic apud deũ iudicatũ est? Videlicet qa populi suos labores possident, tu aũt labores aliorũ pro mercede accepisti cõseruandæ legis dei, sicut i psalmo scriptũ est. Et dedit illis regiones gentiũ, & labores populorũ possiderunt, ut custodiãt iustificationes eius. Hac mercede accepta, datorem deũ diligere, & legem eius custodire debueras. Sed quid? Dilexisti mercedem (ait) super omnes areas tritici. Peruersa dilectio tua. Nam deũ diligere, mercede autẽ uti debueras: Tu autem econtrario, mercedem dilexisti, Deum contempsisti. Ergo fornicatus es à deo tuo, quia dilectionẽ, qua deum diligere debueras, ad diligendam mercedẽ detorsisti: & hoc non parce, nõ quomodocũq;, sed supoẽs areas tritici, id est, tã immensa cupiditate, tã profunda auaritia, ut te explere non queant omnes areæ tritici. Tua nanq; auaritia ignis est, qui nunq; dicit sufficit. Talẽ tamq; peruersum tuæ dilectionis ordinẽ dominus ipse detestans in Euangelio, dicit. Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui decimatis, mẽtam & anetum & cyminum, & reliquistis quæ grauiora sunt legis, iudicii, & misericordiam, & fidem. Item. Amant autẽ primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro, & uocari ab hominibus Rabbi. Tam honoris q; pecuniæ mercedẽ te dilexisse redarguit, quia nimirũ in utroq; peruersa est dilectio animæ fornicantis à deo, diligentis rem dei, neglecto deo. Quid igitur? Quid fiet censet propheticus sermo? Area (inquit) & torcular nõ pascet eos, & uinũ mentietur eis Ad auditores se cõuertens, totusq; auersus à fornicante populo spũs, qui hæc dicit, alĩs annunciat, quid iuste propter hoc euenturũ sit. Ac si dicat. Quoniã dilexit mercedẽ meã, & meipsum cõtempsit, ipsa merces tolletur ei, scilicet triticũ & uinum: & cũ in illis sperauit, mentientur ei, sicut cõtinetur in maledictionibus legis. Sementẽ multã iacies in terra, & modicũ congregabis, quia locustæ omnia deuorabunt. Vineã plantabis & fodies, & uinũ nõ bibes: nec colliges ex ea quicpiã, quoniã uastãbitur uermibus. Parũ hoc erat, ut area tritici nõ pasceret eos, & uinũ pariter mentiretur eis: nisi etiã & olim Assyrio uastante: & post, Romano exercitu debellante, ducerẽtur captiui. Ait ergo, repente sententiã complens. Non habitabunt in terra domini, subauditur, sed in omnes gentes ducentur captiui, & nusq; requies erit illis, quẽadmodũ itidẽ Moses prædixit. Disperget te dominus in omnes populos Vbi supra
à summitate terræ usq; ad terminos eius In gentibus quoq; illis nõ requiesces, neq; erit requies uestigio pedis tui, &c. ¶ Et notandũ, quod nõ dixerit, nõ habitabunt in terra sua, sed nõ habitabũt (ait) in terra dñi. Non uult profiteri quod terra illa, ad quã possidendã ingressi Terra domini
sunt filij Israel, terra ipsorum fuerit aut esse debuerit, sed terra domini. Et recte, nam hoc ipsum confirmatur authoritate ipsius domini dicentis inter cætera legitima terræ quæ obseruari iussit. Terra quoq; nõ ueniet in perpetuũ, quia mea est, uos autem aduenæ & coloni mei estis. Neq; eñ terra fuit ab initio illius populi, sed neq; suis eãdem terram adquisiuit meritis, cum fuerit populus durissimæ ceruicis. Vnde & Moses dicit in Deuteronomio: Ne dicas in corde tuo, cum deleuerit eos dominus deus tuus in conspectu tuo, propter iustitiam meam introduxit me dominus, ut terram hanc possiderem, cum propter impietates Psalm. 143
Psalm. 104
Peruersa dilectio Iudæorũ.
Matthæi. 23
Luc. 11
Deuteron. 28

ſuas iſtæ deletæ ſint nationes. Neq; em̃ propter iuſtitias tuas & æquitatem cordis tui in-gredieris ut poſſideas terras eorum, ſed quia illæ egerunt impietatem, introeunte te deletæ ſunt, & ut compleret uerbum ſuum dominus quod ſub iuramento pollicitus eſt patribus tuis Abrahã, Iſaac, & Iacob. Scito igitur quod non propter iuſtitias tuas dominus deus tuus dederit tibi terram hanc optimam in poſſeſſionem, cum duriſſimæ ceruicis ſis populus. Recte igitur dictum, non habitabunt in terra domini, pro eo ut diceret, non permanebunt in terra, quam dominus dedit illis, quæ nequaq̃ ipſorum erat, ſed terra domini, quia uidelicet nec ipſorum ab initio fuit, nec eã pro ullis adepti ſunt meritis ſuis. Porrò, & alia eſt terra quæ dignius dicatur terra domini ſcilicet terra uiuentium, in qua & Pſalmiſta portionem ſuam eſſe dicit & credit uidere bona domini. Num ergo ſaltem in illa terra poterunt habitare coloni iſti, & ſuſcipiet eos illa terra uiuentium, quos iſta terra Chanaan euomuit? Nequaquam Sequitur em̃. ¶ Reuerſus es Effraim in Aegyptum, & in Aſſyrijs pollutum comedit. Non libabũt deo vinum, & non placebunt ei. Sacrificia eorum quaſi panis lugentium, omnes qui comedunt eum, contaminabuntur, quia panis eorũ animæ ipſorum non intrabit in domum domini. ¶ Recte ergo nõ ſpecialiter dicerat, non habitabunt in iſta terra domini, ſed generaliter, non habitabunt in terra domini: quia uidelicet ſicut de illa corporaliter electi ſunt terra domini, ſic ſpiritualiter atq; inuiſibiliter dãnati ſunt ut animæ ipſorum non intrent in illam cœleſtem domum domini. Quare? Quia reuerſus eſt inquit) Effraim in Aegyptum, id eſt, qui debuerant eſſe filij Abrahæ, Aegyptij facti ſunt uidelicet ſuperbientes in peccatis ſuis, & propter ſuperbiam ſuam excæcati & indurati. Notandum, quia tertio iam in iſta inuectione hoc ipſum dixit, licet uerbis aut ſyllabis paruper demutatis. Supra nanq; dixerat. Aegyptum inuocabant, & ad Aſſyrios abierunt. Ac deinceps Ipſi in Aegyptum conuertentur & oblitus eſt Iſrael factoris ſui. Nunc tertio dicit Reuerſus eſt Iſrael in Aegyptum, & in Aſſyrijs pollutum comedit. Notanda ſunt etiam incrementa mali, ſecundum modos cuiuſq; dictionis. Nam quod ſecundo ait. Ipſi in Aegyptũ conuertentur, plus eſt quã id quod primo dixerat, Aegyptum inuocabant: & quod tertio dicit, reuerſus eſt Effraim in Aegyptũ, plus eſt q̃ id quod ſecundo dixit: ipſi in Aegyptum conuertẽtur. Præterito nanq; tempore dicendo, reuerſus eſt in Aegyptũ, conſummatã diſceſſionẽ exprimit, atq; addendo, & in Aſſyrijs pollutum comedit: peccati uel apoſtaſiæ eius delectationẽ uehemẽter coarguit. Secundũ hæc dicta nimirũ pplus ille de malo in deterius atq; in peſſimũ declinauit. Quando primũ de Aegypto exierant, factẽtes uitulũ, Aegyptũ inuocabãt, dicẽtes, faciamus nobis ducẽ, & reuertamur in Aegyptum ſed ſuæ uolũtati permiſſi nõ fuerunt: Quãdo uero peccatũ illud auxerũt, & recedẽtes à domo Dauid, nõ unũ tantũ, ſed duos uitulos fecerũt, & ſuæ uolũtati permiſſi ſunt, recte ſecundũ illud prophetico ſpiritui dicere cõueniebat, quia ipſi in Aegyptũ cõuertentur. Sed eiuſdẽ cõuerſionis nondũ finis erat. Adhuc em̃ ſuos ad eos dñs prophetas mittebat, adhuc lucerna dauid reſeruabat in tribu Iuda. Vbi tandẽ crucifixerũt Chriſtũ, illuc demũ prophe-ta intuitũ intendẽs, iã p̃terito utitur tẽpore, dicẽdo: reuerſus eſt Effraim in Aegyptũ, id ẽ, Iudæi excæcati ſunt, tenebræ facti ſunt: obſcurati ſunt oculi eorũ, & ſic Pharao & Aegyptus aggrauauit, cor ſuũ addẽdo: Et in Aſſyrijs pollutũ comedit, nõ libabũt deo uinũ & nõ placebunt ei. Euidenter aſtruit, qa quicquid ex tunc quaſi ſacrũ Iudæi comedũt, cũ Aſſyrijs, id eſt, malignis ſpiritibus, pollutũ comedũt: quicquid ex tunc libant quicqd ſacrificãt, non deo placitũ, ſed deo eſt aduerſum, ſecundũ quod & p Eſaiã dicit idẽ deus. Quo mihi multitudinem uictimarũ ueſtrarũ? Holocauſta arietũ & adipẽ pinguiũ & ſanguinẽ uitulorum & agnorũ & hircorũ nolui, Ne afferatis ultra ſacrificiũ fruſtra. Hæc & cætera cũ dicit profecto confirmat p̃ſentẽ prophetiæ locũ, dicẽtis. Non libabunt deo uinũ, & nõ placebunt ei. Et ut exprimeret, quam pollutũ comedit in Aſſyrijs, id eſt, cũ ſpiritibus malignis, q̃ p Aſſyrios ſolent deſignari, protinus ait. Sacrificia eorũ quaſi panis lugentiũ, oẽs qui comedũt eũ cõtaminabũtur. Apud iudeos, cũ pro mortuo ſacrificiũ offerebat, ipſum ſacrificiũ uocabatur panis lugentiũ, uidelicet propter hoc, quia pro mortuo erat oblatũ, in cuius morte parẽtes lugebãt. Et quiſquis in domo mortui comediſſet aliquid uel tetigiſſet, reputabatur immundus. Vnde & aliorſum comedebãt uſq; ad ſeptimũ diẽ, Eſt ergo ſenſus. Sicuti ea quæ

in domo

Pſal. 141
Pſal. 26

Supra. 7
Supra 8

3 Regum. 12

Aſſyrij maligni ſpiritus.
Eſaiæ. 1

Panis lugẽtiũ.

in domo mortui erant, immunda ſiebant, & quiſquis ea comediſſet aut bibiſſet, reputaba-
tur immundus: ſic iſtorum ſacrificia, quæ dominus in Eſaia ſeſe odiſſe teſtatur, immunda
ſunt, & quiſquis inde comedit, contaminatur. Quare? Quia panis (inquit) animæ ipſorum,
ſubauditur, repoſitus: iuxta illud, Quæ eñ ſeminauerit homo, hęc & metet: non intrabit in Galat. 6
domum domini, uidelicet quia ſacrificatur uel offertur extra gratiam domini: extra fidem
Chriſti. Hæc propheta quaſi ad circumſtantes reſpiciens dixerat, nunc ad ipſos, quibus an
te loquebatur, iterum oculos forti zelo terribiles cõuertit & dicit. ⸗ Quid facietis in die
ſolenni, & in die feſtiuitatis domini? ⸗ Hæc ſub interrogatione, ut eos euigilare faceret
exclamauit, cunctisq; qui audiunt in attentionẽ excitatis, rurſum ſe cõuertit, & cauſam red
dit, cur eos tam grauiter percunctatus ſit. Ait eñ. ⸗ Ecce enim profecti ſunt a vaſtita-
te, Aegyptus congregabit eos, Memphis ſepeliet eos, deſiderabile argenti eo-
rum vrtica hereditauit, lappa in tabernaculis eorum. Venerunt dies uiſitationis
venerunt dies retributionis. ⸗ Tanquam diceret. Derident iſti me quaſi promittẽtem
longinquũ diẽ, dũ dico: Quid facietis in die ſolẽni, & in die feſtiuitatis dñi: ſicut mos eoꝝ ẽ
illudere prophetis. Exẽpli gratia, ſicut in Eſaia dicunt. Manda remãda, mãda remãda: ex-
pectta reexpecta expecta reexpecta: modicũ ibi, modicũ ibi: Quoniã ergo nõ credũt diem
illũ, aut certe cõtemnũt, quaſi nõ prope, ſed longe uenturꝫ: ecce de propinquo moleſtũ da-
tur illis argumentũ, ut nõ uacet eis diſſimulare diẽ illũ qandoq; uenturꝫ, quẽ dico ſolennẽ,
quẽ dico dñi feſtiuitatẽ. Ecce eñ profecti ſunt, id eſt, ſine dubio in proximo proficiſcẽtur
à uaſtitate decẽ tribus in Aſſyrios, & reliquiæ duæ in Babilonios. Illuc proficiſcẽtur à ua-
ſtitate, id eſt, hic relinquentes ſolã uaſtationem terræ, uaſtata eñ remanebit gladio & igne.
Qui ſuperfuerũt ex eis, Aegyptus cõgregabit eos, Memphis ſepeliet eos. Hoc ita factum
eſt. Reliquiæ ex Iudæis interfecto Godolia, quẽ rex Babylonis terræ p̃fecerat, cõtra dñi p̃-
ceptũ fugientes Chaldæos, ingreſſi ſunt Aegyptũ: & poſtea (ſicut Hieremiæ teſtatur li- 4. Regum. 25
ber) ibi á Nabuchodonoſor interempti ſunt. Memphis, cuius habitatores ſepelierunt eos, Hieremiæ. 41
ante conditã Alexandriã Metropolis erat Aegypti. Cur cum dixiſſet: ecce profecti ſunt,
ſubiunxerit à uaſtitate, ſatis aperit his uerbis. Deſiderabile argenti eoꝝ, urtica hæreditauit,
lappa in tabernaculis eoꝝ, Longam nimirũ & magnã his uerbis ſignificat uaſtitatẽ, quia
ubi erant quondã domus pulcherrimæ, deſiderabiles, & deſiderabili argento cõparatæ, ibi
lappæ ortæ ſunt atq; urticæ. Ab iſto præſentiũ uel citius uenientiũ maloꝝ argumento, ma
iorum fidẽ capere poterant malorum de longinquo, ut nõ liberet eos ridere uel ſubſannare
ad percunctationẽ dicentis, quid facietis in die ſolenni, & in die feſtiuitatis dñi. Sane dies ille
ſolennis, dies feſtiuitatis domini quis ſit, manifeſtius aperit, cum repetit, & dicit. Venerunt
dies uaſtationis, uenerunt, id eſt, certiſſime uenturi ſunt dies retributionis. Siue cum ſingu-
lariter diem, ſiue cum pluraliter dies dicit, idipſum intendit. ¶ Etenim quod hic dies dicitur
alibi dicitur etiam annus. Nã in Eſaia Chriſtus ipſe dicit. Dies eñ ultionis in corde meo, Eſaiæ. 63.
annus retributionis meæ uenit. Dicitur etiam tempus, ut uere extitit quando dñs noſter in
hunc mundũ uenit, quando & ciuitati, quæ illum uenientẽ cognoſcere noluit, flens ſuper Lucæ. 19
illam, dixit: Et non relinquent in te lapidẽ ſuper lapidẽ, eo quod non cognoueris tẽpus uiſi-
tationis tuæ. Quod illic dicitur tẽpus uiſitationis, & in Eſaia annus retributionis, hic dicun-
tur dies uiſitationis, dies retributionis. Iſtud tempus uiſitationis, iſte dies uel annus retribu-
tionis, uiſitanti domino ſolennis, dies eſt feſtiuitatis: quia ex tunc gloria & honore corona-
tus eſt filius hominis, & ſicut in Canticis Canticoꝝ legimus, dies deſponſionis eius, dies læ
titiæ cordis eius extitit: Illis aũt phreneticis, qui uiſitantis medici gratiã nõ cognouerũt, imò
repulerunt, dies eſt retributionis: dies interfectionis, ſicut de eiuſmodi die Eſaias dicit. Di- Eſai. 22
es eñ interfectionis & conculcationis & fletuum, à dño deo exercituũ in ualle uiſionis. Se
quitur. ⸗ Scito te Iſrael ſtultum, prophetam inſanum, virum ſpiritualem, propter
multitudinem iniquitatis tuæ & multitudinem amentie tuæ ⸗ Iterum conuerſus ad eũ
de quo præcedentia quaſi ad auditores loquebatur, conſiliũ illi præbere atq; cenſatas cogi-
tationes inſinuare nititur. Conſilium quippe ſanum eſt dicentis, ſcito te ſtultum, ſcito te in
ſanum, ſcito te ſpiritualem, id eſt amentem poſt ſpiritualia nequitiæ euntem, ſpiritum erro
ris ſequentem. Iſtud nanq; ſcire, uia uel principium eſt ſapiẽtiæ. Hoc ille de ſemetipſo ſcit

quem reſpexit, quem eruditione ſua dignũ iudicauit ſpiritus timoris domini. Hinc nanq; Salomon dicit. Viſio quam locutus eſt uir, cum quo eſt dominus, & qui, deo ſecum mo-
Prouerbi. 30 rante, confortatus ait: Sultiſſimus ſum uirorũ, & ſapientia hominum non eſt mecum. Nõ didici ſapientiam, & non noui ſanctorũ ſcientiam. Ad magnam ergo uiſionem illum excitare intendit, adhortando, ut ſciat ſe eſſe ſtultum, quia uidelicet hæc eſt uiſio quam locutus eſt uir, cum quo eſt deus Hoc & Apoſtolus intendens. Si quis (ait) ſibi uidetur inter uos eẽ
1 Corint. 3 ſapiens, ſtultus fiat ut ſit ſapiẽs. ¶ Nec uero abs re taliter, ſed pro negocio magno illum po-
Inf ati ſcientia Iudæi. pulum admonet, quia uidelicet fere nullius gentis homines adeo delectantur uideri ſapiẽtes aut ſcientes & magiſtri, ut homines populi Iſrael. Iccirco ſpiritu ſuperbiæ decepti, magiſtri facti ſunt erroris, quia nolunt eſſe diſcipuli ueritatis. Inde eſt illud uæ quod illis dominus enunciat his uerbis, Væ uobis legiſperitis, quia tuliſtis clauim ſcientiæ. Ipſi non introiſtis, & eos qui introierunt prohibuiſtis. Eſt igitur ſenſus. O Iſrael qui tibi ſapiens uideris, qui cum multa mentis elatione prophetaſti, & prophetis tuis arriſiſti, dicentibus pax pax, & non uenient ſuper uos mala: ſcito te & confitere ſtultum, ſcito & confitere te prophetã
Hieremiæ. 6 inſanum inſanias faſas ſecutum, ſcito te uirum ſpiritualem, id eſt, ſpiritu erroris deceptum & hæc tibi accidiſſe propter multitudinem iniquitatis tuæ, & propter multitudinem amẽtiæ tue. Si eñ hoc ſcieris, ſi iſtud confeſſus fueris, tunc loquente tecum deo, ſapiens fieri poteris, & iniquitates tuæ remittentur tibi. Quod ſi nunc ſcire nolueris, ſcies quando q; & ſine
Sapientiæ. 5 fructu pœnitentiæ pœnitebit te quod ſtultus fueris, iuxta illud ſapientis. Ergo errauimus à uia ueritatis, & iuſtitiæ lumen non luxit nobis, & ſol intelligentiæ nõ eſt ortus nobis, Laſſati ſumus in uia iniquitatis, & ambulauimus uias difficiles, uiam autẽ domini ignorauim⁹. Clamauit ad Iſraelem ſuggerens, imò & inculcans, ut ſciat & confiteatur quod ſtultus ſit. At ille pertinaciter ſtultitiam ſuam defendit, dicens quod ſapiens ſit. Itaq; rurſus ad auditores conuertitur, & conquerendo dicit. L Speculator Effraim cum deo meo propheta laqueus ruinæ factus eſt ſuper omnes uias eius, inſania in domo eius. ¶ Profunde peccauerunt, ſicut in diebus Gabaa. ¶ Recordabitur iniquitatis eorum, & uiſitabit peccata eorum. ⌋ Magna uehementer malitiæ uel præſumptionis admiratio, dũ dicit ſpeculator Effraim cũ deo meo. Quid eñ ẽ ſpeculatorẽ eſſe cũ deo, niſi ſpeculationis ſubti-
Specu lator cũ deo. litate cõtendere cũ deo? Deniq; ſicut pugnare cũ inimico, idẽ eſt q; pugnare cõtra inimicũ, ita ſpeculari cũ deo, idẽ eſt hoc loco quod ſpeculari cõtra deũ. Nõ eñ dixit ſpeculator dei, quod bonũ eſſet. Hoc eñ debet eſſe is, quẽcũq; deus uice ſua pro animarũ cuſtodia uigilaturũ poſuit: ſed dixit ſpeculator cũ deo quod malũ eſt, ſic eñ recte denotatur ille, quicunq; aliquo machinamento diuinis molitur obuiare conſilijs. Hoc egit Effraim, hoc Hieroboã
3. Regum. 12 fecit, Dixit eñ in corde ſuo. Nunc reuertetur regnum ad domum Dauid, ſi aſcenderit populus iſte, ut faciat ſacrificia in domo domini in Hieruſalem, & cõuertetur cor populi huius ad dominũ ſuũ Roboam regẽ Iuda, interficientq; me & reuertentur ad eũ. Et excogitato conſilio, fecit duos uitulos aureos, & dixit eis. Nolite ultra aſcendere in Hieruſalẽ. Ecce dij tui Iſrael, q eduxerunt te de terra Aegypti. Poſuitq; unũ in Bethel, & alterum in Dan. Talis fuit ſpeculator, & ſic aſtute (ut putabat) ſpeculatus Effraim, & hãc ſpeculationẽ cum ſpeculatione dei contulit, prætulitq; illius conſilio uel ſpeculationi dicentis ſibi. Si igitur audieris omnia quæ præcipio tibi, & ambulaueris in uijs meis, & feceris quod rectum eſt coram me, cuſtodiens mandata mea & præcepta mea, ſicut fecit Dauid ſeruus meus: ero tecum, & ædificabo tibi domum fidelem quomodo ædificaui Dauid, & tradam tibi Iſrael, & affligam ſemen Dauid ſuper hoc, ueruntamen non cunctis diebus. Nunquid non melius ſe ſibi prouidere putauit, conſilium aliud excogitando ſibi? Ait ergo. Speculator Effraim cum deo meo Dictum hoc admirantis pariter & dolentis ſonat affectum. Non eñ tantum dixit, ſpeculator cum deo, ſed ſpeculator cum deo meo. ¶ Habuit & prophetas Effraim, uidelicet quales erãt illi quadringẽti quinquaginta uiri, quos uno die Helias interfecit & quales poſtea Iehu ſacrificio ſimulato Baal, quotquot erant, omnes occidit. Imò & ab initio, factis uitulis aureis ſicut ſacerdotes, ita & prophetas Hieroboam ſibimet inſtituit. De quibus erat illle, qui uirum dei uenientem de Iuda in ſermone dominicontra Hieroboam, ſefellit & reduxit ſecum ut comederet & biberet in domo eius: propter quod cum abiſſet

inueni

inuenit eum leo in uia & occidit. Cum ergo dixiſſet ſpeculator Effraim cum deo meo, ſubiunxit atq; ait. Propheta laqueus ruinæ factus eſt ſuper omnes uias eius. Propheta dixit Effraim, id eſt, prophetas habentem, Et quia prophetæ illi ueræ inſanierant, & nihil quod ad ſanitatem pertineret, prophetabant, ſed tantummodo inutilia quædã inſana mente diuinabant, iccirco ſubiunxit atq; ait. Inſania in domo dei eius. Quis autem erat deus eius? Vtiq; uitulus aureus, & talis domus dei erat ea quæ fuerat uocata Bethel, id eſt, domus dei. Illic inſaniam, id eſt, inſanam prophetiam iam tunc fuiſſe manifeſtum eſt. Scriptum eſt enim ſic. 3. Regum. 13
Prophetes autem quidam ſenex habitabat in Bethel, ad quem uenit filius ſuus, & narrabat ei omnia opera quæ fecerat uir dei illa die in Bethel, & uerba quę locutus fuerat ad regem, &c. Eiuſmodi prophetia, quam illi prophetabant, recte hic dicitur inſania. Quid enim inſanius, ut exempli gratia de eodẽ, quẽ nunc commemorauimus, aliquid proferamus. Quid (inquam) inſanius, q̃ quod & illũ uirum dei decepit, & in inobedientiam ruere fecit: ſciens & hoc intendens quod euenit? Exclamauit enim & dixit. Quia inobediens fuiſti ori domini, & non cuſtodiſti mandatum quod præcepit tibi, non inferetur cadauer tuum in ſepulchrum patrum tuorum. Item cum occidiſſet illum leo, & ille ſepeliſſet eum, dixit ad filios ſuos. Cum mortuus fuero, ſepelite me in ſepulchro in quo uir dei ſepultus eſt, iuxta oſſa eius ponite oſſa mea. Profecto enim ueniet ſermo, quẽ prædixit in ſermone domini. Vere iſte inſanus erat, taliter nequam alij, nequior ſibi. Quid enim iſte, niſi per inſaniam ſemetipſum occidit, ſuæq; animæ mortem cum morte aliena apertis perpetrauit oculis? Etenim ò inſane ſi propterea non infertur cadauer eius in ſepulchrum patrum eius, quia inobediens fuit ori domini: Tibi quid fiet qui hoc ſciẽter feciſti, quod factus es inobediens ori domini? Talis prophetia ſic inſaniens propheta, laqueus (inquit) ruinæ factus eſt ſuper omnes uias eius ſubauditur Effraim, & ad illaqueandum intenti omnes erant prophetæ illi, & præualebãt decipiendo ſub nomine prophetarum diuinando aliquid. Quid enim dicebant, niſi quod ille iam dictus dixit. Et ego propheta ſum, ſimilis tui, & angelus locutus eſt mihi in ſermone domini? Si hoc dicendo laqueus factus eſt uiro dei, ita ut falleret eum & reduceret ſecum: quanto magis populum fallebat, & ſuper omnes uias eius laqueum deceptionis tendebãt? Neq; enim ſinebant, ut authoritatem haberet quiſpiam de prophetis domini, cum ſeſe cõferre auderet illi pſeudopropheta, diceretq;, & ego propheta ſum ſimilis tui. Denicq; pugno etiam interdum ſibi authoritatem contrarius propheta contra prophetam domini uendicare non dubitabat: ſicut alio loco ſcriptum eſt. Nunc igitur (ait Micheas ad regem Achab) ecce dedit dominus ſpiritum mendacij in ore omnium prophetarum tuorum qui hic ſunt, & dñs locutus eſt contra te malum. Acceſſit autem Sedechias filius Chanaan, & percuſſit Micheam in maxillam, & dixit: Me ne ergo dimiſit ſpũs domini, & locutus eſt tibi? ¶ Iam ut ad rem ſummam recurram, id eſt, ad tempus dominicæ paſſionis, quo totius prophetiæ caput intendit, Tunc uere propheta laqueus ruinæ factus eſt, quando prophetauit Caiphas, quod Ieſus moriturus erat pro gente. Hoc nimirũ intendens populo inſinuare, q̃ niſi illum interficerent, futurum eſſet, ut uenirent Romani & tollerent eorum locum & gẽtem. Sic nanq; prophetando cunctos illaqueauit, & attraxit in conſenſum peccati: quod uelut laqueus inexplicabilis & loco & genti (ſicut iam apparet) magnæ ruinæ cauſa extitit. Illic populus Iudaicus recte dicendus erat Effraim, qa (ſicut iã ſuperius dictũ eſt) illic Effraim id eſt, decem tribuum recedentiũ à domo Dauid, peccata conſummauit, crucifigẽdo Chriſtum filium & dominum Dauid. Dicatur ergo ſpeculator Effraim cum deo meo, pphe ta laqueus ruinæ factus eſt ſuper omnes uias eius, inſania in domo dei eius, Speculatus eſt enim & quaſi ſpeculando contendit cum deo, putans q̃ conſilium dei ſuo deſtruere poſſet conſilio. Dixit enim. Quid facimus, quia hic homo ſigna multa facit? Si dimittimus eum, ſic omnes credent in eum? Deus autẽ econtra ſpeculabatur, quod ſi non dimitterent eum, ſi omnes crederent in eum. Sed & in omnibus quæcũq; aiebat uel dicebat dominus, ſpeculator aderat ille Effraim, ille falſitatis fabricator phariſaicus liuor, ut illius admiranda opera uel negarent, uel ſiniſtra interpretatione deprauarent, & ut eum aliquando ſaltem in ſermone caperent. Vnde Pſalmiſta, cum dixiſſet: Inimici mei dixerunt mala mihi, quando morietur & peribit nomen eius, continuo de quolibet illorũ ſubiunxit, Et ſi ingrediebat foras, ut

Cayphas ſpeculator cũ deo Iohã. 11

Pſal. 48

uideret, uana loquebatur, cor eius conbregauit iniquitatē ſibi. Egrediebatur foras, & loquebatur in idipſum. Et eſt ſenſus. Siquis illoꝝ accedebat ad ſermonē uel cōuictū meū, ad hoc tantum accedebat ut inſidiaretur mihi, & egrediens ad eos, loquebatur in idipſum, id eſt, ſecundum ipſam iniquitatē, quā cor eius congregauit ſibi. Nimirū quia ſic malicioſe egit ille Effraim, ecce inſania in domo dei eius: inſanta (inquā) quā totus orbis audiuit. Inſanierūt em̄ ex tunc horribiliter ſedicioſi, & illā ſeditionē quā in Barraba latrone maluerūt hæreditare, condemnato Ieſu pacis principe, ſic uētilauerūt intus obſeſſi, ut ſicut Ioſephus teſtatur) admirationem ſimul & dolorem facerent obſidentibus Romanis. Fiebat aūt hoc maxime in tēplo, cuius p̄ūdio firmiſſimo ſedicioſi male utebātur. Recte ergo dictū, inſania in domo dei eius. Et quis erat deus eius, niſi mammon, cui ſeruiendo, domū illā fecerant ſpeluncā latronū, & in eo diu latrocinati fuerant? O inexcuſabilem maliciam illoꝝ. Profunde (inquit) peccauerunt ſicut in diebus Gabaa, id eſt, Sicut facere cœperunt in diebus Saul, qui fuit de Gabaa: quando dominus, non ignorans quantū in profundū peccati deſcēdere cœpiſſent
1. Reg. 8 ac peruenturi eſſent, dixit ad Samuelē: Audi uocē populi in omnibus quæ loquuntur tibi Non em̄ te abiecerunt, ſed me, ne regnē ſuper eos. Deniq; nō ſtatim factum eſt, ut nō regnaret dominus ſuper eos, p̄ſertim cū poſtmodū, amoto Saul, Dauid illis regē dederit ſecundum cor ſuū: ſed certiſſime futuꝝ erat, ut qđ facere cœperant, dicendo: conſtitue nobis regē ſicut & uniuerſæ habent nationes: itēq; nequaq̄ audiem⁹ te: rex enim erit ſuper nos, & erimus nos quoq; ſicut oēs gētes. Hoc ipſum perficerēt, negādo Chriſtum regem, & dicēdo, nō habemus regē niſi Cæſarē. ¶ Hoꝝ quidē med. ū fuit, q̄ decē tribus receſſerūt à domo Dauid, Hieroboam, & uitulos aureos ſecuti, ſed tota ſerie temporꝝ uel generationū, unus idēq; extitit funiculus peccati, q̄ merito deberēt, dño flagellāte, de tēplo & de regno ei⁹
Matthæi. 23 eiect̄i. Hoc eſt qđ protinus dicit. Recordabitur iniquitatis eoꝝ, & uiſitabit peccata eoꝝ ut uidelicet, quemadmodū dixit: ueniēt hæc oīa ſuper generationē iſtā: duplicē recordationis, & uiſitationis recipiant uindictā, temporalem pariter & æternā. Et ut manifeſtū ſit, hoc idē intēdere ſpiritū propheticū qđ dñs intēdit, dicēdo, (ut iam dictū eſt) ueniēt hæc oīa ſup gñrationē iſtā, q̄ ſcilicet ſuperiora patrū peccata portare debeāt imitores filiꝝ repetit altius, & dicit. ¶ Quaſi uuas in deſerto inuenī Iſrael, quaſi prima poma ficulnee in cacumine eius vidi patres eorum. Ipſi autem intrauerunt ad Beelphegor & abalienati ſunt in confuſionē, & facti ſunt abominabiles, ſicut ea que dilexerunt Effraim, quaſi auis auolauit, gloria eorum a partu & ab utero & a conceptu. ¶ Hic iam ipſa dei p⁹ſona loquēs in propheta, peccata ipſa q̄ uiſitāda erāt, commemorās, prius ſua breuiter quidem, ſed mirabiliter ad memoriā audientiū beneficia, reuocat, ut ingratitudinē illoꝝ contra quos ſermo eſt, quilibet perpendens, admiretur cū Moſe, & dicat. Generatio praua atq; peuerſa, hæccine reddis dño populo ſtulte & inſipiens? ¶ Quaſi uuas (inquit) in deſerto inueni Iſrael, Iſrael hoc loco totū bonū, totum electum oportet intelligi. Nam econtra per Effraim, qui quaſi auis auolauit, omnes illi ſunt intelligendi, qui tantūmō filiꝝ carnis & non filiꝝ ſunt promiſſionis: quoꝝ iccirco gloria dicitur eſſe à partu & ab utero & à conceptu, quia in ſola carne gloriantur Abrahæ: atq; iccirco non eſtimantur in ſemine. Iſrael ergo quaſi uuas inueni, id eſt, ſic ſuper filiꝝs Iſrael credentibus in me gauiſus ſum, quomodo gaudet q̄ſpiam cum intranſitu uel itinere dulces ad comedēdū uuas inuenerit. Iſta inuētio gratię fuit. Vbinam inueni? In deſerto, id eſt, in tali loco, ubi mirum fuit uuas naſci: ubi pro magno habendum ſit, Iſraelē, id eſt, animas deum uidentes ſiue rectas potuiſſe inueniri. Deſertum illud, fuit terra Aegypti, quia uidelicet deſertum eſt terra uel gens omnis, quæ deum uerum deſerens, uel non habens, ab eodem iuſte deſerta eſt. Non ſolum autem deſertum, uerūetiā loc⁹ erat horroris, iuxta illud Deuteronomij. Inuenit eā i terra deſerta, in loco horroris, & uaſtæ ſolitudinis. Et quidem illud quoq; deſertū per qđ circumduxit eos quadraginta annis, hic ualet intelligi, ſed magis horridū erat illis deſertū ipſa Aegyptus, ubi ſeruientes in operibus luti & lateris hoc ipſum uapulabant, qđ quaſi deſertos ſe eē gementes, ad dñm uociferabātur. Quod illic inuenit Iſrael quaſi uuas, id eſt, quod audiuit gemitum eoꝝ, ꝓpter electionem patrū fecit: ſicut ſcriptura teſtatur, ubi p̄miſſo, q̄ aſcendit clamor eoꝝ ad dominum, p̄ opertbus, & audiuit gemitū eoꝝ: continuo ſubūctū eſt. Acrecordatus eſt fœderis

Deutero. 32 Iſrahel bonus, Effraim malus

quod

quod pepigerat cũ Abrahã, Iſaac, & Iacob, reſpexitq; dominꝰ filios Iſrael & liberauit eos. Bene ergo cum dixiſſet, quaſi uuas in deſerto inueni Iſrael, continuo ſubi unxit. Quaſi prima pome ficulneæ in cacumine eius uidi patres eorũ. Et eſt ſenſus. Quando gemitum eorũ audiui, recordatus ſum phœderis qđ pepigi cũ patribꝰ eorũ. ¶ Quomodo aũt patres illi, uel qua ſignificatione quaſi prima poma ficulneæ dicantur, ille locus ſcripturæ nos inſtruit, q̃ Adam & Eua cũ admiſſo pcto cognouiſſent ſe eẽ nudos, cõſuerũt folia ficus, & fecerũt ſibi perizomata. Recte nanq; genus humanũ ꝓpter hoc ipſum ficulnea dicitur, qa primi patres generis humani tranſgreſſores facti, foliis ſiculneæ ſtudenda cõtexiſſe noſcũtur. Cuius nimirũ ficulneæ quaſi prima poma fuerunt patres eorũ, quia uidelicet primis ſeculi temporibus iſti de humano genere deo placuerunt. Non quaſi prima folia, ſed quaſi prima poma (inquit) inueni patres eorũ. Quanto meliora ſunt foliis poma, tanto utiliores cætera multitudine hominũ inueni patres eorum. ¶ Etenim qđ non ſine gemitu recolendũ eſt, ficulnea hæc multum in foliis luxuriata eſt, multa cito folia dilatauit, pauciora uero poma tardiꝰ ꝓtulit. Homines quos more ſuo natura produxit extra benedictionẽ uel grãm creatoris dicẽtis: Creſcite & multiplicamini, & ad illam pertinẽtes irã, qua mulieri poſt admiſſum peccatũ dixit: Multiplicabo ærumnas tuas & conceptus tuos, huius ficulneæ non poma, ſed folia ſunt. Porrò, filij benedictionis poma ſunt eſuſdẽ arboris, & patres Iſrael (de quibus iã dictũ eſt) quaſi prima poma fuerunt in ſummitate arboris: quia pro merito primæ fidei principatũ obtinẽt, & ſumm i ſunt in uniuerſitate generis humani. Ipſi aũt (inquit) intrauerunt ad Beelphegor. Non ſolũ hoc fecerũt, ſed inter omnia q̃ fecerunt hoc fuit turpiſſimũ, q̃ ſpiritu fornicationis ſeducti per mulieres Madian initiati ſunt Beelphegor, quẽ latini nuncupant Priapũ. Et hoc factẽtes abalienati ſunt (ait) in confuſionẽ, id eſt, alieni facti ſunt, & nõ filij patrũ aliũ quos uidi, quos cognoui, quos elegi, ut eſſem deus eorũ & ab illa gloria traducti ſunt in confuſionẽ, in ignominiã dei ſui, uentris ſui, & eorũ quæ ſub uẽtre ſunt, comedendo ſacrificia mortuorũ & fornicando cũ mulieribus, quæ illos ad ſacrificia ſua uocauerunt. Vis ſcire quantam in confuſionem abalienati ſunt? Et facti ſunt (ait) abominabiles, ſicut ea quæ dilexerũt. Ergo facti ſunt ſicut Beelphegor, ad quem intrauerunt. Et reuera ſic facti ſunt, teſtante alio propheta, cũ dicit de ſimulachris eiuſmodi. Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Et notandum q̃ neq; iſte dixit, & facti ſunt abominabiles ſicut quæ fecerunt, ſed ſicut ea quæ dixerunt: neq; ille tantũmodo dixit, ſimiles illis q̃ faciunt ea, ſed addidit, & omnes qui confidunt in eis. Talis unuſquiſq; eſt, quale illud eſt qđ diligit, uel in quo confidit, & hoc adeo uerum eſt, ut qui deum diligunt uel qui de deo confidunt, authoritate ſanctæ ſcripturæ dicantur etiam dij uel filij dei. Cæterum ſi quis faciat iniquitatem & non etiam diligat, nondum recte dicitur abominabiles ſicut illa quæ fecit. Poteſt enim fieri, ut recuperet honeſtatem & beatitudinem, deo contegente mala eius facta, iuxta illud Pſalmiſtæ. Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Nomen eorum qui dilexerunt male quæ fecerunt, confeſtim exprimit, dicendo. Efraim quaſi auis auolauit. Etenim peccata Effraim, id eſt, Hieroboam qui fuit de tribu Efraim, tempore illo erant uituli aurei, & peccata illa ſic dilexerunt, ut ne unus quidem de regibus decem tribuum receſſerit ab eis, atq; iccirco cuncti quicunq; uel prius uel poſterius fuerunt, ſuam diligentes iniquitatem, recte hic denotantur nomine Effraim. Et uide qualiter oppoſuerit, Iſrael quaſi uuas inueni (inquit) & patres eorum quaſi prima poma in cacumine ficulneæ uidi. Effraim autem quaſi auis auolauit. Secundum ſimilitudinem hanc ſæpe contingit in eadem uite, qua dependet uua, ſuper eandem ficulneam in qua dulcia inſunt poma, plerunq; auis ſedet ſibi, ſed longe aliter ad uotum uel commodum agricolæ ꝓpius accedẽtis. Denicq; uua pomumq; manũ eius expectat, ut carpat & in os ſuum mittat auis autem exiliens euolat. Sic nimirum Effraim, quicunq; ille eſt filius carnis non promiſſionis, non expectauit manum domini, non uoluntati eius paruit: ſed indomitus effugiens, regem ſuum Dauid dereliquit, Chriſtum filium Dauid denegauit. Iſrael autem, quicunq; extitit filius promiſſionis, radici bonę inhęrerẽs, atq; inde trahens amoris pinguedinem prę ſtitit & tanquam uua, uel ut pomum ficulneæ, colligentem atque eligentem dominum delectauit. In quo gloriatur uua iſta uel pomum iſtud ſocium radicis, quod portat illa

paternæ

Ficulnea genꝰ humanum. Gene. 3

Plura folia q̃ poma huius ficulneæ.

Num. 25

Pſal. 113

Pſalm. 81 Iohan. 10

paternæ ſidei radix, in eo gloriari nequaq̃ illa poterit auis, ille uolatilis & refuga Effraim. Sed quid? Gloria eorꝝ (inquit) à partu & ab utero & à conceptu. Et eſt ſenſus. In eo gloriãtur quod ſecundum carnem ſemen ſunt Abrahæ, quod ſecundum carnem ſemen faciunt in Iſrael, quod uxores eorꝝ multum pariunt, ꝙ uteri nuptiarum ſteriles non ſunt, ꝙ conceptus eorum multiplices ſunt. In huiuſmodi gloriantur & dicunt. Semen Abrahæ ſumus, pater noſter Abraham eſt. **Quod ꝛ ſi enutrierint filios, abſqꝫ liberis eos faciam in hominibus.** ⌋ Ac ſi dicat. Gloriantur ipſi, tanq̃ cõmodi, & multũ prole ſua conferentes Iſraheliticæ carni, ſed palam faciam, ꝙ non delecter ego in multitudine filiorꝝ, qui non promiſſionis uel fidei, ſed tantummodo carnis ſunt filij. Nam & ſi enutrierint & educauerint, ſi uſqꝫ ad adoleſcentiã, & uſqꝫ ad iuuenile robur, gloriam partus, gloriã uteri & cõceptus ſui perduxerint: faciam ut abſqꝫ liberis ſint, ut cadant in gladio filij corã parentũ oculis, nulloſqꝫ genuiſſe filios, illis potius optabile ſit. Non aũt iſto contentus ero **Sed ꝛ ve eis cũ receſſero ab eis.** ⌋ Ac ſi dicat. Non ſolũ hoc malũ erit eis, ut fiant abſqꝫ liberis, ut cadant in ore gladij materialis filij, quos enutrierint: ſed poſtquam ſic receſſero ab eis, poſtquam ſic tradidero illos in manu hoſtili, ſequitur adhuc uæ, id eſt, iudicium æternæ damnationis, iuxta quod & Pſalmiſta, cum dixiſſet: Tradentur in manus gladij, confeſtim addidit, partes uulpium erunt. Idem enim eſt, ac ſi diceret: Corpora illorꝝ gladijs, animæ uero tradẽtur ſpiritibus malignis. Quã ob cauſam? Ait. **Effraim (ut uidi) Tyrus erat fundata in pulchritudine.** ⌋ Et eſt ſenſus. Iccirco tam terribile portabũt iudiciũ, corpore & anima dãnati, quia peccatũ eorꝝ non ex ignorantia uel infirmitate procedit, ſed ex ſuperbia quã p Tyrꝝ notũ eſt ſignificari. Exempli gratia, cũ ad Ezechielẽ dñs dicit: Fili hominis dic principi Tyri. Hæc dicit dñs deus. Eo ꝙ eleuatũ eſt cor tuũ, & dixiſti, deus ego ſum, & in cathedra dei ſedi in corde maris, cũ ſis homo & nõ deus, & dediſti cor tuũ quaſi cor dei. Et ſubinde. Hęc dicit dñs deus. Tu ſignaculum ſimilitudinis, plenus ſapiẽtia: & perfectus decore in delicijs paradyſi dei fuiſti. Cũ ergo pręmittens, abſqꝫ liberis eos faciã in hoib⁹, ſed & uæ eis, cum receſſero ab eis, ſtatim ſubiungit. Effraim Tyrus erat, fundata in pulchritudine, miro mõ iuſtæ damnationis cauſam reddit ſufficiẽtem, id eſt, ſuperbiæ magnitudinẽ. ¶ Et recte p Tyrũ uitiũ deſignatur peccatoris ſuperbientis, peccata ſua defendentis: quia uidelicet ſicut Tyrus circũuallata mari, nõ ſine periculo pugnantiũ poterat impugnari: ita quicũqꝫ eiuſmodi eſt, non ſine periculo redarguentiũ ſolet redargui: ut hic idẽ populus, q redarguẽtes prophetas & ipſum dñm prophetarꝝ occidit. Et notãda qualitas diſtinctionis, cũ dicit: Effraim (ut uidi) Tyrus erat. Idẽ eſt ac ſi dicat. Effraim in oculis meis ſuperbus apparebat. Grauiſſimæ nanqꝫ denotationis eſt, ſuperbũ quẽqꝫ dici in oculis dñi: ſicut ecõtra humilẽ eſſe uel dici in oculis dñi, magnæ approbationis eſt. Porrò, pulchritudo eſt de q̃ dicit, fundata in pulchritudinẽ: falſa eſt & nana, qua ſuperbi oẽs ſibimet pulchri uidẽtur, dũ ſuas ſordes cognoſcere dediguãtur: quin & iraſci ſolẽt, dũ illis à corripiẽte, ꝙ ſordidi ſint, aliquo mõ ſuggeritur. Sic Tyrus fundata eſt, ſic ſibi ſtare uidetur, q ſuperbꝫ & errogãs eſt. Propẽa iuſtũ eſt Effraim pati id qđ iã dictũ eſt. Et hoc ipm repetitur, cũ protinus ſubiungit. **Effraim educit ad interfectionẽ filios ſuos.** ⌋ Ac ſi dicat. Propterea, ſicut iã p̃miſi dicens, abſqꝫ liberis faciã eos: ita nunc repetens dico. Effraim educit ad interfectionẽ filios ſuos, id eſt, interficiendos & morti deſtinatos generat filios, imò & ipe interficit eos malo exẽplo, ut perinde interfici antur gladio. Sequitur. ⌋ **Da eis dñe. Quid dabis eis? Da eis uuluã ſine liberis, ꝛ ubera arentia.** ⌋ Mira inclamatio, mira poſtulatio. Audierat propheta magnã iuſtæ ſentẽtiæ ſeueritatẽ, iuſtã filiorꝝ interfectionẽ: & mirabiliter infeliciũ parentũ miſeratus anguſtiã exclamauit & dixit. Da eis dñe. Statimqꝫ ſermone nondũ pa.to, datũ qđ quærit dolenter apud ſemetipſum ꝑpendens ꝑcunctatur & dicit. Quid dabis eis? Quid uolo ut des illis? Nũ quid ut ſalui ſint? Nunquid ut uæ non ſit illis, aut ut uiuant cũ liberis? Non utiqꝫ tale quid poſtulare auſus ſum, ſed da eis uuluam ſine liberis & ubera arentia. Quare? Nimirum quia dies illi tales erunt ut dicant: Beatæ ſteriles & uentres quæ nõ genuerunt, & ubera quæ nõ lactauerunt. Hoc ſciens ipſe dominus, cum ad crucifigendum duceretur dixit mulieribus, quæ plangebant eum, & lamentabantur. Filiæ Hieruſalem nolite flere ſuper me, ſed ſuper uoſipſas flete & ſuper filios ueſtros: quoniam ecce uenient dies in quibus dicent:

Beatæ

Iohan. 8

Pſalm. 67

Ezech. 28

Tyrus ſuperbiæ ſymbolum.

Pulchritudo uana ſuperbor.

Lucæ. 23

Beatæ ſteriles & uentres quæ nõ genuerunt, & ubera quæ non lactauerunt. Itaq; iccirco da eis uuluam dñe ſine liberis, quia beati uentres qui non genuerunt: & iccirco da eis ubera arentia, quia beata ubera quæ non lactauerunt. O infelix fœcunditas, & fœcunda infelicitas: cuius in comparatione ſterilitas, quæ in illa gente pro maledictione reputabatur, beatitudo eſt. Hæc interlocuto propheta, rationẽ ſuã proſequitur in ſua ꝑſona diuina maieſtas, & dicit. L Omnes nequitiæ eorum in Galgalis, quia ibi eos eroſos habui. J Supra dixerat: Væ eis cũ receſſero ab eis, &c. nunc dicit: Omnes nequitiæ eorũ in Galgalis. Et eſt ſenſus. Non mireris ò propheta, nec tibi plus iuſto dura uideatur ſententia ſiue ultio nimis feſtinata, quia nequitiæ eorũ quæ uindicantur, propter quas ſententia profertur, non nouę ſunt, ſed inueterauerunt: & ab antiquis diebus ſemper in peius profecerunt. Peius nanq; in Galgalis q̃ in Bethel idola coluerunt, quia uidelicet idolum uitulinum in Bethel coluerunt temporibus Regum: ſed ſupra iam temporibus Iudicum in Galgalis nequiter egerint, habendo illic idola, ſicut ſcriptum eſt in libro Iudicum. Cunq; obtuliſſet Ahoth regi Eglon munera, proſecutus eſt ſocios qui cum eo uenerant, & reuerſus de galgalis ubi erant idola, uerbum (ait) ſecretum habeo ad te ò rex. Et poſt pauca Ahoth autẽ, dum illi turbarẽtur, aufugit, & pertranſit loca idolorũ unde reuerſus fuerat. Et pulchre dictũ, quia de loco idolorũ, id eſt de Galgalis, reuerſus fuerat: animo quippe idololatriã, quã ſectabatur Iſrael, reliquerat. Et miro modo ante hæc in eodem libro ſcriptum eſt. Aſcenditq; angelus domini de Galgala ad locum flentium, & ait. Cur hoc feciſtis? Deniq; iccirco de Galgala, ubi erãt idola (ſicut iam dictũ eſt) angelus domini ad eos aſcendiſſe dicitur, ut ſubintelligas eũ ad uidendas nequitias deſcendiſſe illuc eodem deſcenſionis modo, quo alibi dictũ eſt. Clamor Sodomorũ & Gomorræ multiplicatus eſt, deſcendam & uidebo utrum clamorẽ, q̃ uenit ad me, opere cõpleuerint, an nõ eſt ita, ut ſciam. Præterea regẽ ſibi fecerunt Saulem, cõtra uolũtatẽ dñi, & cũ dñs nõ lætaretur in eis, imò diceret ad Samuelem, nõ te abiecerunt, ſed me, ne regnem ſuper eos: iuxta omnia opera ſua quæ fecerunt à die qua eduxi eos de Aegypto uſq; ad diẽ hanc, ſicut dereliq̃rũt me, & ſeruierũt dijs alienis, ſic facinut etiã tibi: ipſi rãtũ cõtãnentes offenſionem ſiue cõquæſtionẽ dñi, lęrabantur, ſicut illic manifeſte ſcriptũ eſt. Et immolauerunt ibi uictimas pacificas coram dño, & lætatus eſt ibi Saul, & cuncti uiri Iſrahel nimis. Vere uimis, quia nimiũ eſt homines lætari cũ malefecerint, & exultare in rebus peſſimis: ſicut lætabãtur hi cũ tã male feciſſent, ut dñm abhĩcerent ne regnaret ſuper eos. ¶ Vñ & hoc ualde notãdũ, qa lætitia taliter lætãtiũ ibidẽ in confuſionẽ uerſa eſt, Illic em̃ Saul ꝓſumptoſe cõtra legẽ, qui non erat de tribu Leui, holocauſtũ obtulit, & propter hoc audire meruit. Nequaq̃ regnũ tuũ ultra conſurget. Quæſiuit dñs ſibi uirũ iuxta cor ſuũ, & præcepit ei dñs ut ſit dux ſuper populũ ſuũ, eo quod nõ ſeruaueris quæ ꝓcepit dñs. Igitur nõ nouæ ſunt nequitiæ, propter quas nunc prædico uæ illis, quia iamdudũ iſtę illorũ nequitiæ fuerunt in Galgalis, & ibi lætati ſunt in rebus peſſimis. Et iccirco nõ plus iuſto feſtina nunc ẽ ſententia iudicantis: quia ſicut lætati ſunt in malis, ita nõ deſinent lætari, donec loquãtur ſuper me labrijs, & moueant capita ſua, dicentes: Vah quideſtruit templũ dei, &c. Ibi (inquit) exoſos eos habui. Vbi? In ipſis nequitijs, quia ſic nequiter egerunt & agunt, ut etiã exultẽt in rebus peſſimis. L Propter malitiam adinuentionum eorũ de domo mea eiiciam eos, non addam ut diligam eos. J Hoc iã tertio factũ eſt. Prius nanq; in Aſſyrios decẽ tribus eiecit dñs de domo ſua, id eſt de Bethel, qđ interpretatur domus dei, quod nomen Iacob urbi impoſuit. Hieroboam uero fecit illã eſſe domũ idoli, ponendo illic unum deuitulis aureis. Deinde tribũ Iuda eiecit de domo ſua, id eſt de tẽplo, qđ erat in Hieroſolymis, & in Babylonẽ tranſmigrare fecit. Verũtñ tunc̃ addidit, ut diligeret eos: reduxit enim eos ſoluta captiuitate poſt ſeptuaginta annos. Porrò iã tertio ſic eiecit eos de domo ſua, ut hoc iꝑm terribili ſigno ſignificare ſignũ duceret, cũ flagello eĳciens uẽdẽtes & emẽtes de tẽplo, dicẽs eis: Scriptũ eſt, dom⁹ mea dom⁹ oꝛonis uocabitur, uos aũt feciſtis illã ſpelũcã latronũ. Ita eiectis illis, poſtmodũ (ſicut illic ſignificatũ eſt) ut caderẽt in ore gladij, & captiui ducerentur in oẽs gentes, nõ addã (inquit) ut diligã eos, quia uidelicet cũ ſic in ꝑſenti puniantur, nõ eueniet illis remiſſio ſaltẽ in futuro ſeculo. Sciendum autem quia de domo ſua neminẽ deus eĳcit, niſi eum qui ſponte ſua mente auerſa, recedit. Sequitur ergo, & cauſam dicit, cur de

Galgala, vetus idolorum locus.

Iud. 3

Iud. 2

Geneſis. 18

1. Regum. 11

Prouerb. 2

1. Regum. 15

Matthæi. 28

Ioh. 7

domo

domo ſua ſeſe illos eiicere prædixerit. **Omnes principes eorum recedentes.** ¶Idem enim eſt ac ſi dicat. Iccirco de domo mea eiiciam illos, qa principes eorꝝ omnes recedentes ſunt. Omnes animo receſſerunt, & quãuis labijs me honorent, cor eorꝝ longe eſt a me. Et q
Eſai 26 dem de regibꝰ decẽ tribuũ palàm ſcriptura refert, quia omnes recedẽtes à deo fuerunt: nullus eñ illorꝝ receſſit à peccatis Hieroboã, qui peccare fecit Iſrael. Porrò deſcribis & phariſæis & principibus ſacerdotũ, quod uere recedentes fuerint, deus ipſe iudex fuit & teſtis: di
Luc. 16 cẽte ſaluatore. Vos eſtis qui iuſtificatis uos coràm hominibus, deus aũt nouit corda ueſtra, & cæterahuiuſmodi. Itaqꝫ ſi quæris, cur de domo ſua illos deus eiecerit, cur in eccleſia uel in domo dei non ſint recepti, dicit tibi: quia oẽs ipſi recedentes ſunt, id eſt, quia priusq̃ corpore uiſibiliter eiicerẽtur, mente receſſerũt, animo longe fuerũt: & iccirco etiã corporaliter eiecti ſunt, & ipſa (quæ ſola diligebãt) terrena, domus dei lucra uel cõmoda perdiderũt. His dictis, & tali cauſa reddita, confeſtim ſententiam quam præſcripſerat, cõfirmat: reperens ita. **Percuſſus eſt Effraim, radix eorum exiccata eſt, fructum nequaquam facient. Quod ſi genuerint, interficiam amãtiſſima uteri eorum. Abijciet eos deus meus, quia non audierunt eum, & erunt uagi in nationibus.** ¶Quid eñ ſupra dixerat, qꝺ & ſi enutrierint filios, abſqꝫ liberis eos factã in hominibus, idẽ nũc repetit dicẽdo, qꝺ & ſi genuerint, interfictã amantiſſima uteri eorꝝ. Porrò quod ait, percuſſus eſt Effraim, radix eorũ exiccata eſt, fructũ nequaq̃ facient: multũ erat ſecundũ ſenſum ipſorũ, ut ſuperius dixerat, gloria eorꝝ à partu eſt, & ab utero, & à conceptu. Dũ enim gloriãt in carnis fructu, & multiplici partu ſiue conceptu contendũt non impleri in ſe quod nunc ait, radix eorꝝ exiccata eſt, fructũ nequaq̃ facient. Cũ ergo hoc dixiſſent, recte & opportune, quaſi dicta corrigẽs, ſententiãqꝫ integrã perficiens, cõtinuo ſubiunxit. Quod & ſi genuerint, interficiã amãtiſſima uteri eorum. Ac ſi dicat. Quàmdiu genuerant, & fructũ uentris multiplicant, uidetur eis qꝺ fructũ faciant: nõ putant qꝺ radix eorꝝ exiccata ſit, uel qꝺ ſint percuſſi ferro abſciſionis, & de terra uiuentiũ eradicati: ſed amantiſſimorꝝ occiſione filiorꝝ diſcrutiati, clamabunt & dicent, quod filios non genuiſſe melius fuiſſet ſibi. Hæc deo dicente, ſtatim in ſua perſona prophe ta, ueræ ac iuſtæ ſententiæ teſtis conſonat & dicit. Abijciet eos deus meus, quia nõ audierunt eum, & erunt uagi in nationibus. Quibus utiqꝫ uerbis utranqꝫ damnationẽ exprimit, de qua iam ſuperius dictũ eſt: quia uidelicet & ſecundũ animã regno dei priuati ſunt, quos deus abiecit: & ſecundum corpus captiui, ſuoqꝫ loco expulſi, qui uagi ſunt in nationibus, iccirco quia non audierũt eũ, id eſt, non quia nõ intellexerũt, ſed quia intelligere noluerunt.

Sequitur. **Elitis frondoſa Iſrael, fructus adequatus eſt ei. Secundum multitudinem fructus ſui multiplicauit ſibi altaria iuxta ubertatem terre ſue exuberauit ſimulachris.** ¶Supra dixerat, radix eorꝝ exiccata eſt, fructũ nequaq̃ facient: nunc aũt dicit uitis frondoſa Iſrael, fructus adæquatus eſt ei. Et exponẽs quid dixerit, fructus adæquatus eſt ei, ſubiunxit atqꝫ ait. Secundũ multitudinẽ fructus ſui multiplicauit altaria, iuxta ubertatem terræ ſuæ exuberauit ſimulachris. ¶Ergo ubi dicit, fructũ nequaq̃ facient, ſubaudiendũ eſt, bonũ: & exiccata eſt radix eorꝝ, ſubauditur ab omni pinguedine fidei uel dilectionis dei: hic aũt ubi nunc dicit, uitis frondoſa Iſrael, fructus adæquatus eſt ei, ſubauditur malus Fructus nanqꝫ malus altaria ſunt multiplicia, ſimulachra exuberantia, fructus ille, cuius ſecundũ multitudinẽ altaria uel ſimulachra multiplicauit, altaria ſubiungens, iuxta ubertatẽ terræ ſuæ exuberauit ſimulachris, fructus iſte, ſcilicet ubertas terræ in rationibus diuinitatis nec bonus eſt nec malus eſt: ſed utriuſqꝫ, ſcilicet boni & mali medius, uidelicet qui boni fructus, id eſt, bonorꝝ meritorꝝ, quædã tẽporalis merces eſſe debuerit: ſed per prauitatẽ male utentiũ quoddã malorꝝ operꝝ inſtrumentum factus ſit. Proinde ſuapte natura in iudicio diuinitatis neqꝫ malus neqꝫ bonus iſte fructus meretur addici, ſed (ſicut iam dictũ eſt) utriuſqꝫ ſcilicet boni ac mali medius: ille aũt, de quo dixerat nequaq̃ fructũ facient, ſine dubio bonꝰ & ille, de quo ſubiunxit, Fructus adæquatus eſt ei, ſecundũ multitudinẽ fructus ſui multiplicauit altaria: ſine dubio fructus intelligitur malus, Fructus bonus & fructus malus mira inuectione diſcernitur in Eſaia, dũ in illo dicit deus de iſta uitæ frondoſa. Et expectaui ut faceret iudicium, & ecce iniquitas, & iuſtitiã, & ecce clamor. Et qdẽ quo tẽpore uitis hæc frondoſa, ſcilicet Iſrael, à domo Dauid receſſerat, non ualde multorꝝ deorꝝ altaria enarratur

CAPT. XV

Duplex fructꝰ bonus ſcilicet & malus.

Eſai. 5

feciſſe

feciſſe ſibi ſiue ſimulacra: niſi tantũ uitulorũ duorũ, quorũ alterũ poſuit in Bethel, & alterũ in Dan, ſed hoc ipſum iure multiplicitatis arguitur, quia multũ eſt, extra unius dei altare habere uel unũ altare aliud. Sic eotẽpore quo in tantũ receſſit à domo Dauid, ut ipſum crucifigeret filiũ Dauid, nõ alios legitur habuiſſe deos, quinimò de unius ueri dei cultu plurimũ ſuperba religione gloriabatur, ſed in hoc altariũ atq; ſimulachrorũ multiplicitas recte condemnatur, q̃ ueri & ſummi ſacerdotis Chriſti ſecũdũ ordinẽ Melchiſedech, altare uel ſacrificiũ refugiens, altare aliud, altare ſuũ, & ſacrificiũ ſanguinis hircorũ & uitulorũ ſibi obfirmauit, nimiũ intendens auaritiæ, quæ eſt ſimulachrorũ ſeruitus. Porrò fructũ ſuũ uitis hæc in eo male ſibi adæquauit, qđ ſecũdũ amaritudinẽ radicis ſiue cordis ſui aceto, ſiue uino myrrhato ſitientẽ in cruce potauit. ¶ Diuiſum eſt cor eorum, nunc interibunt. ¶ Recto & ualde iuſto iudicio cor eorũ diuiſum eſt, qui ſeipſos à deo diuiſerunt. Palã ex hiſtorię Regũ ſerie cognoſcitur, q̃ uere, q̃ multipliciter cor eorum diuiſum fuerit, ex quo diuiſerunt ſeſe à domo Dauid: quippe qui fere decies contra ſemetipſos diuiſi, reges alios, percuſſis aliis, ſibi locauerunt, & tandẽ iuxta uocẽ hanc propheticã (nunc interibunt) in captiuitatẽ irreuocabilẽ ducti ſunt. Porrò, tempore illo quo ſemetipſos à uero Dauid, id eſt, à filio dei diuiſerũt mirũ dictu eſt q̃ crudeli diſcordia contra ſemetipſos diuiſa fuerit multitudo Iudæorũ: ſicut miſerabilis excidij illorũ tragœdia teſtatur, Ioſepho ſcribente, per totũ uulgata mundum. Multo quippe crudeliores ſibimet per impacabiles ſeditiones intus extiterunt, q̃ eſſe poterit foris obſidens exercitus Romanorũ. Et reuera iuſte, quia principẽ pacis Ieſum condemnantes, Barraban ſibi præelegerant ſeditionis authorẽ. Illos ergo prophetali oculo p̃uidens, breui quidẽ, ſed alta declamatione, iuſtã in illos depromit dei ſententiã, diuiſum eſt (inquiens) cor eorũ, nunc interibunt. Diuiſionẽ nanq; cõſequitur interitus, iuxta illud: Omne regnũ in ſeipſum diuiſum, deſolabit, & domus ſupra domũ cadet. Interitũ atq; ruinã regni ſiue cordis eorũ diuiſi, ſequentibus uerbis exprimit, ita dicens. ¶ Ipſe confringet ſimulachra eorum, depopulabitur aras eorum. ¶ Hoc & tunc de prope factũ eſt, quando Aſſyrijs captiuantibus depopulatione merita uaſtati ſunt: & tunc de longe futurũ erat, quando uenientes Romani tollerent & locũ & gentẽ eorũ. Tunc eñ confracta ſunt duriſſima confractione ſimulachra eorum. Et notandum, q̃ non dixit: Hoſtilis exercitus confringet, ſed ipſe ſcilicet deus meus, qui (ut ſupra dictum eſt) abijciet eos: confringet ſimulachra eorum, depopulabitur aras eorum. ¶ Non uult deus, ut homini attribuatur, quando per hominẽ ſecundũ merita peccantiũ uindicta diuinitatis exercetur. Sed & ſi quis ſibimet attribuit, quod deo permittente cõtra populũ dei quicpiam facere præualuit, ipſe cœleſtẽ contra ſemetipſum indignationẽ magis adducit, fitq; interdũ, ut propter hoc ipſum minus nocere poſſit. Vnde in cantico Deuteronomij, cũ dixiſſet, ceſſare faciã ex hominibus memoriã eorũ, continuo ſubiunxit. Sed propter iram inimicorũ diſtuli, ne forte ſuperbirẽt hoſtes eorũ, & dicerẽt. Manus noſtra excelſa, & non dñs, fecit hæc oĩa. Aſſur ille, per quem tunc temporis deus confregit ſimulachra eorũ & depopulatus eſt aras, eorũ, ſibimet arrogauit quod ſua hoc uirtute fecerit, & iccirco dicitur in eum cum indignatione dei. Væ Aſſur. Virga furoris mei & baculus ipſe, in manu eius indignatio mea. Super hoc ille gloriabatur quaſi omnia ſuis faceret uiribus, & iccirco poſtmodũ dicitur contra eũ. Nunquid gloriabitur ſecuris contra eum qui ſecat in ea, aut axaltabitur ſerra contra eũ, à quo trahit? Dicebat eñ, quemadmodũ idem propheta præmiſit. In fortitudine manus meæ feci, & in ſapientia mea intellexi, & abſtuli terminos populorũ, & principes eorũ depredatus ſum. Nimirũ ita gloriando, ſic ſe exaltando, cœleſtẽ (ut iam dictũ eſt) ſuper ſemetipſum indignationẽ adduxit, quæ protinus intentatur in eũ uerbis iſtis. Propter hoc mittet dominator deus exercituũ in pinguibus eius tenuitatem, & ſubtus gloria eius ſuccenſa ardebit quaſi combuſtio ignis. Cum igitur ſic uehementer ſermo propheticꝰ enunciat. Ipſe confringet ſimulachra eorũ, & depopulabitur aras eorum: idem eſſe intelligamus ac ſi dicat, non manus hoſtiũ excelſa, ſed dñs fecit hæc omnia. Ipſe & tunc per Aſſyrios confregit & depopulatus eſt. & deinde per Romanos confracturus erat ſimulachra eorũ & depopulaturus aras eorũ, quia à domo Dauid receſſerunt: quia filiũ Dauid Chriſtũ crucifixerunt. Quã ob cauſam? Ait. ¶ Quia nunc dicent non eſt rex nobis. Non enim timemus dominum, & rex quid faciet nobis ¶

Ephe. 5

Iudæorũ diuiſio inter ſeſe.

Matthæi. 12

Regula notatu digna contra ſuperbiam.

Deuteron. 32.

Eſaiæ. 10

bis. ¶Grandis nimirū & uehemens causa damnationis est, quia dicere, non est rex nobis, & hoc peccantiū cōsciētiā dicere: nō em̄ timemus dn̄m, id est propositū habemus nō timere dn̄m, & pinde cū tumore cordis effari, rex qd faciet nobis: quēadmodū dixerant prius, q̄ pars nobis in Dauid, uel q̄ hæreditas in filio Isai. Sicut em̄ hoc illi dixerant, sic & sequaces illorū aduersus uerū Dauid dicturi erāt. Nolumus hūc regnare super nos. Hoc em̄ aptis uocibus cōclamauerūt, ita ut dicente Pilato, regē uestrū crucifigā, responderūt. Nō habemus regē nisi cesarē. Profecto hec dicentes pariter quoq; dicebant, nō em̄ timemus dn̄m, id ē, propositū habebant nō timere dn̄m, nō portare timoris eius iugū, sed cōtumaciter dirūpere, & proiicere oīa uincula sanctorū eius mādatorū. Nimirū ubi cōscientia rebellis sese tali, & tanta p̄sumptione induit, cōsequebat ut dicerēt etiā hoc, & rex qd faciet nobis? Conse quebat nanq; ut regē cōtemnerēt dei filiū, cui⁹ propositū est nō timere deū. Nec em̄ non ignorauerūt, sed cōtempserūt & oderunt. Vnde ipse rex, reprobatus ab eisdē, dicētibus, & rex qd faciet nobis, cū dixisset, si opera nō fecissem in eis q̄ nemo alius fecit, peccatū nō haberent, cōtinuo subiunxit. Nunc aūt & uiderūt & oderūt & me & patrē meū. Propter hoc ecce ipse destruxit simulachra auaritiæ eorū, & depopulatus est templum & altare eorum. His dictis ite rū q loquebatur de ipsis, cōuertitur ad ipsos & dicit. ¶Loquimini uerba uisionis inutilis, & ferietis fedus, & germinabit quasi amaritudo iudiciū super sulcos agri. ¶Manifestū est hic, cū dicit, loquimini, nō imperiū uolētis, sed permissionē esse indignantis: & auersionē dimittētis, ut sit sensus. Iā docēdi nō estis qd utile sit, siue monēdi utilia loquamini: uos em̄ nō per ignorātiā errādo inutilia loquimini, sed sciētia & cū profundo malignitatis cōsilio mēdacia cōstruitis, & arrogātia deprauati, pphetatis de cordibus uestris, uerā aūt & utilē prophetiā intelligere nō uultis. Loquimini igitur qualia potius uos eligitis, loquimini uerba uisionis inutilis: nā utilia uerba loqui uel signa facere q̄ prosint, neq; uos quæritis: neq; datū aut p̄missum est uobis. ¶Sciendū quippe de pseudoprophetis, q̄ & si aliquādo futura diuinant, nihil tn̄ utile prophetāt, & licet nōnulla signa & prodigia fecisse uel facturi esse legātur, nihil tn̄ utilitatis aliquod eorū signū habere cōprobatur. Vnde & Iohannes in Apocalypsi cū dixisset, & fecit signa magna, & seducit habitantes in terra propter signa q̄ data sunt illi facere in cōspectu bestiæ. Eandē signorū magnitudinē uanā totā q̄ inutilem fore insinuās, determinando sic ait. Ita ut etiā ignē faceret de cœlo descendere in terrā in conspectu hominū. Quid em̄ utilitatis habet, ignē in conspectu hominū uel super hoies de aere ministerio dæmoniaco caderet? Eiusmodi signa nō sunt illius generis, cuius illa quæ nobis dominus in semetipso designauit, eūtes (inquiēs) renūciate Iohāni, quæ audistis & uidistis: Cæci uident, claudi ambulant, leprosi mūdantur, surdi audiūt, mortui resurgunt, pauperes euāgelizant. Hæc utilia sunt, sicut & uerba ipsa, q̄bus propter hæc eadē signa iustū est credi tuos aūt ò prophetæ uitulorū (q̄s Hieroboā fecit, q̄s Effraim coluit) loquimini uerba uisionis inutilis, quoniā ita uultis, & ferietis fœdus: subauditur nequaq̄ cū deo, sed cum mendacio, quēadmodum & Esaias talibus illusoribus dicit. Dixistis em̄. Percussimus fœdus cum morte, & cū inferno fecimus pactum. Flagellum inundans cum transierit, non uenīet super nos, quia posuimus mendacium spem nostram, & mēdacio protecti sumus. Huiusmodi fœdus ferietis, & propter hoc germinabit quasi amaritudo iudiciū, ut uidelicet fœdus uestrum deleatur, & in inimicitias impacabiles cōuertatur, fiatq̄ uobis sicut ibidē apud eundē Esaiam dn̄s dicit. Et subuertet grando spem mendacij, & protectionem aquæ inundabunt. Et delebitur fœdus uestrū cū morte, & pactū uestrū cū inferno nō stabit. Flagellum inundans cū transierit, eritis ei in conculcationē, &c. Hoc iudiciū germinabit fœdus uestrū (ait) quasi amaritudo, id est, ut uere amaritudo, ut uere amara radix iuxta illud Mosi. Ne forte sit inter uos uir aut mulier, familia aut tribus cuius cor auersum est, uadat & seruiat dīs gentiū, & sit inter uos radix germinans fel & amaritudinē seruituiē deorum alieorum, & Moses radicē dixit esse generantē, fel & amaritudinē: Et iste, cū dixisset, & germinabit quasi amaritudo iudicium super sulcos agri, uidelicet remanentes inculti, cultoribus in captiuitatē ductis, cōtinuo subiunxit. ¶Ylaccas Bethauen coluerūt habitatores Samarie. ¶Nā hec est amaritudo germinās iudictū. Hec est radix (ut ait Moses) germinans fel & amaritudinē. Ad auditores rursus sese conuertit sermo propheticus, miro mo

Contēptus & contumacialu dæorum.

5. Regum. 12

Luc. 19
Iohan. 19

Iohan. 15

Signa pseudo prophetarū inutilia sunt.
Apoca. 13

Matthæi. 11

Esaiæ. 28

Deuter. 29

miro modo clamans cauſam, propter quã Iſrael iudicetur. Vaccas (inquit) Bethauen cõ
luerunt habitatores Samariæ. L Quia luxit ſuper eum populus eius, qz migrauit ab
eo. Siquidem ꝛ ipſe in Aſſur delatus eſt munus regi vltori, Confuſio Iſrabel ca
piet, ꝛ confunderur Iſrael in voluntate ſua. ⅃ Cũ irriſione nõ uitulos ſexus maſculini,
ſed uaccas, id eſt fœminas appellauit. ut uidelicet Iſrahel non ſolum deos uitulos ſed deas
uaccas coluerit. Nec dixit tantum uaccas coluerũt, ſed uaccas bethauẽ coluerunt. Magna,
quippe diſtinctio uaccarũ eſt earũ quæ figi poterãt in bethauẽ, id eſt in domo Idoli, & earũ
quę gradiũturin armentis & ſpatiãtur in paſcuis. iſte nãq uaccę uiuũt & ſentiũt, illę aureæ
ſiue ex alio qnocũq metallo formatæ, nõ ſolum inſenſibilia, uerũ & inanimata ſimulachra
ſunt. Conſtat autẽ quia corpore inanimato corpus animatũ uiuens & ſentiens longe præ
ſtãtius eſt. Pulchre igitur & uehementer redarguit nimis depreſſam hominũ ſtulticiã dicẽ
do, uaccas bethauen, id eſt uaccas nõ ſaltẽ uiuentes & lactis alimoniã præſtantes ſed inani
maras uaccarũ ſimilitudines coluerũt. ¶ Notandũ & hoc, quia nõ dixit, coluerũt reges Sa
mariæ, ſed coluerũt habitatores Samariæ. Colere nãq recte dicitur, q ſua uolũtate & animi
diligentia celebrat & adorat ſiue ueneratur. Non ergo populũ excuſabilẽ uideri ſermo hic
propheticus patitur, cũ dicit, uaccas bethauẽ coluerũt habitatores Samarię. Hoc enim nõ
proprie dictũ eſſet aut dici poſſet, ſi regibus uitulos colentibus metu tantũ & non propria
fuiſſent obſecuti uolũtate, ſi inuiti paruiſſent & nõ ſponte cõſenſiſſent. Et unde cõſtat q ha
bitatores Samariæ uaccas illas coluerũt: Ait. Quia luxit ſup eũ populus eius. Vt oſtende
ret uaccas Bethauen, unũ in Bethel uitulũ intendũ, nõ intulit, luxit ſuper eis populus, ſed
ſuper eo, id eſt, uitulo aureo. Quãdo uel quã ob cauſam luxit populus ſuper eo? Videlicet,
quia tẽpore neceſſitatis & anguſtiæ uituli quoq aurei inter munera cætera regibus Aſſy
riis directi ſunt, Legimus in Regũ uolumine, regẽ Iſrahel manahen regi Aſſyriorũ Phul
miſiſſe argenti talenta mille, ut ei preberet auxiliũ. Inter quæ nonnulli arbitrantur etiam ui
tulos aureos eſſe directos. Et ut ſciamus (inquiunt) hoc eſſe quod dicimus, perſpicue ſe
quens uerſus oſtendit. Siquidẽ ipſe in aſſur delatus eſt munus regi ultori. Iccirco populus
luxit, qui utiq non lugeret niſi uolens, niſi cũ amore magis q̃ pro regũ timore tali idololatriæ deſeruiſſet. Cum ergo dixiſſet, uaccas Bethauen coluerunt habitatores Samariæ, ut cõ
firmaret eos reuera uitulum coluiſſe, uoluntarie uitulo deſeruiſſe, cauſam reddidit non fir
mam dicendo, quia luxit ſuper eo populus eius. Conſequitur eñ, quod cum amore poſſe
derint uel habuerint qui luxerunt, quando ablatus eſt eius. Populus eius, ſubauditur uituli,
nõ ſine magno improperio dicitur, qui debuerat eſſe unius ueri dei populus Porrò, & hoc
tradunt Hebræi, quod à ſacerdotibus uituli aurei furto ſublati, & pro his ænei deaurati fu
erint repoſiti. Cum igitur lugeret populus tempore neceſſitatis & anguſtię, ſicut iam dictũ
eſt uitulos aureos regibus Aſſyrijs eſſe directos: exultabant æditui, quod fraus eorum ne
quaq̃ potuiſſet argui uel deprehendi. Hoc eſt quod continuo ſubiungit. L Et editui eius
ſuper eum exultauerunt in gloria eius, quia migrauit ab eo. ⅃ Lugente populo exul
tabant æditui in gloria eius, ſubauditur populi, hoc eſt in uitulo quẽ habebant pro gloria,
nam gloriam incommutabilis dei cõmutauerant in ſimilitudinem imaginis corruptibilis,
non hominis, ſed uituli. ¶ Et quæ pars uitæ deteſtabilior habetur, populus ne qui luxit ſu
per uitulo tanq̃ ſuper deo ſibi ablato, an æditui uel ſacerdotes qui exultauerũt, eo q non eſ
ſet deprehenſum furtũ quod fecerant in illo tali deo? Profundius baratrũ damnationis me
rito illuſoribus illis arbitramur deſtinatũ, quia populares forte errãdo luxerunt, illi autẽ irri
dendo, in rebus peſſimis exultauerunt, quia migrauit ab eo, id eſt, à populo. Et eſt ſenſus.
Exultauerunt quod migraſſet, quod ſic Aſſyrijs regibus datus eſſet, quaſi iam ultra depre
hendi non poſſet, utrũ aureus an æreus eſſet. Sed quid deinde? Confuſio (inquit) Effraim
capiet, & confundetur Iſrael in uoluntatate ſua. Poſtq̃ eñ in Aſſur pro munere uitulus ue
lut aureus delatus eſt, deprehenſa fraus regi Iſrael literis indicatur: & unde ſe placere æſti
mauerunt, inde uel maxime confunduntur, & offendunt eos, quibus munera miſerãt, æſti
mantes non furto ſacerdotũ, ſed fraude regũ atq conſilio hoc eſſe perfectũ. Inde confuſio
cœpit Effraim, inde confuſus eſt Iſrael. Sequitur L Tranſire fecit Samaria regem ſu
um, quaſi ſpumam ſuper faciem aquę, ꝛ diſperdentur excelſa idoli, peccatum Iſra

Populus inexcuſabilis, quia ſponte coluit vitulos.

Rex Iſrael ſicut ſpuma aq̃;

el. ¶ Siquidē pro meritoi niquitatis perſeuerantis hoc emeruit Samaria ſiue decem tribus; ut rex eius tranſiret, & regnum eius ſolueretur ſicut ſpuma ſuper faciē aquæ: quæ uera ni mirum ſimilitudo eſt. Sicut eñ in olla feruente ſuperiores aquæ in ſpumam bullaſq; ſurgē tes irrumpunt, ipſæq; bullæ ſubſilientes colliduntur: & alīs emergentibus, ailæ crepant, & diſſiliunt: ita Samaria uel decem tribus, iugi feruentes igne diſcordiæ, reges alios ſuper alios creauerunt, & uſq; ad decem uices (ſicut ex ipſa lībri Regū lectione colligi promptum eſt) percuſſis regibus, alīj reges ſuperſederunt: ſecundum numerū ſciſſurarum decem pal līj: quo diſciſſo, propheta, ſcilicet Ahias Sylonites, dixerat ad Hieroboam. Tolle tibi decem ſciſſuras. Hæc eñ dicit dñs deus Iſrael. Ecce ego ſcindam regnū de manu Salomonis, & dabo tibi decem tribus. Decies nanq; (ſicut iam dictū eſt) regnū illud decem tribuum p diſcordiam ſciſſum fuit, decies quaſi ſpumam ſiue bullā ſuper faciem aquæ tranſire fecit regem ſuū, alio percuſſo ſuſcipiens aliū. Primo nanq; ſciſſum eſt Hieroboā. Secundo, Baaſa percuſſit Nadab filiū Hieroboā, & regnauit pro eo. Tertio Zambri dux mediæ partis equitū percuſſit Ela filiū Baaſa, & regnauit pro eo. Quarto Amri, qui erat princeps militiæ ſuper Iſrael, rex factus eſt ab exercitu, & illo mortuo in peccatis ſuis, Achab filius eius regnauit pro eo. Quinto loco Ioram filiū Achab occidit Iehu, & regnauit pro eo. Sexto Zachariā abnepotē Iehu percuſſit Sellū, & regnauit pro eo. Septimo, eundē Sellū pcuſſit Manahen, & regnauit pro eo. Octauo Phacee filius Romeliæ pcuſſit Phaceiā filiū Manahen, et regnauit pro eo. Nono Phacee filiū Romeliæ percuſſit Oſee filius Ela, & regnauit pro eo. Decimo, tandē diſcidio ſciſſum eſt regnū in rege Aſſyriorū, qui Oſee iā dictū obſedit, & uinctū miſit in carcerē, & tranſtulit Iſrael in aſſyrios. Sic & ſic Samaria malis ſuis regem ſuum tranſire fecit. Et diſperdentur (ait) excelſa idoli, de qbus uidelicet totiens ſcriptura refert: ueruntamē adhuc populus immolabat & adolebat incēſum in excelſis, quod erat peccatū Iſrael. ¶ Cuncta hæc, ut cætera ſuperiora, altius (ſicut prophetalē decet dignitatem) nos animaduertere cōmonet illud, quod cōtinuo ſubiunctū eſt. ¶ **Zappa & tribulus aſcēdet ſupra aras eorū: & dicent montibus, operite nos: & collibus, cadite ſuper nos.** ¶ Hoc eñ nequa q̃ de anguſtia captiuitatis illius, qua tūc in Aſſyrios translati ſunt, ſed potius de excidio pene inenarrabili, quo Iudæi propter ſcelus dominicæ mortis ſubuerſi, & in oēs gentes captiui ducti ſunt: p̄dictū eſſe authoritate ſua dñs ipſe cōprobat, qui ſequentib⁹ & lamētantibus mulieribus, dū ad mortē duceretur, dixit. Filiæ Hieruſalē nolite flere ſuper me, ſed ſuper uoſipſas flete & ſuper filios ueſtros, qñ ecce uenient dies, in qbus, dicēt: Beatæ ſteriles & uentres quæ nō genuerūt, & ubera quæ nō lactauerūt. Tunc incipient dicere montibus: cadite ſuper nos: & collibus, cooperite nos. ¶ Notandū quippe, q̄ nō ſic ait: tūc dicent montibus, ſed incipient dicere montibus, cadite ſuper nos: & collībus, operite nos: Idē nanq; eſt ac ſi diceret. Tunc in illa tribulatione ſiue anguſtia incipiet impleri quod per Oſee p̄dictū eſt. Q̄ ſi tunc cœpit impleri, & tunc dicere inceperūt montibus, cadite ſuper nos, qñ uenerunt illi dies, quos tunc uenturos eſſe dicebat dñs noſter: nō utiq; ad illā tēpora ſua, uel ad mala q̃ præſens ipſe uidit propheta intendebat, qñ hæc dixit uel ſcripſit. Et reuera, ſi rite perpēdas illud quod tunc Iſrael paſſus eſt, q̄ anno nono Oſee regis Iſrael cœpit rex Aſſyriorū Samariā, & trāſtulit Iſrael in Aſſyrios, poſuitq; eos in Halia & in Abor iuxta fluuium Gozam in ciuitatibus Mœdorū: non tale uel tam grande fuit malum, ut propter illud propheticus dignaret ſic exclamare ſpiritus: et dicent montibus, operite nos: et collibus, cadite ſuper nos. Quinimò etiam ſi in ſeruos et ancillas uenundare illos rex Aſſyriorum maluiſſet, q̃ ponere in ciuitatibus ſuis, tolerabile, imò et optabile fuiſſet malū, comparatione tam miſerabilis Hieroſolymorum excidij. Quemadmodū Heſter quoq;, cū dixiſſet regi traditi eñ ſumus ego et populus meus, ut conteramur, iugulemur, et pereamus, cōtinuo ſubiunxit. Atq; utinā in ſeruos et famulas uenderemur, eſſet utcūq; tolerabile malum, et gemens tacerē. ¶ Igitur quoniā et illa q̃ de uerbis iſtis prophetic⁹ tractauimus, paucis non ex nota rei geſtæ hiſtoria, ſed ex Hebræorū traditione ſumpta ſunt, ut ſupra meminimus: Ipſe aūt propheta non Iudæis perfidis, ſed ſapienti hæc intelligibilia fore inſinuat, cū dicit. Quis ſapiens et intelliget iſta, intelligens et ſciet hæc: rurſus eadē repetere libet & prophetiā ſecundū tēpora, q̃ tūc futura erant, notis cōferre uel proferre rebus uel ſenſibus eo

Lucæ. 23

De q̃ tribulatione hic ſentit propheta.

4. Regum. 17

Heſter. 7

bus eodē tenore uel curſu, quouſq; ad p̄ſentē locū peruenimus, Chriſtū & eius tēpora non dubitantes huius uel oīs ſanctæ prophetiæ ſummā eſſe uel caput. ¶ Vaccas (inquit) Bethauen coluerūt habitatores Samariæ. Habitatores Samariæ uetacter Iudei fuere, qui ciuitatē ſanctā Hieruſalē & tēplū in illa diuini nō is uidebātur inhabitare, nō uti q; corde, ſed tantū corpore. Si enī dīm noſtrū nō dubitauerūt Samaritanū dicere, q uti q; ſecūdū carnē Iudæus ex Iudæis erat, & hoc iccirco dicere auſi ſunt, q̄ in ciuitate Samaritanorum duos dies manſerat: poſtq̄ locutus eſt cū muliere Samaritana: quanto magis ipſa ſcriptura dicere debuit habitatores Samariæ q nimis crudeliter imitati ſunt, atq; impleuerunt peccatū Samariæ? Samaria nāq; receſſit à domo Dauid, regēq; aliū & deos alios ſibi fecit: Iudæi uero negauerūt & crucifixerūt filiū Dauid, filiū dei, regēq; ſuū Cæſarē eſſe profeſſi ſunt, & tūc qdē Barrabā ſibi dimitti petierūt, & Antichriſtū pro Chriſto ſuſcepturi ſunt. Vere ergo habitatores Samariæ, id eſt, alieni à Dauid & à ciuitate eius Hieruſalē, & à tēplo qd̄ eſt in ea, à templo dominici corporis, in quo corporaliter inhabitat oīs plenitudo diuinitatis. Iſti coluerūt uaccas Bethauen, uidelicet qualibus alius propheta loquitur: Audite uerbū hoc uaccæ pingues, quæ eſtis in monte Samariæ, q̄ calumniā facitis egenis, & cōfringitis pauperes, q̄ dicitis dīs ueſtris, afferte & bibemus. Iurauit dīs in ſancto ſuo, quia ecce dies uenient ſup uos & leuabūt uos in contis, & reliquias ueſtras in ollis feruētibus: & p aperturas exibitis altera contra alterā, & proiciemini in Armon, dicit dominus. Vaccæ itaq; illius temporis alterā contra alterā principes ſacerdotum Annas & Caiphas extiterunt: ita deuorantes plebem, ſicut herbam uirentem uaccæ deuorare ſolent: & hoc in Bethauen, q̄d interpretat̄ domus idoli, id eſt, in illo templo, quod dicebatur templū domini, & debebat eſſe domus orationis, ſed erat domus mammon, quippe quā ipſi fecerant ſpeluncam latronū. Iſtas utique uaccas Iudæi coluerunt uoluntaria nāq; crudelitate illis principibus ſacerdotū ſeſe ſummiſerunt, & conſenſerunt ad occidendū dīm in illa Bethauen id eſt, propter illam domū idoli ſui, ſcilicet mammonæ uel pecuniæ ſuæ: & quaſi diuino oraculo crediderūt uaccis illis, dicentibus ſibi. Occidamus eū, ne forte ueniant Romani, & tollant noſtrū & locū & gēterem. Talia ſibi immugientes uaccas pingues illi coluerunt, id eſt libenter audierunt. Vnde hoc comprobatū. Quia luxit inquit) ſuper eo populus eius. Hoc manifeſtum eſt, Luctū nanq; ſpōtaneū populus ſibimet aſſumpſit ſuper eo, ſubauditur deo ſuo, uidelicet mammona iniquo cui nimirū ſeruiens neq; iaq̄ ſeruiebat deo, & quodāmodo lugebat talē inter ſe haberi hominē qui diceretur Chriſtus, qui rex Iſrael acclamaretur, quē niſi occiderent, uenirēt Romani, & tollerent ipſorū locum tam pulchrū tantarumq; diuitiarū. Hoc illi ſimile fuit, quod impia Iezabel iubente primates populi luctū ſimulauerunt, & prædicauerūt ieiuniū, ut quaſi neceſſario iuſtitiæ iudicio interficerent Naboth, ſummittentes duos uiros filios Belial contra eū, qui falſum dicerent teſtimonium. Et populus quidē totus crudelitati intentus, uoluntariam neceſſitatē occidēdi dominum quaſi triſtis ſuſcepit, ſed principes ſacerdotum ſcribæ & phariſæi gaudebant intra cordis ſui ſecretū, quod prævaluiſſet malitiæ ſuæ commentum. Ait ergo. Et æditui eius ſuper eum exultauerunt in gloria eius, quia migrauit ab eo. Siquidem & ipſe in aſſur delatus eſt munus regi ultori. Aeditui nanq; tunc erāt illi, non ueritatis, ſed erroris & malitiæ, iuxta illam ſententiam domini, quia tuliſtis (inquit) clauim ſcientiæ. Ipſi non introiſtis, & eos qui introibant, prohibuiſtis. Exultauerunt (ait) in gloria eius, quia migrauit ab eo, id eſt: exultauerunt in pecuniis populi, quia prædam faciebant de populo, ſperantes quod deinceps ſua lucra facerent occiſo Chriſto, qui reprehendebat auaritiam ipſorum. Nam quod tali ſpe uel intentione Chriſtum occiderunt, illa probat parabola, in qua uidentes agricolæ filium patris familias, dixerunt. Hic eſt hæres, occidam⁹ eum, & noſtra erit hæreditas. Cui aūt dubium, uel quis neſciat, quomodo migrauerit ab eo, ſcilicet populo deus ſuus mammon, cui ſeruiebat, ut merito ueniret in manus Romanorum argentum ipſorum & aurū & locus & gens? Siquidem ipſi hoc emeruerūt, quādo congregati cū ſenioribus, conſilio accepto, pecuniā copioſam dederunt militibus dicētes. Dicite quia diſcipuli eius nocte uenerunt, & furati ſunt eum nobis dormientibus. Hoc nempe modo deus ipſorum, qui non eſt alius, niſi mamnon iniquus, in Aſſyrijs delatus eſt munus regi ultori: quia profecto pecunia ipſorum malignis ſpiritibus, & diabolo patri mē

Repetita exēplo primo præcedentium. Iohan 8

Ibidem. 4

Habitatores Samariæ.

Iohan. 19 Matthæi. 27

Coloſſen. 2 Vaccæ Bethauen.

Amos. 4

Matthæi. 21 Mammō deus Iudæorum.

Iohā. 11

3. Regum. 21

Matthæi 21

Iudæi traditi ſunt regi ultori diabolo.

dacij dedicata eſt, quando tale mendaciũ coemerũt. Proinde iuſto ualde iudicio prouenit, ut traderentur illi regi ultori, ut & ſuper eos rex atq; pater mendacij regnaret, & in eos ultionem per manus Romanor; exerceret. Et illi quidẽ ad horã nimis paruã exultauerunt, putantes q; deinceps liberius copioſa pecunia migrare deberet à populo in marſupia ipſorũ: ſed exultatio illa in uerũ conuerſa eſt luctũ, quia magnã & miſerabilẽ, toto mirante ſeculo, ultionẽ ſuſtinuerũt. Vnde & ſubditur. Cõfuſio Iſrael, capiet, & cõfundetur Iſrael, ſicut nũc palã factũ eſt, qñ ceciderũt in ore gladij, & in oẽs captiui ducti ſunt, & in reſiduis eor; toti mũdo ſpectaculũ eſt, nõ ſolũ diſperſio qua diſperſi ſunt, uerũetiã cęcitas mentis quę in Iſrael contingit, Et bene cũ dixiſſet, confundetur Iſrael, addidit, in uoluntate ſua, quia, uide licet ſic uoluerunt Iudæi ſic electione præfixerũt ac præſcripſerũt ſibi, Chriſtũ regem negantes, & Cæſarẽ profitentes: Chriſtũ occidentes, & Barrabã dimittentes, & clamãtes coram Pilato, ſanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros. Sequitur. ¶ Tranſire fecit Samaria regẽ ſuũ quaſi ſpumam ſuper faciẽ aquæ, & diſperdentur excelſa idoli, peccatũ Iſrahel. Samaria (ſicut iam dictũ eſt) hoc loco recte dicitur etiã Iudæa, quia reuera ſecundum ſupra dictas rationes Samariæ, quæ à domo Dauid ſciſſa fuerat, ſimilẽ ſeſe in peius fecit Iudææ quæ uerũ Dauid Chriſtũ regẽ habere recuſat. Tranſire ergo fecit regẽ ſuũ, id eſt, regẽ habere maluit tranſitoriũ, q̃ regem ſuũ: Verum non conceditur ei, ut ſaltẽ tranſitorium regẽ habere poſſit, ſed oĩno ablatũ eſt illi regnũ, & dux pariter & rex ab ea trãſiuit. Nec eñ ſaltẽ dignatus eſt Cæſarũ quisq; regnare ſuper eos, aut in regno ſuo ciues habere illos, ſed tantũ modo captiuos, licet adulati ſint dicẽtes, nõ habemus regẽ niſi Cæſarẽ. Sicut repẽte tranſit ſpuma ſuper faciẽ aquæ, ſic in breui diſſipatũ & adnihilatũ eſt regnũ Iudææ, & diſperdita ſunt excelſa idoli peccatũ Iſrael, Lapis, quippe ſuper lapidem non remanſit, & deſtructum eſt, ſubuertentibus Romanis illud, quod debebat eſſe templum domini, erat autẽ excelſum idoli & peccatũ Iſrael, ex quo polluti ſunt ſanguine Chriſti, homicidæ & ſerui peccati ſerui mammonæ dei uel idoli ſui. Et quid mirum, ſi iam poſt necem Chriſti templũ illud uocetur excelſum idoli: cum antea domus eadem ſpelũca latronum facta uocata fuerit? Diſperdentur ergo excelſa idoli, id eſt, adnihilabitur caput ſuperbiæ Iudaicæ, & fundus auaritiæ phariſaicę: pulchritudo templi, de quo ſalus exiuit, ſicut ſignificatur in euangelio, cũ dicitur. Ieſus autem abſcondit ſe & exiuit de templo. ¶ Quanta autem perditione, quanta cum tribulatione gentis hoc deberet fieri, uerbis ſequentibus exprimit, cum dicit, Lappa & tribulus aſcendet ſuper aras eorum, & dicent montibus, operite nos: & collibus, cadite ſuper nos. Quod enim dicit, lappa & tribulus aſcendet ſuper aras eorum, ſignũ eſt ultimæ ſolitudinis, ut ne parietes quidẽ & extrema ædificiorum ueſtigia relinquantur. Cum autem ſubiungit, & dicent montibus, operite nos: & collibus, cadite ſuper nos, iram & tribulationem illam uehemẽter edicere nititur: quæ tanta extitit, ut ſatis declamari non poſſit. Eorũ nanq; erat dicere montibus, operite nos, & collibus cadite ſuper nos: quippe qui magis mori optarent q̃ cernere quæ afferunt mortem. Et reuera ſatis pulchre atq; eleganter exprimit litera hæc, quanto deſiderio latere uoluiſſet, ſi poſſibile fuiſſet. Etẽm cũ per omne tempus obſidionis (ut Ioſephus refert) occiſorum, ſiue fame, cæteriſq; cladibus mortuor; numerus ad decies centena mĩlia collectus fuerit, qui ſuperfuerũt ad ualles & in ſpecus ſub terranea os confugerũt, & in cloacis quoq; delitescere fruſtra conati ſunt. Sic delituiſſe uel delitescere uoluiſſe, nimirũ dixiſſe fuit montibus operite nos, & collibus cadite ſuper nos. ¶ Quare aũt dñs noſter hoc teſtimoniũ de propheta ſumens, ſi dicere maluit, tunc inciptent dicere? Cur non ait dicent, ſed dicere incipient? Videlicet, quia non illic finis, ſed initium dolorum extitit, qñ ſic ceciderũt in ore gladij. Tempus aliud erit, ueniet dies alius: dies iudicij, q̃ maiori cũ anguſtia dicent montibus, operite nos: et collibus, cadite ſup nos, dicent ſanctis patribus et patriarchis, protegite nos: dicent: Moſi et prophetis, excuſate nos. Verum id fruſtra dicent, nã econtra, eſt qui accuſet uos ait dñs) Moſes in quo uos ſperatis. Et uerba quidẽ diuerſa de montibus et collibus prædicata ſunt, dicendo montibus, operite nos, et collibus cadite ſuper nos: ſed ſenſu eadem ſunt. Nam propheta quidẽ, dicẽt (ait) montibus operite & collibus, cadite: dñs aũt, tunc inquit) incipient dicere montibus cadite ſuper nos & collibus, operite nos. Sequitur. ℣ Ex diebus Gabaa peccauit Iſrahel, Ibi ſteterunt.

alis "Effraim".

Iudæi abſq; rege.

Excelſa idoli templum iudęorum.

Iohan. 8

Fuga Iudæorum in obſidione.

Iohan. 5

Non comprehendet eos in Gabaa prælium ſuper filiis iniquitatis. Iuxta deſide rium meum corripiã eos. Cõgregabuntur ſuper eos populi,cũ corripientur pro pter duas iniquitates ſuas. ¶Semel & iterum ac tertio,imò & quarto antiquitatem hui uetuſtatem peccati illoꝝ commemorat,ut nulli uideatur nimium feſtina uel plus iuſto ſe uera punientis ſententia. Primo nanq; ſuperius dixit, iſta ſubſannatio eoꝝ in terra Aegy pti,& poſt aliqua rurſus ait. Profunde peccauerũt ſic in diebus Gabaa. Item. Oĩes nequi tiæ eoꝝ in Galgalis,quia ibi exoſos habui eos. Nunc quarta iam uice ſecundum eandẽ in tentionem dicit. Ex diebus Gabaa peccauit Iſrael,id eſt,ex eo tempore,quo in Gabaa pec care nõ deſiit Iſrael. ¶Peccauit aũt illic ſemel & iterũ Iſrael peccata,quoꝝ in ſcriptura ſeuũ & horribile monumentũ eſt. Venit leuita in ciuitatẽ illã cũ uxore ſua,illucq; diuertit,& ec ce homines ciuitatis illi⁹ circũdederũt nocte domũ in qua manebat,uolentes eũ occidere: & uxorẽ eius incredibili libidinis furore uexantes. Deniq; mortua eſt. Vbi tanta regnabat corporalis nequitia fornicationis,iã increuerat nequitia quoq; ſpiritualis, & hoc nihilomi nus eadẽ ſcriptura denarrat,referens pcedenti lectiõe,idolũ factũ in domo Michæ. Et quã ta illud inſtantia,qua uiolentia rapuerũt ad ſe filij ſtirpis Dan cũ ſacerdote,dicentes ei. Ve ni nobiſcũ ut habeamus te patrẽ & ſacerdotẽ,&c. Sed filij Iſrael illam fornicationẽ idololatriæ pro nihilo ducentes,imò & ipſi facientes pro illa corporali fornicatione aſcenderũt op pugnare Gabaa,contra filios beniamin: & ſemel atq; iteꝝ bello conciſi,tandemq; uictores, pene unam ex Iſrael tribu deleuerũt. ¶Poſt hæc Saul ex eadem urbe rex aſſumptus eſt,tã ta cum offenſione dei,ut diceret ad Samuelem. Non enim te abiecerũt,ſed me,ne regnem ſuper eos. Nimiꝝ ſic & ſic peccante Iſrael, filij quoq; poſtmodũ nati ſimul peccauerũt,ue ro & iuſto iudicio dei ſic enunciante,ſic eos arguente,ut dicat. Ibi ſteterũt. Idem enim eſt ac ſi dicat, Filioli,quamuis poſt multa tempora nati illic peccauerũt, in illis patribus ſuis præ uaricati ſunt: quia uidelicet à peccatis eorum non receſſerũt,imò peiora faciendo menſurã illorũ impleuerũt. Iccirco etiã durius atq; fortius ſuper eas dari debuit iudiciũ. Quod inten dens,continuo dicens. Non comprehendet eos in Gabaa prælium ſuper filijs iniquitatis. Et eſt ſenſus. Quod malum paſſuri ſunt,non tale erit quale fuit illud prælium in Gabaa,qđ habuerunt contra filios iniquitatis,quorum incredibilis furor libidinis mulierem uexando interfecit,ſed multo uehementius,incõparabiliter maius. Hoc eſt quod protinus ait,Iuxta deſiderium meum corripiam eos. Magna & uehemens comminatio,quæ ſecundum lite ræ ſonum hoc ſignificat,quod uindictæ magnitudinem facere deus(qui tuiq; impaſſibilis eſt)habeat in deſiderio. Simile eſt huic illud quod in Eſaia dicit. Heu conſolabor ſuper ho ſtibus meis. Dictum eſt autem ad ſimilitudinem hominis multum exacerbati,& ultionem uidere adeo deſiderantis,ut antequam fiat,nullo modo poſſit conſolari. Et quid factur⁹ ſit, protinus breuiter innuit. Congregabuntur(ait)ſuper eos populi,cum corripientur prop ter duas iniquitates ſuas. ¶Propter duas iniquitates corripiendum dicit Iſrael,iuxta illud qđ in Hieremia loquitur idem deus. Duo mala fecit populus meus. Me dereliquerunt fontẽ aquæ uiuæ,& foderunt ſibi ciſternas,quæ continere non poſſunt aquas,hoc de gente alia de populo quouis deum ignorante,dici non poterat. Gens enim quæcunq; uerum igno rans deum,falſos deos colebat,una n tantum feciſſe iniquitatem recte dicitur: gens autem hæc,in qua deus notus erat,declinando in idololatriam, duas habere iniquitates ueraciter culpatur,id eſt,deum uerum reliquiſſe,& pro illo uel contra illum deos alienos coluiſſe. Du pliciter nanq; reus eſt,qui bonum ſciens,malum potius eligit: ille uero ſimpliciter,qui bo num neſciens,malum pro bono ſuſcipit. Itaq; & quando uitulum unum populus ille fecit in deſerto & coluit,poſt multa quæ uiderat magnalia ueri dei: & quando deſerens domum Dauid & templũ domini,duos uitulos ſibi ſtatuit, imò & quotiens illos uel illos gentium deos adorauit. Amplius autem quãdo Barrabam ſibi dimitti,Chriſtum autem crucifigi pe tiuit,duas iniquitates fecit,dupliciter peccauit,bonum reprobans,& malum eligens: dulce amarum,& amarum dulce ponens: tenebras lucem, & lucẽ tenebras appellans. Cũ igitur corripiẽtur propter duas iniquitates ſuas,cõgregabuntur(ait)ſuper eos populi,ut uidelicet propter ſeditionis authorẽ,quẽ ſibi eligerũt,tradantur in manus gladij: & ꝓpter hoc quod

Peccatum Iſrael duplex in Gabaa. Iud.19

1.Regum. 8

Eſaiæ.1

Hieremiæ. 2

Christũ negauerũt, uulpiũ, id est, malignorum spirituum partes sint. Sequitur. ¶ Effraim vitula docta diligere triturã, & ego transiui super pulchritudinẽ colli eius. Ascẽdam super Effraim, arabit Iudas, confringet sibi sulcos Iacob. ¶ Quærebas forte admirans quæ causa uel quod uinculũ tã forte populũ illũ idololatriæ subligatũ tam diu tenuerit ex diebus Gabaa, imò ex diebus Aegypti: sicut superius ait, ista subsannatio eorum in terra Aegypti. Quasi istud quæreres, causam ueram habili atq; eleganti similitudine cõuenienter exprimit. Effraim (inqnit) uitula docta diligere triturã. Consuetudo hic terræ p̃ missionis tangitur, ubi uitulæ cũ cæteris animalibus fruges terere consueuerũt. Cũ aũt grauissimo labore fatigãtur, solent prodire ab area. Iterum aũt diligentes aream, eo q̃ fruges in ea comedant, unde est illud. Non alligabis os boui triturãti: sponte ad aream redeũt. Igitur Effraim similis est uaccæ uitulæ, quia didicit aream terere: Et nõ solũ didicit, uerumetiam à nimia consuetudine cœpit amare quod docta est, licet trituratio laborẽ inferat. Sic & populus Israheliticus, licet frequenter affligeretur, & multa aduersa pateretur propter idololatriã: tamẽ uoluntates suas & ingluuiem uentris sequi desiderans, ultro ad idola reuertebatur. ¶ Poterat hoc ipsum alia quacunq; similitudine quam per eiusmodi uitulam designari, sed mira proprietate usus est intuitus spiritus prophetici, dum talem proponere similitudinẽ maluit: Nam quia uitulos colebat Effraim siue Israel scissus à domo Dauid, imò & coluit ab initio uitulum, quando egressus est de terra Aegypti, pulchre nimis eadem gens hic uitula dicta est, dum arguitur, quod à uero deo fornicando cultui uitulorum succubuerit. Magnam deinde sonat iram dicendo, & ego transiui super pulchritudinem colli eius, ascendam super Effraim. Pulchritudo nanq; colli superbiam designat eorundem peccantiũ & in peccatis suis complacentium sibi. Porrò, transitus siue ascensus, de quo dicit: Ego trãsiui siue ascendã Effraim, tam futuro q̃ præterito tẽpore certissimum esse significans quod facere intendit, uindicta est eadẽ quam in Exodo legimus præscriptã his uerbis. Populus duræ ceruicis es, semel ascendam in medio tui, & delebo te, Nec uana illa comminatio extitit. Semel enim ascẽdit, semel humanatus est, semel passus, mortuꝰ est, & resurrexit, & in cęlũ ascendit: & tunc demum illũ populum dura ceruice ascẽsus sui nimis impatiẽtem deleuit. Quod hic pulchritudo colli, hoc ibidem dicitur ornatus, cũ dominus dicit. Iam nunc depone ornatum tuum, ut sciam quid faciam tibi, Deposuerunt ergo filij Israel ornatum suũ à monte Oreb. Q̃diu peccator ornatus incedit, id est, in peccatis suis superbit, q̃diu pulchrã ceruicem erigit, complacendo sibi, lætabundus quod male fecerit, & exultans in rebus pessimis: quodammodo nescit deus quid faciat illi, nescit misericordia quali aditu ad illum ueniat remota seueritate iudicij: atq; iccirco cum dixisset sententiam iudicialem, populus duræ ceruicis es. semel ascendam in medio tui & delebo te: protinus consiliũ offerens, iã nunc (ait) depone ornatum tuum ut sciam quid faciam tibi, id est, humiliare pœnitendo, ut miserear tui. Igitur quod hic ait, & ego ascendi siue ascendam super pulchritudinẽ colli eius, uidelicet uitulæ diligentis triturã, id est, populi totiens tamq; pertinaciter recurrẽtis ad idololatriã: illã designat irã, quã tũc idẽ populus bibit usq; ad fundũ calicis, qñ deꝰ hõ factus in medio eius ascẽdit. Ex tũc em̃ cõfracta est pulchritudo ceruicis, qa ceciderũt in ore gladij & in omnes gentes captiui ducti sunt peccatores superbi. Porrò idem ascensus, ficut in ruinã superborum blasphemantium, ita & in resurrectionem positus est humilium credentium atq; confitentium. Sequitur ergo. Arabit Iudas, confringet sibi sulcos Iacob. Ecce uidemꝰ, & orbis uniuersus nouit, quia contrita ceruice Effraim, arauit Iudas, & Iacob sulcos sibi cõfregit: quia disperditis incredulis Iudæis, qui negauerunt filium Dauid, ficut olim receserat Effraim à domo Dauid, euangelicæ prædicationis uomer corda gentium exarauit & Iacob, id est, supplantator, uidelicet gentilis populus, sulcos sibi confregit, agriculturam exercens ad seminandum uel recipiendum semen uerbum dei. Iudas arauit, quandoquidem Iudæis erant Apostoli scdm hoc ipsum nomen quod est Iudas, id est, cõfessio primi confitentes Christum filiũ dei uiui gentibus prædicauerunt: ipsæ autem gentes Iacob effectæ sunt, qa supplantauerũt Esau, dũ primogenita salutis tulerũt q̃ fuerant Iudæoꝝ. Arando sulci fiunt, confringendo autem sulcos id quod aratum est, idoneum fit ad semen conteudendum atq; cõfouendũ. Congratulatur protinus propheicę gratię spiritus agricolis sine, aratoribus

Supra. 7

Cur uitulæ similitudo affertur hic.

Pulchritudo colli superbia ẽ.

Exod. 33

Prouer. 9

Gentiles facti sunt Iudas,

aratoribus istis, & dicit. ¶ Seminate uobis in iustitia, metite in ore misericordie innouate uobis nouale. ¶ Seminant quippe prædicatores quando uerbum annunciant, metunt autem quando de credentiũ confessione exultant. Iccirco sic pulchre distinctũ est, seminate uobis in iustitia, metite in ore misericordiæ: qa uidelicet (sicut Apl'us ait) corde creditur ad iustitiã, ore aũt cõfessio fit ad salutẽ. Et qa sua quisq; iustitia uel salute cõtentus esse nõ debet, sed dare operã ut etiã alios saluet, subiungit atq; ait. Innouate uobis nouale. Noua le quippe innouare, est inculta prius loca excolere: utputa saltibus explanare. Porrò gẽtes prius erant quasi sylnæ: nimirũ á feris, uidelicet malignis spiritibus obsessæ. Nã econtra cõparatione gentium Iudæi domus erant pulchræ, terra occulta & ciuitates opulentę. Vnde Psalmista cum dixisset: Ecce audiuimus eam, scilicet ecclesiam siue dominicæ incarnationis & sanctificationis eius archam, in Effrata, quæ est Bethleem, per Effratam Iudæos intelligi uolens: statim quia de Iudæis ad gentes eadem sanctificationis archa transiuit, subiunxit atq; ait. Inuenimus eam in campis sylluæ, id est, in gentibus qui de sylua campi, de infructuosis cultiles facti sunt & fœcundi. Igitur innouate uobis nouale. i. gentibus euangelii Christi prædicando nouã ecclesiã: nouũ acquisitiõis populũ uobis parate deo ad uestrã salutẽ & gloriam acquirite. Et quia cũ plenitudo gentiũ subintroierit, futurę est ut cũ misericordia respiciat uitulam, id est, synagogã illã, cuius super pulchritudinẽ colli nunc tam seuere transiuit. Sequitur & dicit. ¶ Tempus autem requirendi dominum cũ uenerit qui docebit uos iustitiam. ¶ Tempus quippe requirendi dominum reliquijs Israhel tunc erit, cũ plenitudo gentiũ subintroierit. Tunc em̃ ueniet dñs & docebit eos iustitiã, iniquitate auersa, quemadmodũ & Aul'us cũ dixisset, quia cæcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gentium subintroierit, & sic omnis Israel saluus fieret: testimonium propheticũ apponens, sicut (ait) scriptũ est. Veniet ex Syon, q eripiat & auertat impietatem ab Iacob.

Romano. 10

Nouale ex gentibus.

Psal. 131

Romano. 11

Esaiæ. 59

FINIS LIBRI QVARTI.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN OSEE PROPHETAM COMMENTARIORVM LIBER V.

PROPTER prophetiæ p̃sentis ordinẽ illustrius retinendũ iã dictũ, & itęq; atq; itęq; dicendũ est, qa ab eo quod ait, nõ est ueritas & nõ est scientia in terra: septies usq; ad finẽ uoluminis pctã cõmemorat atq; replicat, & p singulas uices in Christũ sermo recurrit: q solus oĩm credentiũ atq; pœnitentiũ iustitia est. Secũda iã uice ab eo quod ait: Ipsi aũtẽ sicut Adã transgressi sunt pactũ, longa & uehemẽti declamatiõe peccatorũ declamauit abũdantiã sic concludens. Tempus aũt requirẽdi dñm cũ uenerit q docebit uos iustitiã. Tertio nũc eadẽ peccata repetens dicit. ¶ Arastis impietatem iniquitatem messuistis, comedistis fructũ mẽdacij, qz cõfisus es in uijs tuis ¶ Aptissime per similitudinem arantium, metentium, & fructus suos comedentium, pertinaciam incorrigibilium denotat peccatorum: qui male incipiendo, in peius proficiunt, & pessime finientes deficiunt. Sicut em̃ hæc per incrementa differunt, arare, metere, & comedere fructũ: sic in peccatoribus distantiã per incrementa peccati diuinũ perpendit iudiciũ. Denicq; cũ proposito peccati opere corruptus laborat animus, uersatq; cogitatu intimo, qualiter uoluntatẽ implã ad opis pducat effectũ, arãti uel seminãti similis est. Cũ aũt expleto iniquitatis ope exilit lætabund' q̃ male fecerit, & exultãs in rebus pessimis, similis est metẽti. Cũ deinde ad hoc etiã eruperit, ut supbo spũ, sua cõtra redarguẽtẽ legẽ dei peccata defendat & securus incedat corde impœnitenti, similis est ei qui post messem reconditos fructus comedit. Proinde cum dixisset, comedistis fructum mendacij, continuo quasi quæreretur ab

Supra. 4

Supra. 6

Incremẽta peccati.

aliquo

aliquo illorum cui hæc dicit: quomodo uel quare dicit quod comederim fructū mendacij ſubiunxit atq; ait. Quia cōfiſus es in uijs tuis. Idem enim eſt ac ſi dicat. Quia tu peccata tua ſuperba ceruice defendis. Eiſdem incrementis originale, id eſt Adæ peccatū, peractum eſt Primo quippe impietatem arauit, quando dei ſimilitudinē appetiuit. Niſi enim intus prius tumuiſſet, niſi diuinitatē uel diuinæ maieſtatis ſimilitudinē appetiſſet, foris tentatus rā facile non cederet. Deinde iniquitatē meſſuit, quando poſitum ſibi præceptū de ligno ſcientiæ boni ac mali tranſgreſſus eſt, inobediens uocī domini. Deinde comedit fructum mēdacij, quando in ipſo peccato ſibi complacuit, ſeq; aduerſus redarguentem deū defendit. Exin de omnis uitioſa propago uitiati parentis eadem incrementa contraxit, exempli gratia, ut ille Effraim ſiue Hieroboā: cui⁹ peccatū totiens in ſanctis & pphēticis cōmemoratur literis Arauit nanq; impietatē, quādo excogitauit conſiliū & dixit: Nunc reuertetur regnum ad domū Dauid, ſi aſcenderit populus iſte ut ſacrificia faciat in domo domini in Hieruſalē, &c

3. Regum. 12

Meſſuit iniquitatem, quādo excogitato conſilio fecit duos uitulos aureos & dixit. Ecce dij tui Iſrael, qui te eduxerunt de terra Aegypti. Comedit fructum mēdacij, dū ita regnando nō cū deo, prophetas ad ſe miſſos in ſermone dei (ſicut ſcriptura refert) incorrectus contemſit & cōfiſus eſt in uijs ſuis in uitulis ſuis. Ad ſummū cœlus ille Iudaicus, q nō utcunq; receſſit à domo Dauid, ſed etiā crucifixit filiū Dauid, tūc arauit impietatē qñ q̄rebant principes ſacerdotū & ſcribæ quō illū interficerēt. Meſſuit iniqtatē, qñ petierūt & obtinuerūt à Pilato, ut interficerēt eū, Fructū mēdacij nūc uſq; comedūt, ꝙ vez mendaciū ſiue mēdacij fructū data militibus pecunia copioſa cōparauerūt, ut dicerēt, ꝙa diſcipuli eius nocte uenerunt & furati ſunt eū nobis dormientibus. Diuulgatū eſt em̄ uerbū iſtud apud Iudæos uſq; in hodiernū diē. Et cōfidunt in uijs ſuis, dū iuſtitiā ſuā ſtatuere uolētes: iuſtitiæ dei nō ſunt ſubiecti. Vbi ſic arando, ſic metēdo, ſic nihilominus comedēdo ſiue cōfitendo peccatū cumulatū atq; roboratū eſt, iā profecto iudicij uel ſententiæ uindicis tēpus & locus eſt. Sequitur ergo. ⊥ **In multitudine fortiū tuorū conſurget tumult⁹ in populo tuo, ⁊ omnes munitiones tue vaſtabunt.** ⊥ Quicūq; modis ſupradictis pecccata ſua conſummat, recte fortes ſuos habere dicitur, fortes utiq; malos, bonis fortibus contrarios. Quales fuere forte Dauid fortes primi, ad qs cæteroz fortiū nullus puenit. Tres illi fortes, tres eius fuere uirtutes, uidelicet ſapiētia, humilitas, & fortitudo: quas ſcriptura taliter deſignat, breuiterq; cōprehendit. Hæc noſa fortiū Dauid, Dauid ſedens in cathedra ſapientiſſimus inter tres. Sedens in cathēdra ſapientiſſimus, hoc eſt ſapientia. Ipſe enim qnaſi tenerrimus ligni uermiculus. Hæc eſt humilitas, qui octingentos interfecit impetu uno. Hæc eſt fortitudo, fortibus illis contrarios, fortes habent iſti, uidelicet inſipiētiā, ſuperbiā, & temeritatē, quā putant ueram eſſe fortitudinē, & pinde nullā merentur clementiā, citamq; experiuntur uindictā. Hoc ē quod ait. In multitudine fortiū tuoz conſurget tumultus in populo, & omnes munitiones tuæ uaſtabuntur. Sic factū eſt & quando decē tribus captiuæ translatæ ſunt in Aſſyrios, ſic factū eſt qñ Iudæi, uincētibus Romanis, ceciderūt in ore gladij, & in oēs gentes captiui ducti ſunt. Cōſurrexit enim tumult⁹ in populo illo, triplici diſcordia (ſicut hiſtoriæ referūt) cōtra ſemetipſum diuiſo, & oēs munitiones eius uaſtatæ ſunt, ita ut nō relinqueretur lapis ſuper lapidē. Hoc euenit in multitudine fortiū, id eſt, propter multitudinē fortiū eius, de q̄ libus iam dictū eſt: quia uidelicet tales fuere Iudæi male fortes, ſicut teſtatur ipſe ſaluator in pſalmo dicens. Quia ecce ceperunt animam meā, & irruerunt in me fortes. Nunc adipſos deuaſtandos apoſtropham faciens, dicit prophēticus ſermo. ⊥ **Sicut uaſtatus eſt Salomana a domo eius qui iudicauit Baal in die prelij, matre ſuper filijs alliſa: ſic fecit vobis Bethel a facie malitie nequitiarū veſtrarū.** ⊥ Nota rei geſtę hiſtoria ē, cui uaſtationē illoz ſimilē fore denūciat. In libro nāq; Iudicū ſcriptū eſt, angelū apparuiſſe Gedeoni, qui dixit ei. Vade in hac fortitudine tua, & liberabis Iſrael de manu Madian. Ac deinceps. Tolle taurū patris tui, & alterū taurū annoz ſeptē, deſtruesq; aram Baal quæ eſt patris tui, & nemus quod circa aram eſt ſuccide. Hoc facto, iubente dño perrexit cum. CCC. uiris, & uicit Madian mirabili genere plij. Diuiſit trecētos uiros, & dedit tubas in manibus eoz, lagenasq; uacuas ac lāpades i medio lagenaz. Ingreſſusq; ipe & ccc. uiri q cū eo erāt in parte caſtroz incipiētibus uigilijs noctis mediæ, & cuſtodib⁹ ſuſcitatis, cęperūt buccinis

clāgere,

clangere, & cõplodere inter ſe lagenas. Cunq; per gyrum caſtro⁹ in tribus perſonarent lo/cis, & hydrias confregiſſent, tenuerũt ſiniſtris manibus lãpadas, & dextris ſonãtes tubas, cla mauerũtq;, Gladius domini & Gedeonis. Oĩa itaq; caſtra turbata ſunt, & mutua ſe cæde truncabãt fugientes, cõclamãtib⁹ & ꝓſequentibus uiris Iſrael. Apprehenſi ſunt & interfe/cti duo uiri Madian, Oreb & Zeb, & deinde Zebee & Salmana reges Madian. Diẽ illum appellat hic propheta diẽ prælij, cũ dicit. Sicut uaſtatus eſt Salmana à domo eius q iudica/uit Baal in die prælij. Nã q iudicauit Baal, ipſe eſt Gedeon. Vñ uocatus eſt Hieroboal, eo q̃ dixiſſet pater eius, ulciſcatur ſe Baal de eo qui ſuffoditarã eius. Porrò, Eſaias diẽ eundem, diẽ appellat Madian. Iugũ (ait) oneris eius, & uirgã humeri ei⁹, & ſceptrũ exactoris ei⁹ ſu/peraſti, ſicut in die Madian. Vterq;, tã iſte q̃ ille, triũphũ Chriſti, quo triũphauit tam de in/uiſibilibus q̃ de uiſibilibns hoſtibus ſuis, triũpho illo aſſimulauit, quo taliter triũphauit Ge/deon de Madian cũ illis. CCC. uiris. Nimirũ Pſalmiſta quoq; inimicos dei, hoſtes & aduer ſarios Chriſti, illis principibus Madian, quo⁹ unus fuit hic Salmana, ſimiles imp̃catur fore in ruina. Deus (inquit) pone principes eo⁹ ſicut Oreb & Zeb & Zebee & Salmana. Ma/gnũ & memorabile ꝓliũ, cuius ſcđm ſimilitudinẽ ſpũale bellũ dñi tribus prõphetis teſtibus Eſaia, Dauid, & iſto Oſee cõfirmatũ & p̃nũciatũ eſt fore gerendũ. Nã ſicut à catholicis at/q; orthodoxis eſt tractãdo depromptũ, Gedeon Chri. CCC. cũ eo uiri p̃dicato⁹ ſanctæ tri nitatis typũ geſſerũt, Madiã uero cũcto⁹ Chri inimico⁹, q̃ uiri illi nõ gladios, ſed ſiniſtris qdẽ manib⁹ at. q; in lagenis lãpadas, dextris uero ſonãtes tenuere tubas, eius rei typus extitit q̃ ſancti p̃dicatores in minore ſuo⁹ ſalutẽ, corpo⁹, in maiore uero cura uerbũ p̃dicationis habuerũt. Cõfractis hydriis ſiue lagenis lampades micuerũt, cõcrepãte ſonitu tuba⁹, & ho ſtes in fugã uerſi diſperierũt, qa proſtratis in morte corporib⁹, magnitudo gratia⁹, q̃ in illis erat occultior, magis claruit p̃ ſigna miraculo⁹, & ſic diſſipata ſunt cõtraria Chro molimi/na hoſtiũ, maligno⁹ ſpirituũ ſiue impio⁹ hominũ. ¶ Nunc ſecundũ literæ ꝓſentis ordinẽ ſiue tenorẽ cœptũ ꝓſequamur intellectũ. Sicut uaſtatus eſt (inqt) Salmana à domo eius q iudicauit Baal in die p̃lij, matre ſuper filios alliſa: ſic fecit uobis Bethel à facie malitiæ neqtiæ rũ ueſtra⁹. Nõ dixit, ſicut uaſtatus eſt Madian, ſed ſicut uaſtat⁹ eſt Salmana, q fuit rex Ma dian: ſic em̃ ibi dẽ ſcriptũ eſt. Dixitq; Gedeon ad uiros Sochot. Date (obſecro) panes populo q mecũ eſt, qa ualde defecerũt, ut poſſim⁹ perſequi Zebee & Salmana reges Madian. Quo uaſtatus eſt ille Salmana? Cũ cõprehendiſſet eos Gedeon, uidelicet Zebee & Salmana dixit ad eos. Quales fuerũt uiri quos occidiſtis in Thabor? Qui reſpõderũt. Similes tui, & unus ex eis q̃ſi filius regis. Quibus ille ait. Fratres mei fuerũt, filij matris meæ. Viuit dñs ſi ſer uaſſetis eos, nõ uos occiderẽ, & cætera q̃ cõcludũtur ſic. Surrexitq; Gedeon, & interfecit ze bee & Salmana. Iccirco propheta cũ dixiſſet, ſicut uaſtatus eſt Salmana à domo eius qui iu dicauit Baal in die prælij, addidit, matre ſuper filios alliſa: qa uidelicet mattẽ ipſius Gedeon uehemẽter alliſerãt ſup filios, quo⁹ mors materno⁹ uiſce⁹ alliſionẽ eẽ nõ poterat: quã etiã ob cauſam noluit ſeruare Gedeõ, ſed interfecit eundẽ Salmana. Sic fecit uobis (ait) Bethel à facie maliciæ neqtia⁹ ueſtra⁹. Siue ad illius tẽporis ſtatũ reſpicias, quo decẽ tribus in Aſ ſyrios translatæ ſunt: ſiue ad illius, quo iudæi Romano⁹ gladios exciſi ſunt: uera eſt utrobi q̃ ſimilitudo, qa ꝓinde hæc paſſi ſunt, q̃ & priores illi prophetas occiderũt, & iuniores iſti Chriſtũ & apoſtolos interfecerũt: & hoc faciendo matrẽ ſup filios alliſerũt. i. eccleſiã dei gra uiter cõtriſtauerũt. Illis fuit Bethel ciuitas eiuſdẽ nois, in qua unũ poſuerãt de uitulis q̃s co/luerũt: iſtis aũt Bethel extitit ipſa domus dñi, quæ erat in Hieroſolimis ſecundũ interpreta tionẽ nominis, interpretatur em̃ Bethel dom⁹ dei, in q̃ nõ deo, ſed mãmonæ ſeruierũt. Illa domus fecit eis à facie malitiæ neqtia⁹ ipſo⁹, ut ſicut uaſtatus eſt Salmana, ſic ipſi uaſtarẽ/tur & ultimũ paterentur exterminiũ. Quare? Quia uidelicet iã nõ erãt ſicut Abrahã uel ſi/cut Iſrael, ſed ſicut Salmana q rex erat Madianites, qđ nomẽ interp̃tatur cõſummatio, ſig/nificãs eos in omni neqtia cõſummatos modis oĩbus, de q̃bus ſupra dictũ eſt, arãdo ipieta/tẽ metẽdo iniqtatẽ, comedẽdo fructũ mẽdacij, & cõfidẽdo in uiis ſuis, Dicat illis igitur Ge deõ qđ interp̃tat circuiens uterũ, ſcilicet dñs noſter Ieſus Chrũs, q nõ de uirili ſemine conce ptus, ſed per ſemetipſum de cœlo ueniens, introiuit & impleuit uirginis uterum. Qua/les fuerunt uiri quos occidiſtis in Thabor? Et ſit ſenſus. Quid uobis, conſcientia ueſtra

reſpõdet

Eſaiæ. 9 Triũphus Chri ſt iſimilis triũ-pho Gedeonis.

Pſalm. 18

Salmana ua-ſtatus.

Iudicum. 8

Bethel.

Matthæi 23

reſpondet, quales fuerunt illi quòs miſi ad uos, ex quibus occidiſtis & cruciſixiſtis, ex quibus flagellaſtis in ſynagogis ueſtris, & perſecuti eſtis de ciuitate in ciuitatem? Nõ em̃ ueritatem illoꝝ ceſſat conuenire conſcientiã, ſed ſemper accuſantes ſecũ cogitationes circumferunt. Dicuntur aũt hoc feciſſe in Thabor. Et recte, quia Thabor interpretatur ueniens lumen: & ipſi in aduentu & propter aduentũ ueri luminis, quod eſt Chriſtus, hoc fecerũt, nolentes uidere aut ab aliquo uideri ſiue demonſtrari tantũ lumen. Reſpondẽt illi. Similes tui

Romano. 2

& unus ex eis quaſi filius regis. Nequaq̃ em̃ reſpondere non poſſunt, quia non ignorãter, ſed ſcienter peccauerunt, & liquido ſciebant eos ſimiles fuiſſe Chriſti, uidelicet prophetas, & ſapientes, & ſcribas, & unũ ex eis quaſi filiũ regis, imò uerũ filiũ regis qui hoc ipſum requirit, qui conſcientias eoꝝ cõuincit, qui ad iudiciũ mortis iubet eos produci, fratres (inqt) mei fuerunt, filij matris meæ. Si ſeruaſſetis eos, non uos occiderem. Vere fratres ſuos eſſe Chriſtus beatos apoſtolos dicit, quia & anteq̃ clarificaſſent eum paſſionibus uel mortib⁹ ſuis, dixit Mariæ cum reſurrexiſſet à mortuis. Vade ad fratres meos & dic eis. Aſcendo ad pa-

Iohan. 20.

trem meum & patrẽ ueſtrũ. Sunt & filij matris eius, uidelicet ſupernæ Hieruſalẽ quæ ẽ mater omnium noſtrũ, cuius & Chriſtus ſecundum carnem filius factus eſt, filius ſingularis, primogenit⁹ ex mortuis. Si ſeruaſſetis eos (inquit) non uos occiderẽ, quia uidelicet dimiſſus fu-

Galat. 4

iſſet Iudæis reatus quoq; mortis Chriſti, ſi poſt reſurrectionẽ ei⁹ apoſtolis eius credidiſſent, ſecundũ orationẽ qua orauit quando illũ crucifixerunt. Pater dimitte illis, nõ em̃ ſciunt qd faciunt. His præmiſſis, continuo ſaluatoris eiuſdẽ grãm, qua iuſtificantur credentes electi, ſic eloquitur perſona dei patris. ⊥ Sicut mane tranſit pertranſijt rex Iſrael: quia puer Iſrahel, & dilexi eum, & ex Aegypto uocaui filium meũ. ⊥ Senſus iſte eſt. Rex Iſrael non niſi deus eſſe debuerat, & Chriſtus dei filius, quem patriarchaꝝ fides expectauerat.

Lucæ. 23

CAPVT. XI.

Vnde cum quærerent regẽ filij Iſrael, diſplicuit ſermo in oculis Samuelis, dño quoq; dicẽte ad eũ. Non te abiecerunt, ſed me, ne regnem ſuper eos. Verũ nequaq̃ expectauit tẽpora legitima regni dei, quiſquis in Iſrael regnare potuit, ſed certatim in alterutros inſurgendo, regesq; alios percutiendo alij regnauerunt quouſq; regnaret Herodes, qui non erat de

1. Regum. 8

Trranſitorius rex Iſrael.

genere Iſrael. In illo ceſſauit homo tranſiturus regnare in Iſrael, quamuis quidam de poſteris eiuſdem Herodis aliquas poſt illum lacerauerint potius quàm rexerint eiuſdẽ regni partes, quia tunc rex Chriſtus natus, cuius regnum non tranſit, ſed inæternum permanet. Igitur trãſire & ceſſare debuit rex Iſrael, eo maxime tempore, quando talis erat rex Herodes, qui neq; de Iuda neq; de ulla eſſet tribu Iſrael, quotempore uerus rex Chriſtus natus eſt. Nimirum ita factum eſt. Nam ſicut mane tranſit, pertranſit rex Iſrael, & finitum eſt terrenum regnum Iſrael. Et quidem cito mane tranſit, ueruntamen iterum reuertitur: rex autem eiuſmodi ſiue regnum Iſrael non reuertetut amplius. Recte ergo cum dixiſſet, ſicut mane tranſit, non contentus fuit dixiſſe, tranſit rex Iſrael, ſed omnimodum & irreuocabilẽ exprimẽs tranſitum, pertranſiit (inquit) rex Iſrael, quia iam ultra non rediturus eſt: ſicut mane tranſit quidem, ſed iterum tranſmiſſa nocte rediturum eſt. Quare? Quia puer (inquit) Iſrael, ſubauditur natus eſt, qui ſolus cæleſti imperio regnare debeat in Iſrael, quem quærebat ad perdẽdum Herodes ille alienigena rex: Et dilexi eum, ait, uidelicet iuxta alium prophetã, p quem hic idẽ deus pater locutus eſt. Ecce puer meus, ſuſcipiam eũ, electus meus, complacuit ſibi in illo anima mea. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene cõplacui. Et rectiſſime puer iſte præſenti loco dicitur Iſrael, propter illud quod ſequitur, & ex Aegypto uocaui filium meũ. Iſte nanq; puer ptulit tẽtationes ſiue tribulationes Iſrael incipiens ab eo, quod fugit ex Iſrael in Aegyptum, ubi quondã ille peregrinatus eſt Iſrael. Quod ſciens diuinus Euangeliſta, cum dixiſſet: qui conſurgens accepit puerum & matrẽ eius nocte, & ſeceſſit in Aegyptũ, & erat ibi uſq; ad obitũ Herodis, cõtinuo teſtimoniũ hocita ſubintulit. Vt adimpleretur quod dictũ eſt à dño per prophetã dicentẽ: Ex Aegypto uocaui filium meũ. Vbi ſeruiuit propter peccata ſua domus Iſrael, quia uendiderant fratrem ſuum Ioſeph, illic exul factus eſt iſte rex Iſrael. Vocatus ex Aegypto, quadraginta diebus tentatus eſt in deſerto. Illic quõdam Iſrael, egreſſus ex Aegypto, tentatus eſt, quia tentauit deũ in deſerto quadraginta annos, quia deliquit detrahẽdo terræ repromiſſionis, quam p quadraginta dies explorauit, & iccirco diem pro anno cõputante illi iudice deo, manſit illic (ut dictum eſt) quadraginta an-

Puer Iſrael Chriſtus.

Matthæi. 2

Eſaiæ. 42

Matthæi. 17

Matthæi. 2

Ex Aegypto vocaui fi. me.

Gene. 37

Num. 14

ginta annos. Hic aũt, qui nõ tentauit, ſed tentatus eſt, ſtatim poſt quadraginta dies in uerã repromiſſionis terrã introire, ſuoſq; auditores introducere cœpit, p̃dicãdo, dœmones eiẽdo, & cætera miracula faciẽdo: mortẽ patiendo, & à mortuis reſurgendo, atq; in cœlum aſcendendo. Recte igitur hic filius præſenti loco Iſrael dictus eſt, & pulchre ad illam eius fugam in Aegyptũ, & reditũ hoc pertinet teſtimoniũ ab Euangeliſta ſumptũ. Ex Aegypto uocaui filiũ meũ. Et quidẽ populus quoq; Iſrael, cum uocaretur ex Aegypto, filius dictus eſt, ſicut ſcriptũ eſt. Dicesq; ad Pharaonẽ. Hæc dicit dñs, Filius meus primogenitus Iſrael. Dixi tibi, dimitte filiũ meum ut ſeruiat mihi, & noluiſti dimittere eũ. Ecce ego interficiam filiũ tuũ primogenitũ. Ergo populus quoq; Iſrael pro parte electorum filius quidẽ dictus eſt, ſed hoc nõ niſi gratia huius qui filius eſt unicus, non adoptatus, ſed genitus, q̃ de populo illo ſecũdũ carnẽ naſciturus erat, ut multos filios per paſſionẽ ſuã in gloriam adduceret, nõ dedignatus eos habere fratres & cohæredes. Alioquin, niſi ueniſſet qui uenturus erat hic dilectus filius dei, Iſrael quoq;, ſicut cæteræ gentes, nequaq̃ poterat tanti patris filius dici, teſtante Apl̃o, qui cum ex illo ſit populo, tamen dicit. Eramus eñ & nos aliquãdo natura filij iræ, ſicut & cęteri. Quod ſi quæras quid olim factũ ſit, quando Iſrael de Aegypto aſcendit: quoniam quidẽ (ſicut Euangeliſta dicit) tunc quando puer Ieſus in Aegyptũ fugit, & inde rediit: impletũ eſt illud quod dictũ eſt à dño per hunc prophetã dicẽtem. Ex Aegypto uocaui filiũ meũ. Audi quod ſequitur. L Vocauerunt eos, & ſic abierũt a facie eorum, Baalim immolabant, & ſimulachris ſacrificabant.] Hic iam quarto peccata eiuſdẽ populi replicans, ad ſuperiora tempora ſermo recurrit. Et eſt ſenſus. Ego quidẽ uocaui tunc temporis filios Iſrael ex Aegypto, at illi tuna non exierunt ex Aegypto præterq̃ pauciſſimos. Corpore quidẽ exierunt, ſed animo non exierunt. Alij uocauerunt eos & ipſi me contemnentes, potius ſecuti ſunt illos. Denicq; cũ corpore ex Aegypto exirent, uſq; adeo mente in Aegypto remanſerunt, ut ſimulachris Aegyptijs ſacrificarent, inſuper & Baalim immolarent. Et quidẽ Hieroboal, qui & Gedeon, deſtruxit idolũ Baal, ſed poſt ea ad immolandũ illi reuoluti ſunt, uocantibus maxime regibus ſuis & impia Iezabel: & à facie illoꝝ taliter abeundo, nequaq̃ ex Aegypto ſe exiſſe teſtati ſunt, qui peccata Aegypti ea non deſeruerunt: L Et ego quaſi nutricius Effraim portabã eos in brachijs meis, & neſcierunt quod curarem eos.] Miram dei patientiã, cuius & Paulus in Actibus Apl̃oꝝ meminit his uerbis, & per quadraginta annoꝝ tẽpus, mores eoꝝ ſuſtinuit in deſerto, præſens locus, quãuis breuiter, magnifice ſatis innuit, Et ego (inquit) quaſi nutricio Effraim, portabã eos in brachijs meis. Sicut eñ nutritius puerulũ, qui nondũ ad intelligibilẽ ætatẽ peruenit, ſed nec diſcretionẽ adhuc habere poteſt boni ac mali, patienter ſuffert, & infantiles eius ineptias, quamuis interdũ cõmotus reuerberet, adhibitis ſæpius conſolatur blandimentis, & quamlibet ingratũ portat in brachijs: ſic dñs deus, qui hæc loquitur populum rudem & ſpiritualia neſcientẽ myſteria cœleſtis regni dei, patienter ſuſtinuit: & quãuis multoꝝ ex illis corpora proſterneret in deſerto, reſiduis tamen multis & magnis blandiebatur miraculis, circũducendo illos & docendo (ut Moſes ait) & cuſtodiendo quaſi pupillam oculi ſui. Hoc eſt quod ait, & portabã eos in brachijs meis: per brachia nanq; fortitudinẽ eoꝝ, quæ facta ſunt miraculoꝝ uult intelligi. Vnde ſcriptura cũ dixiſſet indurauitq; dñs cor Pharaonis regis Aegypti, & perſecutus eſt filios Iſrael, continuo ſubiunxit. At illi egreſſi erant in manu excelſa. Et Pſalmiſta. Et eduxit Iſrael (inquit) de medio eius in manu potenti & brachio excelſo. Nec uero ab re per nomen hic Effraim exprimitur, cũ hæc una tantũ tribus fuerit illius populi: ſed quia maior ingratitudo tribus illius extitit, in eo qđ Hieroboam de tribu Effraim uitulos aureos fecit, recte grauius eadẽ tribus denotatur, ubi cunq; potiora ſuper ingratã gentem cõmemorantur beneficia dei. Et neſcierũt (inquit) qđ curarem eos. Reuera neſcierũt in tantũ, ut dũ ipſe quedam curationis ligamenta, id eſt legalia daret illis præcepta, illi perterriti & pauore concuſſi, ſtarent procul dicentes Moſi, Loquere tu nobis & audiemus. Non loquatur nobis dñs, ne forte moriamur. Econtra Moſes ut ſcirent, quod dñs non occidere, ſed curare uellet eos, Nolite (ait) timere. Vt eñ probaret uos, uenit deus: & ut terror illius ac pauor eſſet in uobis: & non peccaretis. Secundum ſenſum uerborum eorundem quæ tunc locutus eſt dominus, ſequitur in propheta & dicit.

Exodi. 4

Ephe. 2

Iudicum. 8

Act. 13

Nutritius Effraim.

Exod. 20

L In funiculis Adam trahã eos, in funiculis charitatis ⌋ Cum enĩ dixisset Mo-
ses prophetam de gente tua & de fratribus tuis, sicut me suscitabit tibi dominus deus tuus
Deute. 18 ipm audies: subiungens protinus, ut petisti (ait) à dño deo tuo in Oreb, quando concio con-
gregata est, atq; dixisti. Vltra nõ audiam uocẽ dñi dei mei, & ignẽ hunc maximũ amplius
nõ uidebo, ne moriar. Et ait dñs. Bene omnia sunt locuti. Prophetã suscitabo eis de medio
fratrũ suorũ, similẽ tui, & ponã uerba mea in ore eius, loquetur q; ad eos oĩa quæ p̃cepero il-
li. Qui aũt uerba eius q̃ loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego ultor existã. Deniq; si-
cut illic in eiusmodi uerbis, ita & hic dicendo, in funiculis Adã trahã eos, in funiculis chari-
tatis, incarnationẽ unigeniti filij sui deus pater hominibus repromittit. Quando enĩ hoc fa-
ctũ est, tunc reuera prophetã suscitauit deus hominibus de medio fratrũ suorũ, similẽ Mo-
si, id est, deũ talẽ factũ cui possent hoies loqui sicut locuti sunt Mosi, cui dixerat, Loquere
tu nobis, & audiemus. Non loquatur nobis dñs, ne forte moriamur. Et tũc in funiculis A-
dã traxit nos, utpote factus filius Adã siue filius hominis, qui funiculi sunt charitatis. In eo
nãq; q̃ factus est ex carne Adã filius hominis, miro modo sibi nos colligauit, & traxit ad se
in funiculis charitatis: & ex eo scimus q̃ curet nos, nã eatenus & nescierunt (ait) q̃ curarem
eos. Funiculorũ earundẽ attritionẽ in eo maxime tandẽ intendit, q̃ ueniens in hũc mundũ
peccatũ gulæ (per quod primus homo perijt, & per quod iam dicti filij Israel tentauerunt
deũ concupiscendo concupiscentiã in deserto) corrigeret in electis suis, informãdo illos ad
Psalm. 105 operandũ cibũ, qui nõ perit, ad manducandũ & bibendũ sacramentũ corporis & sangui-
Iohan. 6 nis sui. Sequitur ergo. L Et ero eis quasi exaltans iugum super maxillas eorum, & de-
clinaui ad eum ut uesceretur ⌋ Maxillis nanq; dẽtes radicati continẽtur, & per eas primũ
Maxilla gulã desgnat. comminutus ad interiora cibus transmittitur. Recte ergo per maxillas gula denotatur, per
quã primus (ut iam dictũ est) homo perijt: & per quã filij Israel deum tentantes, dixerunt,
Nunquid ppterit deus parare mẽsam in deserto, & cætera hmõi. Sed & cũ præsens adesset
Psalm. 77 diceretq; illis, Hoc est opus dei, ut credatis in eũ, quẽ misit ille. Dixerunt ei. Quod ergo tu
Iohan. 6 facis signũ, ut uideamus & credamus tibi? Quid operaris? Patres nostri manducauerũt mã-
no in deserto. Hoc nimirũ intendebant, ut uel eodem modo, quo patres eorũ sine opere suo
panẽ illũ manducauerũt, uel sicut ipse paulo ante de quinq; panibus & duobus piscibus sa-
tiauerat quinq; milia hoĩm, ita pasceret eos, atq; hoc modo quasi maxillis hiantibus, ciborũ
quã habebãt, expromebãt cõcupiscẽtiã. Cũ ergo dicit. Et ero eis quasi exaltãs iugũ sup ma-
xillas eorũ, & declinaui ad eũ ut uesceretur. Hic est sensus. Et ego trahẽs illos in funiculis
Adã, in funiculis charitatis (sicut iã dictũ est) reprimã atq; coercebo in illis intẽperatã edẽdi
appetentiã, per quã primus homo perijt, & cui secundũ exemplũ eius nimiũ sunt dediti, di-
cendo illis, Operamini non cibũ qui perit, & cætera hmõi. Etenim ego sum panis uiuus q̃
de cœlo descendi: quo nimirũ descensu declinaui ad eum ut uesceretur, atq; uescẽdo pane
hoc, uiueret quisquis in fide & obedientia bene operãs, infidelitatẽ atq; inobedientiã cupe-
ret in semetipso euadere, per quã in primoparente male comedẽte fuerat mortuus. Sequit.
Non reuertetur in terrã Aegypti, & Assur ipse rex eius, quoniã noluerũt cõuer-
ti. Cœpit gladius in ciuitatibus eius, & consumet electos eius, & comedet capita
eorũ, & populus meus pendebit ad reditũ meũ. Jugũ autem imponetur eis simul
quod non auferetur ⌋ Quando ut supra dictũ est, in brachijs suis populum illũ portabat
per desertũ, & panẽ, id est mãna dabat illi, uiui & uiuifici panis figuratiuũ, tunc multotiens
Exod 16 murmurãdo contendebãt dicendo. Constituamus nobis ducem, & reuertamur in Aegyp-
tum. Quando aũt ipse per semetipsum declinauit ad eum ut uesceretur, qñ se descendisse
de cœlo testatus est panis uiuus, ut qui manducauerit ex eo nõ moriatur, eo tẽpore nõ erat
Nume. 14 tumultus iste in populo, ut constituens sibi ducem in Aegyptũ reuerteret, quinimo in ciui-
tate & templo illo plurimũ gloriabatur, sed nihilominus ipse Assur, id est diabolus rex est
Iohan. 6 eius. Quare? Quoniã noluerũt (inquit) cõuerti, subauditur, ut uesceretur pane illo, qui, ut
Assur diabol' iã dictũ est, declinauit, id est qui de cœlo descẽdit ad hoc, ut uesceret operarius q̃squis opis
dei. Quod aũt reuera rex eius ex tunc sit Assur. i. diabolus, pro eo q̃d regẽ suũ, regẽ iustitiæ
& principẽ pacis negauit & blasphemauit, & ad eũ noluit cõuerti, claruit ex subsequẽti-
bus. Cœpit enĩ (ingt) gladius in ciuitatibus eius, uidelicet qñ populus ille à Romano exer-
citu cir-

eitu circũdatus eſt. Miro nãq; modo, ante q̃ hoſtilib⁹ machinis muri deforis pulſaretur, intus ſedicioſoꝝ gladijs innumera miſerabilũ ciuium corpora necabãtur: ſicut mira & cunctis ſeculis peruulgata Hierofolymitani excidij tragœdia Ioſepho deſcribente teſtatur. Recte ergo & ueraciter dictũ, cœpit gladius in ciuitatibus eius, qa prius uaſtauit eos intus gladius, q̃ pauor foris ex hoſtiũ præſentia clauſis incuteretur. Quod ſequitur dicens. Et cõſumet electos eius, & comedet capita eoꝝ, id eſt, ac ſi dicat, quia deſtruet non ſolũ duces aut principes, ſed & omnẽ principatũ eorũ, ſecundũ Danielis quoq; prophetiã: qui cũ dixiſſet & poſt hebdomadas. L X. occidetur Chriſtus, & nõ erit eius populus qui eũ negaturus eſt, proſecutus eſt ita dicens. Et ciuitatẽ & ſanctuariũ diſſipabit populus cũ duce uenturo, & finis eius uaſtitas, & poſt finẽ belli ſtatuta deſolatio. Et deficiet hoſtia & ſacrificiũ, & in templo erit abominatio deſolationis, & uſq; ad cõſummationẽ & finẽ perſeuerabit deſolatio. Cũ aũt (ut ait ille) & nõ erit eis pp̃lus qui eũ negaturus eſt, Iudæi cũ Chriſto nihil habeant, Chriſtũ adhuc ſe expectare cõtendũt. Hoc eſt qđ p̃ſenti loco nũc dicit, & pp̃lus meus pendebit ad reditũ meũ. Pendent em̃ nũc inter utrũq;, utpote neq; deũ patrũ ſuoꝝ habẽtes, neq; idola colẽtes, ſicut quondã Baal & uitulos coluerunt. Et redibit quidẽ Chriſtus ad eos, ita ut reliquiæ ſaluæ fiant: ſed interim eis qui nõ credũt, iugũ impoſitũ eſt, qđ nõ auferetur, iugũ peccati & iugũ captiuitatis, qua in oẽs gentes captiui ducti ſunt. Hoc intendens ac proſpiciens, ut uidelicet reliquiæ ſaluæ fiant, continuo dicit. L Quomodo dabo te Effraim protegam te Iſrael? Quomodo dabo te? Sicut Adama ponam te, vt Soboim. Conuerſum eſt in me cor meũ, pariter conturbata eſt pœnitudo mea. Nõ faciam furorẽ iræ mee, non conuertar vt diſperdã Effraim: quoniã deus ego, & non homo in medio tui ſanctus. ¶ Notũ eſt Adama, & Seboim ciuitates fuiſſe Sodomorũ. Quinq; nãq; ciuitates fuerũt, Sodoma & Gomorra, Adama, & Soboim, & Balla, q̃ & Segor. Vnde & ipſa regio Pẽtapolis dicta eſt, Illæ ciuitates p̃gnẽ & ſulphurẽ, ita ſubuerſæ ſunt, ut nullæ ex eis reliquiæ ſupereſſent. Cũ ergo dicit, qũo dabo te Effraim, protegã te Iſrael? ſubauditur, qui protegi non mereris, ſtatimq; meritã ſubiungit ſentẽtiã dicẽs. Sicut Adama ponã te, ut Soboim: tantã illi populo cõminatur repulſam, ut ne reliquiæ quidẽ ex eo debeãt ſaluari. Hoc dicto confeſtim quaſi dolore cordis tactus intrinſecus, nimiã ipſe ſui ſeueritatẽ cenſet eſſe iudicij, & dicit. Conuerſum eſt in me cor meũ, pariter cõturbata eſt pœnitudo mea. Et eſt ſenſus. Statim ut locutus ſum aduerſum te malũ, & crudelẽ protuli ſentẽtiã, retigit me pietas uincente miſericordia, ueluti auſteritatẽ iudicis pietas mitigat patris. Non factã (ait) furorẽ iræ meæ, nõ conuertar ut diſperdam Effraim, ſubauditur eo modo q̃ diſpdidi Adama & Seboim nullis reliquijs eaꝝ reſeruatis. Non ita cõuertar, nõ ita mutabor ab inſita mihi clementia, ut taliter compleã furorẽ meũ, quoniã deus ego & non homo in medio tui ſanctus. Homo dũ iraſcitur, accepta iniuria profunde læſus, eo totus intendit ut uindictã exigat, & de pœnis ſatietur eius qui læſit: nec em̃ pœnitentiã, ſed ſolã (ut iam dictum eſt) quærit uindictam. Ego autẽ deus ſum in medio tui ſanct⁹, non pro furore uindictã aut pœnam, ſed pro miſericordia peccatoꝝ deſideras pœnitentiã. L Non ergo ingrediar ciuitatem, Id eſt non indiſcrete percutiã ad modũ hominis, qui cũ iratus (ut ſæpe factũ eſt) offenſam irruperit ciuitatẽ, furore ardens nullã ætatũ aut ordinũ ſiue cõditionũ habet diſcretionẽ, oẽs pariter inuoluens, uniuerſos indiſcrete percutiens, & fugientes inſequens, & obuiãtes iugulans. Secundũ hũc ſenſum dicit & Ap̃lus. Nunquid repulit deus populum ſuũ? Abſit. Nã & ego Iſraelita ſum, ex ſemine Abrahã, de tribu Beniamin. Non repulit deus plebẽ ſuã quã præſciuit. Et ſubinde. Quid dicit Heliæ reſponſum diuinũ? Reliqui mihi ſeptẽ milia uirorum, qui non curuaueruũt genua ante Baal. Sic ergo & in hoc tempore reliquiæ ſecundum electionem gratiæ ſaluæ factæ ſunt. ¶ Non ergo deus genti iratus eſt ſed incredulitati: quia non ſic iratus eſt, ut nullas ex illo populo ſuo reliquias, ſi cõuertantur ſuſcipere uelit. Non (inquã) iccirco Iudæus quiſquam repellitur, quia gens Iudaica Chriſtũ occidit: ſed qui Chriſtũ negat, ſiue Iudæus, ſiue Gentilis, ipſemet ſeſe facit in ſua perſona repelli, Vnde loco ſupra memorato, cũ dixiſſet Daniel, & poſt hebdomadas ſexaginta occidetur Chriſtus, ſubiungens, & non erit ei populus (ait) qui eũ negaturus eſt. Non dixit non erit eius populus qui eũ occiſurus eſt, ſed qui eum negaturus eſt. Nam occiſio Chriſti

Danielis. 9

Q̃o nũc pendent Iudæi.

Romano. 11

Gene. 14

Clementia dei

Deus ego & non homo.

occiſoribus confitentibus ſine dubio, donatur, ſecundū ipſius precē dicentis, pater dimitte illis. Non em̄ ſciunt quid faciūt: negationis aūt pertinacia damnatur, nullāq; ueniam meretur. Itaq; nō ut Adama & Seboim, quarum corporale incendiū nullus euaſit inhabitantium poſuit deus illū populū ſuū: quia corporali excidio multi ſuperfuerūt, & reliquiæ exillis ſubuerterent, cū intrauerit plenitudo gentiū, niſi ſponte ſua, niſi gratuita miſericordia ſurorem iræ ſuæ repreſſiſſet: iuſto ualde iudicio, ſicut Adama & ſicut Seboim, nullis reſeruatis reliquijs, perdidiſſet. Vnde & Eſaias loquitur. Niſi dñs exercituū reliquiſſet nobis ſemē, quaſi Sodoma fuiſſemus, & quaſi Gomorra ſimiles eſſemus. Sequitur. ℣ Poſt dominū ambulabunt, quaſi leo rugiet, quia ipſe rugiet, & formidabunt filij maris, & auolabunt quaſi aues ex Aegypto, quaſi columba de terra Aſſyriorum. Et collocabo eos in domibus ſuis dicit dominus. ℣ Ideirco (ait) nō omnino diſperdā, quia poſt dominū reliquiæ ambulabunt, id eſt, credent in Chriſtū. Etenim Chrūs ab eis in tempore beneplacito cognoſcetur & timebitur, ſicut ex ſuo rugitu leo cognoſcitur & formidatur. Ipſe em̄ quaſi leo rugiet, inquit. Hoc ipſum, nō ſemel contentus, repetit & dicit, quia ipſe rugiet, & formidabunt filij maris. Dominus noſter Ieſus Chrūs quaſi leo rugijt, qñ infernum cōtriuit, & mortē uicit, ſecundū prophetiā Iacob dicentis. Catulus leonis Iuda, ad prædam fili mi aſcendiſti. Requieſcens accubuiſti ut leo, & quaſi leæna. Quis ſuſcitabit eū? Itaque poſt dñm rugientē, quēadmodū rugit leo, ambulabūt: & formidabunt, id eſt, in Chriſtum deuicta morte, & ſpoliatis inferis glorificatū credent, eiusq; ueſtigia ſequētur, & in timore illi ſubditi erunt. ¶ Sed quinā ſunt, qui ita poſt dominū ambulabūt & ita formidabunt? Filij maris, inquit. Non dixit, filij Effraim ſiue filij Iſrael, quibus ſupra dixerat, quomodo dabo te Effraim? protegā te Iſrael? Eilij maris inquit, id eſt, quicunq; crediderint & Baptizati fuerint. Moriturus em̄ erat Ieſus nō tantū pro gente ſiue pro reliquijs gentis, ſed ut filios dei, qui erant diſperſi, congregaret in unū. Bene ergo magis uniuerſali enuntiatione dixit, filij maris, id eſt, filij baptiſmi, filij gratiæ regenerantis, quacunq; ex gente ſiue natione ſint. Reliquiæ filiorum cum iſtis poſt dominum ambulabunt & formidabūt, & ita qui diſperſi erant filij dei, congregabuntur in unum. ¶ Iſtam unitatis eorum congregationem prophetā pulcherrime exornat, cum dicit. Et auolabunt quaſi auis ex Aegypto, & quaſi columba de terra Aſſyriorum, & collocabo eos in domibus ſuis, dicit dominus. Aegyptus ſiue terra Aſſyriorum mūdus iſte eſt omnibus errantibus, & principē huius mundi ſectantibus, q intelligitur per Aſſur. Pulchre nanque quaſi auis auolare dicitur, qui terrenas cupiditates relinquendo, cœleſtem gratiam ſequuntur, & ſic euadunt, ut ueſtigia culpæ nulla in eis inueniat inſecutor diabolus, ſicut auolatus auium ueſtigia nulla ſuperſunt, dum liberis per aera pennis feruntur. ¶ Nec uero contētus eſt dixiſſe nomine generali: & auolabunt quaſi auis: ſed cōtinuo ſpecialiter exprimit eius auis ſimilitudinē, cui competēter aſſimiletur gratia cœleſtis, dicendo, & quaſi columba de terra Aſſyriorū. Columba nanq; maxime prō eo quod in hac ſpecie ſpūs ſanctus ſuper dominū noſtrum cū baptizaretur, apparuit, regenerā tē eiuſdē ſpūs ſancti grām ſignificat, cuius utiq; ſacramētis uiuificati, auolauimus ex Aegypto & de terra Aſſyriorū, id eſt, de ignorātiæ tenebris, & de terrenaꝝ affectibus cupiditatū. Et ſic auolātes collocabo eos in domibus ſuis, dicit dñs. In domibus ſuis, id eſt, in manſionibus ſibi præparatis. Nā ab origine mūdi, qñ creatis hominibus primis benedixit illis & ait. Creſcite & multiplicamini & replete terrā, præparauit illis domos ſiue manſiones æternas de quibus & cōtinuo moriturus dixit. In domo patris mei multæ manſiones ſunt, & in nouiſſimo die dicturus eſt: Venite benedicti patris mei, percipete paratū uobis regnū à cōſtitutione mūdi. Sequitur. Circundedit me in negatione Effraim, & in dolo domus Iſrael, Iudas autem teſtis deſcendit cum deo ſuo, & cū ſanctis fidelis Effraim paſcit ventū & ſequitur eſtū. Tota die mendaciū & vaſtitatē multiplicat, & fœdus cum Aſſyrijs iniit, & oleum in Aegypto ferebat. Quinta iā declamatione peccata populi, ſeſe iuſtificare uolentis, ſermo propheticus accuſat, & ante tribunal ſuū reū addicit maieſtas, cuius manus non eſt qui effugiat, ſi iudicio cū hominibus contendat. Circumdedit me (ait) in negatione Effraim, & in dolo domus Iſrael. Secundum euidentem literæ ſonum ad illa tempora lectorem mittit, quando (ut ſæpe iam dictum eſt) Hieroboam, qui erat de tribu Effra-

Luce. 23

Eſai. 1

Dominus vt leo rugiit. Gene. 49

Filij maris

Iohan. 11

Auolare quaſi auis.

Quaſi colūba

Matt. 3

Iohan. 14 Matth. 25

CAPVT. XII

bu Effraim, uitulos aureos fecit. Tunc eñ & ipſe in negatione, & domus Iſrael in dolo ; deum circumdedit, quando eiuſmodi conſiliū excogitauit, tam ipſe, q̄ domus Iſrael, qua tenus depellerent à ſe domū Dauid. Ibi reuera dolus extitit, qui nō per ignorātiam, ſed per maliciam Iſrael peccauit, ibi manifeſte deū negauit, qui eduxit Iſrael de terra Aegypti, quā do & hoc nomen & hoc opus uitulis illis aſcripſit dicendo, iſti ſunt dñi tui Iſrael qui te edu xerunt de terra Aegypti. Sed nunquid is qui hæc loquitur ſolos in iſto propheta uitulos illos attendit, quos illo tempore fecerat Effraim, & non magis illos uitulos multos & tau ros, de quibus in alio propheta iam dixerat, circūdederūt me uituli, mutli tauri pingues ob ſederūt me? Ergo ad illa magis tēpora proſpicientē ſpm̄ propheticū ſeq̄mur, qñ peccatū il lius Effraim, qui tunc negauit Dauid, imò dñm ipſum in Dauid, ad quē promiſſio facta fu erat, dicendo, q̄ nobis pars in Dauid, aut q̄ hæreditas in filio Iſai? ſic imitati ſunt deſertores filiī dei, filiī Dauid, ut circūdarent eū dicentes. Quouſq; animā noſtrā tollis? Si tu es Chrūs dic nobis palā. Tunc eñ in negatione circūdederunt eū, & hæc dixerūt eiſq; profecto ta lis eorū intentio fuit, ut confitentē ſe eſſe Chriſtū accuſarent eū & negarent: qđ & fecerunt ante faciē Pilati. Itē, quādo miſerūt ad eū quoſdā ex phariſæis cū Herodianis dicētes, magi ſter, ſcimꝰ qa uerax es, & uiā dei in ueritate doces, dic ergo nobis, licet cenſum dari Cęſari, an nō? Tunc utiq; in dolo circūdedit eū domus Iſrael: quippe qui cōſiliū inierant, ut cape rent eū in ſermone. Hæc & his ſimilia facturos ſiue dicturos hæredes peccati illius Effra im ſiue Iſrael, qui receſſit à domo Dauid, ueraciť nūc dicit, circūdedit me in negatiōe Effra im, & in dolo domus Iſrael. Porrò, his qui illū ſuſceperūt & cōfeſſi ſunt, ſecūdum p̄ſentem Petri & apoſtoli cōfeſſionē dicētis: Tu es Chrs filius dei uiui: cōgruit illud qđ protinus dicit Iudas aūt teſtis deſcēdit cū deo ſuo & cū ſanctis fidelis. Iudas nāq; confeſſio interpretať, & ic circo cōfeſſores uirtutis uniuerſi recte hoc noie ſignificanť. Et notanda diligenter hæc op poſitio. Effraim in negatione dñm circundedit Iudas aūt in hoc ip̄m qđ eſt Iudas, id eſt in cōfeſſione teſtis cū deo ſuo deſcēdit. Nimirū negatio & Iudas, id eſt, cōfeſſio, cōtraria ſunt. Itē, circūdare dñm & deſcēdere cū dño, cōtraria ſunt. Nihil uerius hoc p̄conio prophetali. Qui eñ in negatione dñm circumdat, cōtra dñm ſuperbit, & ſuperbiēdo incidit in iudiciū diaboli: & ecōtra, qui cōfitetur dñm filiū dei, in humilitate filiī hominis cōfitēdo deſcēdit, unde & mereť exaltari. Iſte Iudas recte dicitur teſtis, nō qualiſcunq;, ſed fidelis, uidelicet ex oppoſito domus Iſrael, quæ dñm in dolo circumdedit. Dolus nanq; & fidelitas contraria ſunt. Confeſſor igitur & teſtis fidelis cū deo ſuo & cū ſanctis deſcēdit: Exēpli gratia, quā do unus ex illis q uenit in teſtimoninm ut teſtimoniū perhiberet de lumine, cōfeſſus eſt & nō negauit: & cōfeſſus eſt qa nō ſum ego Chrūs. Itē q poſt me uenturus eſt (ait) ante me fa ctus eſt, qa prior me erat, & de plenitudine eius nos oēs accepimus. Hoc mō nimirū oēs ſancti deſcēdunt, & cū illis oīs cōfeſſor & teſtis fidelis deſcēdit, cōfitēdo ſcilicet, q̄ ille pri or omnibus extiterit, & q̄ de plenitudine eius oēs ipſi acceperūt. Ecōtra ſuperbi oēs, qua les erant illo tpe ſcribæ & phariſæi, tollunť in ſublime: unde & factі ſunt ſicut puluis, quē proīcit uentus à facie terræ. Ait ergo. Effraim paſcit uentū, & ſequitur æſtū. Ventū nāq; paſcere eſt ſuperbiæ ſpū inflari: ſequi uero æſtū, luxuria corrūpi: q̄ peccata uel uicia conſe quētia ſunt, ita ut cū ſupbia ſpm̄ erexerit, carnē quoq; corrūpat ſpūs fornicatiōis. Quod itē ſequitur. Tota die mendaciū & uaſtitatē multiplicat, quā ueraciter eiuſdē, cōgruat palā eſt q tota die, id eſt, pertinaciter fingendo mendaciū, uanūq; timorē, ac dicēdo, ſi dimittimꝰ eū ſic oēs credent in eū, et uenient Romani, et tollēt noſtrū et locū et gentē. Vaſtitatē utique multiplicauerūt, id ē, multiplicē ſuis urbibus euerſionē cōparauerūt. Quomō aūt ille talis Effraim, id eſt, populus deſertor ueri Dauid, fœdus cum Aſſyriis iniit, et oleū in Aegyp tū ferebat, niſi malignoꝝ ſpirituū uoluntatē faciēdo, et imperio mūdi huius male adulādo ita ut diceret, nō habemus regē niſi Cæſarē? Oleū nāq; interdū adulatiōis ſignificat ſuaui tatē, ut illlic. Oleū aūt peccatoris nō impinguet caput meū, id eſt, adulatio cuiusq̄ nō dele ctabit mentē meā: Et quidē ille, dicendo, nō habemus regē niſi Cęſarē, et ſi hūc dimittis nō es amicus Cęſaris, et cætera hmōi, oleū in Aegyptū ferebat ſed nec ſaltē ad tempus illis Ae gyptiis, id eſt gentilibus principibu Romanis acceptū fuit. Nā pro ſua uitate talis olei nul lam ſocietatis gratiā, imò magnā euerſionis ſuæ pœnā conſecuti ſunt. Sequitur. L Judiciū

Pſal. 21.

3. Reg. 12
Iohan. 10

Matt. 23

Matt. 16

Iohn.

Paſcere uētū.

Ioha. 11

Pſal. 140

Iohan. 9

enim domini cum Juda, ⁊ viſitatio ſuper Jacob. Juxta vias eius ⁊ iuxta adinuentiones eius reddet ei. In vtero ſupplantauit fratrem ſuum, ⁊ in fortitudine ſua directus eſt cum angelo, ⁊ inualuit ad angelum, ⁊ confortatus eſt, fleuit ⁊ rogauit eum. ¶ Dixerat dominus, circũdedit me in negatione Effraim & in dolo domus Iſrael, Iudas autem teſtis deſcendit cũ deo ſuo, & cũ ſanctis fidelis. Nunc quaſi quærat aliquis, quæ cauſa iurgij fuerit Effraim, ut negaret: quæ cauſa domui Iſrael, ut idolum excogitaret: cũ Iudas econtra teſtis fidelis cum deo ſuo deſcenderet: ſubiungit ipſe propheta dicens in ſua pſona: Iudicium em̃ domini cum Iuda, et uiſitatio ſup Iacob. Et eſt ſenſus. Iccirco dominũ circũdederunt negantes, & in dolo loquentes, qa dominus ipſe iudiciũ poſuit cũ Iuda, & uiſitationẽ egit ſuper Iacob: diſcernendo uidelicet & diſcernendũ eſſe docendo, quinam

Apoc. 3

ſint ueraciter Iudæi, & qui econtra Iudæos ſe eſſe dicant cum nõ ſint, ſed ſint in ſynagoga Satanæ: Qui (inquam) ſint ueraciter Iacob, & qui econtra Iacob, ſiue Iſrahel ſe eſſe dicant, cum non ſint, ſed ſint Eſau. Tale nanq; iudicium cum Iuda, talem uiſitationem aduenienſ

Roma. 9

dominus noſter exercuit ſuper Iacob, ut non eos reputare uelit Iudæos ſiue filios Iacob, pro eo q; ſunt filij carnis, niſi ſint etiam filij promiſſionis uel fidei. Vnde & Apoſtolus dicit: Non enim omnes qui ſunt ex Iſrael, hi ſunt Iſrahelitæ: neque quia ſemen ſunt Abrahæ omnes filij dei, ſed in Iſaac uocabitur tibi ſemen, id eſt, non qui filij carnis, hi filij dei, ſed qui filij ſunt promiſſionis æſtimantur in ſemine. Deniq; quod nihil proſit eſſe filios carnis, qui non ſunt filij promiſſionis, iuſtiſſima confirmat ſententia, cum dicit. Iuxta uias eius & iuxta adinuentiones eius reddet ei. Cui ei? Nimirum ei, qui cum deberet eſſe Iacob ſiue Iudas teſtis fidelis, factus eſt Effraim qui receſſit infideliter à domo Dauid, imò & Chanaan dicimeretur, ſicut habemus in ſequentibus. Cum ergo dicit. Iuxta uias eius, & iuxta adinuentiones eius reddet ei, ſubintelligendum eſt, æque ut gentili. Ira em̃ & indignatio (inquit apoſtolus) tribulatio & anguſtia in omnem animã hominis operantis malũ, Iudæi primum & Græci. Non eſt enim perſonarum acceptio apud deum. Veritatem iudicij ſiue ueram ſentẽtiam iudicis diſcernẽtis, quis uere Iacob dicatur & ſit, uerbis iſtis breuiter diffinit. In utero ſupplantauit fratrem ſuũ, & in fortitudine ſua directus eſt cũ angelo, & inualuit ad angelũ & confortatus eſt, fleuit & rogauit eum. Cum em̃ hæc dicit, ualde ſubtiliter exigit, ut ſimiliter faciat quicunq; hoc aſtruere uult quod ex iacob ſit: & hoc declamat, quod populus ille ueraciter Iacob dicatur & ſit, qui ſimiliter agit. In utero (inquit) ſupplantauit fratrem ſuũ, unde dictus eſt Iacob, id eſt, ſupplantator. Ergo qui uult ueraciter dici uel eſſe Iacob, in huius uitæ anguſtijs, confligat ſenſu ueritatis cõtra populum iſtum qui cum ſit crudelitate rufus, cupiditate terrenus, moribus hiſpidus: deum ſibi arrogat, cum dei filium non habeat, & pugnando uſq; ad uictoriam, tollat eius primogenita. Item & in fortitudine ſua (inquit) directus eſt cum angelo, & inualuit ad angelum, & confortatus eſt, & fleuit & rogauit eũ. Notam hiſtoriam contingit, uidelicet cum Iacob reuerteretur de Meſopotamia: traductiſq; omnibus: quæ ad ſe pertinebant, trans uadum Iacob remanſiſſet ſolus: Ecce uir luctabatur cum eo uſq; mane. Qui cũ uideret q; eum ſuperare nõ poſſet, dixit ad eum. Dimitte me iam em̃ aſcendit aurora. Reſpondit. Non dimittam te, niſi benedixeris mihi. Et benedixit ei in eodem loco. Ergo & qm̃ non ſolum Iacob, uerumetiam Iſrael ueraciter dici uel eſſe uult, ſimiliter in fortitudine ſua, id eſt, in fide ſua dirigatur cũ Chriſto, magni conſilij angelo, & inualeſcat ad angelum hũc: uidelicet & agendo pœnitentiam, & faciendo dignũ pœnitentiæ fructum. Nam quod ait, & confortatus eſt, ſubiungens, fleuit & rogauit eum, recte dicas de fortitudine pœnitentium, quia reuera fortes ſunt, flendo inſtanter, & rogando perſeueranter remiſſionẽ peccatorũ, iuxta illud. A diebus aũt Iohannis, regnũ cœlorũ uim patitur, & uiolenti diripiunt illud. Quiſquis taliter imitatur patrẽ Iacob, qui cum angelo luctatus eſt, & tanq; uictor benedictionem exigit ab eo, hic nimirum quacunq; ex gente uel natione ſit, uere eſt iam Iacob, & dici meretur Iſrahel. Addit adhuc. ¶ In Bethel inuenit eũ, ⁊ ibi, locutus eſt nobiſcum, ⁊ dominus, deus exercituum dominus memoriale eius. ¶ Patenter hic angelũ, cum quo directus eſt ſiue luctatus ille patriarcha Iacob, ipſum aſſerit fuiſſe dominũ, dicendo. In Bethel inuenit eũ, & dominus deus exercituum dominus memoriale eius. Nam eum, quem ſuperius inuenerat in Bethel, ipſum fuiſſe dominũ, ſcriptura te

Gen. 25 Vere Iacob q; ẽ & dicitur.

Gene. 25

Fortes vt Iacob ſunt tp œnitentes.

Matt. 11

ptura teſtis eſt. Sic enim ſcriptū eſt. Viditq; in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terrā, & cacu- Gene. 28
men illius tangens cœlum: angelos quoq; dei aſcendentes & deſcendentes per eam, & do-
minum innixum ſcalæ, dicentem ſibi: Ego ſum dominus deus Abraham patris tui, & de-
us Iſaac. In Bethel ergo inuenit eum, ſcilicet angelum, cum quo luctatus eſt poſtmodum,
qui & dixit ei. Quoniam ſi contra deum fortis fuiſti, quanto magis contra homines præua-
lebis? Interpretatur aūt Bethel domus dei. ¶ Ergo & quiſquis inualeſcere cupit ad illum ta-
lem angelum, ut fletibus tanquam uictor obtineat remiſſionē peccatorum, in Bethel quæ- Extra eccleſiā
rat ut inueniat eum, id eſt, in domo dei, quæ eſt eccleſia, Nam extra iſtam dei domum nul- non inuenitur
lus eſt locus, in quo inueniat quis eum, uel in quo ſuum cuiquam impartiatur alloquium. peccatorum
Vnde nunc ait. Et ibi locutus eſt nobiſcum. Quis uel quantus iſte ſit, quem uel tunc ille Ia- remiſſio.
cob in Bethel inuenerit, uel nunc inuenire debeat in domo dei, quiſquis eiuſdem Iacob ſiue
Iſrael ſemen ueraciter meretur nuncupari, manifeſtius exprimit, cum protinus dicit. Et do-
minus deus exercituum dominus memoriale eius. Nam reuera hic magni conſilij angelus
domiⁿᵒ eſt, deus eſt: Dominus (inquam) exercituum, omnium uidelicet creator & rex an-
gelorum & omnium electorum hominum. Et hoc nomen, quod eſt dominus, ita eſt me-
moriale eius, ſicut & dei patris eius. Nemo enim in ſpiritu dei loquens, diffitetur aut obliui
ſcitur, ſed memoriter tenet, & dicit, dominus deus. Nunc ad auditorem propheta ſeſe con-
uertit, dicitq; ei. ⊥ Et tu ad dominum deum tuum conuerteris, miſericordiam & iu-
dicium cuſtodi, ſpera in deo tuo ſemper. ⊥ Cū dicit & tu, ſubintelligendum eſt, quemad
modum ille, ſiue ſecundū exemplū illius. Et qūo tunc ille Iacob ad dñm deū ſuū conuerſus
eſt? Quomō miſericordiā & iudiciū cuſtodiuit, & ſperauit in deo ſuo ſemper? Nimirū cū
peregrinaretur, fratrem ſuū Eſau fugitans, qui iam nō peregrinus, ſed p̄potens factus erat,
accipiendo uxores de filiabus Chanaan, inter quas Iſaac pater ſuus habitabat: tūc omni hu-
mano ſolatio deſtitutus, flendo (ut iam dictū eſt) & rogando conuertit ſe ad dominū deum
ſuū, inualuitq; ad angelū, confortatus cū flebili oratione hac. Deus patris mei Abrahā, &
deus patris mei Iſaac. domine tu dixiſti mihi, reuertere in terrā tuā & in locū natiuitatis tuæ
& benefaciam tibi, minor ſum cunctis, miſerationibus tuis, & ueritate quam expleſti ſeruo
tuo: in baculo meo tranſiui Iordanē iſtum: & nunc cum duabus turmis regredior, erue me
de manu fratris mei Eſau, quia ualde eū timeo. Ita ergo & tu, quotiens te p̄ſequitur Eſau. i.
quilibet frater falſus, cuiuſcunq; exemplū fuit Eſau: imò & quotiens ſpiritum tuum carotu
a perſequitur, conuertere ad dominum deum tuum & ora eum, atq; ut audire merearis, ro
gando fortiter, ſicut ille in fortitudine ſua cum angelo directus eſt, preſeueranter eſto fortis
quemadmodū ille, cū dixit: Non dimittam te, niſi benedixeris mihi. Miſericordiam & iu-
diciū ille cuſtodiuit, uidelicet ambulādo in uiis dñi, Nā uniuerſæ uiæ dñi miſericordia &
iudiciū ſiue miſericordia & ueritas. Proinde & merito ſperauit in dño deo ſuo ſemper. i. in o
mnibus aduerſis q̄ multa paſſus eſt, nec ſpe ſua fruſtratus eſt. Nā & de manu Eſau, quē time
bat, eruit eū dñs, & tādē poſt dies peregrinatiōis ſuæ plurimos, poſt annos uitæ ſuæ. cxxx.
uiſa curſus facie filij ſui Ioſeph, conſolatus eſt ſemetipſum dicens, quod iam lætus moritu-
rus eſſet. Huiuſmodi iudicium cū Iuda, & hæc uiſitatio ſuper Iacob, ut quiſquis ſecundum
hæc exempla uiuit patris illius, ille duntaxat dicatur & ſit Iudæus, ille Iacob, imò & Iſrael
uere uocetur. Quid contra is, q cū ſit fidei uel meritis eiuſdē patris contrarius, in ſola carne
Iacob, ſiue in carnali tantum iudaiſmo gloriatur? Audi quod ſequitur. ⊥ Chanaan eſt, in
manu eius ſtatera doloſa, calumniā dilexit. ⊥ Mira & condigna ſecundū cuiuſq; meri-
ta nominū ſiue appellationū poſitio, imò oppoſitio. Illi qui ſecundū exemplum patris iā di-
cti in fortitudine ſua dirigitur cū angelo, & inualeſcit ad angelū, recte dicitur, nequaquam
Iacob appellabitur nomen tuum, ſed Iſrael: quoniam ſi contra deū fortis fuiſti, quanto ma-
gis contra hoies p̄ualebis? Huic aūt, qui ſimiliter nō facit, imò inuidet ſimiliter faciēti, dicit
ſecundū ſenſum ſermonis huius prophetici. Nequaq; Iacob appellabitur nomen tuum, ſed
Chanaan. Hoc & in alio propheta cōfirmat idem deus, cum dicit. Pater tuus Amorreus Ezech. 16
& mater tua Cethea. Amorræus nanq; & Cethæus poſteri Chanaan extiterūt. Quam ob
cauſam maxime meretur uocari Chanaan, quiſquis ſecundum carnem Iudæus dicatur ſi-
ue Iſrahelita, ſecūdū mores à tali uel tanto patre degenerat. Nimirū ꝓpter malicioſam terre

næ cupiditatis duplicitatem, quæ pulchre talibus exprimitur uerbis: In manu eius ſtatera
Gene.25. doloſa, calumniã dilexit. Hoc nanq; contrariũ illi eſt quod de patre illo ſcriptura dicit. Iacob
autem uir ſimplex, habitabat in tabernaculis. Simplicitas eo prouexit illũ, ut uocari mereretur Iſrael: doloſitas eo deuoluit filios carnis illius, ut uocentur Chanaan. Q; ſi habendo in
Leui.19 manu ſua ſtateram doloſam contra iuſtitiã legis dei dicentis, ſit tibi æquus modius, iuſtus q; ſextarius, merentur appellari Chanaan: quanto magis pro eo quod conſilium facientes, ut Ieſum tenerent & occiderent, ſtatera hoc peregerunt, appendenda triginta argenteis ſanguinis eius precium, non iam Iudæi, ſed Chananei dicendi ſunt? Nimirum de iudæis illius temporis ueraciter propheticus ſermo dicat: Chanaan calumniam dilexit: quia maiori diligentia uel inſtantia calumniati ſunt, ut crucifigerent Chriſtum regem, uerum Dauid, q̃ olim ſeſe ſciciſſet à domo Dauid ille Effraim, de quo hic propheta protinus dicit. ⊥ Et Effraim dixit ueruntamen diues effectus ſum iuueni idolum mihi. Omnes labores mei non inuement mihi iniquitatem quam peccaui. ⊥ Manifeſtus expreſſit quem in precedenti uerſiculo nomine Chanaan denotauerit, ſubiungendo, & dixit Effraim. Nã qui naſcendo erat Effraim, & pro diſceſſione à domo Dauid, non qualiſcunq;, ſed notabilis Effraim, ipſe ſtaterã doloſam in manu habendo, & idolũ ſibi inueniendo, Chanaan recte dici meruit. Et uide q̃ mira fatuitatis conſolatio. Cũ haberet iſte Chanaan in manu ſua ſtateram doloſam, & accuſantem ſe nuſquã poſſet euadere peccati conſcientiã, conſolatus eſt ſemetipſum & dixit, Veruntamen diues effectus ſum. Vndecunq; (inquit) uel quomodocunq; acquiſierim, ſiue iuſta ſiue doloſa in manu mea ſtatera fuerit, diues effect⁹ ſum, quod
Iudeorũ auaritia. quærebã adeptus ſum, inueni idolũ mihi. Et hoc quidẽ ille dixerit Hieroboam de tribu Effraim, qui euincere potuit, ut pro deo utiulum faceret coli. ¶ Iudæi uero temporis illius qđ maxime propheta reſpicit, quo uidelicet uenit ut regnaret uer⁹ Dauid, cũ audiſſent eũ contra auaritiam ſuam diſputantem, maximeq; ſcribæ & phariſæi, cũ illum crucifixiſſent, gauiſi ſunt, quaſi illo interempto deinceps uacaret ſibi ſeruire idolo ſuo, ſcilicet mammonæ, id ẽ uacare lucris ſuis. Cũ itaq; conſcientia crudeli torqueretur hic talis Chanaan ſiue Effraim,
Ve diuitibus. conſolabatur ſemetipſum, ueruntamen (inquiens) diues effectus ſum. Econtra ille dicebat
Luc.6 Veruntamen, uæ uobis diuitibus, quia habetis conſolationẽ ueſtram. Væ uobis, quia ſaturati eſtis, quia eſurietis. Væ uobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis. Iacobus quoq;
Iaco.5 Apoſtolus contra diuites eoſdem dicit. Agite nunc diuites, plorate ululantes in miſerijs q̃ aduenient uobis. At ille diues Chanaan, id eſt Iudaicus ſiue phariſaicus cœtus, dicebat ſibi, quemadmodum hic propheta præſcribit. Omnes labores mei non inuenient mihi iniquitatem meam quam peccaui. Et eſt ſenſus. Omnia peccata mea non potuerunt uindicari, neq; fieri poteſt ut iniquitas, quam peccaui, puniatur euerſione ciuitatis & templi. Nunqđ
Acto.6 enim crederet uel audire poſſet quod locus ille, tam lucroſus, propter ſanguinẽ Ieſu Chriſti deſtruendus foret? Denicq; hoc Stephano prothomartyri pro crimine aſſcriptum eſt, qđ ita prædicaret ſicut ſcriptura refert. Et ſtatuerent falſos teſtes qui dicerent. Homo iſte non
Iaco.5 ceſſat loqui uerba aduerſus locum, & ſanctum, & legem. Audiuimus enim eum dicentem, quoniam Ieſus Nazarenus deſtruet locum iſtum. Agite ergo diuites (inquit apoſtolus iã dictus) plorate ululantes in miſerijs quæ aduenient uobis. Diuitiæ ueſtræ putrefactæ ſunt & ueſtimenta ueſtra à tineis comeſta ſunt. Et ſubinde. Epulati (ait eſtis) ſuper terram, & in luxurijs enutriſtis corda ueſtra. In die occiſionis adduxiſtis, occidiſtis, & non reſtitit uobis. Vane ergo ſe conſolatus eſt hic, qui ſtateram habens doloſam, calumniam dilexit, dicẽdo, Veruntamen diues effect⁹ ſum, qa nec diuitiæ ſuæ proderunt illi, nec male commutati nominis Chanaan hæreditate carebit. Sequitur. ⊥ Et ego dominus deus tuus ex terra Egypti, adhuc ſedere te faciam in tabernaculis, ſicut in diebus feſtiuitatis. ⊥ Hoc antertoribus coniungitur dictis, neq; enim Chanaan illi, cuius in manu ſtatera doloſa eſt: aut Effraim, qui ſibi idolũ inuenit, & gloriatus eſt diuitem ſe eſſe, gratiã iſtã repromittit, ſed ei cui dixerat, & tu ad dominũ deũ tuum conuerteris, miſericordiam & iudiciũ cuſtodi, & ſpera in deo tuo ſemper. Hic ille ẽ qui habito iudicio cũ Iuda, ſeu uiſitatione ſuper Iacob, uere Iudæus, & uerus eſſe Iſrahelita repertus eſt, imitando illũ qui in utero ſupplantauit fratrẽ ſuum, & in fortitudine ſua directus eſt cũ angelo, ſicut iã dictũ eſt. Itaq; ad illud quod dixerat,

& ſpera

& ſpera in deo tuo ſemper, cõiungitur id quod ait, Et ego dominus deus tuus ex terra Aegypti, id eſt, ex eo tempore, quo egreſſus ex ignorantiæ tenebris uerum mihi fidei ſacrificium obtuliſti. ¶ Tabernacula illa quæ repromittit, dicendo, adhuc ſedere te faciam in tabernaculis, illa ſunt de quibus Pſalmiſta. Quàm dilecta (inquit) tabernacula tua domine uirtutũ, ſubiungens, concupiſcit & deficit anima mea in atrijs domini. Tabernaculã quippe id eſt tegumenta peregrinantiũ ſiue in militia laborãtiũ, diſcreti in eccleſia ſunt ordines deo ſeruientiũ, in quibus poſita anima cõcupiſcit & deficit in atria domini, deſiderando ab iſtis anguſtijs tranſmigrare in illam amplitudinem Hieruſalem ſupercœleſtis: ubi tanta amplitudo eſt, ut nullius poſſeſſio alterius poſſeſſione poſſit artari, ſufficiatq; unicuiq; quo d poſſidet, ita ut amplius nolit. Notandus ergo ordo dictorum, quia cum dixiſſet, ego dominus deus tuus ex terra Aegypti, adhuc ait, ſedere te faciam in tabernaculis, ſicut in diebus feſtiuitatis. Notum quippe eſt, q̃ egreſſi de terra Aegypti filij Iſrael, in tabernaculis habitauerunt Vnde & feſtiuitatem tabernaculorũ ſcœnophegiam celeberrimam habuerunt ſingulis annis. Eſt itaq; ſenſus. Olim patres tuos, aſcendentes de terra Aegypti, habitare feci in tabernaculis, donec introducerem eos in terram promiſſionis. Sed ſicut alia eſt Aegyptus, quã illa Aegyptus ſignificauit: & alia terra promiſſionis. cuius illa terra typum prætulit, ita adhuc alia ſunt tabernacula, quorum illa tabernacula ſignificatiua fuerunt, & in illis te ſedere faciam, ſicut in diebus feſtiuitatis, id eſt, ſicut ſignificatũ eſt illis tabernaculorum feſtis, quia omnia in figura contingebant illis. Et reuera quicunq; credẽdo in Chriſtũ de ſpirituali Aegypto exiuit, in alijs, id eſt, in ſpiritualibus ſedet tabernaculis, dicitq; ſedens, cõcupiſcit & deficit anima mea in atrijs dñi. His dictis protinus ſubiũgit. L Et locutus ſum per prophetas, & ego viſionem multiplicaui, & in manu prophetarũ aſſimilatus ſum. J Hoc ita ſenſui conjungitur p̃cedenti. Ego (inq̃) dñs deus tuus ex terra Aegypti, & ex tũc ita factis & dictis innotui, ut nemo ſe de ignorantia nominis mei excuſare poſſit. Nã, ut innoteſcerẽ uiſionẽ ex tũc multiplicaui, ex quo Moſi apparui de medio rubi, in flãma ignis: & ille dixit, Vadã & uidebo uiſionẽ hãc magnã, q̃re nõ cõburatur rub⁹. Et tũc p illũ ꝓphetã, & p alios prophetas locut⁹ ſum, & uiſionẽ multiplicaui. i. uidẽd⁹ atq; cognoſcẽdus prophetis multipliciter apparui, & in manu ꝓphetarũ aſſimulatus ſum, uidelicet opa multa faciẽdo, q̃ mei ipſius quaſdã ſimilitudines p̃tulerũt. Exẽpli gra, In manu Moſi decẽ plagis contraria quidẽ Aegyptus & Pharao flagellatus eſt, ſed nõ niſi p immolati ſanguinẽ agni ad pfectũ uictoria pduci potuit. Illic nimirũ in manu Moſi aſſimulatus ſum, hoc deniq; tũc aſſimilatũ uel p̃figuratum eſt, qđ decẽ iuſtitiæ p̃ceptis legalib⁹, q̃ illa añ meũ ſeruaret aduentũ, ſancti homines, uexarẽt quidẽ ſpiritualẽ Pharaonẽ, id eſt, diabolũ, repugnando & reſiſtendo illi atq; cõtendendo exire de regno mortis, ſed nõ ꝓualerent. Nihil eſt ad pfectũ adductura erat lex (ſicut Ap'us dicit) donec tandẽ ingrederer mundũ immolandus, & ſacrificiũ iuſtitiæ futurus uerus agnus dei, qui per meũ ſanguinẽ ſolus implerẽ, ut per iuſtitiã hoĩm, quantũuis fortiter præcepta legis ad implentiũ fieri nõ potuit. Eiuſmodi factis multiplicibus multisq; ſimilitudinibus in manu Moſi & prophetarũ aſſimulatus ſum. De ignorantia taliũ, q̃m ſcripta ſunt, maxime trib⁹ Iuda, penes quã & tẽplũ, & religionis ſiue ſacerdotij cult⁹ erat, excuſari nõ poterat. Sequitur ergo. L Si in Galaad idolũ, tamen fruſtra errant in Galgalibus immolantes. J Et eſt ſenſus. Si decẽ tribus idola colũt, q̃ templo & ſacerdotib⁹ & dei religione carẽt: tu tñ ò Iuda fruſtra deũ dereliquiſti, & in Galgal idola colis, cũ habeas templũ & ſacerdotiũ, & cætera q̃ ad diuini cultus ꝓtinẽt ritũ. Galaad nanq; & mõs ẽ & ciuitas iuxta eundẽ montẽ ſita, trans Iordanẽ, in tribu Gad: de q̃ ſuperius legim⁹. Galaad ciuitas operatiũ idolũ, ſupplãtata ſanguine. Galgal uero in tribu Iuda ꝓpe Bethel, de q̃ ſupra dictũ eſt. Oẽs negtiæ eorũ in Galgalis. Itaq; & p Galaad decẽ trib⁹, & p Galgal tribus Iuda recte denotat, ſecũdm tropũ, q ſynechdoche dicitur. i. cõceptio, cũ à parte totũ, uel à toto pars intelligitur. Aliter & ſic intelligi p̃t, etiã ſi Galaad idolũ ſit, ſiue q̃uis Galaaditæ abũdẽt idolis, tñ in Galgal errãt mira ſuperſtitionis inſania: nõ cõtenti uno in loco fixa portẽta uenerari, ſed ſemp de loco ad locũ curſitãtes, & idolorũ loca diuerſa uiſentes, q̃ſi p̃claris feſtiuitatibus inuitati. Nã & protinus ſubtũgit. L Illam & altaria eorũ quaſi acerui ſuper ſulcos agri. J Qđ eſt dicere. Cũ em̃ uno in loco, hoc eſt in Hieroſolimis uni deo ſacrificia uel primitias offerre

Tabernacula Iacob. Pſal. 83.

Exod. 23

1. Cor. 10

offerre debuerint: adeo multiplicauerunt altaria (ſicut ſuperius iã dictũ eſt) & ita exuberauerunt ſimulachris, & in uicis tã multa ſtarent altaria ut ſolent manipuloꝝ congeſti ſtare a cerui. Hoccine eſt hæreditariũ paternæ fidei, quod habito iudicio dñi cum Iuda: & uſitatione ſuper Iacob, filꝫ Iuda uel filꝫ Iacob mereantur nuucupari? Nõ utiq;. Sequitur enim. I fugit Iacob in regionem Syrie, & ſeruiuit Iſrael in vxore, & in vxore ſeruiuit. In propheta autem eduxit Iſrael de Aegypto, & in propheta ſeruatus eſt. ¶Cauſa iſta non miniſme operatur in illo iudicio ſiue operatione dñi ſuper Iacob, in diſcernẽdo, qs ueraciter & quis falſo dicatur eſſe ſemen Iacob. Cur enim ille fugit in regionẽ Syriæ & ſeruiuit in uxore? Videlicet ne quando ad eiuſmodi perduceretur altaria p mulieres Chanaã. Dixit enim Rebecca ad Iſaac. Tædet me uitæ meæ propter filias Eth. Si acceperit Iacob uxorem de ſtyrpe huius terræ nolo uiuere. Vocauit itaq; Iſaac Iacob, & benedixit, præcepitq; ei dicẽs. Noli accipere cõiugem de terra Chanaan, ſed uade & proficiſcere in Meſopotamiã Syriæ ad domũ Batuel patris matris tuæ, & accipe tibi inde uxorẽ de filiab⁹ Labã auunculi tui. Itaq; mulieres terræ illius fugit, q̃ poſſent illi ſcandalũ eſſe & cauſa peccati: & exẽplũ eius ſequendũ eſſe, propter cauſam eandẽ, Moſes ita ſcripſit. Nõ inibis cũ eis fœd⁹, nec miſereberis eoꝝ neq; ſociabis cũ eis cõiugia. Filiã tuã non dabis filio eius, nec filiã illius accipies filio tuo: qa ſeducet filiũ tuum ne ſequatur me, & ut magis ſeruiat dijs alienis, iraſcetur furor domini & delebit te cito. Iſti aurem econtra de Galaad in Galgal, de Galgal in Galaad curſitabant, quærendo & ſequẽdo idola, q̃ ille de gente in gentẽ, & de regno in populũ alterũ pertranſeundo fugiebat. Falſo igitur filios illius ſe eẽ dicũt, cũ ſint poti⁹ Chanaan (ſicut ſupra dictũ eſt) cuius opera ſectati ſunt. Magnũ profecto p̃coniũ eſt fugientis, in eo qđ dicitur, & in uxore ſeruiuit. Maluit uxorẽ iuxta beneplacitũ dei patrisq; ac matris proprio ſeruitute acquirere, q̃ filias Chanaan ducere cũ offenſione ſicut fecit Eſau, de quo ſcriptũ eſt. Eſau uero quadragenarius duxit uxores, Iudith filiã Beheri Ethei, & Baſcinath filiã Heloym eiuſdẽ loci, q̃ ambæ offenderant animũ Iſaac & Rebeccæ. Vxor illa in qua ſeruiuit Rachel extitit. Nõ pro Lia ſeruiuit aut conuentionẽ fecit, ſed pro Rachel, quã ſolã diligens à patre exiuit. Iccirco aũt repetit dicendo, & ſeruiuit in uxore, & in uxore ſeruiuit: qa uidelicet bis pro una eadẽq; Rachel ſeptẽnẽ ſeruitutẽ ſubijt. Septẽ quippe annis ſeruiuit, anteq̃ cõiugẽ duceret, & debito coniugio fraudatus eſt: ſed q̃rela deprompta, protin⁹ poſt Liæ copulã quã nõ q̃ũ erat, optatis potitus nuptijs Rachel, rurſus ſeruiuit ſeptem alijs annis. Et notandũ qđ ſic repente nomen cõmutatur, dicendo: fugit Iacob in regionẽ Syriæ & ſeruiuit Iſrael in uxore. Quando, fugit dicebatur Iacob: quando aũt ſeruiuit meruit uocari Iſrael: auctis utiq; meritis, ſicut narratio continet reuerſionis eiuſdẽ de ſeruitio redeuntis. Ad eandem diſtinctionem tanti patris, & eoꝝ, qui, quamuis carnis eius filij, nequaquã tamen merentur in ſemine reputari, ſpectat ad illud, quod protinus ſubiungit. In propheta aũt eduxit dominus Iſrael de Aegypto, & in propheta ſeruatus eſt. Nã econtra ſubaudiendũ eſt. Iſti aũt de Aegypto mente nequaq̃ ſunt egreſſi, imò ipſi ſunt Aegyptus faciendo ſibi & colendo deos Aegypti, ſcilicet uitulos, & rũ cultũ didicerũt in terra Aegypti. Vnde cõfeſtim in ſua pſona deus cõquerendo dicit. Ad iracundiã me prouocauit Effraim in amaritudinibus ſuis, & ſanguis eius ſuper eum veniet. Statim̃q; propheta ſubſequitur. Et opprobriũ eius reſtituet ei dñs deus ſuus. ¶ Loquente Effraim horror inuaſit Iſrabel, & deliquit in Baa, & mortuus eſt. Et nunc addiderunt ad peccandũ, fecerũtq; ſibi conflatile de argento ſuo quaſi ſimilitudinẽ idolorũ. Factura artificũ tota eſt. Ipſis ipſi dicunt, immolate homines vitulos adolantes. ¶Hæc oia quæ hic dicta ſunt declamatione uehementi prophetæ, iudiciũ dñi & uiſitationẽ ſuper Iacob iuſtificantis, fortiter conuincunt eos, ꝙ non ſint aut mereant dici Iſrael, qualẽ dominꝰ in ꝓpheta ueraciter de Aegypto eduxit. Alij nanq; & longe diuerſi, imò & contrarij Iſrael uero & fideli, quẽ in ꝓpheta Moſe dominꝰ eduxit de Aegypto, uero corde dicente. Eamꝰ & ſacrificemꝰ domino deo noſtro: Illi fuerunt q̃ in amaritudinibꝰ ſuis eundẽ dominũ ad iracundiã prouocauerunt, tentando & male loquendo de ipſo, ſempq; murmurando contra eũ. Et ille qđẽ Iſrael qualis erat Ioſue ſiue Caleph, in eo dẽ propheta ſeruatus eſt, aſcendendo per mare rubrũ: illoꝝ autẽ corpora proſtrata ſunt in deſerto. Illorum omniũ deterrimꝰ,

Gene. 27

Deut. 4

Lau. Iacob ab uxoribus.

CAPVT. XIII

& maxime

& maxime notabilis extitit Effraim, id eſt, Hieroboam de tribu Effraim, qui populũ ſcin-
dens à domo Dauid, uitulos aureos pro deo colendos inſtituit. Iccirco confeſtim in illum
ſermo recurrit, dicente domino. Adiracundiam me prouocauit Effraim in amaritudinib⁹
ſuis, & ſanguis eius, id eſt, peccatum eius, ſuper eũ ueniet, ut ſcilicet intereat, & regnũ per-
dat in poſteris ſuis, quod tali modo retinendum putauit. Et qa præſens pœna non ſola red-
ditur impœnitenti, ſubiungens propheta. Et opprobrium (inquit) eius reſtituit ei domin⁹
deus ſuus, id eſt, in futuro quoq; ſeculo tanti opprobrij memoria non delebitur, qui in tan-
tũ ſe deiecit, ut deſerto creatore deo, coleret non tam uitulũ q̃ inanimatã & inſenſibilem ſi-
militudinẽ uituli. Nec uero ſui ſolius, ſed & omniũ, quos ad tantum opprobrium induxit, p
ditio in illum redundabit. Iccirco peccatum eius amplius declamans, Loquẽte (inquit) Ef- 3. Reg. 12
fraim, horror inuaſit Iſrael, & deliquit in Balaal, & mortuus eſt, Et eſt ſenſus. Dicente Hie-
roboam iſti ſunt dij tui Iſrael, qui te eduxerunt de terra Aegypti. Horrendus horror, & ter-
roneus pauor inuaſit Iſrael: ut aut uerum putaret, aut obloqui non auderet: & non ſolum Dij aurei & ar-
uitulos illos, ſed & Baal, agente Achab cũ Iezabel, coleret, atq; hoc modo mortuus eſt. Ex gentei.
tunc uſus idololatriæ tantum excreuit, ut pene in omni loco ſinguli propria pro poſſe ſibi
met fabricarent idola in agris & in domibus ſuis. Hoc eſt quod ait. Et nunc addiderunt ad
peccandum, feceruntq; ſibi conflatile de argento ſuo, quaſi ſimilitudinem idolorum, ut ſci-
licet haberent ipſi quoq; ſuos uitulos. Nam quia rex deos habebat aureos, ipſi ſecundum
ſuam poſſibilitatem fecerunt ſibi deos argenteos. Totum hoc (ait) factura eſt artificum, ſi- Pſal. 113
cut alibi ſcriptum eſt, Simulachra gentium argentum & aurum, opera manuũ hominum.
Quod cum ita ſit, recte admiratur & dicit. His ipſi dicunt, immolate homines uitulos ado- Homines im-
rantes. Nam uere mira & nimis miſera ſtultitia, mandare homines, qui ſunt opus dei, tali fa- molari idolis,
cturæ artificum immolari. Hoc tã grande malum nequaquam illis fuit inuſitatum. Scrip- olim apud Iu-
tũ eſt enim. Et immolauerunt filios ſuos & filias ſuas dæmonijs, Et effuderunt ſanguinem dæos.
Innocentum, ſanguinem filiorum ſuorum & filiarum ſuarum, quas ſacrificauerunt ſculpti- Pſal. 105
libus Chanaan. Qui aũt ſunt ipſi qui hæc dicunt? Nimirũ ſacerdotes ſiue artifices quorum
illa factura eſt. Vos (aiunt) ò cultores idolorum, quid non ſuppetunt hoſtiæ, filios ueſtros,
& filias ueſtras, idola ſiue uitulos nobiſcum adorantes, eiſdem uitulis immolate. Tantis ac
talibus cauſis redditis, quibus in iudicio domini cũ Iuda ſiue uiſitatione ſuper Iacob cõuin-
cantur, quod potius ſemen Chanaan q̃ ſemen Iacob mereantur dici, nunc ſuper eſt pronũ
ciare condignas iudicij ſententias, & diffinire, qualem pœnã iſti falſi filij, & qualem grati-
am iure recipiant ueri filij patris illius Iacob, cuius deus dominus dicatur eſſe uel dici. Se-
quitur ergo. ¶ Iccirco erunt quaſi nubes matutina, & ſicut ros matutinus pręteri-
ens. Sicut puluis turbine raptus ex area, & ſicut fumus de fumario. Ego autem
dominus deus tuus ex terra Aegypti, & deum abſq; me neſcies, & ſaluator non
eſt preter me. Ego cognoui te in deſerto, in terra ſolitudinis. ¶ Prior nanque ſen-
tentia ſuper illos filios carnis, & non fidei Iacob depromitur, quod ipſorum memoria ſit pe-
ritura: ſequens ad iſtos, non tantum carnis, ſed & fidei filios, quod in aductu ſaluatoris Chri
ſti ſaluandi ſint in domino ſalute æterna. In illorum, qui reprobantur, ſententia quatuor
iſta pro ſimilitudine poſita ſunt, nubes, ros, puluis, & fumus. Notandum uero, quod nullũ
horum ſimpliciter poſitum eſt, ſed cum adiectione, quæ malum ſignificet, quia uideli cet
unumquodq; horum ſimpliciter poſitum, in bonam partem accipi plerunq; ſolet. Scriptũ
eſt enim. Qui ſunt iſti, qui ut nubes uolant? Item. Concreſcat in pluuia doctrina mea fluat
ut roſelo quium meum. Vel, ut Abraham loquitur ad deum. Loquar ad dominum cum
ſim puluis & cinis. Et Pſalmiſta dicit. Qui reſpicit terram, & facit eam tremere, qui tangit
montes & fumigant. ¶ Itaque quatuor hæc omnia ſimpliciter in ſcripturis poſita, in bonã
partem accipi poſſunt, iccirco ſingula hic cum adiectionibus congruis poſita ſunt: per
quas à ſempiterni boni ſignificatione diſtinguuntur. Nubes matutina, ros item matutin⁹
& mane pertranſiens: puluis turbine ex area raptus, fumus item de fumario turbine ra-
ptus dicitur: atque ita hæc omnia perituram conuenienter ſignificant memoriam illorum
qui cum deberent eſſe ſemen Iacob, ipſi per ſuum uitium in illum Chanaã, qui à patre ſan
cto maledictus eſt, degenerauerunt. Et quidem hoc, ſcilicet delendã eſſe memoriam illorũ,

quatuor

quatuor iſta pariter ſignificãt: ueruntamẽ in propriis ſignificatiõibus diuerſa ſunt. Etenim duo poſtrema, uidelicet puluis turbine raptus ex area, & fumus de fumario, manifeſtã exprimunt iram: duo aũt præcedentia, nubes matutina, & ros matutinus præteriens, temporalem, licet & cito tranſiturã quandã miſericordiam, iuxta illud, quod ſupra in hoc eodem propheta dictũ eſt, Quid faciam tibi Effraim, quid faciam tibi Iuda? Miſericordia ueſtra quaſi nubes matutina, & quaſi ros mane pertrãſiens. Denique & hic & illic nubes matutina & ros mane pertranſiens temporalia ſignificant genti illi collata, bono quidẽ ſecundũ ſe, ſed malorum cito tranſitura. Duo ſequentia manifeſte ſempiterna ſignificant mala, ſicut ſã dictũ eſt. Etenim hæc impiorũ retributiõe perire, ſicut diſperiit puluis turbine raptus ex area, & ſicut deficit fumus turbine raptus de fumario. Pſalmiſta quoq; dicente: Nõ ſic impij nõ ſic, ſed tanq̃ puluis, quẽ proiicit uentus à facie terræ. Itẽ: Inimici uero dñi, mox ut honorificati fuerint & exaltati, deficientes quemadmodũ fumus deficiũt. Sit itaq; nubes illa matutina, ſiue roſ ille manu pertranſiens, taliũ pars filiorũ, qualis fuit Eſau, cui dixit pater Iſaac:

Gene. 27 In pinguedine terræ, & in rore cœli deſuper erit benedictio tua. Nã illorũ qui ſunt ſemẽ Iacob, uel reputantur in ſemine, ſuntq; Iſrahelitæ, pars dñs eſt, ſicut protinus uerbis ſequentibus exprimitur, Ego aũt dñs deus tuus ex terra Aegypti, & deũ abſq; me neſcies, & ſaluator nõ eſt præter me. Ecce cognoui te in deſerto in terra ſolitudinis. Qui eñ hæc loquitur dñs deus dicens, & ſaluator nõ eſt præter me, Chriſtus eſt dei filius, fructus benedictionis illius, quã nõ meruit Eſau, Iacob aũt adeptus eſt ſecundũ uerba hæc. Et ſeruiant tibi populi & adorent te tribus. Eſto dñs fratrũ tuorũ, & incuruẽtur ante te filij matris tuæ. Qui maledixerit tibi, ſit ille maledictus: & qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur. Hoc nimirũ in ſpiritu ſancto agebatur, ut qñ diuidendi erant Iacob & Eſau, iuxta illud diuinum oraculũ, duæ gentes in utero tuo ſunt, & duo populi ex uentre tuo diuidentur: nõ de Eſau, ſed de Iacob ſemen Abrahæ, quod eſt Chriſtus, naſceretur: Hic ergo cũ dicit, ego aũt dñs deus tuus: Notandũ quod addit eſt terra Aegypti. In hoc nanq; breuiter aſtruit, quod nõ ſit deus recens, quãuis in nouiſſimis diebus de uirgine natus ſit. Poterat aũt dicere ſic, ego aũt dñs deus tuus ex Abrahã, quẽadmodũ & Iudæis dicentibus, quadraginta annos nondũ habes & Abrahã uidiſti? Reſpondens. Amen amen (inquit) dico uobis, anteq̃ Abrahã fieret ego ſum. Cur ergo dicere maluit, ex terra Aegypti? Videlicet quia tunc magis innotuit & potentiã ſuã oſtendit in ſignis & prodigijs: qualia Abrahæ nõ oſtendit, propter qđ & Moyſi tũc ait. Ego dñs qui apparui Abrahã, & Iſaac, & Iacob in deo omnipotente, & nomẽ meũ Adonay nõ iudicaui eis. Tunc etiñ fœdus pepigit cũ illis in mõte Synai, ut eſſet deus eorũ. Qui dixerunt ad Maſen. Omnia q̃ locutus eſt dñs, faciemus: & erimus obedientes. Ille uero ſumptũ ſanguinẽ reſperſit in populũ, & ait. Hic eſt ſanguis fœderis, quod pepigit dñs uobiſcũ ſuper cunctis ſermonibus his. Sermonũ eorundũ initiũ erat hoc. Non habebis deos alienos corã. Recte ergo & hic ait. Et deũ abſq; me neſcies. Continuo quoq; addit. Et ſaluator nõ eſt pter me. Iſte deus & ſaluator Chriſtus eſt. Deus quia creauit, ſaluator q factus hõ ſaluauit. Vnde & Ieſus (quod interpretatur ſaluator) nuncupari uoluit. Vere præter hunc ſaluator non eſt, quia non eſt in alio aliquo ſalus, nec enim nomẽ aliud ſub cœlo datũ hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri. Gratioſa ualde cõmemoratio eſt qua tãdẽ dicit. Ego cognoui te in deſerto in terra ſolitudinis. Neq; enim exiguũ quid eſt ei, qui oĩa ſcit & oĩes per ſcientiã nouit, notũ eſſe per gratiã illa notitia, iuxta quã uni illorũ uero Iſrahelitæ, ſcilicet Moſi dicit. Inueniſti enim gratiã corã me, & te ipſum noui ex nomine. Et qđ tũc uni illi dictũ hoc eſſe legimus, ſed qđ uni dicit, omnibus dicit: quos tunc temporis, imò & añ & poſt tempus illud præſcitos atq; prædeſtinatos eligit: qa cũctorũ noĩa in libro uitæ ſcripſit. Proinde & hoc ſciẽdũ, qa quicq; electi, in deſerto cognoſcũtur maxime & in terra ſolitudinis, in deſerto huius ſeculi, ubi deũ nemo unq̃ uidit, in ſolitudine cordis & occulto cõſcientiæ latentis, ubi ſolus deus animã tentationibus circũuentã proſpiciens exercet & probat, & legitime currentẽ cognitione ſua dignam ducens, profitetur quia cognoſcit. Talibus & ita cognitis ſiue nominatis ipſe in euangelio dicit. Gaudete qa nomina ueſtra ſcripta ſunt in cœlis.

Chriſtus deus filiorũ Iacob, non recens.

Exod. 6

Exod 24

Matthæi 1

FINIS LIBRI QVINTI.

RVPERTI ABBATIS

TVITIENSIS IN OSEE PROPHETAM COMMENTARIORVM LIBE VI.

Extanũ crepetitiõe pctã gẽtis eiusdẽ dñs depromẽs ad audito rẽ seſe cõuertit & dicit. ¶ Iuxta paſcua ſua adipleti ſunt, rele uauerũt cor ſuũ & obliti ſunt mei. ¶ Dictũ hoc, dei qdẽ bñfaci ẽtis cõmẽdat bonitatẽ, ſed nihilomin⁹ eorũ qb⁹ bñfactũ ẽ uehe mẽter cõdẽnat igratitudinẽ. Simile nãq; illi ẽ qđ de eiſdẽ Pſal miſta dicit. Et mãducauerũt & ſaturati ſunt nimis, & deſideriũ eorũ attulit eis, nõ ſunt fraudati à deſideriis ſuis. Et ſubíde. In oib⁹ his peccauerũt adhuc, & nõ cõuertent inimici mei retror ſum. Nũc ipſoꝝ ꝓprietatẽ dictorũ cõſiderem⁹. Iuxta paſcua ſua (inqt) adipleti ſunt, & ſaturati ſunt Quẽdã nõ bonũſiue lau dabile adipletionis & ſaturitatis modũ inſinuat, ita determinãdo, adimpleti ſunt & ſaturati ſunt iuxta paſcua ſua. Quænã uel qualia fuerũt paſcua ſua? Nimirũ ea quæ deſiderauerũt ꝓpter q murmurauerũt & dedeo male locuti ſunt: Exẽpli gratia, qñ dixerũt, Quis dabit nobis car nes ad ueſcẽdũ? Recordamur piſciũ qs comedebam⁹ in Aegypto gratis. In mẽtẽ nobis ue niũt cucumeres & pepones porriq; & cœpe & alia. Anima noſtra arida eſt, nihil aliud reſpi ciũt oculi noſtri, niſi Man. Quia taliꝫ & talia deſiderauerũt, & deſiderãtes uſq; ad nauſeã im pleti ſunt, recte paſcua ſua hæc dicta ſunt: neq; eñ deũ ꝓpꝫ ipm, ſed ꝓpter iſta ſecuti ſunt. ¶ Cęterũ q deũ ſequũt ꝓpter ipm, nõ hęc talia dicũtur paſcua ipſorũ, ſed ſermo dei cib⁹ uel paſcua ipſorũ eſt, iuxta illud Deuteronomij: Quia nõ in ſolo pane uiuit homo, ſed in omni uerbo qđ ꝓcedit de ore dei. Cũ ergo dicit, iuxta paſcua ſua adimpleti ſunt, & ſaturati ſunt ue hemẽt illos reꝑhẽdit. Idẽ eñ ẽ ac ſi dicat. Mãducãdo & bibẽdo totã receperũt mercedẽ ſuã, pro eo q exierunt de terra Aegypti & ad tempus ſuſceperunt legẽ dei. ¶ Omnino delictũ eſt propter talia paſcua deũ ſequi. Iccirco tales uituperans in euangelio dicit. Amen amen dico uobis, quæritis me, nõ quia uidiſtis ſigna, ſed quia manducaſtis ex panibus, & ſaturati eſtis. Operamini, nõ cibum qui perit, ſed qui permanet in uitã æternã. Similiter & oñes ſe ſe exiſtiment uituperari, quicunq; altari Chriſto præſtò ſunt, non propter dilectionẽ ſacra mentorũ quæ concelebrant, ſed propter hoc ſolũ, ut de altaris ſumptibus uiuant. Igitur qđ ait: iuxta paſcua ſua adimpleti ſunt & ſaturati ſunt, illi ſimile eſt (ut iam diximus) quod Pſal miſta dicit. Et deſideriũ eorũ attulit eis dominus. Nimirũ talis plenitudo uentris mentis ela tionẽ, talis ſaturitas obliuionẽ dei generat. Notum & manifeſtũ eſt, quia taliter illis accidit. Vnde & continuo dicit Et eleuauerunt cor ſuũ, & obliti ſunt mei. Nam quia terrã optimã in poſſeſſionẽ acceperunt, cuius fructibus adimpleti, & diuites facti ſunt, elati in ſuperbiã regem ſibi petierunt, nolentes audire uocẽ domini & Samuelis, ſed dicentes. Nequaq̃. Rex eñ erit ſuper nos, & erimus nos quoq; ſicut oẽs gentes, & iudicabit nos rex noſter. Eadem mentis elatione repulerunt domũ Dauid, & fecerunt ſibi regem Hieroboam, qui pro pro uitulos illis fecit: quæ nimirũ res magna fuit obliuio dei: Iccirco nũc dicit, & obliti ſunt mei Subaudiendum uero eſt, ſed non licuit aut licebit eis penitus obliuiſci. Sequitur eñ. ¶ Et ero eis quaſi leena, ſicut pardus in uia Aſſyriorum. Occurrent eis quaſi vrſa ra ptis catulis, & dirumpam interiora iecoris eorum, & conſumam eos ibi quaſi leo be ſtia agri ſcindet eos. ¶ Senſus iſte eſt. Tradam illos regnis quatuor, quæ intelliguntur per leenam & pardũ & urſam & beſtiam agri, quam ſine nomine poſuit, ut ab illis oppreſſi atq; conſciſſi, magnitudine miſeriarũ cogantur reminiſci mei, cuius ſunt obliti. Per iſtas nãq; quatuor beſtias regna quatuor, ſcilicet Babyloniũ, Perſicum, Macedonicũ, atq; Roma nũ, illa maxime Danielis uiſio dat intelligi, qua dicit. Videbam in uiſione mea nocte, & ec ce quatuor uenti cœli pugnabãt in mari magno, et quatuor beſtiæ grãdes aſcen debant de mari diuerſæ inter ſe. Prima q̃ſi leæna, et alas habebat quaſi aquilæ. Alia ſimilis urſo. Alia

Pſal. 77

Iudæi ſequebã tur deũ ꝓpter paſcua ſua, nõ ꝓpter ipſum, Num. 11

Deut. 8

Iohan. 6

Pſalm. 77

1. Regum. 8

3. Reg. 12

Quatuor reg.

Danie. 7

quasi pardus. Quarta terribilis atq; mirabilis, & fortis nimis. Sicut ille, ita & hic bestiã quartam sine noie posuit, dicendo, bestia agri scindet eos. Igitur ero (inquit) eis quasi leæna, & sicut pardus, id est, tradã eos Babylonijs atq; Macedonibus inuia Assyrioꝝ, id est, pro eoq; superbe incedendo cõtra me dixerunt, Assyrij nanq; dirigentes inter pretantur. Occurrã eis quasi ursa raptis catulis. Aiunt, qui de bestiarꝝ scripsere naturis, inter oẽs feras nihil esse sæuius ursa, cũ perdiderit catulos uel indiguerit cibis. Cũ ergo per ursum apud Danielẽ regnũ Persarũ atq; Mœdorꝝ significetur, non incongrue per huiusmodi ursæ ferocitatẽ illius Aman Agagitæ crudelitas pessima intelligitur, cui indignãs, q; Mardocheus nõ se adoraret, nec sibi genu flecteret, pro nihilo duxit in unũ Mardocheũ mittere manus suas, audierat eñ q; esset gentis Iudææ, magisq; uoluit omnẽ Iudæorꝝ, qui erant in regno Assueri, perdere nationẽ. Et quia mala hęc sub regnis iã dictis propter peccata sua erant passuri: Et dirumpã (ait) interiora iecoris eorꝝ. In iecore nanq; iuxta physicos uoluptatis & concupiscentiæ cõsistit uis. Itaq; per interiora iecoris, omnẽ concupiscentiã, quæ peccatũ parit breuiter innuit, quæ uidelicet interiora quasi per eiusmodi feras dirupta sunt, quia peccata illorũ regnis illis opprimentibus punita sunt. Et quia peccata ipsa in tribulatione cõfitentibus tandẽ parcere habebat subiungit atq; ait. Et consumam eos ibi quasi leo. Tradunt nanque physici, leonẽ prostrato parcere homini. Ergo ibi, id est, sub regnis illis, nõ utcũq; siue absq; ulla discretione, sed quasi leo cõsumam eos, ait, quia uidelicet ira mea terribilis quidẽ super eos erit, sed prostratis & peccata sua in tribulatione cõfitentibus parcam illis. Quid tãdem fiet? Bestia agri scindet eos, bestia quarta terribilis (ut ait Daniel) atq; mirabilis, & fortis nimis, dentes ferreos habens magnos, comedens atq; cõminuens, & reliqua pedibus suis conculcans, & omnino dissimilis cæteris bestijs. Quomodo scindet eos? Nimirũ exscindendo miserabili excidio, & in omnes gentes ducendo captiuos. Nũc ad ipsum populũ taliter scindendũ cõuertitur, & dicit. ℒ Perditio tua Israhel, tantummodo in me auxilium tuum. ℐ Ac si dicat. Tu ipse perditiõis tuæ causa es, tu tibi perditionẽ thesaurisasti recedendo à me: qui solus tibi poterã & consueuerã auxiliari, & nusquã tibi auxiliũ est, nisi apud me, si pœnitentiã egeris. Et quod uere tantummodo in ipso auxiliũ sit, increpãdo cõfirmat sequentibus uerbis. ℐ Vbi est rex tuus? Oh ꝛime nũc saluet te in omnibus urbibus tuis, ꝛ iudices tui, de quibus dixisti, da mihi regem ꝛ principem. Dabo tibi regẽ in furore meo, ꝛ auferam in indignatione mea. ℐ Vehementer uanã populi percutit æstimationẽ, qui regem sibi petiuit, cũ regem deũ haberet, & ab hoc percunctat ut ad considerandũ excitet & scire faciat, quia tantũmodo in deo auxiliũ est. Similis huic percunctationi illa est, Vbi sunt dij eorꝝ in quibus habebant fiduciã, de quorũ uictimis comedebant adipes, & bibebant uinũ libaminũ? Nam quemadmodũ illic deficiente responsione, cõpetenter subiũgit. Videte quod ego sim solus, & non sit alius deus præter me. Ita & hic, cũ dicit, ubi est rex tuus & iudices tui, de quibus dixisti, da mihi regẽ & principẽ, subiunxit atq; ait. Dabo tibi regem in furore meo, et auferã in indignatione mea, Facti ũ nanq; hoc fuerat in primo rege Saul, quem petenti populo dederat. Dentq; in furore suo regẽ illum dedit sicut ipsa eius uerba indicant, cũ dicit. Hoc erit ius regis, qui imperatur⁹ est uobis, Filios uestros tollet & ponet in curribus suis, facietq; sibi equites & p̃cursores quadrigarũ suarũ, et cetera que hoc modo concludit. Greges quoq; uestros decimabit, uosq; eritis serui, & clamabitis in die illa à facie regis uestri, quem elegistis uobis, & non exaudiet uos dominus in die illa quia petistis uobis regem. Ita in furore suo datũ, abstulit in indignatione sua, dicens ad Samuel. Pœnitet me quòd constituerim Saul regem. Et subinde dicit scriptura. Spiritus aũt domini recessit à Saul et exagitabat eũ spiritus nequã à domino. Itidem de Hieroboam cæterisq; regibus decem tribuũ sentiendũ, quia uolentibus illis et sciẽtibus sese à deo Dauid, in furore suo dedit illos et in indignatione sua abstulit. Alios in ulta sua, alios percutiẽs in posteritate sua. Porro Dauid neq; populꝰ prior petiuit, neq; dominus in furore suo dedit, sed dominꝰ prior in misericordia elegit, in gratia dedit, in summa dignatione sibi mauit & custodiuit. Itaq; cũ dicit, de quibus dixisti, da mihi regem & principem, subaudiendũ est, et ego respondi tibi in occulto iudicio, dicẽs: Dabo tibi regẽ in furore meo, et auferam in indignatione mea. Sequitur. ℒ Colligata est iniquitas Ephraim

abscõdi

Hester 8

Interiora iecoris

Danielis. 7

Deuter. 32

1 Regum. 8

Ibidem. 15

abſconditum peccatum eius, dolores parturientis venient ei. Ipſe filius non ſapiens. Nunc enim non ſtabit in contritione filiorum. ¶ Iam ſæpe dictũ eſt. Effraim id eſt, reges decẽ tribuũ, ita pariter uiam Hieroboam ſecutos fuiſſe, qui peccare fecit Iſrael, ut nullus eorũ, ſcriptura teſtante, à peccatis eius recederet. Ergo quaſi quæreres quænã furoris & indignationis cauſa fuerit, colligata eſt (ait) iniquitas Effraim, id eſt, ſoluta nõ eſt neq; ſolui poterat iniquitas regum illorũ, eo quod incorrigibiles & impœnitentes fuerint, ſemperq; iniquitatẽ quiſq; illorũ defenderit. Nam hoc eſt quod ſequitur. Abſconditũ peccatũ eius. Abſconditum nanq; peccatũ dicit, ubi nulla uoce cõfeſſionis aperitur, imò & ſuperbæ defenſionis ſcuto contegitur. Ibi iniquitas ita colligata eſt, ut ſolui aut dimitti non poſſit. E contra ſanctus dicit. Delictum meũ cognitũ tibi feci, dixi cõfitebor aduerſum me iniuſtitiam meã domino, & tu remiſiſti impietatẽ peccati mei. Ille talis filius eſt ſapiens: de iſto aũt dicitur, ipſe filius nõ ſapiens. Quomodo eñ ſapiens filius qui à patre receſſit à quo fuerat adoptatus, dicente ad Pharaonẽ, filius meus primogenitus Iſrael? Et quidem nunc coràm hominibus peccatũ ſuũ abſcondit, & coràm deo cũ abſcondere nõ poſſit impœnitẽti corde defendit: ſed dolores (inquit) parturientis uenient ei. Sicut eñ mulier conceptũ ſuum ad tempus quidẽ diſſimilare poteſt, ſed tandẽ parturiendo doloribus atteſtantibus occulta prodit: ſic quiſquis eiusmodi eſt, peccatũ ſuũ utcunq; diſſimulare ad tempus & abſcõdere poteſt, ſed in tempore ſuo cuncta cordis eius occulta cũ dolore manifeſtabũtur, iuxta illud. Nihil opertũ quod nõ reueletur, neq; occultũ quod non ſciatur. Tunc utiq; parebit ſibi, quia ipſe filius non ſapiens. Et unde hoc probatur quod ſit filius non ſapiens? Ait. Nunc eñ non ſtabit in contritione filiorũ. Et eſt ſenſus. Qui eñ uere filij ſunt, ipſorũ ẽ cõtritio, & ipſi in tribulatione ſtant, id eſt, pœnitentiã agunt habentes cor contritũ & humiliatum. Deniq; ita cõteri ſiue conſringi, hoc uere ſtare eſt, ſicut de quodã eiuſmodi filiorum ſcriptum eſt. Et dixit ut diſperderet eos, ſi non Moſes electus eius ſtetiſſet in confractione in conſpectu eius. Nã confractionẽ, nimiã & uehemẽtẽ dicit humilitatẽ, in qua ſic ſtetit, ut deũ teneret homo fortis dicentẽ, dimitte me. In huiuſmodi contritione qui ſtant & filij ſapientes ſunt: ita eñ ſe conterendo per pœnitentiam ſapientes filij fiunt. Is aũt qui (ut iam dictũ eſt) corde impœnitenti ſuam iniquitatẽ colligauit, filius quidẽ dici poteſt, dũ iactat ſe & dicit, unũ patrẽ habemus deũ, ſed nõ ſapiens ſi lius dicitur aut eſt. Reſtat igitur, ut quẽadmodũ illi furorẽ debitũ adiudicauit atq; indignationẽ, ſic e contra filijs Iſtis, quorũ eſt cõtritio, id eſt, cor contritũ & humiliatũ, dignã & gratioſam repromittat cõſolationẽ. Audiamus illã uere magna & ſonora declamatione depromptã. ¶ De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos. Ero mors tua o mors, morſus tuus ero o inferne. ¶ Chriſtus dei filius, uictor mortis & author uitæ. Hoc in perſona ſua magna uoce, magna ueritatis eloquitur authoritate. Liberabo eos (inquit) de manu mortis, redimã eos de morte. Quos eos, niſi filias, quorũ (ut iam diximus) contritio eſt, quorũ cor contritũ in pœnitẽtiæ ſtudio eſt? Harũ in catalogo primus eſt Abel, cuius ipſum nomen pœnitentiæ ſignificat lamentũ, tranſfertur eñ in luctũ. Ab illo uſq; ad ultimũ electũ cuncti pœnitentiam agentes, & peccatores ſe eſſe confitentes. (Omnes enĩ in Adam peccauerũt) conſolationẽ iſtam accipiunt, de manu mortis liberati, de morte redẽpti. Nec uero ab re ita ſemel & iterũ depromitur miſerationis dignatio, de manu mortis liberabo eos, de morte redimã eos: ſed pro duplici morte, qua omnes mortui ſumus in Adã, alia corporis, alia uero animæ. Ita q; de manu mortis ſcilicet eius, qua mortuus eſt Adam, in qua die p̃ceptũ tranſgreſſuseſt, quę mors eſt animę, liberabo eos: de morte quã induxit deus his uerbis, quia puluis es & in puluerẽ reuerteris, quæ mors eſt corporis, redimam eos. Quomodo liberabo? Quali redimam precio? Ait. Ero mors tua ò mors, morſus tuus ero inferne. Non auro neq; argento, ſed morte mea mortẽ ipſorũ interficiendo. Moriar, ut ipſi uiuant, & adinfernum deſcẽdã. Nã hoc eſt quod dicit ad ipſam mortẽ, ad ipſum infernũ apoſtropham faciens, mortis & inferni potens debellator: uitæ & mortis dominator. Ero mors tua o mors, morſus tuus ero inferne. Qualiter deberet uel poſſet mors mortis eſſe, breuiter innuit dicendo, morſus tuus ero inferno. Et eſt ſenſus Tu decept⁹ mordebis me, quẽadmodũ innuit per id quod de te ipſo dicitur ad Iob. In oculis eius quaſi hamo capiet eum, Item. An extrahere poteris. Le-

Abſconditum peccatum.

Pſal. 31

Exo. 4.

Matth 10

Contritio filiorum.

Pſalm. 105

Exo. 32

Iohan. 8

Abel primus pœnitentium

Rom. 3 & 5

Duplex mors Gen. 3

Morus tuus ero inferne

Iob.40 uathan hamo? Ego factus homo tibi hamus ero, quia quemadmodũ in hamo carnis tene ritudo ostenditur, & acumen ferri occultatur. sic humanitatis infirmitas te humani gene inimice inuitabit, ut mordeas: & diuinitatis interior fortitudo transfiget, ut captiuus pen deas. Quia taliter morsus tuus efficiar, morsmortis ero: quia uiscera mortis interiora tua in inferne nõ sustinebunt, cũ uitã momordieris, & dirupto uẽtre uitã remittes, morte mortua euadentibus uiuis quicunq; uita ista sunt digni. Aliter infernõ Christus momordit, quan

Roma.9 do partẽ, suos uidelicet electos liberauit: partem autẽ, id est, reprobos reli uit. Nam ex eo q; mordemus, partẽ cõsumimus, partem relinquimus. Sequitur. ¶ **Consolatio abscondi ta est ab oculis meis, quia ipse inter fratres diuidit.** ¶ Vbi audiuit propheta de gratia liberatoris & redemptoris q; gauderet: uidit etiam q; carne sua de gente sua uel fratribus su is Israelitis, q; merito doleret, Illud uidelicet quod & Apostolus pene inconsolabiliter ge mit his uerbis. Veritatẽ dico in Christo, non mentior, testimoniũ mihi perhibente consci entia mea in spiritu sancto, quoniam tristitia mihi est magna, & cõtinuus dolor cordi meo. Optabam enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei se cũdum carnem, qui sunt Israelitæ quorũ adoptatio est filiorũ, & gloria, & testamẽtum, & le gislatio, & obsequiũ, & promissa: quorũ patres, & ex quibus Christus secũdũ carnem, qui est super omnia deus benedictus in secula amen. Diuisionẽ inter fratres, quã illic A posto

Diuiño inter fraures luctuos lus continuo dolore gemit, hic futuram luget, dicens. Consolatio abscondita est ab oculis meis. Quis ita inter fratres diuisit, nisi infernus, cuius morsum se fore liberator & redẽptor dixit? Diabolus nanq;, qui designatur nomine inferni, Iudæos excæcando, à fratribus ipso rũ, & apostolis eius diuisit, ut ejicerent eos, & oporteret illos euangelizare potius gentibus extraneis. Propter hoc (inquit) abscondita est cõsolatio ab oculis meis. Non dicit, perijt cõ solatio, sed absc̃dita ẽ, id est non cito potest inueniri, nõ leuiter possum cõsolari. Inuenitur aũt in illa spe, q; & Apl'us seipm consolatus est, q; cũ dixisset: Cęcitas ex parte cõtigit in Isra el. subiunxit. donec plenitudo gentiũ subintraret, & sic oĩs Israel saluus fieret. Ad hũc sen sum ptinet id q̃d continuo hic propheta subiũgit. ¶ **Adducet ventũ urẽtẽ dñs de deser to ascendentem, et siccabit venas eius, et desolabit fontẽ eius, et ipse diripiet the saurũ omnis vasis desiderabilis** ¶ Ventũ urentẽ hoc loco spm̃ sanctũ dicit, quẽadmodũ & illic iuxta mysticũ sensum gr̃æ, quæ nos in baptismo Chr̃i saluauit. Cũq; extẽdisset Mo ses manũ sup mare, abstulit illud dominus uento flante uehemẽti & urẽte tota nocte, & uer tit in siccum. Ventũ ergo urentem, id est, spiritũ sanctum uehementer ardentem adducet dominus ſudauditur, cũ plenitudo gentium introierit: & siccabit uenas eius, ſubauditur, in ferni: & desolabit fontem eius, auferendo scilicet omnes causas & abundantiã incredulita tis, ut reliquiæ Israel saluæ sint. Interim & ipse (inquit) diripiet thesaurũ omnis uasis de siderabilis, quia uidelicet ipe est ille qui fortior superuenit, cũ fortis armatus custodiret atrium suum, & uniuersa arma illius distribuit. Vas desiderabile & thesaurus præcios⁹ utiq; est o mnis electus. Et quia neminẽ relinquit, siue gentilis siue Iudæus sit, quicunq; inuocat no men domini, recte uniuersali enũciatione dictũ est, & ipse diripiet thesaurũ omnis uasis de siderabilis Hoc fit & fieri nõ desinit per uentum de deserto ascendẽtem, scilicet per spiritũ sanctũ de humilitate Christi procedentẽ, qui à suis desertus fuerat. Ventũ urentẽ, id est, car nis petulantiã & humores uitiorũ suo calore deficcantem. ¶ Tandẽ & huius sextæ repe titiõis fine in Christũ, qui iustitia nostra est, reductio Septima, q̃ & ultima, sic inchoat pec catorum & eiusdem iustitiæ cõmemoratio. ¶ **Pereat Samaria, quoniam ad amari** CAPI. XIIII. **tudinem concitauit deum suum. In gladio pereat, paruuli eorum elidantur, et fœ te eius discindantur.** ¶ Dissimile hoc initiũ est cæteris omnibus, quia uidelicet illa talia sunt, ut peccata replicent & præ oculis ostendant: hic aũt, tanquam desperata correctione statim in primo sermone non tã peccata q̃ idolo⁹ uindicem deprem̃it sententiam. Pereat (inquit) Samaria. Quare? Quoniã ad amaritudinẽ cõcitauit deum suũ. Magna hæc & ter ribilis causa siue accusatio est. Deus enim naturaliter dulcis est, nec parua potest esse causa per quam ad amaritudinem concitatus esse uideatur. Corrumpens hoc efficit, & hu

Cur impœni- tentes samariæ. crimini rea fuit Samaria, cuius de regibus nullus omnino recessit à peccatis Hieroboam, qui peccare fecit Israel. Pereat ergo (inquit) quia iustitiæ concedendum est, nulla me ipse

pe cor

pe cor impœnitens cõſequitur uentã. Nec uero ſolummodo ſecũdũ animã, uerumetiam ſecũdum corpus ut pereat concedendũ eſt. Iccirco cũ dixiſſet, pereat Samaria, corporalẽ quoq; conceſſit perditionem, dicẽdo, in gladio pereat, &c. ¶ Hic à nomine uel cõdemnati one Samariæ ſynagoga illa nõ excipitur, quæ peccatũ Samariæ ſupergreſſa eſt, dũ non tã tummodo, ut illa, ſcidit ſe à domo Dauid, uerũetiam (ut ſepe iam dictũ eſt) crucifixit Chriſtum filiũ Dauid filium dei, & iccirco perijt, quoniã ad amaritudinem cõcitauit deum ſuũ, in tantum ut ſitientem in cruce potaret aceto, ſiue (ut alius Euãgeliſta ſcribit) uinũ daret ei bere cum felle mixtũ. Proinde ut periret illa, dominus ipſe cõceſſit, & ore proprio prædixit. Et quia iuſtitiæ ratio poſtulabat, ut periret, per humanitatis quidẽ affectum fleuit ſup illam, & flendo prædixit: ſed per diuinitatis uirtutẽ impaſſibilẽ, ſuper ipſam quam flebat, ſixam & immobilem ſententiã tenuit. Dixit Samariæ ut pereat, dicat nunc Iſraeli quid faciat, ait. ⊥ **Conuertere Iſrabel ad dominum deum tuum, quoniam corruiſti in iniquitate tua,** ⊥ Qui hæc loquitur in calce uoluminis, ipſe eſt Chriſtus, finis omnis cõſummationis, qui miſſus ad oues quæ perierunt domus Iſrael, ſic prædicare exorſus eſt. Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cęlorũ. Secundũ eundem ſenſum hic dicit. Cõuertere Iſrael ad dominũ deũ tuum. Cauſam confeſtim, cur conuerti oporteat, uel unde pœnitentia ſit agẽda, ſubiungit, quoniã corruiſti in iniquitate tua. Cum dicit, in iniquitate tua, breuiter inſinuat, quod omni peccanti iniquitas, quãcũq; perpetrauit, ſibimet à ſeipſo ſit imputanda, ne ullo modo ſe excuſet aut defendat, ſicut fecit Adam, in quo oẽs peccauimus & corruimus, tam gentes q̃ Iudæi, quẽadmodũ Apoſtolus dicit. Eramus enim aliquã do & nos filij iræ ſicut & cæteri. Illi originali peccato actuali iungendo peccata, nõ minus Iſrael q̃ gens aliqua corruit, ſicut hactenus ſermo propheticus peccata eius totiens cõmemorando comprobauit. Cõuertere igiturò Iſrael tu primus, cõuerſione quippe opus eſt, quia corruiſti: & hoc ipſum confitere, quia in iniquitate tua corruiſti, nam cõfeſſio hęc initium eſt cõuerſionis. Dicant forte aliqui, quemadmodũ & illi, qui compuncti corde dixerũt ad petrum & ad reliquos apoſtolos. Quid faciemus uiri fratres? Ad hæc uel huiuſmodi quæcunq; perterriti dicere poſſunt, compuncti, & iniquitatem ſuã cognoſcentes, protinus occurrit & dicit. ⊥ **Tollite uobiſcum uerba, & conuertimini ad dominum: & dicite ei. Omnem aufer iniquitatem, & accipe bonum, & reddemus uitulos labiorum noſtrorum.** ⊥ Qui cõuertimini ad dominũ, uerba (inquit) tollite uobiſcũ. Quare uerba & nõ potius munera? Videlicet, ut ſciatis, quia nõ eſt difficultas apud deum, non exigit à uobis illa quæ forte nõ poſſetis cõſequi pro redemptione animarũ ueſtrarũ. Non ergo dico, tollite aurũ, tollite uobiſcum argentum, ſeu multitudinẽ hircorũ aut uitulorũ, & cætera talia, quæ nõ omnibus præſtò ſunt: ſed uerba quæ cõſequi poteſtis abſq; diſpendio rerũ, uerba confeſſionis & precũ tollite uobiſcum: & hæc uobis in promptu adeſſe poſſunt, deo autem pro ſalute ueſtra ſufficiunt, & pro iniquitatibus ueſtris ſatisfaciũt. Cũ iſtis ſubſidijs cõuertimini ad dominũ deum, qui ueſtrorũ nõ eget bonorũ, & ſicut iam dixi, non ſolicitemini, quaſi munera nõ habentes grandia precioſi auri & argenti, quibus honoretis propicianda faciẽ tam magni, tã potentis domini, ſed dicite illi. Omnẽ aufer iniquitatem, & accipe bonũ. Non dicatis, nõ habemus iniquitatem, quia tũc mẽtimini & uoſipſos ſeducitis: ſed dicite ei, Omnẽ aufer iniquitatẽ, quia iniquitates noſtrę multę ſunt Confidenter dicite, & accipere bonũ, ſciẽtes quale requirat bonũ, & hoc ſciendo ſubiungite, & reddemus uitulos nõ armentorũ, ſed labiorũ noſtrorum. Sufficiens nanq; es, plenus es. Atq; iccirco nõ opꝰ habes manducare carnes taurorũ aut potare ſanguinem hircorũ, ſed tãtummodo ut immolentur tibi uituli labiorũ, id eſt ſacrificiũ laudis: & hoc melius placebit tibi, quia teſtimonium eſt bonæ uoluntatis. Proinde Pſalmiſta cũ dixiſſet: Laudabo nomen dei cũ cãtico, & magnificabo eũ in laude, qđ nimirũ eſt uitulos labiorũ reddere, ſubiunxit atq; ait. Et placebit deo ſuper uitulum, nouellũ, cornua producentem & ungulas. Hoc interea prouidẽdum eſt, ne poſt redditos labiorũ uitulos, id eſt, poſt uerba cõfeſſionis & laudis iterentur opera iniquitatis. Itaq; ſequitur, & ſuper hac re inſtruit eos quid dicant, quid promittant, dũ ex perſona ipſorum uerba infert huiuſcemodi. ⊥ **Aſſur non ſaluabit nos, ſuper equos non aſcendemus, nec dicemus ultra, dijs noſtri opera manuum noſtrarũ, quia eius**

Ioh. 19 Mat. 27
Luc. 19
Mat. 15 Ibidẽ. 4
Ephe. 2
Acto. 2
1. Iohan. 1
Pſal. 49 Vitia labiorũ
Pſal. 68

qui in te eſt miſereberis populi.] Subaudiendum nanq; eſt, & hoc dicite ei. Et quid eſt hoc dicere ei? Aſſur non ſaluabit nos, niſi ac ſi dicant, Non ſicut hactenus fecimus, confidemus in homine, neq; ponemus carnem brachium noſtrũ: Sæpe nanq; Iſrael (ſicut ſacræ teſtantur hiſtoriæ) confiſus eſt in principibus & in filijs hominũ, & auxilia quæ fuit ipſoq;
Pſal. 19 quorum Aſſyrij potentiſſimi fuerunt. Item quid eſt dicere ei, ſuper equos nõ aſcendemus niſi ac ſi dicant, hi in curribus & hi in equis: nos autẽ in nomine domini dei noſtri inuocabimus? Denicq; & in hoc Iſrael peccauit, quod ſuper equos aſcendere ni miũ affectauit, male æmulando currus & equitatũ Pharaonis, cum filij Iſrael de Aegypto pedites exierũt, & glorioſe ſaluati fuerint: Pharao uero cũ curribus et equitibus ſuis in mari demerſus perierit. Propterea redarguit eos alio loco ſcriptura dicens, Aegyptus eñ homo & non deus, & equi eorũ caro & non ſpiritus. Iccirco rex Iſrael, quãdo uenit beneficius in nomine domini, nõ ſuper equũ aut ſuper currum aſcendit, ſed ſuper pullũ aſinæ filium ſub iugalis, in contemptũ ſuperbiæ ſeculi maxime gloriantis in curribus & in equis. De tertio quod dicũt nec dicemus ultra, dij noſtri opera manuũ noſtrarũ, notũ eſt ex quo cœperint ut dicerent,
Pſal. 105 iſti ſunt dij tui Iſrael, qui te eduxeruut de terra Aegypti, cũ formaſſent uitulum in ipſo extu de terra Aegypti: & quomodo ex tunc peccauerunt in idolis, ſicut ſcriptũ eſt. Et cõmi
Tria ſcelera Iſrael xti ſunt inter gentes, & didicerunt opera eorũ, & ſeruierunt ſculptilibus eorũ. ¶ Super tribus itaq; ſceleribus emendationẽ promittit inquit, de quibus omnia pendẽt peccata, quorum unũ eſt cõfidere in filijs hominũ, aliud magnificari in multitudine equorũ & curruum Tertiũ cõtaminari in ſordibus idolorũ. Et iſtis eñ omnia generã peccata, quæ cũq; populum Iſrahelitic cũ non minus q̃ cæteras gentes admiſiſſe, ſcripturarũ hiſtorica q̃ prophetica narrat aut reprehendit. Qua uero fiducia, qua uirtutis uel poſſibilitatis conſcientia tantam tantorũ criminũ emẽdationem promittere debetis? Nunquid confidere poteſtis, quiriba neſtris excutere poſſitis iugum cuiuſcũq; peccati, cui uos ſemetipſos dediſtis. Non utiq;, quia non uolentis, neq; currentis ſed miſerentis eſt dei. Cum ergo dixeritis, Aſſur non ſaluabit nos, ſuper equos non aſcendemus, nec dicemus ultra dij noſtri opera manuum noſtrarũ quod eſt omnimodam ſpondere peccatorũ emẽdationem, etiam dicite ei, quia eius qui in te eſt miſereberis populi, ut ſit ſenſus. In tuæ miſerationis auxilio ſperantes hæc promittimus: quia tuum eſt, & honorem tuũ condecet, ut illius populi, qui in te eſt, qui in te credit, miſeriaris, manumq; porrigas, ut mala conſueta relinquere, poſſit inq; conuerſationem poſſint in melius mutare. Quicũq; hæc uerba uobiſcum tollitis, quicunq; huiuſmodi labiorum uitulos redditis, pœnitentiæ ſtudio dediti, audite quid ipſe, qui ad pœnitentiã inuitat, conſilio ſalutis ueſtre iamdudũ elocutus ſit. ℒ Sanabo contritiones eorum, diligã eos ſpontanee, quia auerſus eſt furor meus ab eis. Ero quaſi ros, Iſrahel germinabit quaſi lilium. Erumpet radix eius vt libani. Ibunt rami eius, & erit quaſi oliua gloria eius, & odor eius vt libani. Conuertentur ſedentes in vmbra eius viuent triticũ, & germinabunt quaſi vinea. Memoriale eius ſicut uinum libani.] Manifeſtius hic ipſa loquitur perſona ſaluatoris, ſuum ad ſalutẽ pœnitentiam repromittens aduẽtum, promiſſione dulciſona, dulcedine gratioſa. Sanabo (inquit) cõtritiões eorum, id eſt, in gaudium cõuertam triſtitiam illorum quicũq; ad pœnitẽtiam contriſtati ſunt, habentes cor cõtritum & humiliatum. Tales nanq; cõtritiones eorum ſanatione digne ſunt, tales cõtritiones paracletum, id eſt, cõſolatorem merẽtur habere ſpiritum ſanctum. Nõ pro muneribus quæ ipſi priores mihi dederunt, Quis eñ prior dedit mihi & retribuetur ei? ſed gratis ſanabo eos, gratuita peccatorum remiſſione curabo eos. Et hoc eſt quod ait, diligam eos ſpontanee. Spõte ueniam, & homo factus ſpontaneum ſubito ſanandi officium. Quia auerſus
Pſalm. 84 eſt (inquit) furor meus ab eis, iuxta quod alibi ſcriptum ẽ ſuper hac eadem re. Benedixiſti dñe terram tuam, auertiſti captiuitatem Iacob. Remiſiſti iniquitatẽ plebis tuæ, operuiſti oĩa peccata eorum. Mitigaſti omnem iram tuam, auertiſti ab ira indignationis tuæ. Iratus quippe fuerat deus humano generi in Adam, & iram illam omnes portauimus. Vnde & alibi dicit. Quia defecimus in ira tua, & in furore tuo turbati ſumꝰ. Meus ille furor auerſus eſt ab eis, in plenitudine temporis, quando completũ eſt quod prædictum fuerat, Benedixiſti domine terram tuam, ut uidelicet de ſacra uirgine naſcerer ego nouus Adam, Nã eandemin

dem intendens benedictionem, ero (inquit) quaſi ros, Iſrael germinabit quaſi lilium. ¶ Etenim quaſi ros extitit, quando per ſpiritus ſancti gratiam, uirginem obumbrans, in uterum eius deſcendit. Tunc ueraciter germinauit Iſrael quaſi lilium, quia ueri Iſrahelitæ, ſcilicet apoſtoli non in carne, ſed in ſpiritu fructificauerunt, noua conuerſatione imitantes lilium, id eſt, magiſtrum & præceptorem ſuum Chriſtum, uirgineæ pulchritudinis filiũ. In illa pulchritudine fortitudo nihilominus aderit, ut conſtantiſſime ſint fidei: propter quod cõtinuo dicit. Erumpet radix eius ut libani. Libanus quippe mons eſt, cuius ligna excellentiſſima, quantum ad auras extendunt uerticem, tantum radicem in ima demergunt, ut ſtabili mole conſiſtant, & nulla tempeſtate quatiantur, Libanus quoq; nomine ſuo eandem, quam & lilium, mundiciæ pulchritudinem ſignificat, interpretatur enim candidatio. Ergo erumpet radix eius ut libani, id eſt, apoſtoli cæteriq; prædicatores de radice Iſrael, quæ chriſtus eſt ſurgent, ut ſint fide fortes, conuerſatione mundi. Ibunt rami eius, id eſt, proficient de uirtute in uirtutem auditores eius. Et erit quaſi oliua gloria eius, id eſt, loquetur (ſicut alibi ſcriptũ eſt) pacẽ gentibus. Oliua nanq; pacem ſignificat, & apud gentiles quoq; in medio bellorum furore pacis inſigne eſſe conſueuit. Erit ergo gloria eius, quaſi oliua inquit, id eſt, pacem euangelizabit, pacem inter deum & homines confirmabit: ſicut & tunc ſignificari uoluit, quando ueniens ad paſſionem, per quam nos deo reconſiliauit, cum ramis palmarum & oliuarum ſuſceptus eſt à turbis. Et odor eius ut libani, ſubauditur erit, id eſt, bonã ubiq; opinionem habebit, dicente Apoſtolo, Chriſti enim bonus odor ſumus in omni loco. Iſte odor, iſta pacis & miſericordiæ gloria, gentes ad credendum inuitabit. Sequitur ergo. Conuertentur ſedentes in umbra eius. Conuertentur ſedentes, id eſt, conuerſi ſedebunt in umbra eius, & propter hoc ipſum quod ſedentes erunt, protegẽtur ſub umbra eius. Seſſio nanq; humilitatem ſignificat, iuxta quod Pſalmiſta cum dixiſſet. Vanum eſt uobis añ lucem ſurgere, ſubiunxit atq; ait, ſurgite poſtquam ſederitis, id eſt, tunc demum ſperate ex altari poſtquam uoſmetipſos humiliauerit is. Taliter ſedentibus uitalis alimonia cęlitus adminiſtratur, & de bono ſemper proficiũt in melius. Dicit itaq; continuo. Viuent tritico, & germinabunt quaſi uinea. Triticũ nanq;, quo interior homo uiuit, eſt ſermo dei: cuius nimirum intelligentia, non erectis, ſed ſedentibus, id eſt, non ſuperbis, ſed humilibus dari cõſueuit. Sane uinea, cuius ſecundum ſimilitudinem germinare dicuntur, à mala uinea diſtinguenda eſt. Eſt enim mala uinea, de qua dicitur in cantico Deuteronomij. De uinea Sodomorum uinea eorum. & de ſuburbanis Gomorræt Ait ergo. Memoriale eius ſicut uinum libani. Multum nanq; uinea hæc per hoc ipſum, quod dicitur, memoriale eius ſicut uinũ libani, ab illa diſcernitur uinea Sodomorũ, cuius uua dicitur, & eſt uua fellis, cuius botrus dicitur & eſt amariſſimus. Denicq; uinum libani, imò & ipſum libanum ſerpentes fugere dicũtur, maxime propter odorem cedri, quem non poſſunt ferre: illic autem dictum eſt, fel draconum uinum eorum, & uenenum aſpidum inſanabile. Poteſt tamen uinum libani uinũ mixtum dici, & diuerſis pigmentis cõditum, ut odorem habeat ſuauiſſimum: quorum uidelicet pigmentorũ thus maxime odoriferum eſt, libanus nanq; apud Græcos & Hæbræos & mons dicitur & thus. Sequitur. ⌊ Effraim quid mihi ultra idola. Ego exaudiam & dirigam eum, ego ut abietem virentem, ex me fructus eius inuentus eſt. ⌋ Triũphaliter in ultimis aduerſarium percutit, conſummatã proſpiciens uictoriam in propoſito ſuo, gratia dei. Si quidem Effraim iſte eſt omnis aduerſarius ueritatis, quiſquis uſquam ſcandalum uel offendiculũ animabus poſuit aut ponere nõ deſinit, ne pertingat ad noticiã ueritatis, ſcdm exemplũ illi⁹ Effraim, id eſt, Hieroboã de tribu Effraim, q aureos fecit uitulos, hoc intendẽs ne filij Iſrael aſcendendo frequẽter ad orandũ in Hieruſalẽ, aliqñ reuerterentur ad domum dauid. Et quidem tunc ille ſecundum intentionem ſuam prævaluit, & in peccato idololatriæ populum detinuit. At uero cũ modo ſupradicto factus fuero quaſi ros, & Iſrael germinauerit quaſi lilium ò tu Effraim, quid mihi ultra idola? Nunquid in uia prædicationis euangelicæ mihi oſtendere poterunt? Nunquid ſpiritualem Iſrael ab oriente & occidente uenientem ad fidem euangelij, ut credat in me filium Dauid, auertere poterunt ſimulachre uel figmenta mendacij tui: ſicut carnalem Iſrahel, ne aſcenderet in Hieruſalem, & reuertetur ad regem ſuum DAVID, auerterunt aurei uituli? Non, Sed quid?

Chriſtus quaſi ros in utero virginis.

Libanus

Sedere humilium eſt.

Pſal. 122

Vinum libani

Effraim omnis aduerſarius veritatis.

Spiritualis Iſrael.

Ego exaudiam & dirigam eum, ego ut rbietem uirentem, ſubauditur, dirigam eum. Via recta conſcendet ille ſpiritualis Iſrael in cœleſtem Hieruſalem ſecundum ſimilitudinẽ abietis uirentis, & recta ſtatura ſurſum tendentis: ut perueniat ad regem ſuum Daaid, ad me deum & ſaluatorem ſuum filiũ Dauid. Eo tendentem ego exaudiam & dirigam eum, & hic fructus eius: ut ſcilicet perueniat eo quo tendit: ex me inuentus eſt, quia uidelicet ſine me nihil facere poteſt: & hoc ipſe confitens, multũ carnali Iſraheli diſſimilis eſt, qui ſuam iuſtitiã ſtatuere uolens, iuſtitiæ dei ſubiectus non eſt. ⊥ Quis ſapiens, & intelligit iſta: intelligens, & ſciet hec? ⊥ Hunc uerſiculum ab exordio uoluminis ſemper præ oculis habuim⁹, & iccirco ſemper ſcripturam hãc, tanquam uere cœleſtis theſauri clauſam uenerantes thecam nihil condignum nos effari poſſe perſpeximus: ſiue aliquem quicunq; ille ſit: niſi cui aperire dignat⁹ ſit ſanctus & uerus qui habet clauim Dauid, qui aperit & nemo claudit: claudit & nemo aperit. Si enim ipſe qui ſcripſit, uel difficile uel impoſſibile confitetur, intelligere & ſcire hæc: quid nos facere poſſumus, qui lippientibus oculis & peccatorum ſordibus obſcuratis clariſſimum iubar ſolis non poſſumus intueri? Veruntamen quæcunq; illa ſunt, q̃ adhuc clauſa nos latent: quantulacunq; illa ſint, quæ exinde nos intelligere uel ſcire potuimus, dicamus cũ ipſo in concluſione id quod uerum eſt. ⊥ Quia recte uie domini, & iuſti ambulabunt in eis. Preuaricatores uero corruent in eis. ⊥ Viæ domini, de quibus maxime in hoc propheta tractatur, illa ſunt iudicia domini uere incomprehenſibilia, q̃ bus à Iudæis receſſit & ad gentes tranſiuit. In iſtis uiis iuſti ambulant, exempli gratia, Paulus Apoſtolus uas electionis: qui quamuis dolore continuo doleat pro eiſdem fratrib⁹ ſuis nihilo minus tamen rectas confitetur uias domini, & dicit, O altitudo diuitiar⁹ ſapientiæ & ſcientiæ dei, q̃ incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles uiæ eius. Præuaricatores uero, maxime Iudæi, corruunt in eis, dum ſe iuſtificant, & ueritati reſultant, inuidentes gentium ſaluti. Animaduertimus quippe maxime ex hoc propheta (ſicut ſuo tam loco diximus) conuinci, non minus illos q̃ gentes peccaſſe, & indiguiſſe gratia dei: quod Apoſtolus ad Romanos ſcribens, uehementer affirmat dicẽdo. Eadem enim agis, quæ iudicas. Deniq; ſuper hoc ſepties (ſicut nos diſtinximus) in iſto conuincuntur propheta, quia uidelicet ſepties peccata illius populi replicans, per ſingulas uices in gratiam uel aduentum Chriſti recurrit: cuius ſolius omnem hominem, tam Iudæum q̃ Gentilẽ iuſtificat.

Iob. 15.

Rom. 10

Humilis cõfeſſio autoris.

Rom. 10

Ibi. 11.

Rom

Deut. 28

Proinde illud, quod populo præuaricatori Moſes imprecatur, cũ dicit,

Tradat te dominus corruentem ante hoſtes tuos, per unam uiã egrediaris contra eos, & per ſeptem fugias. In iſta quoq; quamuis habili ſcriptura delectabiliter ſpectari poteſt, uiri præuaricatores iam dicti, ſeipſos iuſtificantes, conuincuntur repetitione ſeptemplici, atque ita corruunt ſepties.

¶FINIS LIBRI SEXTI ET VLTIMI IN OSEE PROPHETAM.

QVi operãtur in me (ait ſapiẽtia) nõ peccabũt, & q elucidãt me, uitã æternã habebũt. Sapiẽtia q̃ hæc loqtur, Chrũs eſt, quẽ & Apl'us p̃dicat dei uirtutẽ & dei ſapiẽtiã: q̃ & alibi ꝓteſtat. Ego (inqens) ex ore altiſi. ꝓdiui primogenita añ oẽm creaturã. Hęc ſapiẽtia maxime in ꝓphetis latet, & circo elucidari poſtulat: magnã elucidãtib⁹ ſeſe remunerõnẽ. i. uitã æternã re ꝓmittẽs. Tãte remuneratiõis ſpe, ſtudiũ noſtrũ nos exigui ſanctoꝝ patrũ cõiũgim⁹ ſtudñs, q ſummope deſudauerũt, tã in ꝓpheticis q̃ in cæteris ſanctis ſcripturis: hoc ſtudẽtes, ut ſapiẽtia dei Chr̃s, q̃ latebat i illis, poſſet agnoſci, & faciẽ ei⁹ expoſitio clara legẽtib⁹ inſignit oſtẽdere, quã ſub ſræ groſſe uelamie ꝓuidẽtia ſancti ſpũs idignis occultã eẽ uoluit. Hancę uitę æ̃nę ſpẽ, prima iã & p̃paratoria merces corroborat atq; lætificat, ſi fiat nobis qđ ꝓmiſit, dicẽs: Et q operãt in me, nõ peccabũt. Sicut em̃ multã malitiã docuit otioſitas, ſic ecõtra occupatio bona, & meditatio ſcripturaꝝ ſępe cogitatiões nequã & grãdia q̃ſubintrare poterãt, excludit pcãm. Fere de oĩb⁹ q̃ ſcriptitare aude m⁹, ul'hac en⁹ auſi ſuim⁹, hęc apud oẽs nr̃a reſpõſio uera eẽ p̃t, ut nequaq; p̃ſumptiõi ſeu uanę temeritati deputẽt, q̃ nos poſtremi hoies, poſt magna ſanctoꝝ patrũ opa i ſcripturis ſapientię qcq̃ opamur, qa uc; iccirco talit exercemur, ut ſcđm ꝓmiſſiões ei⁹, & in p̃ſenti nõ uſq; q̃q; peccem⁹, & in futuro uitã ęternã habeam⁹. Igit oculo ſimplici, i. intẽtiõe fideli te regentes, teq; elucidare cupiẽtes, nos aſpirãdo p̃ueni, & adiuuãdo ꝓſeq̃re ſapiẽtia dei, q̃ in te opantib⁹, teq; elucidãtib⁹, tantã remunerationẽ re ꝓmittis: & poſt Oſee ſcđm Iohel, q illũ in ordine duodecim ꝓphetaꝝ ſequitur, reuelata facie nobis annue cõtẽplari. ¶ Finis Prologi.

Medi.

Verbũ dei in Chriſ

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN IOHEL PROPHETAM. COMMENTARIORVM LIBER PRIMVS.

IOHEL.

VErbũ dñi quod factũ eſt ad Iobel filiũ ꝑ Phatuel. ¶ De eo quod ad prophetas dicitur uel ſcribitur eſſe factũ uerbũ dñi, in initio prophetæ p̃cedẽti, ſcilicet Oſee dixim⁹, ſcđm patrũ ſanctoꝝ ſentẽtiã, fideiq; catholicæ regulã qa uidelicet ad ꝓphetas qđ factũ eſt. i. in tpe uel ex tpe acceſſit hoc uerbũ. Ad deũ aũt nequaq; factũ eſt: neq; em̃ factura eſt, ſicut Ariani garriũt, ſed in principio erat apud ip̃m. Hoc nãq; uerbũ eſt Chr̃s filiꝰ dei, quẽ & hic Iohel filiꝰ Phatuel, tã ꝓprio q̃ paterno noie ſignificat nõ min⁹ q̃ p̃ceſſores ei⁹ Oſee filiꝰ Betheri. Iohel nãq; eſt deꝰ. Phatuel latitudo dei interp̃tatur. Porrò de uerbo dñi, de Chr̃o filio dei, iãdudũ longo uictrix certamie fides obtinuit, & predicat qa eſt deꝰ. Et q̃ eſt latitudo dei, niſi dilectio uel charitas dei? Etem̃ Pſalmiſta cũ dixiſſet: oĩs cõſummatiõis uidi finẽ, charitatẽ intelligi uolẽs: de q̃ & Apl'us: Finis (inqt) p̃cẽpti eſt charitas cõtinuo ſubiũxit, latũ mãdatũ tuũ nimis. Huiꝰ nimiꝝ latitudinis dei Chim eẽ filiũ apl'us idẽ cõfirmat hĩs uerbis. Qui eripuit nos de ptãte tenebraꝝ, & trãſtulit in regnũ filij dilectiõis ſuæ. Igitur & huiꝰ tã propriũ q̃ paternũ uocabulũ, hoc innuit, qa hi ad q̃s factꝰ eſt ſermo dei, p grãm ſunt dñi & filij dilectiõis dei, ſicut & ipe unicꝰ dilectiõis filiꝰ ſcriptu eẽ memi nit, dicẽs Iudæis. Nõne ſcriptũ eſt in lege ueſtra: ego dixi dñi eſtis & filij excelſi oẽs? Nõ pauca uel parua eſſe exiſtimãda ſunt, ea q̃ dict⁹ eſt, propheta tãtinoĩs, licet ſermone breui p̃ſertim qa ſic incipit. ¶ Audite hoc ſenes, & auribꝰ p̃cipite oẽs habitatores terre. Si factũ eſt in diebus ueſtris, aut in diebus patrũ ueſtroꝝ, ſup hoc filijs ueſtris narrate, & filij veſtri filijs ſuis, & filij eorũ generationi altere. ¶ Reſiduũ eruce comedit locuſta, & reſiduum locuſte comedit bruchus, & reſiduum bruchi comedit rubigo. Expergiſcimini ebrii, & flete, & vlulate oẽs qui bibitis vinũ in dulcedinẽ, quoniã perijt ab ore ueſtro. ¶ Hæc & cætera q̃ ſequũtur uere multa & magna ſunt, taliſq; modꝰ ꝑpe dicendi q̃ enũciãtur, imò fortiter aurib⁹ nr̃is illudũtur, ut uere nõ ſolũ dormientes uerũetiã p̃ ebrietate abſorpti & ſepulti reputẽtur, quicũq; ad clamores iſtos tã terrificos nõ excitantur. Prædicit em̃, tã primũ q̃ ſcđm domini noſtri Ieſu Chriſti aduentũ, diem magnũ & horribilem, hoc uehementer intendens, ut homines ad eius aduentũ per penitentiã ſeſe præparẽ-

Pſal. 118. 1. Tim. 1. Coloſ. 3.

Iohan. 10.

Vehemens annunciandi modus.

Summa

Summa hæc prophetæ intentio eſt. Etenim q̃cunq; alia prius uel citius uẽtura p̃dicit, iccirco & à deo fieri, & p̃ pphetas prænũciari oportuit, ut citius adimpleta, fidẽ mortalib⁹ faceret de maioribus longo poſt futuris. ¶ Notãda igitur mira diſcretio propheræ, imò ſpũs ſancti p̃ prophetã loquẽtis, q apud multitudinẽ nõ uni⁹ moris ſeſe uerba facere pſentiẽs, ita in exordio q̃ attentos facere intẽdit cũctos auditores, bifariã diſcernit ac diſtinguit, Audite (inquit hæc ſenes, & aurib⁹ percipite oẽs habitatores terræ. Senes & habitatores terræ, hoc differũt, q̃ cœli & terra apud Eſaiã dicentẽ. Audite cœli & auribus pcipe terra. Senũ q̃ppe taliũ tã uenerabilis ſenectus ẽ, ut etiã cœli merito uocent. Senes uidelicet, p̃pter mẽtis canitiem uel ſenſuũ maturitatẽ, iuxta illud ſapiẽtis, Senectꝰ enim uenerabilis eſt, nõ diuturna, neq; annorũ nũero cõputata, cani enim ſunt ſenſus hoĩs, & ætas ſenectutis uita immaculata. Cœli aũt p̃ eo q̃ dicere poſſunt, nra aũt cõuerſatio in cœlis ẽ. Porrò habitatores terræ cũ reprehenſiõe hoc dicũt oẽs illi, q tã terrena corda gerũt, & adeo terrena ſapiũt, ut terra quoq; uocari mereãtur, de qualib⁹ & ad ſerpentẽ dictũ eſt, terrã comedes cũctis diebus. ¶ In duas partes iſtas oẽ hoĩm genus diuiditur, & utraq; pars hic in iſto propheta inuenit uel audit unde excitetur ſiue terreatur. Nã alĩ ſunt quorũ ita incanuit fides, exẽplo ſenis Abrahę patris ipſorũ ut de actibus hoĩm curã eſſe deo nõ dubitẽt, & audientes p̃miſſionẽ de Chriſto uẽturo, minaſq; de iudicio futuro, q̃uis tẽporalibus proſperis abundẽt, nihilominus tñ uẽtura credãt atq; formidẽt. Alĩ uero & iſtis multũ diſſimiles ſunt, q dũ, mõ præſentibus bonis affluãt de futuris bonis aut malis nullũ habẽt reſpectũ. Illos nimirũ tẽporalibus oportet aduerſis excitari, ut ſaltẽ uexatio ſola intellectũ det auditui. Itaq; iã in exordio poſtulata attentione, ut oẽs habeant aures audiẽdi, cõfeſtim dicit. Si factũ eſt iſtud in diebus ueſtris, aut in diebus patrũ ueſtrorũ, ſuper hoc filĩs ueſtris narrate, & filĩ ueſtri filĩs ſuis, & filĩ eorũ generationi alteræ. Ac ſi dicat. Nulla hæc meminit ætas q̃ dicturꝰ ſum, nec ueſtro nec patrũ ueſtrorũ atq; maiorũ facta ſunt tẽpore. Quæ ſunt illa? Reſiduũ (inqt) erucæ comedit locuſta, & reſiduũ locuſtæ comedit bruchus, & reſiduũ bruchi comedit rubigo. Mala de proximo uẽtura p̃miſit habitatoribus terræ: poſtea dicturꝰ de Chriſto iudicioq; futuro, qualia debeãt expectare, ut dubitare illis nõ liceat de rebus maioribꝰ procul uenturis, cũ iſta de rebus minoribꝰ prophetiæ pars cito cõpleta fuerit. ¶ Deniq; p̃ erucã Aſſyrios Babylonios atq; Chaldæos intelligim⁹ q de uno orbis clymate p̃cedẽtes, tã decẽ tribuũ q̃ Hieroboã ſeperauit à domo Dauid, q̃ duarũ, hæc eſt Iuda & Beniamin, cũcta uaſtarũt. Per locuſtã Mœdos Perſas, q ſubuerſo imperio Chaldæorũ Iudæos habuere captiuos. Per bruchũ Macedones & oẽs Alexãdri ſucceſſores, maximeq; regẽ Anthiochũ cognomento Epiphanẽ, q inſtar bruchi ſedit in Iudea & oẽs priorũ regũ reliquias deuorauit, ſub quo Machabæorũ bella narrãtur. Per rubiginẽ impiũ Romanorũ, q quarti & ultimi in tantũ oppreſſere Iudæos, ut de ſuis eos finibus protrahẽtes ducerẽt uel tranſmitterẽt captiuos: cuius rei mirabilẽ atq; miſerabilẽ tragœdiã pleniùs ſcribit Ioſephus ſeptẽ uoluminibus Veſpaſiani & Titi denarrãs triũphos. Hæc quatuor regna ſubuerterũt Iudæã. ¶ Nec mirũ q̃ hic ipſa eadẽ regna ſub noĩb⁹ uermiũ eiuſmodi p̃nũciant, q̃ apud Danielẽ p̃ feras terribiles, Leænã, urſum, pardũ, & aliã q̃ ſine noĩe mirabilis & fortis dicitur, dẽtes ferreos habẽs magnos, ſignificãtur. Etenim cõtra hoĩm quidẽ, maxime Iudæorũ imbecillitatẽ, regna illa quaſi beſtiæ fortes atq; feroces extiterunt: ſed corã omnipotẽtia diuinitatis infirma & fragilia, ſiue etiã exigua tanq̃ locuſta, uelut eruca, q̃ſi bruchus, & ceu rubigo reputata ſunt, & uana fuit oĩs pulchritudo eorũ. Saltẽ hæc auribus pcipite oẽs habitatores terræ. Si iã dicerẽ uobis illud, qđ poſt aliqua dicturꝰ ſum ſenib⁹, de aduẽtu dñi & de die eius uẽturo magno & horribili, nihilq; mali ſiue aduerſi cõtigeret ueſtris diebus, dormitaretis laſciuiẽtes in ſtratis ueſtris, & cõuerſi in latus aliud diceretis mihi, in tẽpora longa fiet iſtud: ſed nec fidẽ adhiberetis meis ſermonib⁹. Aliter audiũt ſenes. Neq; eẽm afflictionibus excitati, ſed pro ſola dilectione ad cuſtodiã euigilant mandatorũ dei. Abrahã ſenex bonæ ſenectutis & plenus dierũ, ſicut ſcriptura teſtatur, nullã adhuc tubã audierat futuri per ignẽ iudicij, & pro ſola dilectione creatoris, de terra & cognatione ſua dicto obaudiens exiuit. Similiter cæteri ſenes quicunq; ſecundum exemplum illius ſenectute bona ſeruierunt, nequaquam præſentibus malis indigent ut excitentur, ſed futura ſponte credunt, quæcunque bona probis, quæcunque mala reprobis promittit uel comminatur deus

Eſa. 1

Senes uere uenerabiles Sapiẽtiæ. 4

Philip. 3

Gene. 3 Duo hominũ genera.

Eſa. 28

Quid eruca, locuſta, bruchus & rubigo ſignificãt

Quatuor p̃ci ua regna Dan. 7.

Ezech. 12. Gene. 12.

Vos ha-

Vos habitatores terræ, qa nō ſponte auditis, eruca, locuſta, brucho, & rubigine (de quibus iā dictū eſt) oportet circūcingi, ut nō dormiatis. Expgiſcemini ebrij & flete & ululate oēs q bibitis uinum in dulcedine, quoniam perijt ab ore ueſtro. Notandum quo ſenſu dicat, qui bibitis uinū, addendo, in dulcedine, Non enim uini creaturā, ſed bibentiū tali ſermone cōdemnat luxuriā, eo q nō tantū ad neceſſitatē implendā, ſed ad uoluptatē cōcitādā, uinū, qa dulce eſt, immoderate hauriant. Nunq̄ aūt ſine doloris amaritudine amittitur, qđ cū dulcedine poſſidetur aut bibitur. Quoniāergo perijt ab ore ueſtro, expergiſcimini (inquit) ò ebrij q (ſicut alius propheta dicit) potētes eſtis ad bibendū uinū, & uiri fortes ad miſcendā ebrietatē. Expergiſcimini inquā, id eſt, hoc argumento ſinite uos perdoceri, q cura ſit deo de hominū factis, & q in nouiſſimo die ſuo magno & horribili (ſicut p̄dixim⁹ uobis) cūcta in iudiciū adducturus ſit, qa iā partim indicat & partim punit, dū ab ore ueſtro dulce uinū perit: Sic expergefacti, tūc demū flete & ululate. i. pœnitētiā agite, ut mala uēturа, mala his multo maiora poſſitis euadere. Quō perijt uinū? Ait. ¶ Gens enim aſcēdit ſuper terrā meā fortis & innūerabilis, Dētes eius vt dētes leonis, & molares ei⁹ vt catuli leonū. Ipſo fuit uineā meā in deſertum, ficū meā decorticauit, Mudans ſpoliauit eā & proiecit, albi facti ſunt rami ei⁹. ¶ Suq methaphora locuſtarū hoſtiū deſcribitur aduētus, hoc loco magis Aſſyriorū & Babyloniorū, q tūc imminebāt. Nā de regno Mœdorū atq; Perſarū, qui poſt futuri erāt, & Macędonū q̄s multo poſt fuiſſe cognouim⁹: Romanorū q̄q; q ultimi cūcta deleuerūt, poſterius p ordinē agere uidet: ſingularūq; ſupuentura Iudæis p̄nunciare mala p declamationes ſingulas. Sicut em̄ quatuor p̄miſit, erucā, locuſtā, bruchū, & rubiginē q̄tuor illa ſignificās regna: ſic etiā quatuor inclamat mala, cōſiderās ſub eiſdē regnis, euētura. Primo nāq; ſic dicit. Expergiſcimini ebrij & flete & ululate oēs q bibitis uinū in dulcedinē, q̄m̄ perijt ab ore ueſtro, Deinde ſecūdo. Plange quaſi uirgo accincta ſacco ſup uirū puberitatis tuæ. Perijt ſacrificiū & libatio de domo dñi, &c, Deinde tertio. Accingite uos & plangite ſacerdotes: ululate miniſtri altaris, ingredimini, cubate in ſacco miniſtri dei mei, q̄m̄ interijt de domo dei ueſtri ſacrificiū & libatio. &c. Deinde quarto, Canite tuba in Syon, ululate in monte ſancto meo. Cōturbētur oēs habitatores terrę, &c. Quatuor iſtas inclamationes ſcđm regnorū quatuor preſſuras fieri arbitramur, de q̄bus iā dictū, & adhuc pleni⁹ p ordinē dicendū eſt. Nā qđ deinde ſequitur. Nūc ergo dicit dñs, Conuertimini ad me in toto corde ueſtro, in ieiunio & fletu & planctu: euāgelicā pœnitātiæ p̄dicationē p̄cinit ac perſonat, q̄ primo Hieroſolimis incepta, deinde in oēs gētes p̄dicata ē. ¶ Nūc iā ad ordinē reuertamur. Gens em̄ (inqt) aſcēdat ſup terrā meā fortis & innūerabilis. Quō fortis, q̄ erucæ cōparat ſiue locuſtis? Sed uere (ut iā dictū ē) gens uel regnū Aſſyriorū ſiue Babyloniorū uere fortitudinis dei reſpectu, iure exiguis & ſegnib⁹ cōparatur uermiculis: attn̄ cōtra Iudæorū imbecillitatē ueraciter gens fortis p̄dicatur & innūerabilis. Proinde & locuſtā & bruchū & rubiginē & erucā in hoc eodē propheta dñs fortitudinē ſuā nuncupat his uerbis. Et reddā uobis annos q̄s comedet locuſta, bruch⁹, & rubigo, & eruca, fortitudo mea magna, quā miſi in uos. Eſt ergo in his quę dā fortitudo dei, ſed nō illa fortitudo, q̄ nō poſſit infirmari. Infirma eſt fortitudo, ſed tñ ſufficiēs cōtra infirmitatē hois, q ne pulici qdē reſiſtere ualet, ut dormire poſſit. Itaq; nō min⁹ locuſtarū ſiue erucarū multitudinē, q̄ ip̄m q p illas figuratur exercitū Chaldæorū fortē dicas & innūerabilē. Quid em̄ locuſtis innūerabilius & forti⁹, quibus hūana reſiſtere nō p̄t induſtria? ¶ Protin⁹ fortitudinē gētis eiuſdē exprimit iuxta ceptā methaphorā locuſticæ multitudinis. Dentes (inqt) eius ut dētes leonis, & molares eius ut catuli leonū. Nā qa locuſta dēte exiguo nocere cōſueuit, pulchre genti, quā per locuſtā figurauit, nō arma ferrea, ſed dentes nociuos aſcribit. Miro aūt mō dētes locuſtæ hic dicūt eſſe ut dentes leonis. Sic & Apocalypſi ſimilitudines locuſtarū ſimiles dicūtur equis paratis in p̄liū, & dentes eorū ſicut leonū. Q̄ parua corpuſcula, q̄ magnos, q̄ ualentes in ore ſuo dentes habere dicūtur: Imò q̄ infirmi, q̄ breuis actus homines, quantā poteſtatē irato deo contra populū peccatorē habere permittūtur. Narratur quippe impietas hoſtiū ſub figura locuſtarum: & rurſus ſic de ipſis locuſtis dicitur, quaſi ſi hoſtibus comparentur: ut cum locuſtas legeris, hoſtes cogites: cum hoſtes cogitaueris, redeas ad locuſtas. Dentes ergo eius uidelicet gentis locuſtarum (quæ omnia tropice intelligenda ſunt) quaſi dentes leonū, & molares illius

ut catuli

Bibere uinū in dulcedine.

Eſai. 5

Quatuor mala à quatuor regnis cōtra Iudæos

Gens fortis.

Infra. 2

Infirmitas hominis

Dētes Locuſtæ nociui

Apocalyp. 9

ut catuli leonũ: ut qui multitudine & breuis uitæ iuuenili ſaltu locuſtis coæquantur, in fero
citate & crudelitate leonibus cõparentur. Hæc (inquit) gens poſuit uineam meã in deſertũ
Pſal. 79 uidelicet illã de qua Pſalmiſta: Vineã (inquit) de Aegypto trãſtuliſti, eieciſti gentes & plan
taſti eã. Et ficũ meã decorticauit, ſcilicet eundẽ populũ Iudæoꝝ, ad quẽ & ego tandẽ ueni,
Mat. 31 ut ex ea comederẽ fructus, & nõ inueni, maledixiq; ei & aruit, propter perſeuerantẽ eandẽ
ſterilitatẽ, ob quã & illud cõtigit, ꝙ eandẽ ficũ olim taliũ multitudo locuſtarũ decorticauit.
¶ Nudans (inquit) ſpoliauit eã & proiecit, albi facti ſunt rami eius. Omnia ſub methapho
ra locuſtarꝝ dicta noſcamus q̃ in tantũ cũcta populãtur, ut derodant arborꝝ cortices, exutas
q; p̃ficiant, & omni uirore cõſumpto albos ramos aridosq; derelinquãt. Sic factũ eſt, & ſic
perijt ab ore ueſtro uinũ, ò uos habitatores terræ q̃ bibitis uinũ in dulcedine, ut expergiſca
mini uos ebrij, diutina ebrietate ſepulti, id eſt, ut recogitet unuſquiſq; ueſtrũ & dicat, quid fe
ci: & pœnitentiæ ad fletũ atq; ululatũ confortamini. Sequitur. Plange quaſi virgo ac
cincta ſacco ſuper uirum pubertatis tuæ, perijt ſacrificium & libatio de domo do
mini luxerunt ſacerdotes miniſtri domini. Poſt regnũ Aſſyrioꝝ atq; Chaldæoꝝ ſiue
alis ſuæ Babylonioꝝ, regnũ Mœdoꝝ atq; Perſaꝝ Iudæos captiuos tenuit. Sub illo regno Neemi
as planxit & fleuit, quemadmodũ ipſe inter cætera refert his uerbis. Ego eñ (inquit) eram
pincerna regis, factũ aũt in menſe Niſan anno uiceſimo Artarxerſis regis, & uinũ erat añ
eum Et leuaui uinũ, & dedi regi, & erã quaſi languidus ante faciẽ eius. Hæc & cætera quę
ſequũtur legentes, plane aduertimus illi tẽpori & rei cõgruere, q̃d hic propheta declamans
Plange (inquit) quaſi uirgo, accincta ſacco, ſuper uirũ pubertatis tuæ. Quã ob cauſam? Pe
rijt ſacrificiũ (ait) & libatio de domo dñi, luxerũt ſacerdotes miniſtri dñi. Denicq; & iſtã cau
ſam ſuæ mœſtitiæ Neemias idẽ p̃miſerat dicens. Et uenit Anan unus de fratribus meis ip
ſe & uiri Iuda, & interrogaui eos de Iudæis q̃ remanſerant & ſupererãt de captiuitate & de
Hieruſalẽ, & dixerũt mihi: Qui remanſerũt & derelicti ſunt de captiuitate ibi in prouincia,
in afflictione magna ſunt & in opprobrio, & murus Hieruſalẽ diſſipatus eſt, & portæ eius
cõbuſtæ ſunt igni. Cunq; audiſſem uerba huiuſcemodi, ſedi, & fleui, & luxi dies multos, &
ieiunabã & orabã ante faciẽ dei cœli. Recte igitur & hic & quicunq; talẽ ob cauſam plãge
bant, aſſimilari iubentur uirgini plangẽti ſup uirũ pubertatis ſuæ: flebãt eñ nõ, ut illi ſupra
dicti, p eo ꝙ p̃ſſet ab ore ipſoꝝ uinũ & nõ iã biberẽt illud in dulcedinẽ, ſed pro eo ꝙ periſ
ſet & ſacrificiũ & libatio de domo dñi in Hieruſalẽ. Porrò, deũ, qui in Abrahã, Iſaac, & Ia
cob deſpõdit ſibi uirginẽ ſpõſam, nulla idololatriæ ſorde maculatã, uiro pubertatis aſſimi
lat dicẽdo, ſup uirũ pubertatis tuæ. Vir nanq; pubertatis ſiue uir uirginis dici q̃libet conſue
Hiere, 3 uit, qui uirginẽ ſponſam ſiue uxorẽ duxit. Secundũ hanc ſimilitudinẽ & per Hieremiã re
darguendo loquitur deus. Nõ ut dñm me uocaſti & patrẽ & principem uirginitatis tuæ
Luctus ſub Aſ ¶ Nec uero prætereundũ, ꝙ cũ dixiſſet, plange quaſi uirgo, addidit, amicta ſacco, Denique
ſuero. ſub eodẽ regno Perſaꝝ, ſcilicet & mœdoꝝ, cũ uellet Amã omnẽ Iudæoꝝ, q̃ erãt in regno
Aſſueri, pdere nationẽ, eo ꝙ Mardocheus nõ ſibi flecteret genu, nec ſe adoraret. Mardo
Heſter. 4 cheus hoc audiens, ſcidit ueſtimẽta ſua, & indutus eſt ſacco, ſpargẽs cinerẽ capiti, & in pla
tea mediæ ciuitatis uoce magna clamabat, oſtendẽs amaritudinẽ animi ſui. Similiter & cæ
teri Iudæi flebãt & ieiunabant, regina Heſter p̃ cæteris id agente: q̃ & Mardocheo uerba
hæc mandauit. Vade & cõgrega oẽs Iudæos, quos in Suſis repereris, & orate pro me. Nõ
comedatis & nõ bibatis tribus diebus ac noctibus, & ego cũ ancillulis meis ſimiliter ieiuna
bo, & tunc ingrediar ad regẽ. Tunc profecto gens ipſa, cui nũc dicitur, plange quaſi uirgo
erat amicta ſacca, & plangebat ſuper uirũ pubertatis ſuæ, id eſt, ſuper deũ patrũ ſuoꝝ ꝙ of
fendiſſet eũ: Heſter ipſa ſic inter cætera cõfitẽte ac dicẽte. Peccauimus eñ in cõſpectu tuo
& iccirco tradidiſti nos in manibus inimicoꝝ noſtroꝝ, coluimus eñ deos eoꝝ. Iuſtus es do
mine. Hæc & hmõi dicẽtes, nimirum reminiſcebantur etiã terræ optimæ quã dederat eis
deus, & condolebant ſibimet, ꝙ ipſis in captiuitatẽ ductis, terra ipſa uaſtitatẽ diutunã patere
tur. Recte ergo ſubiungitur. Depopulata eſt regio, luxit humus, quoniã vaſtatum eſt
triticum, confuſum eſt vinum, elanguit oleum. Confuſi ſunt agricole, vlulauerunt
vinitores ſuper frumento & ordeo, quia periit meſſis agri. Vinea confuſa eſt &
ficus elanguit. Malogranatum & palma, & malum, & omnia ligna agri aruerũt
quia cõ

quia confuſum eſt gaudium a filijs hominũ. ¶ Hęc omnia ſecũdũ prophetiã hanc acci
diſſe ſub iam dicto Babyloniorum regno, & perſeueraſſe uſq; ad Perſaꝝ & Medoꝝ impe Neem.2
rium, illa prememorati Neemiæ cõqueſtio manifeſtat, cũ dicit. Et timui ualde ac nimis, &
dixi regi. Rex inęternũ uiue. Quare non mœret uultus meus, quia ciuitas domus ſepul
chrorum patris mei deſerta eſt, & portæ eius cõbuſtæ ſunt igni? Vbi ergo quaſi uirgini ſu
per uiro pubertatis ſuæ cõmemoratio facta eſt quẽ offendit, quãobrem & plangere iubeꝭ
congrue cuncta hæc utilia, quæ gignit humus optima, depopulata ſiue deuaſtata & cõfu
ſa eſſe, elanguiſſe atq; periiſſe cõmemorãtur, ut ex iſtis quoq; cauſa planctus illi digne auge
atur. Pertinent eñ iſta quoq; ad dotem, quã illa de tali uiro conſequuta eſt, quando egreſſa Dos gentis Iu
de Aegypto & illum ſequuta, legittimas matrimonij tabulas ſuſcepit in monte Synai. Ter daicæ, terra
ram enim Chanaã pro hoc ipſo talis ille uir dedit illi, ut ſeruaret fidem coniugij, ſicut Pſalmi Chanaan.
ſta teſtaꝭ his uerbis. Et dedit illis regiones gentiũ, & labores populoꝝ poſſederũt, ut cuſto Pſal.105
diant iuſtificationes eius, & legem eius requirant. Et uide in hac cõmemoratione, quã ua
lida reprehenſio eſt, licet breuis. Nã & ſi quæreres quare depopulata eſt regio, & luxit hu
mus, quãobcauſam uaſtatũ eſt triticũ, confuſum eſt uinũ, elãguit oleũ, & cætera perierũt
ſiue aruerunt: confeſtim cauſam reddẽs, quia cõfuſum eſt (inquit) gaudiũ a filijs hominũ Rectus ordo
id eſt quia confuderunt gaudiũ, ſiue non ſeruauerunt ordinem gaudij filij hominũ. Primũ gaudij.
eñ & principaliter gaudere debuerant in domino: ſecundarie uero non in bonis, ſed de bo
nis domini, ſuper frumento uino & oleo & cæteris quæ dantur à domino. Hic erat rectus
ordo gaudij. Hunc ordinẽ ita confuderũt filij hominũ, ut in dño gaudere negligerẽt, in bo
nis aũt dñi gaudere cuperent. Hoc fecerũt filij hominũ, & iccirco plange quaſi uirgo ca ta
les tecũ uel apud te fuerũt, qui uirũ pubertatis tuæ tibi offenſum. & illi domũ ſuam quaſi ex
traneũ fecerũt. Sequitur. ¶ Accingite vos & plangite ſacerdotes, ululate miniſtri al
taris, ingredimini, cubate in ſacco miniſtri dei mei, quoniam interiit de domo dei
veſtri ſacrificium & libatio. Sacrificate ieiunium, vocate cœtum, congregate ſe
nes, omnes habitatores terre in domum dei veſtri, & clamate ad dominum. a. a. a.
diei, quia prope eſt dies domini, & quaſi uaſtitas a potẽte veniet ¶ Poſt regnũ Per Luctus Iudæo
ſarũ atq; Mœdoꝝ, de quo iã dictũ eſt, talia nimirũ Iudęis acciderũt ſub regno Grecorum rum ſub regno Græcorũ.
propter q̃ ſic inclamare debuerit ſpũs propheticus, non minus, imò & plusq̃ inclamauerat
propter mala q̃ futura erant ſubduobus regnis p̃cedentibus. Tunc eñ ſecundũ prophetiã
Danielis de uno ex quatuor cornibus hirci magni, qui arietẽ miſit in terrã & cõculcauit, e Danie.8
greſſum eſt cornu unũ modicũ, & factũ eſt magnũ cõtra meridiẽ, & cõtra orientẽ, & con
tra fortitudinẽ, & magnificatũ eſt uſq; ad fortitudinem cœli, & deiecit de fortitudine & de
ſtellis, & cõculcauit eas, & uſq; ad principẽ fortitudinis magnificatus eſt, & ab eo tulit iuge
ſacrificiũ, & deiecit locũ ſanctificationis eius. Hic fuit Antiochus illuſtris, filius Antiochi
regis, ut teſtatur liber Machabæoꝝ, radix peccati: qui & ædificauit abominandũ idolũ de
ſolationis ſuper altare dei, & tanta fecit quãta legentes horremus, tã in primo q̃ in ſecundo
Machabæoꝝ libris. Tunc utiq; interijt de domo dei ſacrificiũ & libatio, & propter hoc ac
cinxerunt ſe & planxerunt ſacerdotes, & ululauerunt miniſtri altaris, & ingreſſi ſunt & cu 1.Mah.3
bauerũt in ſacco miniſtri dñi. Exẽpli gratia. Et cõgregati ſunt (inquit) & uenerũt in Maſ
phath, & ieiunauerũt, & induerunt ſe ciliciis & cinere in capite ſuo, & deſtituerũt ueſtimẽ
ta ſua, & expanderũt libros legis, & attulerũt ornamenta ſacerdotalia, & primitias & deci
mas, & ſuſcitauerunt. Nazaræos, qui inpleuerũt dies, et clamauerunt uoce magna in cœ
lũ dicentes: Quid faciemus iſtis, & quo eos ducemus? &c. Hos propheta proſpiciens ieiu
nantes, et ieiunandi neceſſitatẽ habentes, ſanctificate (inquit) ieiuniũ, uocate cœlũ. Nimi 1.Mach.3
rũ q̃ ait, ſanctificate ieiuniũ, tale eſt q̃ le illud apud Eſaiã. Nolite ieiunare ſicut uſq; in hãc
diem. Et ſubinde. Nõne hoc eſt magis ieiuniũ quod elegi? Diſſolue colligationes impieta Sanctificare ie
tis, ſolue faſciculos deprimentes. Dimitte eos qui cõfracti ſunt liberos, et omne onus dirũ iunium.
pe, Frange eſurienti panẽ tuũ, et egenos uagoſq; induc in domũ tuã. Ita ſanctificãtes, id eſt
ſanctũ facientes ieiuniũ, uocate (inquit) cœtũ, congregate ſenes, omnes habitatores terræ.
Cœtũ conuocatũ in duos greges diſpares diuidit, ſcilicet ſenũ et habitatoꝝ terræ, dicendo
cõgregate ſenes oẽs habitatores terræ: de q̃rũ diſtãtia ſupra diximus, ubi ait. Audite hæc

ſenes,& auribus percipite oēs habitatores terræ. Cū ergo cōgregati fuerint, clamate (inqt) ad dñm & dicite. a. a. a. diei, quia prope eſt dies dñi, & quaſi uaſtitas à potente ueniet. Malis

Dies dñi ex p̄cedentibus malis credi debet.

p̄ſentibus cōmoniti, & ſenibus atteſtātibus certificati, credāt & clamēt oēs habitatores terræ, qa prope eſt dies dñi, quia ueniet dies iudicij, qa ueniet dies dñi magn⁹ & horribilis. Nā ſicut longe poſterius propheta teſtatur, hæc omnia fiēt antequā ueniet dies dominimagnus & horribilis: & iccirco fient antequā ueniat, ut ſine dubio credatur uentui us, cum fuerint facta iſta quæ per eoſdē prophetas ſunt prænunciata. Si quis ēm de illa parte prophetiæ, id eſt, de die dñi magno & horribili dubitare uoluerit oſtendatur illi pro argumēto cōpleta hæc propheriæ pars, ſcilicet eruca & locuſta et bruchus, de quibus iā diximus, ut cōpellatur ſcire, q̄ ille quoq; dies quaſi uaſtitas à potente ueniet, quaſi uaſtitas inquā, ut uide-

Eſaiæ.13

licet (ſicut Eſaias ait) ponat uniuerſum orbē deſertum et peccatores perdat ex eo. Dicaſq; eis qui eiuſmodi ſunt. Nunquid nō corā oculis ueſtris alimenta perierunt, de domo dei ueſtri lætitia exultatio? Et eſt ſenſus. Quid adhuc increduli permanetis? Quid adhuc aduentum diei domini magni & horribilis dubitabilē eſſe uultis? Nunquid nō uidiſtis: aut uidetis oculis ueſtris prophetiæ partē cōpletā eſſe quā propheta uimus uobis? Nunquid nō iā uenerūt eruca, locuſta, & bruchus, atq; illis deuaſtātibus perierūt alimenta, periit de domo dei ueſtri lætitia & exultatio? Adhuc aliquibus in impœnitētia permanentibus, conuerſ⁹

In ſtercore ſuo cū putreſcerūt.

idē prophetiæ ſpūs cōuerſus ad ſuos. ¶ Computruerunt iumenta in ſtercore ſuo. ¶ Iumenta nanq; in ſtercore ſuo putreſcere eſt, carnales quoſq; & luxurioſos in fœtore luxuriæ uitā finire, quales utiq; fuerunt illi tēpore iam dicti Antiochi, ſicut idē liber Machabeorū teſtatur. Exempli gratia, cū dicit. Eterā auſus eſt Iaſon ſub ipſa arte gymnaſium conſtituere, & optimos quoſq; Epheborū in lupanaribus ponere. Item. Peſſima aūt & uniuerſis grauis malorū erat incurſio. Nam templum luxuria & conuiuationibus erat plenū, & ſcortantiū cum meretricibus, ſacratiſq; ædibus mulieres ſe ultro ingerebant, introferentes ea quæ nō licebant. Itaq; ſecundū illud tēpus congrue ſic exclamat, cōputruerunt iumenta in ſtercore ſuo: luxurtantibus illis mira cordis impœnitentia, cū periſſent coram oculis ipſorum alimenta, et de domo dei lætitia et exultatio. Deniq; iā Antiochus ciuitatem armis cœperat, eranteq; toto triduo octuaginta milia interfecti, quadraginta milia uincti. Deſolationē eiuſmodi adhuc declamans. Sequitur et dicit. ¶ Demolita ſunt horrea, diſſipate ſunt apothece, quoniam confuſum eſt triticum, quid ingemuit animal, mugierūt greges armenti? Quia non eſt paſcua eius, ſed & greges pecorum diſperierūt. Ad te domine clamabo, quia ignis comedit ſpecioſa deſerti, & flamma ſuccendit omnia ligna regionis. Sed & beſtie agri, quaſi area ſitiens imbrem, ſuſpexerunt ad te, quoniam exiccati ſunt fontes aquarum, & ignis comedit ſpecioſa deſerti. ¶ Quoniam (inquit) confuſum eſt triticum, iccirco horrea demolita ſunt: et quia uinū periit, apothecæ diſſipatæ ſunt, quia nimirum ſi frumenta & uina non fuerint, fruſtra horrea et torcularia præparantur. Sed quid ſibi uult, q̄ percunctatur et dicit, quid ingemuit animal, mugierunt greges armenti: ſtatimq; cauſam illorū reſpondet dicens, quia non eſt paſcua eis? Nimirū brutis animalibus et gregibus armēti ſimiles eos uult haberi, quamuis homines ſint, qui ingemiſcere neſciunt, niſi pro penuria cibi, nullum habētes dolorem de peccatis ſuis: et hoc ſolum eſſe miſerum ſiue dolendū reputantes, ſi uētri quippiam deſit. Huiuſmodi animalia ſiue greges nō ſolum ingemiſcunt, quando nō eſt paſcua eis, ſed & greges (inquit) pecorum diſperierunt, id eſt, eiuſmodi homines, qui multi ſunt, quaſi greges pecorum in tēpore tentationis, recedunt: murmurantes ſi non fuerint ſaturati, et blaſphemantes deum. Quod ſi aliquis quærat dicens, Tu autem quid agis ò propheta, ut exemplū tuum ſequatur homo rationalis, quē non uis aut cenſes brutum eſſe animal? Ad te (inquit) domine clamabo, quia ignis comedit ſpecioſa deſerti et flamma ſuccēdit omnia ligna regionis. Et eſt ſenſus. Tibi domine peccata mea confitebor, ego uel omnis rationalis & ſenſat⁹ homo, qa propter peccata noſtra traditi ſumus in manu hoſtili, qui terram noſtram uaſtauerūt et ſuccenderunt igni: Non ſolum autem hoc, ſed et beſtiæ agri (inquit) quaſi area ſitiens imbrē ſuſpexerunt ad te, quoniam exiccati ſunt fontes aquarum, id eſt, tāta ſiccitas eſt et defect⁹ imbrium, ut exiccatis fontibus, beſtiæ quoq; agri ſiti pereant, p̄ nam ſuſtinētes propter

peccata

peccata hominum. Et ignis (inquit) deuorat ſpecioſa deſerti, id eſt, loca prius ſpecioſa com burendo, in deſertum redegit. Hoc non ſemel dixiſſe contentus eſt, ſed ſecundo repetiuit. Infra 2
Nam ante iam dixerat, quia ignis comedit ſpecioſa deſerti, & flamma ſuccendit omnia li gna regionis. Poſtmodũ idem tertio dicturus eſt his uerbis. Populus multus & fortis, ſimi lis ei nõ fuit à principio, & poſt eũ non erit uſq; in annos generationis & generationis. An te faciem eius ignis uorans, & poſt eũ exurẽs flamma. Quaſi hortus uoluptatis terra corã eo, et poſt eum ſolitudo deſerti. Quod em̃ ſemel & iterum ac tertio ciuitas illa Hieruſalem incendio conflagrauit. Primum ſuccendentibus Babyloniis, ſecũdo rege Antiocho, ſicut ſcriptũ eſt de illo, & irruit ſuper ciuitatem repẽte, & percuſſit eam plaga magna, & perdidit populum multum ex Iſrael, & accepit ſpolia ciuitatis, & ſuccẽdit eam igni. Tertio cõcre mata eſt inſtantibus Romanis, quod excidium nimis horribile perſpiciẽs, quarta iam uice uehementiſſime clamat & dicit. ¶ Canite tuba in Syon, vlulate in monte ſancto meo CAPVT. II
Conturbentur omnes habitatores terre, quia uenit dies domini, quia prope eſt dies tenebrarum ⁊ caliginis, dies nubis ⁊ turbinis, quaſi mare expanſum ſuper montes populus multus ⁊ fortis, ſimilis ei non fuit a principio, ⁊ poſt eum non erit uſque in annos generationis ⁊ generationis. Ante faciem eius ignis vorans ⁊ poſt eum ecurens flamma. Quaſi hortus voluptatis terra coram eo, ⁊ poſt eũ ſolitudo deſerti, neque eſt qui effugiat eum. ¶ Populus hic multus & fortis nõ incon grue populus intelligitur Romanus. De quo em̃ alio populo rectius, quàm de iſto dicitur, ſimilis ei nõ fuit à principio: Deniq; neq; populus fuit Babylonius, neq; Aſſyrius, neq; po pulus ſecũdi regni perſicus aut Mœdicus, neq; populus tertij regni Macedo ſiue Gra cus ſimilis ei fuit: ſicut & Daniel de quarta beſtia, que quartũ hoc regnũ ſignificabat, aſſerit his Dani. 7
uerbis. Et ecce beſtia quarta terribilis atq; mirabilis & fortis nimis, dentes ferreos habens magnos, comedens atq; cõminuens, & reliqua pedibus ſuis cõculcans. Diſſimilis autẽ erat cæteris beſtijs quas uiderã. Canite ergo (inquit) tuba in Syon, ululate in mõte ſancto meo &c, ut ſupra. Tribus exclamationibus quæ præceſſerant, acrior hæc quarta multoq; uehe mentior eſt, uidelicet ſecundũ diſſimilitudinẽ quartæ beſtiæ, de qua teſtatur Daniel, ut iã dictũ eſt. Nã terribile quidẽ eſt, q̃ dixerat: expergiſcimini & flete, proſpiciẽs Aſſyrios ſiue Babylonios: & q̃ dixerat, plange quaſi uirgo amicta ſacco, intuens Perſas & Mœdos: & q̃ clamauerat, accingite uos et plangite ſacerdotes, p̃uidens regnũ Græcoq;, ſub quo Iu dæos attriuit Antiochus Epyphanes: ſed multo terribilius eſt, qđ nunc ait, Romanoq; ad uentũ prænuncians, Canite tuba in Syon, ululate in monte ſancto meo. Cõturbentur om nes habitatores terræ, quia ueniet dies dñi, quia prope eſt dies tenebraq; et caliginis, dies nu bis et turbinis. Vnde ſimul attendendũ, quia tria quidẽ exterminia, quæ tria regna fuerũt prophetæ prædixerunt: qđ autẽ à quarto Romanorũ regno factũ eſt excidiũ, prophetę ſi mul et euangelium, Exempli gratia. Cum ducerent dominũ Ieſum ad crucifigendũ, et ſe queretur illum turba multa populi & mulierum, quæ plangebãt & lamentabatur eũ: cõ uerſus ad illas dixit. Filiæ Hieruſalem nolite flere ſuperme, ſed ſuper uoſipſas flete & ſu Matth. 24
per filios ueſtros, quoniãecce uenient dies, in quibus dicent. Beatæ ſteriles uentres quæ Marc. 13
non genuerunt, et ubera quæ nõ lactauerunt. Tunc incipient dicere montibus, cadite ſu per nos: et collibus, operite nos. Item quibuſdam dicentibus de templo, quod lapidib⁹ bo nis et donis eſſet ornatum, dixit. Hæc quæ uidetis, uenient dies, in quibus non relinquetur lapis ſuper lapidem, qui non deſtruatur. Pulchre igitur non ipſe propheta ex perſona ſua nunc edicit, ſicut edixerat de cæteris malis quæ uentura erant ſub tribus anterioribus rego nis, expergiſcimini et flete plange quaſi uirgo accingite uos et plangite ſacerdotes: ſed a Actu. 6
liis committit hoc annunciandum, Chriſto uidelicet et apoſtolis eius, dicendo. canite tuba in Syon. Stephanus prothomartyr, dum tuba caneret euangelica, ſuper cantu iſto ſiue nũ tio accuſatus eſt à dicentibus. Homo iſte non ceſſat loqui uerba aduerſus locum ſanctum et legem. Audiuimus em̃ eum dicentem, quoniã Ieſus Nazarenus hic deſtrueret locum iſtum, et mutabit traditiones quas tradidit nobis Moſes. Ibidem quoq; ſcriptum eſt. Tũc ſummiſerunt uiros, qui dicerent ſe audiſſe eum dicentem uerba blaſphemiæ in Moſen et deum. At ille ſubſequenti oratione, de uerbo quidem blaſphemiæ in Moſen et deum ſi

ue legẽ ſeſe inſigniter expurgauit: de uerbo aũt hoc, quomodo Ieſus Nazarenus hic deſtru
et locũ iſtũ, nullã excuſationẽ protulit, ſed hæc tantũ dixit. Salomon autẽ ædificauit illi do
mũ, ſed nõ excelſus in manufactis habitat. Verũ quippe erat deſtruendum eſſe locũ illũ, &
Dies dñi cõtra dormientes, hæc euãgelica tuba canere in Syon, magnũq; exinde ululatũ ueraciter p̃dicare poterat in il
lo monte dei ſancto. ¶ Quod aũt tẽpora eiuſmodi dicũtur dñi, quẽadmodũ hic, cũ dicitur,
quia uenit dies dñi, aduerſus dormiẽtes & ebrios dictũ ualde cõgruit, qualibus ſupra dixit
1. Theſ. 5 expergiſcimini ebrij. Qui eñ dormiũt, nocte dormiunt: & qui ebrij ſunt, nocte ebrij ſunt:
uidelicet ſuimet obliti, & immemores dei: atq; ita in peccatis mala ſecuritate circumdati, ut
clauſis oculis nõ uideãt, q; de actibus hominũ deo cura ſit. Nimirũ qñ cogũtur p aduerſita
tis pœnã, malor; actuũ ſuor; reminiſci, & uidere quid fecerint, tũc illis dies ſit: uerũtamen
nõ ſimpliciter dies aut dies ſolis ſiue ſplẽdoris & claritatis, ſed dies (inquit) tenebrar; &cali
ginis, dies nubis & turbinis, qualis utiq; Iudæis futurus erat dies ille, ſiue tẽpus illud, quo cir
cumdarentur ab hoſtibus Romanis. Tunc (inquit) cõturbentur oẽs habitatores terræ &
Pſalm. 34 Iohannis hęc utiq; per conceſſionẽ, dicit, quia ſic oportet euenire. Et recte hic illos appellat habitato
res terræ qui Chriſtũ occiderũt, quaſi propter habitationẽ terræ, ſicut dixerat ipſe p Pſalmi
ſtã. Et in iracũdia terræ loquẽtes dolos cogitabant, uidelicet dicerẽt, Si dimittimus eũ, ſic
oẽs credent in eũ, & uenient Romani, & tollent noſtrũ & locũ & gentẽ. Et illud quidã tẽ
pus (ſicut iam dictũ eſt) dies dñi dicitur, uerũtamẽ nondũ magnus, qđ tantũ de ultimo die
iudicij ſolet dici: quẽadmodũ et hic propheta poſtmodũ, anteq; (inquit) ueniat dies domini
magnus et horribilis. Tenebras et caliginẽ: nubẽ et turbinẽ illius dici, cuius cũctis uoctbus
magnitudo granditer declamatur, uenturæ calamitatis magnæ rei cõparat dicendo, quaſi
mare expanſum ſuper montes. Quid eñ maius ſiue formidabilius in hoc mundo ante finẽ
Po. Ro. ſicut mare expãſum ſuper montes eius euenire poteſt q; ſi expandatur mare ſuper montes, ſicut in diluuio factũ eſt? Eſt ergo
ſenſus. Sicut in diluuio non magis montes ſeſe fluctibus eximere potuerũt q; ualles, ita in il
la Romanæ multitudinis uel fortitudinis inundatione, non magis ſuperbi principes ſacer
dotũ ſibimet cõſulere quiuerunt, q; exigui quiq; ſiue populares. Et uide q; congrua cõpara
tio uel ſimilitudo ſit. Sequitur etiim. Populus multus et fortis, ſimilis ei non fuit à principio
& poſt eũ nõ erit uſq; in annos generationis & generationis. Cõgrua nãq; ſimilitudo eſt ma
ris et populi Romani tã multi et tã fortis, q uniuerſas fere orbis terræ nationes multitudine
operuit, fortitudine conuulſit, more fluctuũ iens et rediens, et cõtra montes uniuerſos intu
meſcens, eosq; operiẽs, id eſt, cũctos reges uel regna gẽtiũ ſuis uiribus opprimens. Huic ni
mirũ populo ſimilis nõ fuit ab initio, et poſt eũ nõ erit uſq; in annos generatiõis & generati
onis. Danieleq; q; (ut ſupra dictũ eſt) atteſtãte de beſtia quarta, qua Romanũ figurabat im
perũ, qa diſſimilis erat cæteris beſtijs uidelicet leænæ, urſo, et pardo, qbus regna p̃ceden
tia ſignificabãtur. Ante faciẽ eius (inquit) ignis uorans, et poſt eũ exurẽs flãma. Hoc (ut di
citur) ita factũ eſſe legẽtibus excidiũ illud Hieroſolymor;, Ioſepho narrante, luce clarius ẽ
Nã et anteq; ciuitatẽ Romanus circũdaret exercitus, ipſi q quaſi pro defẽſione fuerant in
troducti, triplici diſcordia debacchãtes intus, et ædificia ciuitatis, et plurimos ſumptus, qui
diuturno poterant ſufficere bello, multis conſumpſerunt incẽdijs: et poſtq; hoſtes ingreſſi
ſunt uictores, uicti uſq; ad cõſummatũ exitũ rebelles, donec et tẽplũ et quicqd ſupereat in
tra mœnia miſeræ ciuitatis cõcremaretur, furore incredibili pſiterũtimiſerantibus & par
cere uolẽtibus aduerſarijs. Qualis añ aduẽtũ populi tã fortis regionis facies extiterit, et q̃lis
p aduẽtũ eius affecta ſit, breuiter exprimit, cũ ſubiungit. Quaſi ortus uoluptatis terra corã
eo, & poſt eũ ſolitudo deſerti neq; eſt qui effugiat eũ. Et eſt ſenſus. Cum ueniret exercit⁹
hoſtilis, talis erat regio corã illo, ſiue illa terra promiſſionis, quaſi hortus uoluptatis uideli
cet uinetis, palmetis, atq; oliuetis, cæterisq; cõſita arboribus diuerſi generis, & ptereа tẽplo
auguſtiſſimo inſignita, quo nihil pulchrius aut glorioſius in mũdo eſſe potuit. Cum aũt ui
ctor diſcederet, id ẽ, exercitus, talis poſt eũ remãſit, ut ſolitudo deſerti, ſcđm uerba domini
flẽtis ſup Hieruſalẽ et dicẽtis. Quia ſi cognouiſſet et tu. Et quidem in hac die, quæ ad pacẽ
tibi: Nuncautẽ abſcondita ſunt ab oculis tuis. Quia ueniẽt dies in te, et circumdabunt te, et
coanguſtabunt te undiq;, et ad terram proſternẽt te, et filios qui in te ſunt, et non relinquẽt
Lucæ. 9 in te lapidem ſuper lapidẽ, eo quod non cognouiſti tempus uiſitationis tuæ. Et filios tuos

ait pro-

(ait) proſternent qui in te ſunt, uidelicet ita, ut nō ſit qui effugiat, quemadmodū hic cū dixiſſet, & poſt eū ſolitudo deſerti, ſubiunxit, neq; eſt qui effugiat eū. Nullus quippe ex tanta multitudine, quæ dinumerari non poterat, effugiſſe legitur, quin fame & gladio perirēt foris & intus, & qui reliqui eſſe potuerunt, in captiuitatē ducerentur. Adhuc de fortitudine populi tā multi grandiſſimo eius amore loquitur. Quaſi aſpectus equorum aſpectus eorum, & quaſi equites ſic current. Sicut ſonitus quadrigarum ſuper capite mōtium exilient, ſicut ſonitus flamme ignis deuorantis ſtipulam, uelut populus fortis preparatus ad prelium. A facie eius cruciabūtur populi, omnes vultus redigentur in ollam. Sicut fortes current, & quaſi viri bellatores aſcendent murum. Et ir vīs ſuis grediatur, & non declinabunt a ſemitis ſuis. Et nuſquiſq; fratrem ſuum non coartabit, ſinguli in calle ſuo ambulabunt. Sed & per feneſtras cadent, & non demolientur. Et urbem ingredientur, in muro corruent, domos conſcendēt per feneſtras intrabunt quaſi fur. ¶ Fortitudinē atq; uelocitatē tā multi populi breuibus & celeriter currentibus declamauit ſententijs. O ergo ſenes & habitatores terræ, qbus in exordio dixerat, audite hæc & auribus percipite omnes: quāuis erucā, locuſtam, bruchū & rubiginē nominauerit, ne ſubſannetis quaſi ad uiles & paruas res orator iſte inepte uos attentos fecerit, quia nimirū erucæ iſtæ ſiue locuſtæ, bruchus hic ſiue rubigo iſta, uobis nō paruę res aut uermiculi ſunt uiles, quamlibet apud cœleſtē fortitudinem regnorū omniū tāni homines propter ſuam uanitatē ſint cōtemptibiles. Vobis eñ homines de quibus agitur, imò contra uos uiri fortes, uiri ueloces ſunt. Nominauit quidē locuſtas & cætera huiuſmodi, ſed nihilominus fortes atq; ueloces ſunt. Hoc eſt quod ait. Quaſi aſpectus equorum aſpectus eorū, & quaſi equites ſic current. Nam in equis & in equitibus fortitudo ſimul uelocitas uſū requiruntur. ¶ Et hic quidē cū dicitur, quaſi aſpectus equorum aſpectus eorū, dictiuncula quaſi, ſimilitudinē ſignificat: hic autem, & quaſi equites ſic currunt, ueritatē ſiue rei proprietatē. Non eñ quaſi uel ſicut ſemper tantūmodo ſignificat ſimilitudinem, ſed interdum quoq; rei ueritatem, exempli gratia. Et uidimus gloriam eius gloriam quaſi unigeniti à patre, id eſt uere unigeniti à patre. Item in Pſalmo. In conuertendo dominus captiuitatem Syon, facti ſumus ſicut conſolati, id eſt: uere cōſolati. Itaq; & quaſi equites ſic current, id eſt, nō ſicut erucæ aut locuſtæ uulgares, ſegnes erunt, aut breuiter ſalient: ſed uiri bellatores erunt, & equis currentibus ibunt. Quod autem equis ſimiles pronunciātur, dicendo, quaſi aſpect⁹ equorū, ſuperbiam atq; fortitudinem ſimulq; præliandi auiditatem illos habere inuuit, ſecundū geſtus eiuſmodi animalis, naturaliter ferocis & ſuperbi, dicente domino ad beatū Iob. Gloria narium eius terror. Terram ungula fodit, exultat audacter. In occurſum pergit armatus, contemnit pauorē, nec cedit gladio. Super ipſum ſonabit pharetra, uibrauit haſta & clypeus feruēs et fremens ſorbet terram, nec reputat tuba ſonare clangorem. Vbi audierat buccinam, dicet† Wa. Procul odoratur bellum, exhortationem ducum, et ululatum exercitus. Hæc dicta ſit de quolibet equo domini, de qualibus ſcriptum eſt. Qui aſcendis ſuper equos tuos, et quadrigæ tuæ ſaluatio, ſed myſtice intelliguntur, ut nihilominus de equo quadrupede ſecundū literam congrue uel ueraciter enūciari non dubitentur. Quod ſi de quolibet ſancto & forti prædicatore, cuius ſeſſor eſt dominus et iccirco pericula mundi non timet, ſpiritualiter iſta recte intelligūtur, cur non etiam ſuperbia, regnorum ſupra dictorum, maximeq; Romana potentia carnaliter ſimilis eſſe dicatur? ¶ Itaq; quaſi aſpectus equorum aſpectus eorum, quia quemadmodū dicit idem dominus. Nunquid præbebis equo fortitudinem, aut circumdabis collo eius hinnitum? ſolis ipſe regnis iam dictis, & maxime Romano imperio præbere potuit fortitudinem, & collo eius circumdare hinnitum, ut præ ſola ſuperbia uel cupiditate, quaſi hinniendo conſurgeret aduerſus omne regnum, donec ſibi faceret eſſe ſubditum, ut gloria narium eius eſſet terror, id eſt, gloriaretur quotiens terrifici belli ſibi daretur occaſio, ut terram ungula foderet, regum orbis terrarum nimis cupide conquirendo theſauros, ut exultans audacter armatis in occurſum pergeret, ut contemneret pauorem, & gladio non cederet. Quod deinde ſequitur, ſicut ſonitus quadrigarum ſuper capita montium exilient, certam deſignat illorum gloriam triumphalem, quod ſine dubio uictoriam perficiāt, & cum quadrigis uictricibus

Iohen.

Pſalm. 25

Quales ſunt equi domini.

al's *Vah. Abacuc.

more ſuo ducant triumphi pompam nobilem, & quodãmodo ſuperbiam ſiue temeritatẽ ſubſannat Iudaicam, dicendo: ſuper capita montium exilient, ꝙ deo ſibimet irato auſi ſunt contra ſemetipſos prouocare ad bellũ uictores omnũ gentium, quaſi ipſi montes intranſmeabiles eſſent. Deinde ꝙ ait, ſicut ſonitus flammæ ignis deuorãtis ſtipulã, igni proculdubio cõſummandã eſſe declamat eandẽ uictoriã. Vltima declamatiõis clauſula qualitatem pulchre eximit erucæ ſiue locuſtæ, dicẽdo, uelut populꝰ fortis ꝑparatus ad ꝑliũ, inculcans & replicans, quia nõ realiter locuſtæ exiſtimãdæ ſunt, ſed ſub noĩe illo multitudo hominũ.

Eloquentię ꝓ phęticæ decor.

¶ Et uide in ipſa ſuperficie ſermõis prophetici quãtus eloquẽtiæ decor ſit. Quinq; etẽ ſimilitudines poſitę ſunt, & ſemp ſequẽs ꝓcedente uehemẽtius ſonat, & plus terroris exhibet quaſi aſpectus equoꝝ, aſpectꝰ eoꝝ. Hoc iã terribile eſt: ſed ampliꝰ id qđ ſequitur, & quaſi equites ſic currẽt. Plꝰ eñ equitẽ cõſtat eſſe q̃ equũ. Quod deinde ſequitur multo plus eſt, ſicut ſonitus quadrigaꝝ ſup capita montiũ exilient. Itẽq; multo amplius ac terribilius, ſicut ſonitus flammæ ignis deuorantis ſtipulã: Ac deinde qđ ſequitur, manifeſtius atq; abũdãtius, eſt, uelut populus fortis ꝑparatus ad præliũ. Ita quaſi aſcendendo atq; creſcẽdo in maius per ſingulos gradus, uis perficit atq; acrimonia grãdiſona plusq̃ rhetoricæ declamationis: & poſt excurſum, quaſi reſumptio ſpũ, breuiori proceſſu proſequitur & dicit. A facie eius cruciabũtur populi, oẽs uultus redigẽtur in ollã. ¶ Quod qũo uel q̃ uere factũ ſit, legẽtibus palã eſt ex iam dicti narratione hiſtoriographi. Dira nãq; obſidione cruciati, fame incredibili denigrati & tumefacti, uultus redacti ſunt in ollã, qui prius uiuidi & pulchri fuerant. Hæc & cætera quæ ſequũtur intellectui plana ſunt, quia uidelicet Romani, ſicut uiri fortes cucurrerunt, & ſicut uiri bellatores aſcenderunt murũ, & in uĩs ſuis gradientes, id ẽ, ab incœpto non deficientes, à ſemitis ſuis non declinauerunt: neq; eñ propter difficultatem aliquam uictoriæ ſpem depoſuerunt, & unuſquiſq; fratrem ſuũ non coartabit, quod facere ſolent fugientes, erumpẽdo qua poſſunt, inordinati atq; confuſi: ſed in ſuo calle ambulabant ſinguli, quod maxime in illo populo laudabile fuit, tenendo uidelicet ordines ſuos, ſemperq; procedendo cũ diſciplina militari.

Vultus redacti in ollã nimia fame.

¶ Hoc tãtũ paruula quæſtione indiget, quod deinceps ait, per feneſtras cadent, & non demolientur: & deinde ſubſequutus, urbẽ ingredientur, in muro current, domos conſcendẽt, tandem ſubiũgit, per feneſtras intrabũt quaſi fur. Quomodo eñ equitibus ſiue quadrigis Romani imperij cõgruit, ut per feneſtras cadere, per feneſtras intrare, in modũ furis dicantur? Tam forti quippe imperio ſimilitudo furis uel aſcenſus per feneſtras incongrue aſcribi uidetur. Sed ſciendũ, Romanũ imperium ſicut fortitudinis laudem, ſic econtra profunde auaritiæ meruiſſe uituperationem, & hoc uitium in illo denotari, dum dicitur, per feneſtras aſcendent ſiue intrabunt quaſi fur. Et reuera de feneſtris eiuſmodi in illo excidio non omnino tacetur, Ioſepho inter cætera narrãte ac dicente. Hic itaq; tunc militum quidem non expecto cuiuſquam edicto, neq; tantum facinus ueritus, ſed diuino quodã motus impetu, à contubernali ſuo ſuſtollitur, & exardente materia raptum ignẽ in feneſtram infert auream, unde ad mœnia circum templũ ædificata de ſeptentrionali regione aditus erat, & poſt pauca: Pleroſq; autem prædarũ ſpes incitabat, ſuſpicantes intus omnia pecunĩs eſſe referta, quoniã fores auro factas conſpicerent.

Verba Ioſephi

Sciſſi ventres & aurum inde quæſitum.

Propter huiuſmodi cauſam illos nõ merito ſic denotatos dubitauerim, ut per feneſtras aſcendere dicantur in modũ furis. ¶ Sed & ut de iſto, ſi parũ uidetur, taceam: quam furis nequitiam uel cupiditatem non excedit illud quod idem ſcribit. Quidã eñ (inquit) apud Syros extrans fugis deprehenditur è ſimo uẽtris aureos colligens: tranſglutientes autem eos ueniebant, quia cunctos ſeditioſi ſcrutabãtur, & maxima uis auri erat in ciuitate. Verũ hac arte per unum detecta, totis caſtris fama percrebuit, ꝙ auro transfugæ pleni uenirent. Arabum ergo multitudo & Syri ſciſſos uentres ſupplicũ rimabantur. Et hac ego (inquit) clade nullam credo ſæuiorem cõtigiſſe Iudæis. Vna deniq; nocte duorum milium patefacta ſunt uiſcera. Hæc nimirum conſiderando, nõ inepte quiſquã dicat, hoſtes illos pro fortitudine quidem uiros bellatores: ſed pro cupiditate nimia crudeliſſimis furibus fuiſſe comparabiles. Sequitur. ℣ A facie eius contremuit terra, mota ſunt cœli, ſol & luna obtenebrati ſunt, & ſtellę retraxerunt ſplendorem ſuum. ℣ Et dominus dedit uocem ſuam ante faciem exercitus ſui, quia multa ſunt nimis caſtra eius, quia fortia & facientia

verbum

verbū eius. ℳagnus enim dies domini ⁊ terribilis valde, ⁊ quis ſuſtinebit eū? ℐ
A facie (inquit) eius. Cuius eius? Nimirum populi multi & fortis, populi Romani, cui ſimi
lis à principio non fuit. A facie talis populi, id eſt, in ſignum uenturi, & hæc omnia quæ di
cta ſunt facturi, terra contremuit, & tremore ſuo magnā iram Iudæis uenturā ſignificauit:
uidelicet quando ſcelere illoꝝ pendens in cruce dominus, ſpiritū tradidit. Nec uero ſolum
modo terra tremuit, ſed & cœli (inquit) moti ſunt, ſol & luna obtenebrati ſunt, & ſtellæ retra Matth. 27
xerunt ſplendorē ſuum. Tunc enim à ſexta hora tenebræ factæ ſunt ſuper uniuerſam terrā
uſq; ad horam nonā, & ſicut iam dictū eſt, ubi clamans uoce magna emiſit ſpiritū, terra mo
ta eſt & petræ ſciſſæ ſunt. Hoc factum eſt à facie, id eſt, in ſignum eiuſdem populi uenturi,
ad ulciſcendum ſanguinem domini, ſicut tunc quoque ibidem ipſe dixit. Filiæ Hieruſa- Lucæ. 23
lem nolite flere ſuper me, ſed ſuper uoſ ipſas flete & ſuper filios ueſtros, quoniam ecce ueni
ent dies, in quibus dicent. Beatæ ſteriles & uentres quæ non genuerunt, & ubera quæ non
lactauerunt. Tunc incipient dicere montibus, cadite ſuper nos: & collib⁹, operite nos. Vn
de notandū, ꝙcum dixiſſet hic, terra contremuit, ſol & luna obtenebrati ſunt, & ſtellæ retra
xerunt ſplendorē ſuum: continuo per coniunctionē celerrimam, & dominus (inquit) dedit
uocē ſuam ante faciem exercitus ſui. Per hoc nanq; animaduertere licet, ꝙ cū illo terrę mo
tu & tenebris illis dñs noſter, dū tradens ſpiritū, uoce magna clamauit hæc ſignificauit, ꝙ
iuſtitia eius illū exercitū ſuū, exercitū Romāi imperij uocaret ad uindictā ſanguinis ſui, & ꝙ
ſanguis eius de terra non ante clamare deſineret, donec idē exercit⁹ aduenirent. Et uide q̄ ma
gnifice dictū ſit uel dici cōueniat de homīe crucifixo, & quaſi derelicto atq; dicēte. De⁹ me
us ut qd dereliſtuiſti me, quod haberet exercitū, cuius ante faciē talem uocē ſuam daret. Q;
ſi miraris, ꝙ dicatur de paupere illo tale quid ſubiunxit amplius & copioſius uerbis huiuſce Caſtra Chriſti
modi, quia multa ſunt nimis caſtra eius, quia fortia & facientia uerbū eius. Nam uere in illa morientis ma-
quoq; hora, qua fic uidebatur derelictus, multa nimis erant & fortia caſtra eius: nō ſolum ca gna & fortia.
ſtra angeloꝝ, de quibus ait Petro, Conuerte gladium tuum in locū ſuum, an putas quia nō Matth. 26
poſſum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modo plus q̄ duodecim legiones angeloꝝ?
Verumetiam caſtra Romanorum quæ uenirent & facerent uerbum eius, circumdando ci
uitatem, uallo circundando illam, & coanguſtando undiq;, & proſternendo illam ad terrā
& filios eius qui erant in ea, & non relinquendo lapidē ſuper lapidē ſecundū uerbum eius
Nō mireris qa maius his uidebis. Magnus enim (inquit) dies domini & terribilis ualde, &
quis ſuſtinebit eū? Nimiꝝ & hoc ibidē ipſe teſtatus eſt. Dixit em̄. Verūtamē dico uobis, a
modo uidebitis filium hominis ſedentē à dextris uirtutis, & uenientē in nubibus cœli, ſub
auditur, cū poteſtate magna & maieſtate, quēadmodū alibi dixit. Nam uirtutes (inquit) cę
lorum mouebuntur, & tunc uidebunt filium hominis uenientem in nube cū poteſtate ma
gna & maieſtate. Itaq; non mirum, quod dictum eſt, quia multa ſunt nimis caſtra eius quia
fortia & facientia uerbum eius, non (inquam) mirum comparatione maiorū. Magnus em̄
dies domini & terribilis ualde, & quis ſuſtinebit eum? Quod idē eſt ac ſi dicat. Ipſe enim cō Actu. 10
ſtitutus eſt à deo iudex uiuorum & mortuorum, & magnus erit ille dies eiuſdē domini, quā
do ad iudicandum uiuos & mortuos ueniet cum nubibus cęli. His clamoribus præmiſſis
de malis imminentibus, quæ propter peccata fieri oportebat ſub illis quatuor principalibus
regnis, conuertitur ad reliquos, & dicit. ℒ Nunc ergo dicit dominus, cōuertimini ad
me in toto corde veſtro, in ieiunio ⁊ fletu ⁊ planctu, ⁊ ſcindite corda veſtra, ⁊ non
veſtimenta veſtra: ⁊ conuertimini ad dominū deum veſtrū, quia benignus ⁊ miſe-
ricors eſt, patiēs ⁊ multus miſericordia, ⁊ preſtabilis ſuper malitia. Quis ſcit ſi cō
uertatur ⁊ ignoſcat, ⁊ relinquat poſt ſe benedictionē? Sacrificiū ⁊ libamen domi-
no deo noſtro. ℐ Ergo (inquit (quoniam perit uinum ab ore bibentium in dulcedinē, qm̄
perijt ſacrificiū & libatio de domo dñi, qm̄ itē interijt de domo dei noſtri ſacrificiū & liba-
tio, q̄ū itidē aſcendit populus multus & fortis, cui ſimilis à principio non fuit: atq; ita ſecun
dū uerbū domini, quod locutus eſt per os noſtrū, contriuerūt uos regna, Babylonicū, Perſi
cum, ſiue Mœdicū, Macedonicū atq; Romanum: nūc uos, qui hæc uidetis fieri, conuerti
mini, nō dubitātes de illo die iudicij, ſiue die domini magno & horribili, qm̄ futur⁹ ſit ſcdm
teſtimoniū eiuſdē propheticæ ueritatis, cuius pars magna impletur ſub illis regnis uidētib⁹

Vera ad deum conuerſio.

oculis ueſtris. Conuertimini (inquã) ad me dicit dominus in toto corde ueſtro, in ieiunio & fletu & planctu. Nã hæc eſt uera cõuerſio, primũ cor per pœnitentiã mutare interius. Cæterũ ieiunare, flere, & plangere, & hoc habitu foris incedere, corde interius priſtinã peccãdi intẽtionẽ retinente, nõ eſt ueraciter cõuerti ad me. Prius itaq; in toto corde ueſtro conuertimini ad me, & tũc demũ animi pœnitẽtiã, ieiunio & fletu, & planctibus iudicate, ut nũc ieiunãtes poſt ea ſaturemini, nũc flentes, poſtea rideatis, nũc plãgẽtes, poſtea cõſolemini. Et qa cõſuetudinis ẽ, ut in triſtib⁹ atq; aduerſis ſcindatis ueſtes, qđ & pontifex ad dñi ſaluatoris

Matth. 26
Act. 14

crimẽ augendũ in euangelio feciſſe memoratur, & Paulũ & Barnabã audientes uerba blaſphemiæ, legimus perpetraſſe, iccirco ego p̃cipio uobis, ut nequaq̃ ſcindatis ueſtimenta, ſed corda, quæ plena ſunt peccator⁹, quæ inſtar utriũ, niſi ſciſſa fuerint, ſponte rumpuntur. Cũ hoc feceritis redite ad dominum deum ueſtrũ, quẽ uobis priora peccate alienum fecerant, nec deſperetis ueniã ſceler⁹ magnitudine, quia magna peccata, magna delebit miſericordia Eſt em̃ benignus & miſericors, malens pœnitentiã peccator⁹ q̃ mortẽ. Patiens & multus miſericordia, qui nõ humanã imitetur' impatientiã, ſed longo tẽpore noſtrã pœnitentiam præſtoletur, & præſtabilis ſiue pœnitens ſuper malitijs, ut ſi nos egerimus ſuper peccatis pœnitentiam, & ipſum pœniteat comminationis ſuæ, & mala, quæ comminatus eſt nobis, nõ inferat, noſtræq; mutatione ſententiæ & ipſe mutetur. ¶ Et notandũ q̃ diligenter in ipſa pœnitentia cautos eſſe cupit, & ſecuritatẽ tollit, cũ dicit. Quis ſcit, ſi conuertatur & ignoſcat, & relinquat poſt ſe benedictionem: Ac ſi dicat. Ego quidẽ hortor (quod meũ eſt) ad pœnitẽtiã & deũ ineffabiliter noui eſſe clementẽ, dicẽte Dauid: Miſerere mei deus ſcđm mag. mi. t. Et. ſ. m. m. t. d, i. m. ſed qa profundũ diuitiar⁹ ſapientiæ & ſcientiæ dei noſſe nõ poſſumus ſententiã temperet & opto potius q̃ præſumo. Tantũ interim ſacrificiũ & libamen deo noſtro, ſubaudis offeratur, ſacrificiũ contriti cordis, & libamen piæ confeſſionis ac boni operis, & quod neſcimus, uidelicet ſi conuertatur & ignoſcat & relinquat poſt ſe benedictionẽ, in eius arbitrio relinquamus, pendentes in ſpe miſerationis. ¶ Quomõ nũc deus cõuerti & poſt ſe benedictionẽ relinquere dicatur uel ſperetur, illud pro exemplo eſt, quod ipſe in

Sperandũ non præſumẽdum in pœnitentia.

Pſalm. 50
Eſai. 40

Exod. 12

Exodo loquitur. Erit aũt ſanguis uobis in ſignũ in ædibus, in quibus eritis, & uidebo ſanguinẽ & trãſibo uos, nec erit in uobis plaga diſperdens, quando percuſſero terrã Aegypti Deniq; uerbis iſtis ſeſe ad ſanguinis ſignũ conuerti, & uidere ſanguinẽ ac tranſire, atq; benedictionẽ & uitam poſt ſe relinquere, ſeſe profitetur. Secundũ hanc ſimilitudinẽ poſt paſſionem domini noſtri Ieſu Chriſti, ſanguine eius poſtes ſuos, id eſt, frontes ſuas ſignantes cuncti, qui pœnitentiã in nomine eius prædicatam ſuſceperunt, ſpem habent nõ uanam, q̃ cõuertatur deus ad ſignum iſtud, & relinquat poſt ſe benedictionem, tranſiens, & Aegyptios id eſt, cunctos ſuperbos atq; inpœnitentes æterni iudicij ſententia percutiẽs. Hanc pœnitentiã & remiſſionẽ peccator⁹ p̃dicandã in oẽs gentes incipi oportebat ab Hieruſalẽ, ſicut

Lucæ. 24

& ipſe teſtatus eſt poſtq̃ reſurrexerit loquens ap̃lis ſuis. Qm̃ ſicut ſcriptũ eſt, & ſic oportebat Chriſtũ pati, & reſurgere à mortuis die tertia, & p̃dicari in noĩe eius pœnitẽtiã & remiſſionem peccator⁹ in oẽs gentes, incipientibus ab Hieruſalẽ. Sequitur ergo, **Lcanite tuba in Sion, ſanctificate ieiunũ, vocate cœtum, congregate populũ, ſanctificate eccleſiam, coadunate ſenes, congregate paruulos, ꝛ ſugentes vbera. Egrediatur ſponſus de cubili ſuo, ꝛ ſponſa de thalamo ſuo.** ¶ Hoc totũ ſic futur⁹ eẽ prophetat, ut ſimul hortetur, quatenus intente & ſtudioſe fiat, Syon nanq; hæc eſt Hieruſalem, unde oportebat (ut iam dictum eſt) incipi pœnitentiæ prędicationem, quia prædicare utiq; tuba cane re eſt, quia rem ualde magnam euangelica prædicatio perſonat, ſcilicet iram uenturam, ut eam quiſq; pœnitendo effugiat, Petrus Apoſtolus iſta primus tuba cecinit in illa Syon, ab iſtius prophetæ teſtimonio, quod poſtmodũ ſequitur, incipiens: & poſt tandem dicens.

Tuba euangelica in pœnitentiam.

Actu. 2

Pœnitentiam agite, & baptizetur unuſquiſq; ueſtrum in remiſſionem peccatorum, aliis etiam uerbis plurimis teſtificans & exhortans eos, & dicens. Saluamini à generatione iſta praua. Quid niſi tuba canebat, dicendo: Saluamini à generatiõe iſta praua? Vẽturos quippe Romanos, futurumq; illius prauæ generationis excidium ſignificabat, ut agentes pœnitentiam, non ſolum remiſſionem peccatorum & uitam futuram, ſed etiam ſaluationem præſentem ſibi adquirerent: ut præſentia quoq; mala mererentur euadere uenientia ſuper

generatio

generationē illā, quod & factū ē. Imminentē nanq; ex excidio, diuinitus admoniti sunt fi- deles, ut exirent: atq; ita saluati sunt à gñratione illa, sicut saluatus est Loth ab incēdio Sodomoꝝ, nullusq; cū illis cōclusus uel oblessus est Christianoꝝ. ¶ Notādū quoq; q̄ ita canen- tib⁹ tuba in Syon, sanctificate (inqt) ieiuniū. Multo nanq; plus est sanctificare q̄ p̄dicare ieiuniū, qa uidelicet ieiunare uel ieiuniū p̄diçare, impij q̄q; possunt, q nō re- issionē peccatorū, sed tantūmō malorꝝ p̄sentiū ieiunādo quærūt remediū. Tale fuit ieiuniū Achab q occidit Naboth, ut uineā eius possideret. Cū eñ audisset sermones Heliæ, scidit uestē suā, & operuit cilicio carnē suā, ieiunauitq; & dormiuit in sacco, & ambulabat dimisso capite. Quā ob causam? Nunqd ut peccatorꝝ remissionē acciperet, & salutē ęternā obtineret. Nō utiq; sed ne temporali regno uiuens careret. Ergo ieiunauit quidē, sed nō sanctificauit ieiuniū, atq; iccirco nō mercedē recepit sanctorꝝ, sed mercedē suā, mercedē transitoriā, dicēte dño ad Heliā. Nōne uidisti Achab humiliatū corā me? Quia igitur humiliatus est mei causa, nō inducā malū in dieb⁹ ei⁹, sed in diebus filij sui inferā malū domui eius. Igitur sanctificate ieiuniū id est, iccirco ut sancti sitis, celebrate ieiuniū, & ad illud uocate cœtū, cōgregate populū, sanctificate ecclesiā. i. sanctificādo p̄ baptismū nouā Christianitatis cōstitue ecclesiā atq; in sinu eius pariter & coadunate senes, & cōgregate paruulas ac sugētes uberaꝫ ut uidelicet senū. i. sapientiū maturitas, paruulas qbus adhuc lacte opus est, erudiat & ad solidū usq; cibū p̄ducat, Quod deinde subiūgit. Egrediat sp̄ōsus de cubili suo, & sp̄ōsa de thalamo suo, idē est qd & Ap̄l⁹ dicit: Hoc itaq; dico fratres tēp⁹ breue est. Reliquū est, ut q̄ habēt uxores tā q̄ nō habētes sint. Itē. Volo uos sine solicitudine eē. Qui sine uxore est, cogitat q̄ dñi sunt quō placeat deo. Mulier innupta & uirgo cogitat q̄ dñi sunt, ut sit sancta & corpore & spū Nimiꝝ sēm huiusmodi p̄dicationē euāgelicā siue apostolicā uiuere, hoc ē sponsum de cubili suo, & sponsam de thalamo suo exire. Sequitur. L Inter uestibulū ꝛ altare plorabūt sacerdotes ministri dñi ꝛ dicēt: Parce domine, parce populo tuo, ꝛ ne des hereditatē tuā in opprobriū, vt dominētur eis nationes. Quare dicūt in populis vbi est deus eorū? ¶ Copiosior ad pœnitētiā & cōuersationē hæc admōitio est post illa grādia populi multi & fortis, cui similis à principio nō fuit, bella siue incēdia, quē populū Romanū intelligim⁹, q̄ in cæteris superiorib⁹ locis, ubi regna priora Babylonicū, Persicū atq; Macedonicū significari animaduertim⁹. Et recte, qa uidelicet ubi quartū hoc regnū, quartabęe bestia terribilis atq; mirabilis, & fortis nimis, dētes ferreos habēs magnos, gentes cæteras & maxime Iudæos comedit atq; cōminuit, & reliqua pedibus suis conculcauit multo maior multoq; celebrior pœnitētiæ p̄dicatio siue pœnitentialis religio p mūdū uniuersum audita & suscepta est. Nō desiit eadē bestia, q̄ impios punierat Iudæos p̄sequi & cōterere martyres pios: & quāto magis illos afflixit, tāto magis fideles oēs ad orationē & pœnitentiæ fletū excitauit. Hoc ergo futurꝝ p̄uidens. Inter uestibulū (inqt) & altare plorabūt sacerdotes ministri dei, & dicēt: parce dñs parce populo tuo, & ne des hæreditatē tuā in opprobriū, ut dominētur eas natiōes. Quod dicit inter uestibulū, qđ nos añ fores porticū possumus dicere: & altare assiduitatē significat religiōis & cōtinētiæ sacerdotū & leuitarꝝ cæterūq; ministrorū dñi, q ut parati sint semp ad oſones & hostias deo tugiſ offerēdas, circa tēplū uel ecclesias deo dicatas in sacris castisq; domibus, hodieq; regulari cū disciplina remanēt, quēadmodū hic propheta, cū hæc diceret, futurꝝ esse p̄uidebat. Qui eiusmōi sunt, & sui nō obliuiscūtur propositi, q̄ proposuerūt esse sacerdotes uel ministri dñi, plorāt & orāt die ac nocte, crebris noctiū uigiliis, dierūq; ieiunijs, p pctis populi Chriani, maximeq; tūc illis hoc egisse nō dubiū est, qñ iā dicto Romano Imp. sæuiēte, nimius p̄gebat feruor p̄secutiōis. Parce (inqt) dñe parce populo. In q̄? In eo uc̄ ut nō des hæreditatē tuā in opprobriū. Q̄ si q̄ras quale metuēt opprobriū? ut dominūtur (ait) eis natiōes. i. ut uincāt eos & animis eorꝝ imperēt impij gentiles, te deū uiuū & uerū Chr̄m q̄ filiū tuū blasphemātes. Hoc idē in psalmo metuentes ipsi dicūt. Adiuua nos de⁹ salutaris nr̄, & ꝓpter gloriā nominis tui dñe libera nos, & e. p.n. p.n.t. Deniq; & q̄ illos sequūtur & dicūt, ne forte dicāt in gētib⁹ ubi est de⁹ eorꝝ. Hoc ipm hic conq̄rendo & pcunctando loquūtur. Quare dicūt in populis, ubi est deus eorꝝ. Hoc est sensus. Quare ita propter te mortificamur tota die, & æstimamur ut oues occisionis ut placeat uhostibus atq; persecutoribus Christianorum insultare & dicere, ubi est deus eorum?

Gene. 19

Plus est sanctificare ieiunium q̄ prædicare ieiunium. 3. Reg. 21

Sanctificare est etiam.

1. Corin. 7

Danie. 7

Affectus religionis & continentiæ in ministris dñi.

Psalm. 78

Intendūt

Opprobria gẽtilium contra nos.

Intendunt digitum ſuũ in ſolem aut lunam, aut in aliquod ſimulachrũ aureum uel argenteum aut certe lapideum, & dicunt. Ecce dñi noſtri iſti ſunt, deus autem ipſorũ ubi eſt? Nullã comparet, neq; eũ uidere illum aut oſtendere poſſunt, & nullũ de illo habentes adiutoriũ, toto die inter manus noſtras mortificantur & pereunt. Hæc opprobria inter innumera mortiũ tormenta ſuſtinentes, & peccatis ſuis humiles ſancti reputantes, Parce (inquiunt)

Pſalm. 114

domine parce populo tuo, ſubauditur in eo, nt (ſicut alibi ſcriptũ eſt) nõ relinquas, id eſt nõ nimis diu manere permittas, uirgã peccatorũ ſuper ſortẽ iuſtorũ, ut non extendant iuſti ad iniquitatẽ manus ſuas. Huiuſmodi gemitus compeditorũ, ut uerius aduertamus, piorũ paſſiones martyrũ recolamus: quorũ in aliquibus ſcriptũ eſt, quia latentes in cryptis & in ſpelũcis fideles, corpora ſepeliebant, plorantes & multũ triſtes, & per multos dies non ceſſabant mugitus lachrimarũ dantes. His ita cõquerẽtibus, cõſolatorio protinus oraculo reſpõdetur

Zelatus eſt dominus terram ſuam, & pepercit populo ſuo. Et reſpondit dominus & dixit populo ſuo. Ecce ego mittam vobis frumentum & vinũ & oleũ, & replebimini in eis, & non dabo vos vltra in opprobriũ in gẽtibus. Et eũ qui ab aquilone eſt procul faciam a vobis, & expellã eum in terrã inuiam & deſertam, faciem eius contra mare orientale, & extremum eius ad mare nouiſſimum. Et aſcendet fetor eius, & aſcendet putredo eius, quia ſuperbe egit. Inſipientiũ erat ò ſacerdotes & miniſtri dñi, inſipientiũ erat dicere in populis, ubi eſt deus eorũ, pro eo q̃ uidebãt uirgã peccatorũ admiſſam ſuper ſortẽ iuſtorũ, & cœdi corpora eorũ uiſibiliter deo nõ apparente ad defendendũ, & putare illos nõ habere deũ, aut certe nõ poſſe adiuuare deũ ipſorũ, Nõ ita eſt. Sed qd? Zelat⁹ eſt dñs terrã ſuã, zelo bono, zelo paterno: & ſicut pater pcutiens miſeretur filiorũ ſuorũ, & parcit eis, ita pcuſſit & pcutiendo pepercit populo ſuo tanq̃ filijs. Notandũ q̃ cũ diceret. Zelatus eſt dominus terrã, addidit ſuã. Terrã nanq; ſuã dicit, literaliter quidẽ terrã Chanaan à ſemetipſo filijs Iſrael datã: unde & quodã loco dicit. Terra eũ mea eſt, & uos coloni mei eſtis, ſpiritualiter aũt eccleſiã, quã ſuo ſanguine adquirendo fecit ſuã. Sicut terrã illã zelatus eſt dominus ſuper filios Iſrael, eo q̃ ingreſſi contaminaſſent eã, & tradidit eos in manus gentiũ, & tamen pepercit populo ſuo, dando illos in miſericordias in conſpectu omniũ qui ceperant eos: ſic eccleſiã ſuã ſæpe zelatus eſt, ne ſacramenta eius indigni indigne tractarent, & pmiſit fieri pſecutiones, ut electi cribrarent ſicut triticũ, diſcedente palea, q̃lis in initio fuit pditor Iudas, oportere iudicans hæreſes quoq; eſſe ut qui pbati eſſent, fierent manifeſti: & tamen inter ipſas tribulationes fierent clariores, glorificati uirtutibus & ſignis. Hanc diſciplinã patris ignorantes dicebant in pſalmis. Videntes corpora martyrũ diſcrutiari Vbi eſt deus eorũ? Et illi quidẽ, qui foris erant, uerũ neſcientes deũ, dicebant: ubi eſt deus eorũ: qui aũt intus eſſe uidebantur, quaſi eundẽ profitendo deũ, dicebant, ubi eſt ſanctitas uel perfectio uiarũ illorũ? ¶ Malæ huius coniecturæ magnũ & euidẽs eſt in amicis Iob iudiciũ

Iniquũ iudiciũ de flagellis piorum. Iob. 4

Illi nanq; ex eo q̃ percuſſus erat, male conijcientes, quod corã oculis domini impius extitiſſet, qui corã hominibus pñ nel iuſti opinionẽ obtinuerat, dicebant. Vbi eſt timor tuus, fortitudo tua, & perfectio uiarũ tuarũ? Recordare obſecro te, quis unquam innocens perijt, aut quando recti deleti ſunt? Quin pocius uidi eos qui operantur iniquitatem, & ſeminant dolores, & metunt eos, flante deo periſſe, & ſpiritu iræ eius eſſe conſumptos, ſubauditur, ut non nunc conſumptus es. Sic incipientes longa cõcertatione contendebat, ut cogerent eum ſibi cedere ad conſtituendũ ſibi, quod de uita illius nullatenus beneeſtimandũ ſit, quẽcunq; aduerſus opprimi uel flagellis diuinitus cingi contigerit, & quod neminẽ contingat ſecundum corpus conſumi, niſi pro merito propriæ iniquitatis. At ille plus aliquid ſentiens q̃ qd hic dictũ eſt, zelatus eſt dominus terrã ſuã & pepercit populo ſuo, uidelicet quod neq;, ut exiſtimare uolunt qui eiuſmodi ſunt, ſemp peccatores aut impij reputandi ſint, quos deus afflixerit, neq; omnes quos deus percutit aut percuti permittit, percuti zelo corripientis ad purgationẽ, uerũ nonnullos ad probationem, ut coronẽ illis multiplicẽtur, dicit inter cætera. Saltem nunc intelligite quod deus nõ æquo iudicio afflixerit me, & flagellis ſuis cinxerit me. Nã quod ait, non æquo iudicio, idẽ eſt acſi dicat, nõ ſicut uos putatis pro malitia uel impietatis meæ recõpenſatione. Vbi nanq; pro impietate ſua percutitur impius æquũ iudiciũ eſt: ubi autẽ peccantem ſiliũ pater zelatur & parcit, iudiciũ ad æquitatẽ nõ peruenit,

Triplex mod⁹ flagellandi.

quia mi-

quia miſericordia iudiciũ ſuperexaltat: ubi uero uir ſimplex & rectus act ſimens deũ & re-
cedens à malo, percuſſionibus probatur ut coronetur, iam nõ iudiciũ æquũ, aut iudiciũ mi
ſericordia ſuperexaltatũ, ſed gratia & gloria eſt. Quapropter ſciendũ, ubi erat, q̃ deus non
æquo iudicio affixerit me, æquũ nõ poni pro iuſtitia uel rectitudine, ſed pro æqualitate. De
us nanq; ſiue impiũ ſuperbientẽ puniat, ſiue excedentẽ filiũ corripiat, ſiue ſanctũ & pfectũ
ppatientiã probare intendat, ſemp iuſtus & rectus eſt. Sed iã ad cepta prophetiæ uerba re
uertamur. Cũ dixiſſet, zelat⁹ eſt dñs terrã ſuã & pepercit populo ſuo: ut oſtẽderet in q̃ pep-
cerit, ſubiũxit atq; ait. Et reſpondit dñs, & dixit populo ſuo, Ecce ego mittã uobis frumẽtũ,
& uinũ, & oleũ, & replebimini in eis, & nõ dabo uos ultra opprobriũ in gẽtibus. ¶ Sicut
& in cæteris, ita & in iſto q̃q; auditu ſenes & habitatores terræ, q̃ in exordio ſunt inuitati ad
audiendũ diſcernũtur & diuerſe audiũt. Deniq; habitatores terræ frumentũ hic tantũmõ il-
lud intelligũt, quo uenter impletur: & uinũ illud, quo carneũ cor lætificatur: & oleũ illud, q̃
carnea facies exhilaratur. Senes aũt, cõſiderantes maieſtatẽ eius, q̃ hæc pro magno repro-
mittit, digniora ut illũ decet, ſentiunt: uidelicet frumentũ illud & oleũ illud, quo edẽtes & bi
bentes, & quo dilibuti, oẽs æternitatẽ gloriæ cõſequantur, p̃ſertim, qa ſic habes poſt modũ
in iſtoꝝ promiſſione bonoꝝ, & nõ confundetur populus me⁹ in æternũ. Et iſtud quidem
frumentũ corporale, uinũq; & oleũ dona dei ſunt, & nonnũq̃ timentibus deũ pro quadã cõ
ſolatiõe dantur, & data ſunt: ſed fruſtra dantur & fruſtra ſumũtur, niſi utẽtes iſtis operemur
uel quæramus frumentũ illud, quod eſt uerbũ dei, ſcilicet Chriſtus q̃ de ſemetipſo dicit. Niſi
granũ frumenti cadens in terrã mortuũ fuerit, ipſum ſolũ manet: ſi aũt mortuũ fuerit, mul
tũ fructum affert. Et uinũ & oleũ illud, quod Samaritanus uulneribus eius, q̃ in latrones in
ciderat, infundit. Quia nimiꝝ de talibus ueraciter dicat maieſtas promittẽtis, & replebimi-
ni in eis. Sola nanq; hæc ſunt quibus repleri poſſit uſq; ad ſufficientiã uacuitas noſtræ mor
talitatis, Huiuſmodi ſenſu præeunte, ſequentia quoq; digne intelliguntur. Et non dabo uos
ultra opprobriũ in gentibus, & eum qui ab aquilone eſt procul faciã à uobis, & expellã eũ
in terram inuiam & deſertam, faciem eius contra mare orientale, & extremũ eius ad mare
nouiſſimũ. Et aſcendet fœtor eius, & aſcendet putredo eius, quia ſuperbe egit. ⊥ Moliti-
mere terra, exulta & letare, quoniã magnificauit dominus vt faceret. Molite time
re animalia regiõis, quia germinauerũt ſpecioſa deſerti, quia lignũ attulit fructũ
ſuũ, ficus & vinea dederũt virtutẽ ſuã. Et filii Syõ exultate & letamini in dño deo
veſtro, qz dedit vobis doctorẽ iuſtitie, & deſcẽdere faciet ad vos imbrẽ maturinũ
& ſerotinũ in principio, & implebũtur aree frumẽto, & redũdabũt torcularia vino &
oleo, & reddã vobis annos quos comedit locuſta, bruchus, & rubigo, & eruca, for
titudo mea, quam miſi in vos, & comedetis viſcentes & ſaturabimini, & laudabitis
nomẽ domini dei veſtri qui fecit vobiſ mirabilia. Et nõ cõfundetur populus me
us in eternũ, & ſcietis qz in medio Iſrael ego ſum, ego dñs deus veſter, & non eſt am
plius, & non confundetur populus meus in eternum. ⊥ Nulli dubiũ eẽ debet doctorẽ
iuſtitiæ, quẽ hic prophetica gratulatio cõmemorat, dicẽdo, & lætamini in dño deo ueſtro
qa dedit uobis doctorẽ iuſtitiæ Chriſtũ dei filiũ eẽ: pro quo nimiꝝ, qa dat⁹ eſt, in dño deo
patre eius q̃ illũ dedit exaltandũ & lætandũ eſt. Nũc ergo lr̃æ ordinẽ repetẽtes, pphetícũ,
q̃ in illo eſt, ſpm̃ q̃cunq; nos ducit q̃ ad poſſumus, ſeq; diſiderem⁹. Propter eos q̃ dicũt in po
pulis, ubi eſt de⁹ eorũ, ppheta, ut corrigat ſenſum illoꝝ puerſum, zelatus eſt (inqt) dñs terrã
ſuã, & pepcit populo ſuo, i. nõ ſicut illi arbitrari uolũt, null⁹ eſt aut dereliquit eos de⁹ eoꝝ, ſed
more patris familias zelo paterno filios ſuos caſtigãs caſtigauit, & deinde pepcit nõ eos tra
dendo morti, imõ promiſſiones uitæ dando illis. Nã hoc eſt qđ ſequitur, & rñdit dñs, & di-
xit pp̃lo ſuo. Nõ p̃miſerat, q̃ dñm cõſuluiſſet pp̃lus ſuus, & tñ ait: & rñdit dñs, & in ip̃a rñ-
ſione repromiſſionẽ habem⁹ doctoris iuſtitiæ, q̃ eſt Chriſt⁹, & ſp̃us ſancti, ſicut in ſequẽtib⁹
cõtinet lucę clari⁹. Cũ itaq; talẽ lr̃æ ordinẽ legim⁹, zelat⁹ eſt dñs terrã ſuã, & pepcit pp̃lo ſuo
& rñdit dñs, recte ſubintelligim⁹, qa zelante dño excitat⁹ pp̃lus, & paterno uerbere cõmo-
nitus, clamauit ad dñm: & tũc demũ pariter & pepercit & reſpondit dñs, ut Chriſtũ ſuum
liberatorẽ, & æternæ ſalutis authorẽ uigilantibus opportune promitteret auri-
tiã temporales interim dãdo ſaluatores, q̃ ſaluarẽt eos in typũ uenturi eius quẽ erat miſſur⁹.

Carnales & ſpi-
rituales audito-
res.

Frumentũ & vinum & oleũ duplex.

Iohan. 12

Lucæ. 10

Doctor iuſtitiæ Chriſtus.

exempli

Saluatores q̄-dã temporales

Exempli gratia. Quando in Aegypto ſeruiebant filij Iſrael dñs alienis, immemores dei patrũ ſuorũ, Zelatus eſt excitando Pharaonẽ, ut eſſet rex qui ignorabat Ioſeph, & qui oppri-meret eos operibus duris, ſicut ipſe teſtatur cũ dicit. Iccirco aũt poſui te, ut oſtendã in te fortitudinem meã, & narretur nomẽ meũ in omni terra. Ita zelante dño excitati ſunt, ingemiſcentes eñ propter opera uociferati ſunt, aſcenditq; clamor eorũ ad dñm & audiuit gemitũ eorũ: & reſpondit eis uidelicet per Moſen, ſcdm hæc ipſa uerba prophetæ huius dicentis, & reſpondit dominus & dixit populo ſuo. Ecce ego mittã uobis frumentũ & uinũ & oleum, uerbi gratia, dicendo. Audi Iſrael præcepta mea, & in corde tuo quaſi in libro ſcribæ, & dabo tibi terrã fluentẽ lac & mel. Et manifeſtius promiſit eis iſtũ doctorẽ iuſtitiæ, dicẽte Moſe. Prophetã de gente tua & de fratribus tuis, ſicut me, &c. quemadmodũ ad ipſum Moſen dñs ipe dixerat. Prophetã ſuſcitabo eis de medio fratrũ ſuorũ ſimilẽ tui, & ponã uerba mea in ore eius, loqueturq; ad eos omnia q̄ p̄cepero illi. Qui aũt uerba eius, quæ loquitur in nomine meo, audire noluerit, ego ultor exiſtã. Itẽ q̄ñ zelatus eſt dñs, & tradidit eos in manus regis Babylonis, eodẽ zelo excitati, clamauerũt ad dñm, maxĩmeq; Daniel cũ ſocijs ſuis, & reſpondit ei dñs, multa & manifeſta de hoc eodẽ doctore iuſtitiæ, maximeq; illud quod taliter narrat ipſe. Adhuc me loquente in oratione, ecce Gacriel cito uolans tetigit me in tempore ſacrificij ueſpertini, & docuit me, & locutus eſt mihi, dixitq;. Daniel nũc egreſſus ſum ut docerẽ te, & ſubinde ſeptuaginta hebdomades abbreuiatæ ſunt ſuper populũ tuũ, & ſuper urbẽ ſanctã tuã, ut cõſummetur p̄uaricatio, & finẽ accipiat peccatũ, & deleatur iniquitas & adducatur iuſtitia ſempiterna, & impleatur uiſio & prophetia & ungatur ſanctus ſanctorũ. Pauciſq; interiectis. Et poſt hebdomadas (inqt) ſexaginta duas occidetur Chriſtus, & nõ erit eius popul⁹ q eũ negaturus eſt. Nõ multis opus eſt exẽplis, ſed hoc indubitanter notandũ, quia quotiens ſiue ante ſiue poſt aduentũ ſuũ zelatus eſt dñs terrã ſiue eccleſiã ſuã, zelando excitauit electos ſuos ad inuocationis ſuæ maiorẽ inſtantiã, & in ipſa ire miſericordiæ recordatus: ſic reſpondit eis, & taliter egit cũ eis, ut nõ uacaret dicere in populis, ubi eſt deus eorũ. ¶ Replebimini ergo (inquit) & non dabo uos ultra opprobriũ in gentibus. Cum hæc dicit, ſubintelligendũ eſt, quin imò ceſſare faciã principẽ opprobrij ueſtri. Sequitur eñ

Princeps opprobrij noſtri diabolus eſt.

Et eũ q ab aquilone eſt repellã à uobis. Etenim quis ab aquilone eſt, niſi diabolus princeps opprobrij: qui dixit in corde ſuo, ſedebo in monte teſtamenti in lateribus aquilonis? Et qui dẽ regnorũ ſupradictorũ princeps Nabuchodonoſor rex Babylonis: Amã de ſtirpe Agag q uniuerſum Iudęorũ genus delere uoluit: Anthiochus Epyphanes: & Nero Romani macula imperij, ſuo quiq; tẽpore princeps fuere opprobrij, quẽ utiq; tũc deus ceſſare fecit, q̄ñ per paſſionẽ Ieſu Chriſti filij ſui, doctoris tuſtitiæ: cuius clara hic cõmemoratio fit, foras miſit dicente illo. Nunc iudiciũ eſt mundi, nũc princeps huius mundi eijcietur foras. In typum eius & Nabuchodonoſor de regno ſuo eiectus, fœnũ ut bos comedit, & Aman in patibulo quod Mardochæo parauerat ſuſpenſus, & Antiochus ſine manu cõtritus eſt: qui ita ab aquilone fuerũt, ut aquilonis, id eſt, diaboli typũ in ſemetipſis exprimerẽt manifeſtũ. Cum ergo dicit, & eũ qui ab aquilone eſt, procul faciã á uobis, ſubintelligendũ eſt, quemadmodũ illos ſimilitudinis eius, baiulos ſuo quẽq; in tẽpore procul feci. Iſtius aquilonaris, id eſt, perſida & frigida malitia cõgelati, diaboli, maxime Babylonius Nabuchodonoſor, typũ geſſit: pro eo quia loco quoq; aquilonaris extitit, id eſt, ſcdm ſitũ terræ Iudææ uenit à parte aquilonari. Porrò, q̄ cũ dixiſſet, & expellã eũ in terrã inuiam & deſertam, continuo ſubiunxit, faciẽ eius contra mare orientale, & extremũ eius ad mare nouiſſimũ, ſcdm literalem ſenſum nõ ualet intelligi de ullo ex ſæpe dictis quatuor regnis. Nusq; eñ ſacræ referunt literæ, q̄ Iudææ ſiue Iſrahelis hoſtes ita dñs repulerit, ut exercitũ illorũ inter duo marta concluderet

Mare orietale.

quorũ alterũ orietale ſiue primũ (ut in alia tranſlatione ſcriptũ eſt) mare illud dicitur quodiuxta ſolitudinẽ eſt & uergit ad orientẽ, in quo fuit quondã Sodoma & Gomorra, Adama & Seboim: quod nunc mortuũ nominatur, eo q̄ nulla ibi uiuat animantia.

Mare nouiſſimum.

Nouiſſimũ aũt illud quod ad occidentem eſt, & quod ducit in Aegyptũ, in cuius littore Gaza & Aſcalõ, Azotusq; & Ioppe, & Cæſarea, & cæteræ urbes maritimæ ſitæ ſunt. Inter hæc maria (ſicut iam dictũ eſt) hoſtes Iſrael domino repellente cõcluſos fuiſſe nulla ſcriptura refert. Q̄ ſi aliquando factũ fuiſſet, delectabiliter (ut in cæteris uel in pleriſq; ſcripturarũ locis fieri ſolet) ſu-

let)ſuper literæ uel hiſtoriæ fundamentum allegorici ſenſus ædificium collocãdum eſſet. Diabolus à Chriſto expul ſus.
¶Nunc ergo ſpiritualiter dicta, & ſpiritualiter intelligenda uel exponenda ſunt, ſcilicet nõ de corporali occiſione uel cruore inimicorũ, ſed tantummodo de ſpirituali captiuitate nudati inimicorũ capitis, id eſt, diaboli, quem dominus Ieſus expulit, & miſit foras in terram inuiam & deſertam, ut in illis tantummodo commaneret uel poteſtatem haberet, qui fidẽ illius, qui illum expulit, foraſq; miſit, & euangelicæ prædicationis non reciperent gratiã, deſertores & deſerti, & iccirco deſerti quia deſertores dei. Facies (inquit) eius, ſubauditur, expulſi, uel foras miſſi, contra mare orientale, & extremũ eius ad mare nouiſſimũ, Primũ ſiue orientale mare & mare nouiſſimũ. Prima & ſecunda eſt regeneratio uel reſurrectio mortuorũ. Prima nãq; regeneratio gratia baptiſmi eſt, qua renaſcimur ex aqua & ſpiritu ſancto Secunda uero uel nouiſſima regeneratio mortuorũ eſt corporalis reſurrectio, domino atteſtante. In regeneratione cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ. Prima regeneratio, quæ eſt baptiſmi gratia, de patefacto Chriſti latere profluens, ſiue originẽ ducens, idcirco mare dicitur: quia in ſimilitudiuem maris, per quod filij Iſrael merſo Pharaone cũ curribus & equitibus tranſierunt omnes filios dei de morte ad uitam regeneratos, ſuffocato diabolo & omnibus populis eius tranſmittit ad ſalutis portum, ſpem beatam reſtituens cõſequendi uitam regnumq; aperiens imortalitatis ſine dubio percipiendum poſt huius uitæ temporalis exitum. Secunda regeneratio quæ eſt reſurrectio mortuorũ, iccirco mare dicit & mare nouiſſimũ, quia ſine dubio & angelis eius & omnibus qui a ſiniſtris erunt, mare profundum erit, imò (ſicut in Apocalypſi legimus) ſtagnum ignis ardentis & ſulphuris in quod iſte aquilonaris, id eſt, diabolus (ſicut ad beatum Iob dicit dominus) uidentibus cunctis præcipitabitur. Igitur facies expulſi ſiue foras miſſi huius contra mare orientale ſiue primũ, & extremũ eius ad mare nouiſſimũ. Notanda proprietas dictionum, quia facies eius non ad mare, ſed contra mare primũ, & extremũ eius, non contra, ſed ad mare nouiſſimum. Etenim facies eius, id eſt, nequiſſima intentio eius, non ad iſtud, ſed contra iſtud mare tendit (quod ſalutaris baptiſmi gratiã dicimus) oĩbus baptizatis in Chriſto Ieſu inſidians, ut eos iterũ inquinet, & de illis quoq; præſumit, ſicut ad beatum Iob dicitur. Et habet fiducia quod influat Iordanis in os eius, Extremũ autem ſiue finis eius ad illud mare nouiſſimũ, ad illud ignis ardentis ſtagnum ſulphureum, ſubaudis per iudicium adducetur, & in illud ſicut iam dictũ eſt) uidentibus cunctis præcipitabitur. Et aſcendet (inquit) fœtor eius: qa ſuperbe egit. Quo aſcendet uel quomodo aſcendet fœtor eius & putredo eius? Nimirum ad uiſum ſiue notitiam ſanctorũ uel electorum omnium ſicut in Eſaia tam de ipſo q̃ de cunctis ſequacibus eius angelis & hominibus ſcriptum eſt. Et egredientur, ſubauditur, ſancti & electi, & uidebunt cadauera uirorũ qui præuaricati ſunt in me, & uermis eorũ non morietur & ignis eorũ nõ extinguetur & erunt uſq; ad ſatietatem uiſionis omni carni. Hoc idcirco quia ſuperbe egit, id eſt, quia cõtra creatorem ſeſe tumidus erexit. De utroq;, id eſt, & de culpa ſuperbiæ eius, & de pœna fœtoris uel putredinis eius. Item per Eſaiam contra iſtum ſub nomine regis Babilonis dicitur. Detracta eſt ad inferos ſuperbia tua, concidit cadauer tuum. Subter te ſternetur tinea, & operimẽtum tuum erunt uermes. Quomodo excidiſti de cœlo Lucifer qui mane oriebaris? Corruiſti in terram qui uulnerabas gẽtes, qui dicebas in corde tuo In cœlum conſcendam ſupra aſtra dei exaltabo ſolium meum, ſedebo in monte teſtamenti, in lateribus aquilonis, aſcẽdam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero altiſſimo & cętera. Diabol⁹ deo mortuus, uiuit in impijs.
¶Et recte cadauer eius propter ſuperbiam concidiſſe & fœtore, imò ipſe cadauer & putredo eſſe dicitur. Vitam nãq; id eſt, deum, perdidit, & mortuus per malitiam, licet uiuat per eſſentiam. Sicut enim corpus ab anima relictum mortuum eſt, ſic rationalis creatura à deo ſeparata ueraciter mortua eſt. Vnde quia cadauerum receptoria ſepulchra dicũtur: ipſe autem diabolus deo (ut iam dictum eſt) mortuus in impiorum mentibus cubat, recte per Prophetam dicitur. Ibi Aſſur & omnis multitudo eius, & in circuitu eius ſepulchra illius. Qđ idem eſt, ac ſi aperte dicatur: Ibi diabolus, cuius per ſuperbiam typum geſſit Aſſur & omnes angeli eius, & ibi ſociabuntur ei cuncti reprobi qui illum ſecuti ſunt, dicente iudice, his qui a ſiniſtris eius erunt. Ite maledicti in ignem æternum, qui præparatus eſt diabolo & angelis eius. ¶Magna ſunt hæc, & idcirco ad credendum magna nimiũ fide opus eſt. Idcir

Apo. 19
Iob. 40
Duplex regeneratio.
Mat. 19
Eſai. 14
Ezech. 8
Mat. 25

eo ſequitur & dicit: Noli timere terra, exulta et lętare, quoniam magnificauit dñs ut faceret
Quod dicit noli timere, idē eſt ac ſi dicat: noli diffidere. Timiditas nanq; pro infidelitate po
Apoc. 21 nitur, ut in Apocalypſi cū præmiſiſſet. Qui uicerit poſſidebit hæc, & ero illi deus, & ille erit
mihi filius. Continuo ſubiunxit: Timidis autem et incredulis et execrabilibus et homicidis
& fornicatoribus et ueneficis & idololatris, & omnibus mēdacibus, pars illoꝝ erit in ſtagno
ignis ardentis & ſulphuris. Nam quia timidi ſociant incredulis, ſine dubio timiditas mala in
Iacobi telligitur & contraria fidei, quæ & hæſitatio uel dubietas recte poteſt dici, iuxta illud Iacobi
Apoſtoli. Poſtulet autem in fide nihil hæſitans. Qui enim hæſitat, ſimilis eſt fluctui maris
qui à uento mouetur & circumfertur. Non ergo eſtimet homo ille, quod accipiat quicquā
à deo. Vir duplex animo, inconſtans eſt in omnibus uijs ſuis. ¶ Rurſus exultatio ſiue lætitia pro hylaritate fidei ponitur, iuxta quod ad Iudæos Dominus dicit: Abraham pater ueſter exultauit, ut uideret diem meum, uidit & gauiſus eſt. Nam exultauit, id eſt exultanter credidit, hilarem fidem habuit. Igitur cum dicit: Noli timere terra, exulta & lætare, idē
Ioh. 8 eſt ac ſi dicat: de omnibus quæ tibi dicūtur o homo noli hæſitare, uel diffidere, noli terra eſſe graui corde, ſed acriter crede, ac ſpei lætitiam habe. Quoniam magnificauit dominus ut faceret, id eſt, magnificus ē qui tanta propoſuit & perficere poteſt: iuxta quod et Pſalmiſta
Pſal. 125 teſtatur, cum dicit: Exultans & lætabundus de futuro, ac ſi iam factum ſit: In conuertendo dominus captiuitatem Syon, facti ſum⁹ ſicut cōſolati. Tunc repletum eſt gaudio os nſm, et lingua noſtra exultatione. Tunc dicent inter gentes, magnificauit dominus facere cum eis. Magnificauit dominus facere nobiſcum, facti ſumus lætantes. ¶ Sed forte adhuc ſupereſſe uidetur quod timeant quicunq; modicæ ſunt fidei, dicētes: Quid manducabimus, aut qd bibemus interim, dum in iſto corpore ſumus, antequàm ad illa uenturi ſeculi bona perueniamus: quoniam eruca & locuſta, bruchus et rubigo uniuerſa conſumunt, & ignis comedit ſpecioſa deſerti. Sequit ergo: Noli timere animalia regionis, quia germinauerūt ſpe-
Animalia regionis. cioſa deſerti, quia lignum attulit fructum ſuum, ficus, & uinea dederunt uirtutem ſuam. Ac ſi dicat: Pars iſta, de qua uos o animalia ſollicita eſtis, & propter hoc ipſum animalia potius quàm homines recte dicimini: quia uos anguſtat ſollicitudo eiuſmōi: Pars (inquā) iſta
Mat. 6 recuperabilis eſt, quia cum exuſta fuerint, rurſus germinabunt ſpecioſa deſerti, iterumq; ficus et uinea cæteraq; ligna fructum & uirtutem ſuam dabunt. Quærite ergo primum regnum Dei & iuſtitiam eius, et hæc omnia adijcientur uobis. Et in hoc ſolum modo gaudete, quod regnum dei primum quæritis, et inuenire ſperatis, non in omnibus his quæ adijcientur uobis. Hoc eſt quod cōtinuo dicit: Et filij Syon exultate et lætamini in domino deo
ueſtro, quia dedit uobis doctorem iuſtitiæ, & deſcendere faciet ad uos imbrem matutinū, & ſerotinum à principio. Ac ſi dicat: Animalibus dixi, ut non timeant conſolationē hanc illis oſtendens, quia germinauerunt ſpecioſa, deſerti, quia lignum attulit fructum ſuum tā diu illos eſſe animalia iudicans, qui homines eſſe deberent, quàm diu pro uentre ſuo nimiū ſunt ſolliciti: uobis autem o filij Syon, id eſt, homines rationales, et ſpe lucrandis cęleſtibus intenti, Hoc dico, ut exultetis & lætemini, non in ficu uel uinea ſiue in quibuſlibet germinibus deſerti quantumcunq; ſpecioſis, ſed in dño deo ueſtro et hæc ſumma ſit cauſa exultationis et lætitiæ: quia dedit uobis doctorem iuſtitiæ, uidelicet Chriſtum, quem fecit uobis naſci ex uirgine, qui iuſtificet & iuſtificari uos doceat non ex operibus legis, ſed ex fide, &
Rom. 2 huius doctrinæ gratiam deſcendere faciet ad uos in principio uelut imbrem matutinū &
Imber matutinus & ſerotin⁹ ſerotinū: In principio (inq̄) id eſt, primum Iudæo deinde, Græco. Filij nāq; Syon recte intelligūtur Iudæi, primitiuę eccleſiæ filij qcūq; receperunt uerbum ſalutis, quia prius oportuit illis prædicari uerbum dei, Propterea prædicationem ſiue doctrinam eandē matutinū imbrem nuncupauit. Et quia cum plenitudo gentium ſubintrauerit, tunc iterū prædicabit
Area & torcular preſſuræ ſanctorum. illis, & reliquiæ ſaluę fient ex eis, recte imbrem illum & matutinū dixit & ſerotinum. Et implebuntur (ait) areæ frumento & redundabunt torcularia uino & oleo. In area frumentum quæritur, in torcularibus uero uinū ab acino, & oleū ab amurca premēdo ſeparatur. Significat aūt utrūq;, ſcilicet area & torcular, preſſuras ſiue tribulationes ſanctoꝝ quas exemplo iam dicti doctoris iuſtitiæ Chriſti, ꝓpter prædicationem doctrinæ eius, ſuſtinere habebāt. Implebuntur igitur (ait) areæ frumento, & redundabunt torcularia uino & oleo, id ē, quāto

magis

magis tribulati fuerint, quanto graviores preſſuras ſuſtinuerint, tanto maiorem uerbi abũ dantiam, & copioſiorem ſpiritus ſancti gratiam deſuper accipient atq; effundent, à prædica tione nõ ceſſando. ¶ Et Reddam uobis annos, quos comedit locuſta, bruchus & rubigo & eruca, fortitudo mea magna quam miſi in uos. Hæc iuxta literam: quia àdomino repromiſ ſa ſunt, ita creduntur accidiſſe, ut ſterilitas præterita nouis frugibus cõpẽſaretur, & quicqd locuſta, bruchus, rubigo & eruca conſumpſerãt, annis ſequentibus impleret. Sed ut de re gnis quatuor ſæpe dictis, quæ ſub nominibus iſtis figurantur, iſta redditio intelligatur, diffi cile aut etiam impoſſibile eſt. Quomodo enim illis qui in Babylonia captiuitate, uel ſub cæte rorum iugo regnoꝝ uita exceſſerũt, redditio tẽporalis fieri potuit annoꝝ, id eſt, meſsiũ uel fructuum anualium, quos ignis uel manus hoſtilis eiſdem uiuẽtibus abſtulit? Spiritualem ergo & æternam redditionem oportet intelligamus, quæ in aduentu ſaluatoris, qui hic do ctor iuſtitiæ dicitur, reddita eſt omnibus qui expectantes regnum dei, ſub eiſdem regnis in iuſte fuerant oppreſſi. Omnes enim illos in paſſione ſua ſaluator liberauit, deſcendẽs ad in feros, & educens eos in illas ęternas delicias paradyſi. Ibi Daniel & ſocij eius cæteriq; tem poris illius electi, quibus Babylonia captiuitas annos ſuos abſtulit: Ibi Heſter & cæteri q̃s perſici uel medici regni ſuperbia nequaquàm à cultu dei ſeparare potuit: ibi Machabęi, q̃s auertere non potuit Antiochus opprobrium regni Macedonici: ibi Apoſtoli & martyres ſancti, quos Romani imperij beſtialis ſæuitia uincere non potuit. Reddã igitur uobis an nos (ait) quos comedit locuſta, bruchus, rubigo, & eruca, id eſt, conſolabor uos ſuper omni bus malis quæcunq; intulerunt uobis regna illa regno dei contraria. ¶ Interea ualde notan dum eſt, q̃ regna illa tam fortia, tamq; potentiſſima, tam mirabiliter & magnificat & depri mit: ut & minimis uermiculis, locuſtæ, brucho, erucæ & rubigini cõparet, & tamẽ fortitu dinem ſuam nuncupet dicẽdo: fortitudo mea magna quã miſi in uos. Nec uero iſtud adeo mirum uidebitur, ſi ut longe ſuperius perſtrinximus ita diſtinguamus, ut æterne mateſtati comparata hæc regna mundi, quantumuis fortia nequaq̃ dubiteṁ nimis eſſe exilia. Hu manæ aũt infirmitatis reſpectu, quoties uanitatem hominũ flagellari oportet, ſufficere ma nu dei locuſtas paruiſſimas: & flagella eſſe fortiſſima nõ minus q̃ regna ipſa, quę hic ſigni ficãtur per illas. Nonne potentia dei contra ſuperbiam Aegyptiorum plagis oſtenſa eſt p muſcas & locuſtas, & præcipue per ſcyniphes, qui tam parui ſunt culices ut uix cernãt ocu lis? Nonne multitudo talium tanta fuit fortitudo dei, ut non poſſet reſiſtere exercitus Pha raonis? Si ergo locuſtæ ipſæ tantę potuere eſſe fortitudinis quid mirũ regna, quæ per iſtas ſignificãtur, dici fortitudinẽ dei? ¶ Porro aliter ul' alia dicitur, & ẽ fortitudo dei Chriſtꝰ, uir tus & ſapientia dei. Quod male intelligentes, imò praue intelligere laborantes hæretici Ar riani, cum in Nicena ſynodo requirerẽtur ab epiſcopis catholicis (ut eccleſiaſtica narrat hi ſtoria) ſi dicerent filium dei non eſſe creaturam, ſed dei uirtutem & dei ſapientiam ſecũdum uerba Apoſtoli, innuebant alterutris dicentes: quia hæc etiam ueniunt ad nos: nam eruca & locuſta dicitur uirtus dei magna. Sed nos eoꝝ mentem corruptam deteſtantes locuſtã quidem & cætera huiuſmodi quibus maxime Aegyptus attrita fuit, magnam dei fortitudi nem eſſe fatemur: magnam (inquã) & ualentem uſq; ad euincẽdam ſuperbiam Pharaonis duntaxat carnei: Chriſtum autem dei uirtutem ſiue fortitudinem ſolam ſufficientem ad de ſtruendam tyrannidem Pharaonis ſpiritualis, Pharaonis, id eſt, diaboli. Non enim locuſta ſi ue eruca, ſed ſola hęc uirtus dei, Chriſtus, illum foras mittere potuit. ¶ Illud quoq; notãdũ, q̃ cum dixiſſet: fortitudo mea magna, addidit, quam miſi in uos. Veraciter nanq; & regna iam dicta & cæteros hoſtes miſit in eos & uenire permiſit dominus in populum ſuũ, ꝓpter multas præceptoꝝ ſuoꝝ tranſgreſſiones: ſed nthilominus uæ illis, quos propter eiuſmodi cauſas contra electos ſuos ad tempus prævalere permiſit, ſicut exempli gratia, teſtatur ipſe quodam loco cum de uno talium dicit. Væ Aſſur: Virga furoris mei & baculus ipſe in ma nu eius indignatio mea. Tali modo ut iam dictũ eſt redditis annis, quos locuſta & bruchus & rubigo & eruca comederũt: comedetis (ait) ueſcentes & ſaturabimini, & laudabitis nomẽ dñi dei ueſtri, qui fecit uobiſcũ mirabilia, & nõ confundetur populus meus in æternum. Manifeſte hic æternæ gloriæ promittitur ſaturitas, de qua et Dauid. Satiabor (inquit) cũ apparuerit gloria tua. Edẽt pauperes & ſaturabunt, & laudabunt dñm qui requirunt eũ, ui

Reddam vobis annos.

Regna mũdi & fortia & exilia.

Exo. 8 & 6

Aliter Chriſtus eſt fortitudo dei quam bruchus aut locuſta.

uent corda eorꝝ in ſeculum ſeculi. Vbi enim alias eſt uel eē pōt ſaturitas electorꝝ dei quibus
Ephe. 2 dicit, & comedetis ueſcentes & ſaturabimini, niſi in delicijs paradiſi? Ibi nanq; ex quo parietem inimicitiaꝝ Chriſtꝰ per paſſionem ſuam ſoluit, ſaturabunt beati pfruētes uiſione dei & ibi laudant nomen domini, nam cibus ipſorꝝ eſt ipſa laus dei, qui ipſos mirabiliter reformauit, & non cōfundent inæternū: quia liberati a confuſione peccati, & æterna gloria glo
1. Cor. 15. rificati ſunt. Et ſcietis (inquit) quia in medio Iſrahel ego ſum, & ego dominus deus ueſter. & nō ē amplius, & nō cōfundetur ppl's meus inæternū. Videlicet q̄d hic ſciebatis ex pte & uidebatis per ſpeculū & in ænigmate, ambulātes p fidē: tunc ſcietis & uidebitis facie ad faciem ambulantes per ſpeciem. ¶ Delectabile nimiꝝ ſanctis patribus, & cæteris gētis illius
Deus in medio eorum electis fuit & eſt, ſcire hoc quomō dominus deus eſſet in medio eorꝝ. Quomodo em̄ eſt in medio eorꝝ, uel quid eſt eſſe in medio eorꝝ? Profecto in medio eorꝝ eſſe, eſt in ueritate naturæ humanæ carnē de carne illorū aſſumpſiſſe. Hoc ſcire, & uidere, quia hic eſt dominus deus ipſorum, et nō eſt amplius, neq; em̄ extra illū eſt deus, cū pater & filius non duo ſunt dij ſed filius in patre deus unus. Hoc in q̄ ſcire & uidere, deū filiū, deo patri æqualē ſecundū divinitatem, ſibi conſimilem ſecundū ueram humanitatem, ineffabilis felicitatis & gloriæ eſt, Idcirco quod paulo ante dixerat, repetiuit, & non confundet populus meus inæternū: Re-
Gloria patrū ex carne Chri. petitio nāq; cōfirmatio eſt. Non cōfundet, imò glorioſus erit, magnificus & honorificatꝰ erit ppl's cui ꝓmiſſus et ex cuius carne natus eſt talis filius, glorioſumq; erit eis illud Apoſtoli, nuſquā em̄ angelos apprehēdit, ſed ſemen Abrahæ apprehendit, & gloria hæc æter-
Heb. 7 na erit. Remota omni confuſione, quæ per peccatū Adæ humano generi acceſſit. Glorioſa hæc dicta ſunt hactenus filijs Syon, quos in aduentu ſuo iſte doctor iuſticiæ Chriſtus requiſiuit, & per paſſionē ſuā eduxit de tenebris, ſecūdū fidem patrū qui illum expectauerāt
Heb. 11 ſicut teſtatur paulus apoſtolꝰ defuncti oēs nō acceptis promiſſionibꝰ, deſcēdēs quippe ad inferos, & reſurgens ex mortuis, omnes introduxit in ueram terrā repromiſſiōis. Conſtat autē quia poſt expletā ſuę glorificationis diſpenſationē, maiorē, atq; abundantiorem gratię
Gen. 22. uel ſpiritus ſancti dedit effuſionem, ſcilicet non uni genti, ut prius, ſed uniuerſis gentibus ſecundū ueritatem repromiſſionis, qua Abraham dictū eſt, atq; in ſemine tuo benedicentur omnes gētes. Sequit ergo: L Et erit poſt hec effundam ſpiritum meum ſuper oēm carnem, & prophetabunt filij veſtri, & filie veſtre. Senes ueſtri ſomnia ſomniabunt, & iuuenes veſtri viſiones videbunt. Sed & ſuper ſeruos & ancillas meas in diebus illis, effundam ſpiritum meum ⌋ Quod em̄ dicit, ſuper omnē carnē, nullam finit fieri gētis uel perſonaꝝ exceptionē. Priuſq; glorificatus eſſet Ieſus, ſuper filios tātū Syon effuderat ſpiritū ſuū, & de illa ſolūmodo gente prophetæ & ſapientes erant: Poſtq; aūt glorificatꝰ reſurgendo, & in cœlum aſcendendo, cū tāto fructu ſeculorꝝ præteritorꝝ, nullam fecit Iudæorꝝ & Gentiliū diſtinctionē, ſed oīmbus cōmuniter euāgelizari uoluit peccatorꝝ remiſ-
Iudæo primū & Græco. ſionē. Hoc eſt quod nunc dicit: Et erit poſt hæc, effundam ſpiritū meū ſuper oēm carnem ¶ Veruntamen hoc loco memini iſſe libet, q̄ Apoſtolus cū dixiſſet. Gloria autē & honor &
Rom. 2 pax oīmi operanti bonū, confeſtim ita ſubordinauit, ut diceret. Iudæo primū & Græco, uidelicet Iudæo credenti uel bonū operanti gloriæ honoris & pacis gradū cōcedens primū: utpote cuius eſt adoptio filiorꝝ & gloria et teſtamentū & legiſlatio et obſequiū & ꝓmiſſa,
Roma 9 cuius patres ex quibus Chriſtus ſcdm carnē qui eſt ſup oīa deus benedictꝰ in ſecula, amē. Græco autē, id eſt, gentili, gradū fere ſecundū, q̄is nulla diſtinctio ſit in largitate remiſſionis peccatorꝝ. Hanc ſubordinationē & hic propheta uidetur innuere, cū præmiſſo. Effundam ſpiritū meū ſuper omnē carnē, protinus ita ſubiungit. Et prophetabunt filij ueſtri & filiæ ueſtræ, ſenes ueſtri ſomnia ſomniabunt, & iuuenes ueſtri uiſiones uidebunt, ſed et ſup
Act. 1 ſeruos & ancillas meas in diebus illis, effundā ſpiritū meum. Loquebatur nanq; filijs Syon quorꝝ utiq; filij Apoſtoli erant, & filiæ mater domini noſtri Ieſu Chriſti & ceterę multeres eodē tpe cōmanentes et orantes cū eiſdē Apoſtolis, ſicut Lucas meminit. Hi oēs (inqt) erant pſeuerantes unanimes in oratōe cū mulieribus & Maria matre Ieſu et fratribus eius. Iſti filij et filiæ filiorꝝ Syon, accepto ſpiritu ſancto prophetauerunt, id ē, de cœleſtibus myſterijs uarijs liguis locuti ſunt, et iſti ſenes, quales erat inter eos prior Petrus, uel deinde Paulus, ſomnia ſomniauerūt, & iuuenes, qualis erat Iohanes uiſiones uiderunt. ¶ Nec uero cō-

tentus

tentus ero hanc filiis uestris dediſſe gratiam, ſed & ſuper ſeruos meos (inq̃t) quacũq; ex gẽte ſint, effũdã ſpiritũ meũ. Laxior nimirũ hęc appellatio eſt ſeruoꝝ atq; ancillaꝝ dei q̃ filiorum Syon. Filij nãq; Syon unius, id eſt. Iudaicæ ſunt gẽtis: ſerui autẽ & ancillæ dei oĩm gẽtium ſunt electi: qui etiã non tm̃ ſerui, ſed filij quoq; appellant dei, quẽadmodũ Iohãnes cũ dixiſſet: quia Ieſus motitus erat p gẽte, ſubiũxit atq; ait. Et nõ tm̃ p gẽte, ſed ut filios dei, q̃ erãt diſperſi, cõgregaret in unũ. Profecto cauſa iſta effuſiõis ſpiritus ſancti dignior & locupletior eſt, q̃ ſint ſerui & ancillæ dei, q̃ illa q̃ ſint filij Syon, id eſt, Iudæi. Nõ em̃ Iudęo tãtum, ſed oĩbus ſeruis & ancillis ſuis bonus dñs gratiã debet: primũ tm̃ (ut iam dictũ eſt) Iudæo, deinde Græco. ¶ Notandũ præterea, q̃ cũ dixiſſet, ſed & ſuper ſeruos, & ancillas meas, effũdã ſpiritũ meũ, nõ addidit, & prophetabũt: neq; ait, ſenes eoꝝ ſomnia ſomniabũt, & iuuenes eoꝝ uiſiones uidebũt, ſicut dixerat de filiis filioꝝ Syon. Sciendũ quippe, quia licet multi de eccleſia gẽtiũ ꝓphetię ſpiritũ habuerint, & ſomnia memorabilia ſomniauerint, & uiſiões memoria digna uiderint ſoli tm̃ filij Syon & filij filio. ſ. ꝓphetę priores, & Apl'i ſuccedẽtes, ſoli (inquã) hi ſunt, quoꝝ prophetiæ & ſomnia ſeu uiſiões canonicæ authoritatis tenent apicẽ ſummũ, tãq; probatæ ueritatis atq; certitudinis ſunt, q̃ lex & euãgeliũ. Recte igitur ſic dictũ eſt, ſed & ſup ſeruos & ancillas meas in diebus illis, effundã ſpiritũ meũ, & non additũ eſt, et prophetabũt ſiue ſomniabũt aut uiſiones uidebũt: quia uidelicet cũ ſanctis doctoribus et oĩbus, qui in eccleſia Chriſti poſt ꝓphetas et Apoſtolos ſanctũ intelligentię ſpiritũ accipere meruerũt, ſatis bene actũ ẽ, q̃ ſomnia ſeu uiſiones ꝓpheticas atq; apoſtolicas, ſcitẽter et fideliter interpretari ſiue explanare potuerũt. ¶ Effuſionis huius rem ſimul et ſignũ in die Pentecoſtes, qñ ſuper diſcipulos Chriſti ſpũs ſanctus deſcẽdit, cõtigiſſe dubiũ nõ eſt. Rem uidelicet: quia tũc Apoſtolis, q̃ erant filij filioꝝ Syon (ſicut iam dictũ eſt) q̃q; eatenus hoies erãt ſine lr̃is et idiotæ, ꝓphetica imò plus q̃ ꝓphetica gratia data eſt, et extũc ſomnia ſomniare (de qualibus nõnulla in Actibus Apl'oꝝ legimus) et uiſiones uidere cœperũt, quales maxime in Apocalypſi Iohãnis admiramur. Signũ autẽ in eo fuit, q̃d oĩm gẽtiũ loquebãtur linguis. Per hoc nãq; ſignificabatur, q̃ ſup oẽm carnẽ, ſiue ſuper ſeruos & ſuper ancillas dñi in oĩ gẽte et natione oporteret eandem ſpiritus ſancti effuſionẽ deriuari. Quod iam tunc ſciẽs Apl'us Petrus, dixit: Viri Iudei et qui habitatis Hieruſalem uniuerſi, Hoc uobis notum ſit, et auribus percipite uerba mea. Nõ enim ſicut uos ęſtimatis, hi ebrij ſunt, cũ ſit hora diei tertia, ſed hoc eſt q̃d dictũ eſt per Prophetã Iohel. Et erit in nouiſſimis diebus dicit dominus, effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem et cætera. Sequitur:

Et dabo prodigia in cœlo & in terra, ſanguinẽ & ignẽ & uaporem fumi. Sol conuertetur in tenebras, & luna in ſanguinem, anteq̃ ueniat dies domini magnus et horribilis. Quod hic de ſolis uidetur dixiſſe prodigijs, ſ. danda fore illa in cœlo & in terra, anteq̃ ueniat dies dñi magnus & horribilis, qui eſt dies uniuerſalis iudicij: de cęteris quoq; omnibus, quę hactenus hic idem Propheta prædixit, ſentiendũ pariterq; ſubaudiendũ ẽ. Nam et eruca & locuſta et bruchus et rubigo. ſ. quatuor regna erãt uentura: et deinde effuſio ſpiritus ſancti et hæc iam uenerunt anteq̃ ueniat ille dies magnus et horribilis. Vñ ſicut iam ſuperius dictũ eſt, et illi quibus Petrus Apl'us pſens prophetę huiꝰ appoſuit teſtimonium, et quicũq; extũc uſq; ad nos audierũt, et extũc audituri ſunt nimirũ magnũ eſſe illũ et horribilem diem dñi, certi eſſe debẽt, imò dubitare nõ finũtur, quin ita ſit quia ueniet: qa iã tanta pars eorum completa eſt quæ uno eodemq; ore iſte Propheta locutꝰ eſt. Deniq; magnum ſuper hac re certamen eſt deo & uerbo eius Ieſu Chriſto, qui eſt teſtis fidelis: magnũ (inquam) & acre certamen in exigendo ut credatur ſibi quia ueniet talis et tãtus ille dies tremendi iudicij, poſt quem iam nullum pœnitentiæ tempus erit, iuxta quod & in Apocalypſi Iohãnis dicit: Et angelus quem uidi ſtantem ſupra mare & ſupra terram, leuauit manũ ſuam in cęlum, & iurauit per uiuentem in ſecula ſeculorum: quia tempus amplius nõ erit: ſed in diebus uocis ſeptimi angeli, cum cœperit tuba canere, cõſummabitur myſteriũ dei. Super hac re concertans, ut ſcilicet credatur ſibi: quia reuera grãde nimis negocium eſt, & nimium expedit hoc ſcire miſeris, ut tantam iram effugere poſſint, nunc dicit. Et dabo prodigia in cœlo et terra ſanguinem et ignem et uaporem fumi. Sol conuertetur in tenebras & luna in ſanguinem, antequàm ueniat dies domini magnus & horribilis. Acſi dicat:

Serui dei etiam filij dei uocant Ioh. 11.

Libri canonici ſolum ex filijs Syon, non ex gentilibus.

Actuum 2.

De die domini magno dubitandum nõ eſt

Apoc. 10

Apoc. 10

Non credent homines, curam esse deo de actibus suis, & quod statutus sit ad iudicandum de illis dies ille magnus & horribilis: non (inquam) credent, non audiēt, nō animaduertēt, nisi magna & multa uiderint prodigia fieri. Effundam igitur spiritum meum (sicut iam dixi) & per uirtutem eius dabo prodigia in cœlo et in terra, & quod prædicatio iudicij confirmetur ubiq; sequentibus signis. Dabo sanguinem, dabo ignem, subauditur in testimonium illis, ut uidelicet non solummodo miraculorum prodigijs, sed etiam magnitudine pseuerantiæ commoti: cum tot milia testium usq; ad sanguinem perseuerare uiderint, & ignē charitatis dei nullis pſecutionum aquis, nullis fluminibus quàmuis multa sint, posse in illis extingui: ut credant eorū testimonio aut inexcusabiles sint. Dabo & uaporem fumi, similiter in testimonium illis. Fumum hic, aut cæcitatem, quæ in Israel contigit, aut certe quoniam fumus lacrhymas excitare solet compunctiōem pœnitentium licet intelligi. Etenim utraque hæc uim prodigiorum obtinent, et euidenter astipulantur, futurum esse iudicium Hæc prodigia dantur in terra. Quę uero sequuntur? Sol conuertetur in tenebras: et luna in sanguinem: prodigia sunt quæ dantur in cœlo. His quoq; uersiculis nos reminiſci facit eorum quę dominus dixit Et erunt (inquiens) signa in sole et luna et stellis et cætera, usque ad id, & tunc uidebunt filium hominis uenientem in nube cū potestate magna et maiestate. Idem namq; est quod hic nunc dicitur: Sol conuertetur in tenebras, et luna in sanguinem, antequam ueniat dies domini magnus et horribilis. Iam quemadmodū illic dicitur, & tūc uidebunt uenientem filium hominis, ita & hic eodem modo dici poterat, & tunc ueniet dies domini magnus et horribilis. Quicunque prodigijs talibus excitati, pœnitentiam egerint siue conuersi fuerint, salui erunt. Nam et ipsa prodigia (sicut iam dictum est) idcirco fient, ut conuertantur et salui sint. Hoc est quod sequitur. ⸗ Et erit, omnis quicunque inuocauerit nomen domini, saluus erit. ⸗ Cum dicit omnis, subaudiēdum est, absque distinctione Iudæi et Græci. Etenim Apostolus cum hoc intenderet, ac diceret, non est em distinctio Iudæi & Græci: nam idem dominus omnium diues in oēs qui inuocauerit illū, testimonio præsenti usus est: omnis enim (inquiens) quicunq; inuocauerit nomē domini, saluus erit. Eandem distinctionem Iudæi & Græci iste quoq; aufert pariterq; cōfirmat, q; recte uniuersaliter dixerit: oīnis, uno eodemq; uersiculo, quem protinus subiūgit. ⸗ Quia in mōte Syon et in Hierusalē erit saluatio sicut dixit dominus ⁊ in residuis quos dominus uocauerit. ⸗ Nam in mōte Syon & in Hierusalem id est in Iudæis, & residuis, id est, in Grecis, saluatio erit quoscunq; inuenerit dominus, id est, uocante gratia præuenerit, ut inuocent nomen domini. Interea sciendum est, certum esse ordinem siue tenorem inuocationis nominis domini, ut scilicet adhoc inuocetur primū ut largiatur spiritum cogitandi & agendi quæ recta sunt: deinde ut in illo die suo magno & horribili non intret deus cum homine in iudicium, sed superexaltet misericordia iudicium. ¶ Subtiliter atq; fideliter adhuc intuendum est, quomodo cū dixisset, & erit oīs quicunq; inuocauerit nomē domini saluus erit: quia in mōte Syon et in Hierusalem erit saluatio sicut dixit dominus, & in residuis, ita clausit ut diceret, quos dominus uocauerit. Nempe hoc ipsum, quod inuocat nomē dñi, non inuocantibus sed gratię uocantis (ut dignum est) attribuit. Quod apostolus cōfirmans, cum hoc ex exemplo usus fuisset: oīs enim quicūq; inuocauerit nomē domini saluus erit, pulchram nimis gradationem contiuuo fecit. Quomodo inuocabunt in quē nō crediderunt? Aut quomodo credēt ei, quem nō audierunt? Quomodo aūt audiēt sine prædicāte? quomodo uero prędicabūt nisi mittātur? Sic nimirum ascēdēdo, usq; ad deum recurrit. comprobās totum esse ascribēdum gratię uocātis q; inuocat nomē dñi: qa uidelicet nisi ille misisset, nō ueniſſent neq; prędicaſſet, si nō prędicaret nō audiret, si nō audirēt nō crederēt: si nō crederēt, nō inuocarēt. ¶ Vbi porro dixit hoc dñs, q; in mōte Syō siue in Hierusalem, & in residuis. i. in Iudæis & in grecis à dño uocādis deberet esse saluatio? Nimirū in præscia sua, in p̄destinatōe sua, ante tpa secularia. Et enim quos in tp̄ uocauit eos añ oia tpa præsciuit & p̄destinauit, ut idē Apls ait, cōformes fieri imaginis filij sui. Nūc super est causam reddere, unde uel in quo ille dies domini magnus sit & horribilis. Sequitur ergo. ⸗ Quia ecce in diebus illis ⁊ in tempore illo, cum conuertero captiuitatē Iuda et Hierusalem, congregabo omnes gētes, et educā illas in uallem Iosaphat, ⁊ disceptabo

Dabo sanguinem & ignē.

Dabo uaporē fumi.

Lucæ. 21

Rom. 10

Ad qd inuocādus est deus. Psalm. 142

Salus ex gratia uocātis & misērētis dei.

Prædestinatio dei.

ptabo cũ eis ibi ſuper populo meo et hereditate mea Iſrael, quas diſperſerunt in nationibus, ⁊ terrã meam diuiſerunt, ⁊ ſuper populum meum miſerunt ſortem ⁊ poſuerunt puerum in proſtibulo, ⁊ puellam vendiderunt pro vino vt biberent. Magna uere & horribilia ſunt hæc, ut merito pro ipſis dicatur ille dies dñi magnus & horribilis. Dies ille pro ſui magnitudine, & dies multi multorũ dierũ ſiue annorũ dicitur tẽpus, utpote cui nulla lucis & tẽbrarũ uiciſſitudo ſiue alternatio ſucceſſura eſt. Dicitq; qa ecce cõteſtans in proximo adeſſe, q̃uis cuilibet ſtulto longe eſſe uideatur, q dicit in tpa longa fiet iſtud. Mentitur ſibi qa nimiũ (ſicut & alius ꝓpheta dicit) iuxta eſt dies dñi magnus, iuxta ẽ & uelox nimis. Et reuera iuxta eſſe & uelociter uenire diẽ illũ ſentit, q æternitatẽ attẽdit, cuius cõparatiõe uelut momẽtũ & inane reputatur oñe tempus ptereuntis ſeculi, cuius finis ille dies erit. ¶ Cũ cõuertero (inquit) captiuitatẽ Iuda & Hieruſalẽ. Hoc loco Iuda & Hieruſalẽ una eſt, ſola eſt generario electorũ ſiue cõfeſſorũ dei, unica eſt ciuitas Hieruſalẽ cœleſtis cuius captiuitas tunc cœpit, qñ inuidiã diaboli decepti primi homines expulſi ſunt à paradiſi delicijs, in anima mortui corpore morituri. Eorũ captiuitas cõuerſa tũc erit, qa reſurgent incorrpti, liberati tã à iugo peccati, q̃ à debito mortis, anima & corpore uiui, & in neutro iam morituri. Tũc cõgregabo (ait) oñes gentes. Hoc ipm eſt qđ in euangelio dñs idẽ dicit. Cũ aũt uenerit filius hominis in maieſtate ſua, & oẽs angeli cũ eo, tũc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuæ, & congregabuntur añ eũ oẽs gentes. ¶ Sed quid ſibi uult ꝙ ait, & educam eas in uallẽ Ioſaphat? Nimirum tã propter nominis interpretationẽ loci huius nũc meminit, q̃ propter rẽ quæ recenti memoria fuerat geſta, qñ iſte prophetauit. Tempora nanq; quibus prophetauit hic, eadẽ debemus accipere q̃ in Oſee legimus, ipſo dicente, in diebꝰ Oziæ, Iothan, & Achas, & Ezechiæ regũ Iuda, & in diebus Hieroboam filij Iohas regis Iſrael. Porro añ annos plus minus octoginta regnãte Ioſaphat, congregati ſunt filij Moab & filij Ammon & cũ eis de Moabitis ad Ioſaphat, ut pugnarent contra eũ, & de his locis quæ trans mare ſunt, & mons Seyr, ſicut ipſe Ioſaphat in oratione ſua dicit. Nũc igitur ecce filij Ammon & Moab, & mons Seyr, per quos non conceſſiſti filijs Iſrael ut tranſirẽt quãdo egrediebantur de Aegypto, ſed declinauerunt ab eis, & non interfecerunt illos: econtrario agunt, & nituntur eijcere nos de poſſeſſione quã tradidiſti nobis dñe deus noſter. Ergo non iudicabis eos? Cũ hæc & cætera peroraret, omnisq; Iuda ſtaret coram dño cũ paruulis & uxoribus & liberis ſuis, factus eſt ſermo domini ſuper Ihazihel filiũ Zachariæ in medio turbæ & ait: Attendite omnis Iuda & qui habitatis in Hieruſalem, & tu rex Ioſaphat. Hæc dicit dñs uobis. Nolite timere, non eſt enim ueſtra pugna ſed dei. Cras aſcendetis cõtra eos, tantummodo confidenter ſtate, & uidebitis auxilium dñi ſuper uos. O Iuda & Hieruſalem nolite timere, ne paueatis cras egrediemini contra eos, & dñs erit uobiſcum, factũ q̃ eſt ut dñs locutus eſt. Nam filij Ammon & Moab conſurrexerunt aduerſus habitatores montis Seyr, ut interficerent & delerent eos. Cumq; hoc opere perpetraſſent, etiam in ſemetipſos uerſi, mutuis concidere uulneribus, nec ſuperfuit quiſq̃ qui necem poſſet euadere. Iccirco uallis illa dicitur uallis Ioſaphat, ſiue ſecundũ interpretationẽ nominis Ioſaphat uallis iudicij domini, quia uidelicet miro modo ſecundũ nomen ſuum, quod interpretatur dñi iudiciũ, dixerat idẽ Ioſaphat, ergo dñe deus non iudicabis eos? & ita iudicauit eos dñs, ut uerſi in ſemetipſos mutuis concciderent uulneribus, nec ſupereſſet quiſq̃ (ſicut iã dictũ ẽ) q necẽ potuiſſet euadere. Dicitur etiã ualle bñdictionis pro eo ꝙ liberati filij Iuda ibi bñdixerunt dñm, ſicut ibidẽ ſcriptũ eſt, Per tres (inquit) dies ſpolia non potuerũt auferre pro ꝑdæ magnitudine. Die aũt quarta cõgregati ſunt in ualle benedictionis: Etm̃ qñ ibi benedixerunt dñm, uocauerunt locũ illũ uallis benedictionis uſq; in preſentẽ diẽ. Igitur cũ dicit cõgregabo omnes gentes, & educã illas in uallẽ Ioſaphat: rem geſtã magni miraculi nobis ad memoriã reducit pulchreq; innuit, ꝙ ſecundũ eius ſimilitudinẽ futurũ ſit in die iudicij, ut nullus eorũ ſententiã damnationis euadere poſſit, qui mala inferunt ſeruis dei propter hoc ipm quod ſunt ſerui dei, ſicut nullus eorũ necẽ euadere potuit. qui contra Iudam & Hieruſalẽ illic fuerant congregati, propriis ſiunt ex conſcientijs iudicandi, ſicut illis armis ſuis & mutuis uulneribus conciderunt. ¶ Illud quoq; non prætereundũ, quia ſicut unus idemq; locꝰ propter cauſas memoratas & uallis Ioſaphat, i. iudicij dñi, & uallis dicitur benedictiõis: ita

Dies domini prope eſt.

Ezec. 12
Deut. 32

Captiuitas noſtra qñ cœpit.
Gene. 3

Mat. 15

Oſee. 1

2. Para. 2

& illa ſeſſio maieſtatis dñi ad iudicandũ congregatis gentibus, erit ſiniſtris quidem ad dãna
Diſceptatio dei cum hominib. horribilis. tionem, dicendo: ite maledicti: dextris aũt ad benedictionẽ, dicẽdo: uenite benedicti patris
mei. Cætera proſequamur. Et diſceptabo (inquit) cum eis ſuper populo meo & hæreditate
mea Iſrael. Mira & grauiſſimi ſenſus plena dictio, cũ dicit fortiſſim⁹ deus, diſceptabo. Qui
habet aures audiendi ipſe audit & intelligit: quia horribile eſt hoc, propter quod & ille dies
domini magnus dicitur & horribilis. Quid em̃ horribilius q̃ tali in tempore diſceptatio dei
cum hominibus? Signanter nanq; dicit ibi, ac ſi nunq̃ alias cum hominibus diſceptauerit,
licet multa terribilia poſt illud aquæ indicium, id eſt, diluuium, cũ hominibus uel contra ho-
Gen 19. mines fecerit. Poſt illud nanq; & ſuper Sodoman & Gomorram ignem & ſulphurẽ pluit,
Exo 14 & Pharaonem cum curribus & equitibus ſuis in mari rubro dimerſit, & filios Iſrael omẽs
Nu. 14 & .16. à uiginti annis & ſupra qui egreſſi fuerant ex Aegypto, præter pauciſſimos, in deſerto pro-
Iud. 3. ſtrauit, tam terribiliter ut quoſdam ex illis uiuentes terra deglutiret: & ipſos, quos introdu-
xerat in terram repromiſſionis, filios Iſrael quinquies in ſeruitutem propter tranſgreſſiones
tradidit, primo uidelicet in manus Cuſanraſathim, regis Meſopotamiæ. Deinde in manus
Mat. 24 Eglon regis Moab, tertio in manus Iabin regis Chanaan, quarto in manus Madian, quin-
to in manus Phyliſtiim: & poſt hæc tradidit eos in manus regnorum quatuor, ſcilicet Baby-
lonij, Perſici ſiue Medici, Macedonici atq; Romani: futurum autem eſt, ut antichriſtũ quo
q; in ſuo tempore permittat proſperari tantamq; fieri tribulationem qualis non fuit abini-
Hereditas mea Iſrael. tio ſeculi. Nimirum uniuerſa hæc parua ſunt, comparatione illius diei magni & terribilis: ic
circo ſignanter nũc dicit de illo die. Diſceptabo ibi, ac ſi illa priora facere, nondũ fuerit diſce-
ptare. Super qua re tandem erit illa diſceptatio? Super populo meo (inquit) & hæreditate
mea Iſrael. ¶ Verus profecto Iſrael eſt, de quo tantam curam habet deus, ut ſuper illo diſce-
ptet: & propterea non contentus eſt dixiſſe, ſup populo meo, ſed addidit, & hæreditate mea
Iſrael. Et quidem omnis electorũ multitudo, quotquot ad uitam æternam præordinati ſunt
populus dei & hæreditas eius & unus ac uerus Iſrael: ſed nunc interim peculiarẽ illum po-
pulũ attendamus, ex quo Chriſtus ſecundum carnem, ut ea quæ hic cõmemorantur mala
intuliſſe gentes, certis ex ſcripturarũ locis oſtendamus. Primũ q; cũ dixiſſet & diſceptabo cũ
Reg. 17 et 25. eis ſuper populo meo & hæreditate mea Iſrael, ſubiunxit atq; ait, quos diſperſerũt in natio-
nibus, & terram meam diuiſerunt. Aſſyrij & Chaldæi feciſſe leguntur: qa tranſlatis filijs Iſ-
rael, & filijs Iuda gentes alienigenas in ciuitatibus eorũ pro illis collocauerunt. Etenim de
populo ipſo uix ullas reliquias dimiſerunt, excepto q; de plebe pauperum, qui penitus nihil
Heſte. 3 habebãt, dimiſit Nabuzardan magiſter militum regis Babylonis in terra Iuda, & dedit eis
uineas & cyſternas. Quod deinde ſequitur, & ſuper populũ meũ miſerunt ſorrem, ſcilicet
Perſarũ & Medorũ regnum feciſſe legitur. Sic enim ſcriptum eſt menſe primo, cuius uoca-
bulum eſt Niſan, anno duodecimo regni Aſſueri, miſſa eſt ſors in urnam, quæ Hebraice di-
citur Phur, coram Aman, quo die & quo menſe gens Iudæorum dederet interfici, & exiuit
menſis duodecimus qui uocatur Adar. Quod deinde ſubiungitur, & poſuerunt puerũ in
1. Mach. 4. proſtibulum, tertium reſpicit regnum ſcilicet Græcorum ſub quo ita corrupti ſunt. Iudæi
quoq; ex imitatione illorum, ut puerum ponerent in proſtibulum. Sic etenim in libro Ma-
chabæorũ legimus. Super hæc promittebat Iaſon frater Oniæ, & alia talenta centũ quin-
Rom. 1. quaginta ſi poteſtati eius concederetur gymnaſium, & ephœbian ibi conſtituere. Et ſubin
de, Etem̃ auſus eſt ſub ipſa arce gymnaſium conſtituere, & optimos quosq; ephœborũ in
lupanaribus ponere. Hoc (ut manifeſtius dicamus) illud eſt quod Apoſtol⁹ horribiliter de-
teſtans in gentib⁹, maſculini (inquit) eorum relicto naturali uſu fœminæ, exarſerunt in deſi-
derijs ſuis in inuicẽ, malculi in maſculos turpitudinem operantes, & mercedem quam opor-
tuit erroris ſui, in ſemetipſis recipientes. Quod adhuc ſequitur, dicens: Et puellam uendide-
runt pro uino ut biberent, lenonum eſt facere, qui puellas meretricari cogentes, luxuriam
de luxuria mercantur, dum de corporum illarum turpi & infami mercimonio, fœda, & (ut
ita dicam) canina ſibi conuiuia faciunt, & exinde bibentes uinum, alienæ luxuriæ precium
2. Mach. 6. propriæ faciunt libidinis incendium. Hoc ibidem ſub eodem Græcorũ regno non omni
notacetur factum. Sic enim ſcriptum eſt illic. Nam templum luxuria & commeſſationib⁹
erat plenũ, & ſcortantiũ cũ meretricib⁹, ſacratiſq; ædib⁹ mulieres ſe ultro ingerebãt intro ſe
rentes

rentes ea quæ non licebant. Quartum regnũ Romanorũ grauius quidẽ Iudaicũ populum attriuit, magisq; in nationibus diſperſit, ſed merito in diſceptatione ſua de preſſura illa, quã tunc populus ille pertulit, nullam deus mentionem facit: quia uidelicet nullum electorum dei, qui ad gratiam eius pertineret, uel ad uitam eius prædeſtinatus eſſet, illa calamitas inuolui t. Prius enim quàm Romanus ueniret exercitus, præmoniti ſunt ab angelo fideles ut loco hoc cederent, ſicut Egeſippus refert. His dictis contra gentes omnes uniuerſaliter, eiuſdem iudicij commination em ſpecialiter intorquet, & dicit. ¶ Quid mihi & vobis tyrus & Sydon, & omnis terminus Palæſtinorum? Num quit vltionem vos reddetis mihi? Et ſi vlciſciminiuos contra me, cito velociter reddam vicißitudinem vobis ſuper caput veſtrum. Argentum enim meum & aurum tuliſtis & deſiderabilia mea & pulcherrima intuliſtis in delubra veſtra, & filios Iuda & filios Hieruſalem vendidiſtis filijs Græcorum, vt longe faceretis eos de finibus ſuis. Ecce ego ſuſcitabo eos de loco, in quo vendidiſtis eos, & conuertam retributionem veſtram in caput veſtrum, & vendam filios veſtros, & filias veſtras in manibus filiorum Iuda, & venundabunt eos Sabeis genti longinque, quia dominus locutus eſt. ¶ Niſi poſt Tyrum & Sydonem ſermo diuinus omnem quoq; terminum Palæſtinorum nominaſſet, nõ inueneremus ubi uel quando factum ſit ſecundum literam id quod nunc ait, argentũ enim meũ & aurũ tuliſtis, & deſiderabilia mea & pulcherrima intuliſtis in delubra ueſtra. Nuſq; enim Tyrus & Sydon: ſed tantum Palæſtini, id eſt, Phyliſtijm hoc feciſſe leguntur in primo libro regum. Pugnauer unt (inquit) Phyliſtijm & cæſus eſt Iſrael, & archa dei capta eſt Et ſubinde: Phyliſtijm autem tulerunt archam dei, & intulerunt eam in templum Dagon, & ſtatuerunt eam iuxta Dagon. Archa ipſa & tabulæ teſtamenti in ea, ſimulq; urna aurea habens manna, & uirga Aaraon quæ frondauerat, & propitiatoriũ, duo quoq; Cherubin obumbrantia propitiatorium: argentum & aurum erant, quæ quodammodo & deſiderabilia eius dici poterant. Hæc Palęſtini tunc in delubra ſua intulerunt: quando (ut iam dictũ eſt) inferentes archam in templum Dagon, ſtatuerunt eam iuxta Dagon. ¶ Porrò hic iam non prætereundum, quia Iudæi de hoc ſermone, quo hic dicitur: Ecce ego ſuſcitabo eos uidelicet filios Iuda & Hieruſalem, quos uendidiſtis filijs Græcorum. de loco in quo uendidiſtis eos, & conuertam retributionem ueſtram in caput ueſtrum, & uendam filios ueſtros in manibus filiorũ Iuda, & uænundabunt eos Sabæis genti longinquæ: quia dominus locutus eſt. Ex hoc (inquam) ſermone uanam ſibi imò miſerabilem conſolationem aſſumũt, Illa nanq; de Romanis ſub nominibus Tyri & Sydonis atq; Palæſtinorũ hæc intelligi uolunt, eo q; Veſpaſianus & Tytus Romæ templo pacis ædificato uaſa templi & uniuerſa donaria in delubro illius conſecrauerit. Promittitur ergo ſibi, imò ſomniant, q; in ultimo tempore congregarentur à dño, ut reducantur in Hieruſalem, neq; hac fœlicitate contenti, ipſum deũ manibus ſuis Romanorũ filios & filias aſſerunt traditurũ, ut uendãt eos Iudæi nõ Perſis & Aethiopibus & cæteris nationibus, q̃ uicinæ ſunt, ſed Sabæis genti longinquiſſimæ, quia dominus locutus eſt, ut populi ſui ulciſcatur iniuriam. ¶ Nos econtra nõ Romanos, ſed ipſos qui ſe dicunt eſſe Iudæos & non ſunt, ſed ſunt ſynagoga ſatanæ dicimus deſignari, ac percuti ſub nominibus Tyri & Sydonis, & intra omnem terminum Palæſtinorũ concludi eandem ob cauſam, quã & in alio propheta deus conſiderans, cũ eundẽ populum redargueret: pater tuus (inquit) Amorræus, & mater tua Cæthea. Etenim ſicut Amorræi & Cæthei, ita Tyrij quoq; & Sydonij atq; Palęſtini, nõ de Sem aut de Iaphet, ſed de Cham q reprobus extitit poſteritate gñati ſunt. Et quia deus nõ ſtirpẽ carnis: ſed mores attẽdit animi Iudæi, quoq; q̃uis ſecdm carnẽ de ſtirpe Sem per Abrahã pceſſerint, nihilominus tñ inter poſteros Cham reputãtur: illi dũtaxat, qui ueri patris Noe, quod interp̃tatur requies, ſcilicet Chriſti, qui eſt requies omniũ ſanctis, humanam propter eos aſſumptã deſpiciunt infirmitatem, ſicut ille Cham deriſit, & foris nunciauit patris nuditatem. Cauſam dicim⁹, cur præſenti loco Iudæi in ſynagoga Sathanæ remanentes (ut iam dictũ eſt) ſub nominib⁹ tyri & ſydonis recte intelligãtur. Tyrus & Sydon, ſicut & cæteræ regiões terræ Chanaan, populo Iſrahel ſorte diſtributæ ſiue deſignatæ fuerunt: ſed quia in corde maris ſitæ, non facile ab hoſtibus obſiderentur: minime capi uel poſſideri ab eis potuerunt. Sic nimirum Iudæi prædica-

I. Regum. 4

Hebræ. 9

Iudæ ora vana ſpes de futuro ipſorũ impio.

Apo. 2

Iudæi nũc Tyrij dici poſſunt

Act. 13

prædicationis euangelicæ armis capi debuerunt, imò & illis prius uerbum dei prædicari oportuit: ſed quia profunditate malitiæ ſemetipſos circundantes, & quaſi in abyſſo ſcientię nequam ſe abſcondentes, reppulerunt illud, & expugnari ueritatis & iuſtitiæ armis non potuerunt: iccirco relictis illis Apoſtoli ad gentes conuerſi ſunt. Item cauſam dicimus, cur ĩdem Iudæi intra paleſtinorum terminum concludantur. Paleſtini, id eſt, Phyliſtĩm, aſcendentibus ex Aegypto, & tranſeuntibus mare rubrum filĩs Iſrael, Primi inuiderunt, & deinde cæteri, ſicut Moſes in cantico ſuo cum dixiſſet: Dux fuiſti in miſericordia tua populo quem redemiſti. Et portaſti eum in fortitudine tua, ad habitaculum ſanctum tuum. Aſcenderunt populi & irati ſunt, dolores obtinuerunt habitatores Phyliſtĩm. Deinde de cęteris: Tunc (ait) conturbati ſunt principes Edom, robuſtos Moab obtinuit tremor, obriguerũt omnes habitatores Chanaan. Ita nimirũ credentibus in Chriſtum & mare baptiſmi tranſeuntibus, primum Iudæi (ſicut in Actibus legimus) inuiderunt, deinde gentes cæterę quæ & exemplo crebriſq; ſeditionibus illorum in hoc ipſum excitatæ ſunt. Et illi quidem Paleſtini ſiue Phyliſtĩm, quod interpretatur potione cadentes, argentum & aurum domini in ſua delubra, id eſt, in templum Dagon detulerunt, ſcilicet archam undiq; auro circumtectã, & cætera deſiderabilia ſiue pulcherrima, ut erant propiciatorium & duo cherubin: Iſti autẽ auream ſiue argenteam dominicæ incarnationis ueritatem in mendacio, quantũ in ipſis eſt detinent, atq; hoc faciendo deſiderabilia domini repoſuerunt in templo Dagon quod interpretatur piſcis triſtitiæ, qui uidelicet piſcis eſt Leuiathan ſerpens, uectis tortuoſus, & hic in templo ſuo cubat habitãdo in incredulis illorum cordibus. Igitur q̃ hic dicit Tyro & Sydoni atq; Paleſtinis, & filios Iuda, & filios Hieruſalem uendidiſtis filĩs Græcorum, ut longe faceretis eos de finibus ſuis: Iſtud quoq; contra ſe Iudæi dictum ſciant. Filĩ nanq; Iuda, & filĩ Hieruſalem Apoſtoli cæteriq; diſcipuli Chriſti extiterunt, quos illi uẽdiderunt filĩs Græcorum, id eſt, repellendo uerbum dei, ſeq; indignos uitæ æternæ iudicantes ad gentes expulerunt, quæ omnes ſub uno intelligendæ ſunt nomine Græcorum, teſtante Apoſtolo cũ dicit: Non eſt enim diſtinctio Iudæi & Græci. Item: Ira & indignatio tribulatio, & anguſtia in omnem animam hominis operantis malum Iudæi primũ & Græci. Gloria autẽ & honor & pax omni operanti bonum, Iudæo primum & Græco. Per Græcũ utiq; oẽm gentilem uult intelligi. Illa uero expulſio Apoſtolorum ad gentes recte uenditio dicitur: quia uidelicet pro eadem ſpe temporalis commodi illos expulerunt, pro qua etiam occiderant dominum ipſorum. Quænã erat illa ſpes? Nimirum ipſa quam innuit euangelica parabola, dicentibus colonis uineæ ad inuicem cũ uidiſſent filium patris familias. Hic eſt hæres. Venite occidamus eũ, & noſtra erit hæreditas. Hæc fuit ſpes illorũ, q̃ ſi Chriſtum dei filium occidiſſent, & diſcipulos eius expuliſſent, terræ & templi illius commoda liberius obtinerent. Itaq; uendidiſtis (ait) illos filĩs Græcorum, ut longe faceretis eos de finibus ſuis: i. terrena tantum ſperantes & amantes, cęleſtium prædicatores longe in nationes expuliſtis, ne prædicarent ſuæ genti, id eſt, uobis quibus primum oportebat prædicari uerbum dei. Hoc autem facientes, dicebant & dicere non ceſſant, deum ad ſe pertinere, ſuumq; deũ eſſe ſeq; perſecutionem cunctam proeius obſequio facere. Iccirco ſic exorſus eſt. Quid mihi & uobis? Nunquid ultionem uos reddetis mihi? Ac ſi dicat. Quid me deum ueſtrũ eſſe dicitis cũ conſtet, quia me non cognouiſtis? Quid me labĩs honoratis, cũ cor ueſtrũ longe à me ſit? Dicitis unũ patrẽ habemus deũ, ſed quid mihi & uobis? Arbitramini uos obſequiũ p̃ſtare, & ultionem reddere, quando ueritatis euãgelicæ prædicatores perſequimini? Faciebat hoc unus ex uobis quondam Saulus, ſimpliciter errans, & abundãtius æmulator exiſtebat paternarum ſuarum traditionum, ſed ideo miſericordiam conſecutus eſt, quia ignorans fecit in incredulitate. Vos autem per malitiam hoc facitis, excuſationem non habẽtes de peccato ueſtro: quia uidiſtis & odiſtis filium, & me patrẽ eius. Nunquid ergo ultionẽ uos reddetis mihi, ſicut uultis arbitrari? Nõ utiq; ſed crudele odiũ exercetis, & uos ipſos contra me ulciſcimini. Dico ergo: Er ſi ulciſcimini uos contra me, cito uelociter reddã uiciſſitudinẽ uobis ſup caput ueſtrũ, ulciſcendo me cõtra uos, qm̃ ulciſcimini uos cõtra me. Nõ em̃ pigno rantiã delinquitis, ſed argentũ meũ & aurũ, de qualibus ſcriptũ eſt, eloquia domini eloquia caſta, argentũ igne examinatũ, itemq; alibi: Deſiderabilia ſuper aurũ & lapidẽ prætioſum multum:

Poſſunt & Paleſtini vocari.

Deut. 32

Act. 14

Rom. 10

Expulſio apoſtolorum ad gentes.

Matt. 21

Argentum & aurum domini ſacra ſcriptura eſt.

Pſal. 11

Pſal. 18

multum,ſiue ſuper aurũ & topazion. Hæc(inquã)deſiderabilia mea & pulcherrima tuliſtis cũ uiolentia,& incidiſtis in delubra ueſtra,id ẽ,deprauaſtis doctrina puerſa in cordibus ueſtris,quæ iam non ſunt dei templa,ſed dæmonũ delubra,& eos q nõ aliter docebãt q̃ ſicut ex me docti ſunt,quia ratione ſuperare nõ potuiſtis, furore perſecuti eſtis, & longe feciſtis eos de finibus ſuis. Sed quid? Sicut iam dixi,uiciſſitudinem ego reddam uobis. Nam ecce ego ſuſcitabo eos de loco,in quo uendidiſtis eos. Quomodo uel quando ſuſcitabo eos? In nouiſſimo die,de quo ante dictũ eſt,ſuſcitabo illos,ut reſurgant mortui, & uenient ſinguli apoſtolorum ſiue prædicatorum de locis ad quæ illos eieciſtis,& iam dicta uenditione uẽdidiſtis. Venient(inquam)non ſoli uel pauci,ſed adducentes gentium multitudinem,copioſos exercitus,tenentes arma ſalutis,quos adquiſierunt per uerbũ dei,quod reppuliſtis uos & indignos æternæ uitæ uos ipſos iudicaſtis. Tunc conuertam retributionem ueſtram in caput ueſtrum,& uendam filios ueſtros & filias ueſtras in manibus filiorum Iuda. Digna & iuſta retributionis conuerſio in caput ueſtrum. Vos enim ſicut pro Barraba Chriſtũ cõmutaſtis,& ſanguinẽ eius uendidiſtis,atq; pro pſeudo apoſtolis ueros apoſtolos tradidiſtis & ad gentes eieciſtis,ita fiet uobis in illa die reſuſcitationis. Vos nãq; iuxta illud,quod ſcriptum eſt. Iuſtus de anguſtia liberatus eſt,& tradetur impius pro eo, trademini in ſententiã damnationis,& illis in ſinum Abrahæ,Iſaac,& Iacob receptis,uos foras expellemini. Talis uenditio,talis commutatiõ fiet de uobis in manibus filiorum Iuda,id eſt,in manib⁹ Apoſtolorum,quia ipſi iudices ueſtri erũt,ſedentes ſuper ſedes duodecim iudicantes duodecim tribus Iſrael. ¶ Nec uero uendemini genti propinquæ,ſed ab eis genti longinquiſſimæ, id eſt,malignis ſpiritibus, quæ gens longinquiſſima eſt à cõmunione naturę ueſtræ,ab omni fœdere conditionis humanæ. Per Sabęos nanq; quod interpretatur captiuãtes,malignos ſpiritus intelligi licet: ſicut illic,iuxta ſenſum myſticũ accipiendum eſt in libro Iob: Boues arabant,& azinæ paſcebantur iuxta,& irruerunt Sabæi,tuleruntq; omnia,& pueros percuſſerũt gladio. Moraliter nanq; per Sabæos maligni ſpiritus intelliguntur, qui ubi illis poteſtas diuinitus data eſt,labores animæ cũctoſq; ſenſus utiles auferunt,& percutiunt gladijs inuiſibilibus: Itaq; uendent eos(ait) Sabæis,id eſt,cruciandos ſociabunt eos ſpiritibus malignis,quia dominus locutus eſt,cuius locutio uera,cuius ſermo ueritas eſt. L. **Clamate hoc in gentibus,ſanctificate bellum,ſuſcitate robuſtos,aſcendant omnes uiri bellatores. Concidite aratra veſtra in gladios,ligones veſtros in lanceas Infirmus dicat,quia fortis ego ſum. Erumpite & venite omnes gentes de circuitu,& congregamini,ibi occumbere faciet dominus robuſtos tuos. Conſurgant & aſcendant gentes in vallem Joſaphat,quia ibi ſedebo ut iudicem omnes gentes in circuitu.** Grandis & fortis hic rethoricæ imò plusq̃ rethoricę declamationis impetus,quia uidelicet grandis eſt res,& dicenda nequaq̃ exiliter. Hoc(inquit)quod prędixi,congregaturum me eſſe omnes gentes,& deductuꝝ eas in ualle Joſaphat & cætera quę ſequuntur uſq; ad illud & uænundabunt eos Sabæis genti longinquæ,qa dominus locutus eſt: clamate,id eſt,prædicate in gentibus,iuxta illud: Euntes in mundũ uniuerſum prędicate euangeliũ omni creaturæ. Itẽ. Euntes docete omnes gentes. Et ſanctificate(inquit) bellũ,uidelicet baptizando eos in nomine patris & filij & ſpiritusſancti,quatenus ad illud bellũ uniuerſalis iudicij,ſanctitatis & iuſtitiæ ſint armis induti & præperati. Et quia ad concurſum illius belli ſola baptiſmatis ſanctificatio nõ ſufficit,ſuſcitate robuſtos,aſcendant omnes uiri bellatores,id eſt,docete eos ſeruare omnia quæ mandaui uobis,ut tunc demũ fiduciã habeant in die iudicij, tãquã robuſti & aſcendant tanquã uiri bellatores,tanquã iudices terribiles, gladios ancipites in manibus ſuis habẽtes ad faciendã uindictã in nationibus,increpatiões in populis: Ad alligandos reges eoꝝ in compedibus,& nobiles eoꝝ in manicis ferreis, ut faciant in eis iudicium conſcriptũ. Et quia rex belli huius nimiũ grandis eſt, eũq; negligi nimis damnoſum eſt, Concidite(inquit)aratra ueſtra in gladios,& ligones ueſtros in lanceas. i. labores ſeculi, & uſum huius mundi,cuius figura præterijt,poſtponite euangelio Chriſti & uerbo dei,ut in illo ſtudentes arma uobis optima circũponatis,quibus in illo bello opus erit. Infirm⁹ dicat quia fortis ego ſum,i. quiſquis ad illud bellum ſeſe præparatum eſſe cupit, tunc demũ fortem ſeſe ſperet in domino inueniri,cum humiliter cognouerit,quã in ſemetipſo infirm⁹ ſit.

Ephe. 6
Act. 13

Prouer. 11

Mat. 12. & 16

Sabæi myſtice maligni ſunt ſpiritus.
Iob. 1

Marc. vlt.
Math. vlt.
Sanctificat bellum.

Pſalm. 149

1. Cor. 7

Nam uiq;

2.Corin.12 Nam uirtus in infirmitate, id eſt, in infirmitatis propriæ cognitione perficitur. Taliter erũ pite (inquit & uenite omnes gentes in circuitu, id eſt ab oriente & ab occidente, & a ſeptẽ trione & meridie, omnes inquam gentes, quia uidelicet apud deum nulla perſonarum ac ceptio, uel diſtinctio eſt, ſed omnes pro meritis diſcernens, probos remunerabit, improbos

Act. 10 punſet. Itaq; uenite & congregamini, alij ad dexteram, alij ad ſiniſtram ſeparandi. ¶ Hæc proloquens ſpiritus propheticus, cum hactenus de multis uel ad multos pluraliter locutus fuerit, miro modo ad quendam ſingulariter, repente apoſtropham facit, dicendo: Ibi occũ bere faciet dominus robuſtos tuos: Quis iſte eſt robuſtorum poſſeſſor, quos ibi dominus fa ciet occumbere, niſi is qui ad beatum Iob dictus eſt eſſe rex ſuper omnes filios ſuperbiæ?

Iob.14 Nempe ibi robuſtos eius omnes, id eſt, ſuperbos, cum eodem rege ipſorum uel principe fa ciet dominus occumbere, dicendo ſicut in euangelio legimus: Ite maledicti in ignem æter num qui præparatus eſt diabolo & angelis eius. Nec plura cũ illo robuſto robuſtorum lo

Matth.25 qui dignatus, priorẽ repetit ſermonẽ, & dicit idẽ dominus: Conſurgant & aſcendant gen tes in uallẽ Ioſaphat, quia ibi ſedebo ut iudicem omnes gentes in circuitu. De uallẽ Ioſaphat iam ſuperius dictũ eſt. Notandũ uero q̃ cũ ille dixerit, congregabo omnes gentes, & edu cam eas in uallã Ioſaphat, & diſceptabo cum eis ibi: nunc aliter hic pronuntiat. Conſurgãt & aſcendant omnes in uallem Ioſaphat, quando incredulos quosq; uel aduerſarias poteſta tes dominus ad iudiciũ prouocat, & diſceptat cũ eis pro populo ſuo. Deducã eos (inquit) in uallem Ioſaphat, qñ aũt credentes ad prælium cohortatur. Aſcendẽt (ait) omnes uiri bel latores, Conſurgant & aſcendant gentes in uallem Ioſaphat. Qui eñ iudicatur, in uallẽ po ſitus eſt, qui aũt uiri bellatoris nomẽ obtinebit illic ſtando à dextris, amplius aũt quicũq; ſe dedit in ordine ſedium duodecim: nimiũ in alto erit. Quod tandem ita ſubin fert: quia ibi ſe debo ut iudicem omnes gentes in circuitu, uerbis euangelicis ſatis aperitur. Cum autem ue nerit filius hominis in maieſtate ſua, & omnes angeli cum eo, tunc ſedebit ſuper ſedem ma ieſtatis ſuæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes &c. Sequitur. ¶ Mittite falces, quoniam maturuit meſſis. Venite & deſcendite quia plenũ eſt torcular, & exuberãt torcularia, quia multiplicata eſt malitia eorum. ¶ Quis dicat quibus dicat, & quid ſi

Expoſitio per verba Chriſti. Mat.13 gnificet quod dicit: Mittite falces, & quoniam maturuit meſſis, illa ſatis indicat Euangeli ca parabola ſeminantis, uel boni ſeminis & zizaniorum agri. De quibus cum dixiſſent ſer ui patris familias uis imus & colligimus ea, finite (inquit) ille utraq; creſcere ad meſſem, & in tempore meſſis dicam meſſoribus. Colligite primum zizania, & alligate ea in faſciculos ad comburendum, triticum autem congregate in horreum meum. Meſſis (inquit Domi nus) conſummatio ſeculi. Mittet filius hominis angelos ſuos, & colligent de regno eius o mnia ſcandala. Igitur qui hæc dicit, mittite falces quoniam maturuit meſſis, filius hominis eſt, qui & anteq̃ fieret filius hominis, erat ut nunc eſt filius dei, & hæc & cætera loquebatur in prophetis. Et quibus hæc dicit meſſores eius angeli ſunt, & ipſa maturitas meſſis finis eſt ſeculi, quando ſecundum præſcriptam diſceptionem iudicij facienda eſt ſeparatio tritici & zizaniorum agri, Quod autem ſequitur & dicit: Venite & deſcendite, quia plenum eſt tor cular & exuberant torcularia, rem eandem per aliam ſimilitudinẽ nihilominus congrue ſi

Mat.14 gnificat: quia uidelicet tunc uniuerſaliter fiet, quod nunc interdum particulariter fit, ut à re probis omnino ſeparentur electi, ſicut in torcularibus uinum in apothecis reponendum, ſe paratur ab acinis foras proijciendis. Vnde q̃ ait, quia multiplicata eſt malitia eorum, ſic in telligendum eſt, ac ſi diceret: Quia ſic abundante malitia multorũ charitas refriguit, ut am plius differri nõ debeat exp̃ſſio iudicij, qua electi à reprobis, ſimplices ſequeſtrãtur á malitio ſis. His dictis terribiliter inclamat & dicit. ¶ Populi in uallẽ concisionis quia iuxta eſt dies domini in uallẽ concisionis. Sol & luna obtenebrati ſunt & ſtelle retraxerunt ſplendorem ſuum. ¶ Iccirco populi uel gentes, de quibus ſupra dictum eſt in uallẽ iudicij ſiue conciſionis congregantur, ut à dextris atq; à ſiniſtris diſpertiri, à domino iudicẽtur. Cu ius merorem dici & tormenta pereuntium ne ſol quidem & luna, aſtraq; cætera poterunt intueri: ſed retrahent fulgorem ſuum, & ſeueritatem iudicantis, reddentisq; uniuſcuiuſq; o pus in caput ſuum, aſpicere non audebunt, non quo clementiora ſint dei iudicia, ſed quo omnis creatura tormentis aliorum pertimeſcat. Eodem ſenſu quo hic ait, ſol & luna obte

nebrati

nebrati ſunt, & ſtellæ retraxerũt lumen ſuũ, alius propheta dicit: Dies dñi iſta tenebræ, & non lux. Nunquid nõ tenebræ dies dñi, & non lux: Et caligo, & nõ ſplendor in ea? Item ꝙ alius. Dies iræ, dies illa, dies tribulationis & anguſtæ, dies calamitatis & miſeriæ, dies tenebrarũ & caliginis, dies nebulæ & turbinis. ¶ Porrò, ꝙ ſemel & iterũ dicit, in uale conciſionis, idẽ intelligi uolens, quod ſupra, ubi dixit, in ualle Ioſaphat, meminiſſe nos facit hiſtoriæ ſupra memoratæ, quia in ualle Ioſaphat cõgregati filij Ammon et Moab & montis Seyr, ut pugnarent contra Iudã, uerſi contra ſemetipſos, mutuis concideræ uulneribus, unde & propter hoc ipſum, ꝙ propriis gladijs conciſi ſunt, recte uallis conciſionis: ſicut ecõtra pro eo, ꝙ illic filij Iuda benedixerunt dominum, dicta eſt uallis benedictionis. Sicut illi mutuis uulneribus ſemetipſos conciderũt, ſic in illa die reprobi omnes propriis ex cõſcientijs condemnandi ſunt. Sequitur. L Et dominus de Syon rugiet, ꝛ de Hieruſalem dabit vocem ſuam. Et mouebuntur cœli ꝛ terra, et dominus ſpes populi ſui, et fortitudo filiorum Iſrael. ¶ Quoniã de illo die dñi magno & horribili hactenus ſermo eſt, recte rugitus iſte & uox iſta dñi illa intelligitur, de qua ipſe in euangelio dicit: Nolite mirari hoc, qa uenit hora in qua omnes qui in monumẽtis ſunt, audient uocẽ filij dei, & procedent: qui bona fecerunt in reſurrectionẽ uitæ: qui uero mala egerũt, in reſurrectionẽ iudicij. Nam uox illa, de qua præmiſerat dicens: Amen amen dico uobis, quia uenit hora & nũc eſt, quando mortui audient uocẽ filij dei, & qui audierint uiuẽt: ille rugitus, & illa uox eſt, qua infernũ moriendo ac reſurgendo terruit ac uicit prædãq; ex eo tulit, ſecundũ prophetiã Iacob, dicentis. Catulus leonis Iuda, ad prædã fili mi aſcendiſti, &c. Ab illo rugitu Amos propheta incipit, dicendo: Dominus de Syon rugiet, & de Hieruſalẽ dabit uocẽ ſuã. Quod idẽ eſt ac ſi dicat, De Syon egredietur lex, & uerbũ dñi de hieruſalẽ. Nã quod illic ſequitur, & luxerunt ſpecioſa paſtorũ, & exiccatus eſt uertex Carmeli, quod interpretatur ſcientia circũciſionis, intelligitur de ſuperbia ſcribarũ & phariſeorũ, qui ſe profitebantur paſtores populi, qui propter ſuas traditiones reliquerant traditiones dei, uidelicet ꝙ illa quaſi ſpecioſa doctrina illorũ, corruſcante Chriſti euangelio, lugere deberet & exiccari. Igitur dñs de Syon rugiet, & de Hieruſalẽ dabit uocẽ ſuã, uidelicet quãdo de medio ſanctorũ, quorum cũ milibus uenient, & de medio angelorũ, qui cũ eo uenient, quorũ nimirũ una ſocietas recte Syõ dicitur & Hieruſalẽ: ſedens in ſede maieſtatis ſuæ, dicet his qui à dextris erunt: Venite benedicti patris mei, poſſidete regnũ, His aũt qui à ſiniſtris: Ite maledicti in ignẽ ꝛternũ. Tũc utiq; mouebuntur cœli & terra, ſicut ait ipſe dñs: Nã uirtutes cœli mouebũtur. Nec uero paruus erit terræmotus in occurſum eius, ſed tantus, ut mortui oẽs impulſi tanq; dormiẽtes excitentur. Et electi quidẽ ipſi quoq; timebũt & tremẽt, ſed in ipſo timore uel tremore fortẽ & firmã retinebũt ſpem. Hoc eſt quod protinus ait, & dñs ſpes populi ſui, & fortitudo filiorũ Iſrael. Omnis nanq; populus electorũ dei recte dicitur et eſt, quos oẽs tunc eadẽ maieſtate ſua miro modo & terrebit et cõfortabit, quia uidelicet nunq; in ſemetipſis: ſed in domino ſperauerũt, nũq; de ſua, ſed de dñi fortitudine præſumpſerũt. Quo contra falſi Iſraelitæ in ſemetipſis ſperant, & de ſemetipſis fortes uideri uolũt, dũ quærẽtes ſuã ſtatuere iuſtitiam, iuſtitiæ dei ſubiecti nõ ſunt. Hæc omnia gẽtibus ꝑdicata ſunt, ſecundum præceptum dicentis ſuperius, clamate hoc in gentibus, & quæcũq; ab eo loco dicta ſunt, propheta de perſona dei loquebatur, Nunc tandẽ ipſe deus in perſona ſua loquitur & dicit. L Et ſcietis ꝙ ego dominus deus veſter, habitans in Syon, in monte ſancto meo, ꝛ erit Hieruſalem ſancta, ꝛ alieni non tranſibunt per eam amplius. Et erit, in die illa ſtillabunt montes dulcedinem, ꝛ colles fluent lacte, ꝛ per omnes riuos Iuda ibunt aque. Et fons de domo domini egredietur, ꝛ irrigabit torrẽtem ſpinarum. Ægyptus in deſolationem erit, ꝛ Idumea in deſertum perditionis, pro eo ꝙ inique egerunt in filios Iuda, et effuderunt ſanguinem innocentem in terra ſua. Et Iudea in ꝛternum habitabitur et Hieruſalem in generationem et generationem, et mundabo ſanguinem eorum quem non mundaueram, et dominus commorabitur in Syon. ¶ Miro modo uerba ſuæ perſonæ uerbis prophetæ dñs ſubiungit per coniunctionẽ, &. Acſi dicat. Iſta omnia, quæ iuſſi clamari in gentibus, fient, & tunc uos qui eſtis populus meus, qui dicimini & ueri eſtis filij Iſrael, ſcietis quia ego dñs deus ueſter, ſcietis inquã

Amos. 5 Sopho. 1

Vallis conciſionis.

Iohan. 5

Gene. 49

Eſa. 2

Mat. 25

Rom.

1. Cor. 13 quia uidebitis, uidebitis aũt, nõ adhuc per ſpeculũ in ænigmate, ſed facie ad faciẽ. Ego ille dñs deus ueſter, tũc cognoſcar à uobis habitãs in Syon, in monte ſancto meo, & quemadmodũ alius propheta teſtat, tũc loquar ad inimicos meos in terra mea, & in furore meo cõturbabo eos, ego (inquẽs) cõſtitutꝰ ſum rex ab eo ſup Syon montẽ ſanctũ eius. Et tũc erit Hierl'm ſancta, uidelicet quã (ut Apl'us ait) exhibui mihi ſpõſam gloriоſam, nõ habentem maculã aut rugã, & de q̃ Iohãnes in Apoca. Vidi ciuitatẽ Hierl'm nouã, deſcẽdentẽ de cœlo, à deo paratã, ſicut ſponſam ornatã uiro ſuo. Et alieni (inqt) nõ tranſibũt p eã amplius. Alieni (inquã) ſcilicet timidi & increduli & execrabiles & homicidæ & fornicatores & uenefici et idololatræ & oẽs mẽdaces: q ante hac p eã tranſibãt, eãq; fatigabãt, amplius p eã tranſire nõ poterũt, qa foras miſſi erũt, & ſicut illic ſcriptũ eſt, pars illoꝝ erit in ſtagno ardẽti igne & ſulphure, qđ eſt mors ſecũda. Item, illic ſcriptũ eſt. Foris canes & malefici, & impudici, & homicidæ, & idolis ſeruientes, & oĩs qui amat & facit mendaciũ. Igitur alieni nõ tranſibunt per eã amplius, & neq; mors ultra erit neq; luctus neq; clamor neq; dolor, q̃ prima abierunt. Et erit in die illa (inquit) ſtillabũt montes dulcedinẽ, & colles fluent lacte, & per oẽs riuos Iuda ibunt aquæ. ¶ Montes illius ciuitatis prophetæ & apoſtoli, colles aũt cęteri ſancti ſunt: quorũ quia doctrinã ſubiectæ plebes hic ſuſceperũt, iccirco illic gloriæ quoq; cõmunicabũt: & inſitã illis dulcedinẽ diuinæ charitatis uidẽdo bibent, & cõuiuẽdo hauriẽt: quia nimirũ plenius in illis gloriã dei uidebunt, per quoꝝ doctrinã gloriã dei cognouerũt. Hoc breui uerſiculo Pſalmiſta ſignificat dicens: Inebriabũtur ab ubertate uultus tui, & torrente uoluptatis tuæ potabis eos: quoniã apud te eſt fons uitæ, & in lumine tuo uidebũt lumen & quidẽ de montibus dulcedo, & de collibus fluet lac: & per omues riuos Iuda, id eſt, per omniũ fideliũ ſiue confeſſorũ corda ibunt, aquę ſalientes in uitam æternã, ſed eiuſdem dulcedinis, eiuſdẽ lactis, earundemq; aquarũ fons et in montes et in colles, et in oẽs riuos illos, de domo domini (inquit) egredietur, q̃ uidelicet domus recte intelligitur fabrica corporis Chriſti, etenim ipſa eſt domus quã ſapiẽtia ſibi ædificauit. Ait ergo. Et fons de domo domini egrediebatur, & irrigabit torrentem ſpinarũ, fons uitæ, et torrens uoluptatis de illa domo domini, egrediens, irrigabit torrẽtẽ ſpinarum, id eſt, uniuerſitatem electoꝝ, ut iã nõ ſit quod erat, de currendo ab ortu ad occaſum, inter ſpinas tribulationũ atq; peccatorũ: ſed torrens delictarum, abuduans ubertate bonorũ ſempiternorum. De hoc item in Apocalypſi legitur. Et oſtendit mihi flumen aquæ uiuæ, limpidum tanq̃ chriſtallum, procedẽs à ſede dei & agni, in medio plateæ ciuitatis. Et ex utraq; parte fluminis lignum uitæ, afferens fructus duodecim, per menſes ſingulos reddens fructũ ſuũ. Breuiter hic dicendũ, quia fõs ille ſiue flumen ſpũs ſanctus eſt, qui et in propheta dicit: Ecce ego declino in eos ut flumẽ pacis, & ut torrens inundans gloriæ gentiũ, Hoc (inquam) flumen pacis, hic torrens gloriæ, hoc flumeu lætitiæ, hic torrens uoluptatis, hæc ubertas domus dei, ſpũs ſancti uſeſt. Ipſe nanq; amor eſt ſponſi et ſponſę, quo nimirũ inundatus et ſanatus, qui erat torrens ſpinarũ, torrẽs erit delſciaꝝ, id eſt, cõditio noſtra, q̃ mortalis erat et miſera imortalis erit et beata ¶ Ciuitati huic Aegyptus et Idumea ſpiritualiter ſecundũ nouam interpretationẽ, et ſecũdum rem cõtrariæ ſunt, & iccirco cõtrariæ recipient. Aegyptus nanq; tenebræ, Idumæa terrenitas interpretaſ, omneſq; illos ſignificant, quos excæcauit malitia ipſoꝝ, & qui ꝓpter cupiditatẽ corda terrena gerũt. Ait ergo. Aegyptus in deſolationẽ erit, & Idumæa in deſertũ ꝓditionis. Quare? Pro eo (inquit) q̃ iniquę egerũt in filios Iuda, & effuderũt ſanguinẽ innocentẽ in terra ſua ſtlios Iuda, ſicut Hieruſalẽ et Syon, nõ carnaliter, ſed ſpiritualiter intelligimus, ſcilicet oẽs qui unum et uerũ deũ confitentur, ſecundũ nomen Iuda, qđ interpretatur cõfeſſio, & propter eandẽ cõfeſſionẽ iniqua patiũtur ab Aegypto et à filiis Edom. Qui dicũt, exinanite exinanite uſq; ad fundamẽtũ in ea, ſubauditur Hieruſ. Vellent nãq; exinanire ciuitatẽ, id eſt, eccleſiã dei, nullamq; ex ea penitus audiri uocem Iuda, id eſt confeſſionis, ac proinde dño habitante in illa cũ abundantia dulcedinis, fluuioq; lactis, acꝑ omnes riuos Iuda euntibus aquis, ipſi econtra erũt in deſolationẽ, et in deſertũ perditionis. Vnde adhuc ſequitur. Et Iudęa in æternũ habitabitur, & Hieruſalem in generationẽ & generationẽ, & mundabo ſanguinẽ eorũ quẽ nõ mũdaueram, & dñs cõmorabitur in Syon. Cuncta hæc ſpiritualiter dicta, miro modo carnali Iudææ ſiue Iſrahelitin carne gloriantẽ blandiẽ

Pſalm. 2

Eph. 5
Apoc. 21
Alieni à cęleſti Hieruſalem.

Apo. 22

Montes & colles illius Hier.

Pſalm. 35

Flumen pacis ſpiritus ſcti.

Filij Iuda ſpiritualiter.

blandiuntur. Cū em̄ contra ipſos maxime hæc dicantur, utpote qui terreni ſunt, & terrenā diligunt, et ſanguinē ſanctoꝝ prophetarū in terra ſua effuderunt, ac proinde exęcati merito, redacti ſunt in Aegyptū, ipſi pro ſemetipſis dicta eſſe gloriātur. Hæc em̄ ad opinionē illorū multū accedere utdentur, qua mille annorū regnū in Iudææ fibi ſtnibus pollicentur & auream Hieruſalē, & uictimarū ſanguinem, & filios ac nepotes, & delicias incredibiles, & portas gemmarū uarietate diſtinctas. In illa pulchra annorū longitudine habituros ſeputant ſecūdum hanc prophetiam, de montibus ſtillas carneæ dulcedinis, & de collibus cādidi fluuios lactis, & per omnes riuos Iuda ſalientes aquas puriſſimas, tanta ubertate, ut torrētes quoq; ſpinarū ita cōmutētur quatinus circum circa nō ſpinæ, ſed ligna pulcherrima atq; fructifera naſcantur uelut in paradyſo deliciarū. Iuxta literā hæc omnia ſomniant, & errant, ſed hic error ꝓpheticis ꝓfuit ſemꝑ et ꝓdeſt literis, ut à ſuis conſeruentur inimicis. De nicq; tāta ſunt q̄ cōtra illos dicūtur, ut odio nimis impatienti illos ſine dubio cōcitarēt ſi manifeſtis expreſſa fuiſſent uocibus. Itaq; ſicut in Eſaia loquitur dñs, Liga teſtimonꝫ, ſigna lege in diſcipulis meis: ita et hic neceſſario factū credamus ut ligaretur teſtimoniū hoc myſticū, diſcipulis Chriſti repoſitū, ab inimicis Chriſti conſeruandū ꝓpter ligaturæ pulchritudinē, ꝓpter blādiētē illis literę ſupficiē. ¶ Ligaturę eiuſdē ſumma clauſura hæcē. Et mūdabo ſanguinē eorū quē nō mūdauerūt. & dñs cōmorabit i Syō. Quoꝝ eorū mūdabo ſanguinē? Aegyptiorū vcz et Idumęoꝝ, quos ſemetipſos eſſe Iudęi nō ſentiūt, cū fint maximi homicidaꝝ q ſanguinē innocētē effuderūt. Eorū (inqt) ſanguinē mūdabo, quē nō mūdauerūt, id ē, homicidia cæteraq; peccata illorū uidicabo, de qbus pęnitētiā nō egerūt. Nā ſi mūdauiſſent ipſi ꝓ tēporalē pęnitētiā, ego nō mūdarē aut punirē ꝑ ęternī iudicij ſentētiā. ¶ Succinit ꝓpheta pſonæ loquētis dñi, cōuerſus ad nos ac dicēs. Et dñs cōmorabit in Syō: in illa uidelicet, cuius fūdamēta ſunt in mōtib⁹ ſanctis, cuius portas diligit dñs ſup oia tabernacula Iacob, de q̄ tā mirabilit q̄ ueraciter loqtur ſpūs ſanctus, & homo natus ē in ea & ipe fundauit eā altiſſimus. Ibi cōmorabit, ibi morā faciet æternā, ibi ſempuidebit deus deorum, ſemperq; deſiderabilis erit ad uidendum.

Carnalis ſenſus Iudæorū de mille annorum regno.

Iudæi gaudēe in ſuperficię literę. Eſa. 8

FINIS LIBRI PRIMI ET VLTIMI IN IOHEL PROPHETAM.

¶PROLOGVS RVPERTI IN AMOS. PROPHETAM.

Magiſterium ſancti ſpiritus in Amos.

Difficultas in hoc propheta.

Prou. 6

ERti⁹ in ordine duodecim ꝓphetaꝝ, ſanct⁹ Amos, magnā doctoris & eruditoris ſui ſpūs ſcti gr̄am cōmēdat, ad gloriā ip⁹, referēdo, qs & unde in ꝓphetā fuerit aſſumpt⁹. Ait em̄ ipe in titulo pro phætie ſuæ. Verba Amos, q fuit in paſtoralibus de thecue, & alibi. Nō erā ꝓpheta, nec fili⁹ ꝓphetę, ſed armēta tari⁹ uellicās ſycomoros, & tulit me dñs, cū ſeq̄rer gregē & dixit ad me, Vade, ꝓpheta populo meo Iſrael. Magnū q ppe ē ꝯconiū gratiæ & gr̄ſe dñi, in eo q paſtorē implēdo ꝓphetā facere & dignāter uoluit, & efficacit potuit. Porrò temeritatis argui ueremur, q uerba nō hois, ſed dei uerba nō ab humo ꝓlata, ſed celeſti magiſterio deprōpta, tractare nitimur, q̄ꝝ ſub maieſtate magni & antiq; multoq; maiores q̄ nos intellect⁹ ꝓpr̄ij uires ſuccūbere fatēt. Quis em̄ (inqt) digne exprimat tria & q̄tuor ſcelera Damaſci, Gazę, Tyri, Edō, filioꝝ Ammō & Moab, in ſeptimo octauoq; gradu Iudæ & Iſrael? Quid igit? Remittem⁹ laxas man⁹, & uerboꝝ dignitatē atq; diffi cultatē, dormitiōis ac ſomnī nobis ut pigri occaſi onē faciem⁹? Si hoc agimus cōtra nos ē illud dictū ſapiētis, ut excuſari nō poſſimus. Vade ad formicā ò piger, & diſce ſapiētiā: quæ cū nō habeat ducē uel ꝓceptorē, nec principē, parat æſtate cibū ſibi, & congregat in meſſe q̄d comedat, Vſq; quo piger dormis? Qñ cōſurges ex ſomno tuo? Paululū dormies, pau-

Iulũ dormitabis: Paululũ cõseres manꝰ ut dormias, & ueniet tibi q̃si uiator egestas, & pauperies q̃si uir armatꝰ. Si uero impiger fueris, ueniet tibi ut fõs messis tua, & egestas lõge fugietà te. Quoniã hęc dicta tẽdũt, nisi ut spẽ suggerãt inopi aiæ, q̃tenꝰ de adiutorio dei cõfidẽs ꝓperet, exẽplo formicæ, maiora humeris suis onera subire, cibũq; sibi pararet: Vẽtura nãq; ẽ fames pigris & somnolẽtis, in hoc tpe dormitãtibus & occurres illis q̃si uir armatus: q̃ & Psalmista ꝓspiciẽs, cũ dixisset: Nouit dñs dies immaculatoꝝ, & hęreditas eoꝝ in æternũ erit, subiũxit atq; ait. Nõ cõfũdẽt in tpe malo, & in diebus famis saturabũt. Tẽpus malũ & dies famis nimirũ appellat diẽ iudicij, qñ mali et pigri, q̃ hic neglexerũt omnẽ sermonẽ ꝓcedẽtem ex ore dei, in quo uiuit et sine quo nõ uiuit homo, esurient et sitiẽt in ęternũ. Exurgamus igit et tã ad hãc partẽ sermonis dei, et quisq; hæc opuscula nostra legerit, exoratũ se nouerit, ut cũ beniuolis arridẽs oculis dicat de nobis illud eiusdẽ sapientis, formicę ꝓpter infirmus, q̃ ꝓparat in messe cibũ sibi. ¶ Finis Prologi in Amos prophetam.

Psalm. 36

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN AMOS PROPHETAM. COMMENTARI. LIBER PRIMVS.

Verbum domini factum ad Amos durum Israeli ꝓfagium.

VErba Amos, qui fuit in pastoralibꝰ de Thecue, que vidit sup Israel in diebus Ozie regis Iuda, et in diebus Hieroboã filij Ioas regis Israel, ante duos annos terremotꝰ. ¶ Amos ẽ dicturꝰ ꝓphetat ꝓpulsus auulsus ex ipsa sui noscitia terꝓtatiõe durũ ꝓfert ꝓfagiũ Israeli ad quẽ mittit, qđ ve⁊ ꝓxima captiuitate de terra sua foret auellẽdꝰ, qn aureos celẽdo uitulos, à dño et stirpe Dauid, quẽ elegerat dñs, fuerat auulsus. Huiꝰ uerba sunt hæc de uiuo nimirũ fonte (qđ ẽ unicũ uerbũ dei) ꝓlata, et iccirco omni ueritati rerũ sequẽtiũ necessario ad implẽda. ¶ Qui uidelicet Amos fuit in pastoralibꝰ Thecuæ. Est aũt Thecue uocabulũ oppidi, distãtis à Bethleẽ sex milibꝰ ad meridianã plagã, et ultra nullꝰ ẽuiculus, ne agrestes qdẽ calç, q̃les afri appellãt Mapalia, furnis potius q̃ domibꝰ similes. Tãta ẽ heremiuastitas, q̃ usq; ad mare rubrũ, Persarũq; et Aethyopũ atq; Mœdoꝝ terminos dilatat. Et qa humo arida atq; arenosa nihil oĩno frugũ gignit, cũcta sunt plena pastoralibꝰ, ut sterilitate terrę cõpẽsent pecorũ multitudie. Ex hoc numero pastorũ & Amos ꝓpheta fuit imperitꝰ sermõe, sed nõ sciẽtia. Idẽ eñ q ꝓ oẽs ꝓphetas spũs sctũs ꝓ istũ ꝙq; locutꝰ ẽ. Porrò Thecue tuba interꝓtat: Vñ et hoc ipm nomẽ uiculi multũ cõgruit rei. s. huic prophetię q̃ nimirũ, si bñ audit, si aures audiẽdi habemꝰ, tãta et tã fortis est, ut merito uocet tuba dei. Hæc uerba uidit sup Israel, subaudit ueniẽtia uelut grande pondus. Cæterꝝ nisi Israel ꝓuaricatus fuisset, et iccirco nõ aduersa, sed prospera nũciaret, rectius diceretur ad Israel siue pro Israel. Vidit aũt uisione illa qua possunt uerba uideri, scilicet uisione mentis, quę uera uisio est, ob cuius excellentiã & prophetæ dicũtur uidẽtes. Ozias cuius in diebus hæc uidit, cognomẽto Azarias dictus est, rex Iuda, qui indebitũ sibi sacerdotiũ uendicare conatus, lepra in fronte percussus est, qñ irã dñi nõ solũ pęna eius, sed et terręmotus ostẽdit, quẽ Hebræi tunc accidisse cõmemorant. Ante duos annos illius terræmotus hæc uerba se uidisse testatur: Cur aũt terræmotus eiusdẽ nunc fecerit mentionẽ, si ratio quæritur, oportunius in proximo dicetur: qñ pro necessitate mystici sensus inueniendi, scrutabimur uertice Carmeli, cur præmisso, dñs de Syon rugiet, et de Hierusalẽ dabit uocẽ suã, & luxerunt speciosa pastoꝝ subiũxit atq; ait, et exiccatus est uertex Carmeli. Porrò Hieroboam iste nõ ẽ filius Naboth, qpeccare fecit Israel, sed filius Ioas, filij Ioathan, filij Iehu, pronepos eiusdem Iehu, sub quo prophetauerũt, Osee, et Iohel, et Amos. Verba ipsa iam nunc ingrediamur.

Hieroboas hic pnepos Iehu.

¶ Dominus de Syon rugiet, et Hierusalem dabit uocem suam, et luxerunt speciosa pastorum, et exiccatus est uertex Carmeli. ¶ Ab eo, quo summa sanctorum prophetaꝝ

phetarum intentio tendit, uerborũ ſuorũ initiũ facit, ſcilicet ab aduentu, qui tunc expectã batur, & euangelio Chriſti filij dei: & quid propter eius reiectionẽ ſiue repulſionẽ inſelicibus euenturũ foret Iudæis, mirabiliter atq; terribiliter propheta de paſtore aſſumptus edicit. Nam dñs de Syon rugiet, hoc eſt Chrũs dei filius, deus & dñs, homo factus, & mortẽ paſſus, infernũ confringet, & mortẽ euincet, tanq̃ leo fortiſſimus, tanq̃ catulus leonis, id ẽ, fortiſſimus, filius fortiſſimi dei ſecundũ prophetiã Iacob dicẽtis. Catulus leonis Iuda, ad p̃dã fili mi aſcendiſti, Requieſcens accubuiſti ut leo & quaſi leæna. Quis ſũſcitabit eũ? Tanto rugitu emiſſo de Syon, deinde de Hieruſalẽ (quæ una eadẽq; ciuitas eſt) dabit uocẽ ſuã, id ẽ, emittet prædicationẽ euãgelicã: quod et fieri oportere ſecundũ ſcripturas ipſe teſtatus eſt. Quoniã ſic ſcriptũ eſt, et ſic oportebat Chriſtũ pati, et reſurgere à mortuis tertia die, & prædicari in noĩe eius pœnitentiã & remiſſionẽ peccatoꝝ in omnes gentes, incipientibus ab Hieruſalẽ. Quid deinde miſeris euenturũ erat Iudæis? Nimirũ geminũ malũ, duplex cõtritio, alia tẽporalis alia æterna: ſiue alia corporalis, alia ſpiritualis. De tẽporali ſiue corporali, et luxerũt ſpecioſa paſtorum, inquit. De æterna ſiue ſpirituali, & exiccatus eſt (inquit) uertex Carmeli. ¶ Quæ em̃ uel quorũ ſpecioſa paſtorũ luxerunt, & quomodo luxerunt? Vtiq; ſpecioſa ciuitas illa Hieruſalẽ, quæ et prophetas & ipſum dominũ prophetarum occidit, et auguſtum in ea templũ, quo nihil in orbe fuit auguſtius, & cætera quæcũq; ſpecioſa ſiue delectabilia potuerant habere paſtores illi falſi, ſcilicet ſcribæ et phariſæi, qui ſe profitebantur eſſe paſtores, cũ eſſent lupi rapaces. Luxerunt luctu inconſolabili, circumdantibus & uaſtantibus cuncta Romanis, quibus uincentibus, quicunq; ex Iudæis gladio, fami, & igni ſupereſſe potuerũt, in omnes gentes captiui ducti ſunt. Hæc fuit et eſt cõtritio temporalis, contritio corporalis. ¶ Quis porro erat Carmelus, et quis Carmeli uertex, et quomodo exiccatus eſt? Interpretatio nominis Carmeli rẽ cito aperit. Interpretat̃ em̃ Carmelus, ſcientia circũciſionis. Ergo Carmelus ſecundum ſuũ nomẽ ſignificat circũciſionẽ, id ẽ Iudaiſmũ carnalẽ multũ in ſua ſciẽtia gloriãtẽ. Vertex eiuſdẽ Carmeli illa fuit generatio quæ ſaluatorẽ crucifixit, generatio cuius (ut ſapientia dicit) excelſi erant oculi, et palpebræ in altũ ſurrectæ. Illa nã generatio circũciſiõis, ſummũ ſibi uiſa eſt eſſe uel habere culmẽ ſcientiæ, ita ut & claues ſciẽtiæ dixerit eã dñs tuliſſe. Væ (inquit) uobis, tuia tuliſtis clauim ſciẽtiæ. Ipſi nõ introiſtis, & eos qui introibãt, prohibuiſtis. Talis ille uertex Carmeli, poſt rugitũ domini de Syon, et uocẽ eius de Hieruſalẽ, exiccatus eſt, quia uidelicet ex tũc ab illis receſſit omnis ros ſupnæ gratiæ, et nubibus ſuis mãdauit dominus, ne pluerẽt ſup eos imbrẽ, qa repulerũt uerbũ dei, et indignos ſe iudicauerũt ęternę uitæ. Sup illũ uerticẽ, id eſt, ſuper illã generationẽ omniũ cæteraꝝ generationũ omnia peccata uenerũt, ſecũdũ ſententiã ipſius dñi, qui cũ dixiſſet: Ecce ego mitto ad uos, pphetas et ſapientes et ſcribas, et ex illis occidetis et crucifigetis, &c. ſubiũxit atq; ait. Vt ueniat ſuper uos omnis ſanguis iuſtus qui effuſus eſt ſuper terrã à ſanguine Abel iuſti, uſq; ad ſanguinẽ Zachariæ filij Barachiæ, quẽ occidiſtis inter templũ et altare. Amen dico uobis, uenient hæc oĩa ſuper generationem iſtã. Sequitur ego. ¶ Hec dicit dominus. Super tribus ſceleribus Damaſci, & ſuper quatuor non conuertam eum, eo q̃ triturauerit in plauſtris ferreis Galaad. ¶ Hæc eſt contritio æterna cõtritio ſpiritualis in eo q̃ dicit, non conuertã eum. Quem em̃ dicit eũ, niſi uerticẽ Carmeli, id eſt (ſicut iã diximus) ſuperbiã ſcienti ęcircũciſionis, cuius illa generatio uertex quidã extitit, nẽpe cũ dicit, nõ conuertã eũ, nõ licet ſubaudire Damaſcũ, cũ Damaſcus ſit fœminini generis, ſicut et cũ dicitur, ſuper tribus ſcelerib⁹ Gazæ, et ſuper quatuor non conuertã eũ, nõ licet referri ad Gazam, cũ Gaza nomen ciuitatis & fœminei ſit generis. Et ſicut cũ dicitur, ſuper tribus ſceleribus filioꝝ Ammon & ſuper quatuor nõ cõuertã eũ. nõ cõuenit ſingulariter eũ referri ad pluralitatem filioꝝ Ammon. Igitur non conuertã eũ cũ dicit, ſubaudiri neceſſe eſt Carmelũ ſiue uerticẽ Carmeli, id eſt, populũ Iudaicũ circũciſum, maximeq; illã, quę dñm crucifixit, generationẽ eiuſdẽ populi, cuius ſcientia denotatur repehenſibilis ex interpretatiõe (ut iã dictũ eſt) noĩs Carmeli. ¶ Neq; em̃ leuiter ac ſine magnæ indignatiõis pondere illa generatio hic dicitur uertex Carmeli, ſed eodem ſpũ, et eadem ira, qua et diabol⁹ ſub nomine principis Tyri, in p̃ pheta propter p̃ſumptionem ſciẽtiæ dicitur Cherub, quod interpretatur plenitubo ſcientiæ

Lucæ. 24

Speciosa paſtorũ Hieruſm

Vertex Carmeli ſcribæ & phariſæi.

Prou. 30

Nõ cõuertam eum.

Ezech. 28

entiæ. Tu (inquit) signaculũ similitudinis, plenus sapiẽtia, & pfectus decore, in delicijs paradysi dei fuisti. Tu Cherub extentus et protegẽs, et posui te in monte sancto dei. Itẽ. Et eieci te de monte dei, et pdidi te o Cherub protegẽs de medio lapidũ ignitorũ. Homo quoq; cui psuasit in pciũ transgressionis scientiã plenariã, dicẽdo, & eritis sicut dñi sciẽtes bonũ & malũ, sup eodẽ uitio denotat in ligno puaricatõis, dũ pro eo qđ accidit, nomẽ ironice ascriptũ est illi, ut diceret lignũ scientiæ boni & mali. Ita nimirũ p uerticẽ Carmeli, secũdũ tã dictã interpretationẽ, terribiliter hic denotari arbitramur supbiã illius generatiõis siue circũcisionis nimiũ de sciẽtia psumẽtes: cuius tãta psumptio, ut Christũ uirtutẽ & sapientiã dei speraret se circũuenire posse dolis, & ita exinanire cõsiliũ dei, ut illũ q ueniſſet benedictus in noie dñi, faceret haberi maledictũ in manu legis dñi, pro eo q dixerat lex, qa maledictꝰ est à deo q pendet in ligno. ¶ Proinde terribiliter dictũ, & cũ metu ac reuerẽtia cogitãdum, q propter scelera Damasci, propter scelera Gazę, propter scelera Tyri, propter scelera Edom, propter scelera filiorũ Ammon, propter scelera Moab, propter scelera Iuda, & propter scelera Israel, sic iudicet dñs & dãnet illũ uerticẽ Carmeli, ut nõ conuertat eũ. id est, omnino repellat, & cæcitati tradat eũ secundũ alterius prophetiæ testimoniũ, qua idẽ dñs dicit. Excæca cor populi huius, et aures eius aggraua, ne forte uideat oculis suis, & auribus, suis audiat, & corde suo intelligat, & cõuertatur, & sanẽ eũ. Quis hoc animaduertere posset, nisi dñs ipse in luce euangelij cõsonanter & manifestius dixisset, illud qđ iã pmisimus ut ueniat sup uos oĩs sanguis iustus, q effusus est sup terrã à sanguine Abel iusti: itẽq; Amẽ dico uobis, ueniẽt hæc oĩa sup generationẽ istam. Denicq; si oĩa, ergo & Damasci & Gazæ Phylistĩm & Tyri et Edom et Moab & patrũ suorũ Iuda atq; Hierusalẽ scelera uenire debuerũt super generationẽ illã secũdũ prophetiã hãc. ¶ Porrò quãuis dicãt uenire super illius generatiõis uerticẽ, nõ tamẽ remoueri dicũtur ab eisdẽ, quorũ priorũ scelera fuerunt, uel à qbus incepta sunt. Nã & illi onus suũ singuli portare debuerũt, illa aũt infelicissima generatio, & onera omniũ illorũ, et suũ debuit portare onus propriũ. Vere generatio infelix, in malũ tẽpus separata, quẽadmodũ hic idẽ propheta quodã loco, cũ exclamasset, uæ q opulenti estis in Syon, inter cætera subiunxit. Qui separati estis in diẽ malũ, & appropinquatis solio iniquitatis. Nẽpe sicut dñs noster apostolos suos beatificãs & dicẽs. Ego misi uos metere qđ nõ laborastis alij laborauerũt, & uos in labores eorũ introistis: mercedẽ illorũ nõ excludit qui laborauerũt & nõ messuerũt, uidelicet sctõrũ patriarcharũ, q expectauerut, & nõ acceptis promissionibus omnes defuncti sunt: sed istorũ pfert q sine labore expectatõis ipsum psentẽ beatis oculis uidere meruerũt Ita nimirũ cũ dicit, Venient hæc omnia super generationẽ istã, pœnã Damasci & cæterorũ nõ aufert, sed generationis eiusdẽ, quæ mensurã illorũ impleuit, maiorẽ fore censet. Iam litere ordinẽ prosequamur. Super tribus sceleribus Damasci, & super quatuor nõ cõuertã eũ. Recte in initio scelera ponit Damasci, qa uidelicet à Damasco initiũ fuit sanguinis, de q dñs ait, ut ueniat super uos oĩs sanguis iustꝰ q effusus ẽ super terrã à sanguine Abel iusti. Is nãq; locus esse dicitur, ubi Cain eundẽ Abel occidit, & ex eo traxisse causam nois sui. Damascus nãq; bibẽs sanguinẽ interptat. ¶ Cõputanda iã hic sunt scelera tria, & quatuor & designãda qualitatibus proprijs. Primũ scelus est uoluntas peruersa, q̃ & si opere cõplere nequeat, tamẽ scelus utiq; est. Vnde & propter odium qm̃ et occidendi uolũtas est, tã quisq; dicitur et est homicida. Omnis eñ qui odit fratrem suũ, homicida est. Iam ergo mortuus est qui odit, sed mors eius intrinsecus latet, et rursus ad uitã cõuerti potest, sicut illã puellã dñs suscitabit, quæ nõdum erat elata, sed in domo iacebat Secundũ scelus est, uolũtatẽ opere cõpleuisse, et hoc facto mortuus est peccator, et foras elatus. Sed adhuc suscitari potest, sicut illũ iuuenẽ dñs suscitauit, qui per portã ciuitatis mortuus efferebatur. Tertiũ scelus ẽ opus malũ in cõsuetudinẽ uertisse, et tũc peccator mortuus et sepultus est. Sed adhuc ad uitã suscitari potest, sicut Lazarum sepultũ iam quatriduanũ, et fetentẽ dñs suscitauit. Quartũ scelus est, in suo sibi peccato cõplacere, deoq; ad pœnitẽtiã reuocanti, et legi eius redarguẽti, superbiæ spũ resistere. Hoc scelus diabolicũ est, qđ et in psalmo breui uersiculo designat. Qui dixerũt, linguã nostrã magnificabimus, labia nostra à nobis sunt, qs noster dñs est? Hoc scelus perpetrare et sic loqui, est dicere uerbũ cõtra spm̃ sanctũ, et nõ remittet neq; in hoc seculo neq; in futuro. Nõ placet scõ spiritu

Terribilis dei sentẽtia cõtra occisores Christi.

Infelicissima generatio.

In Damasco primũ fusus ẽ sãguis ſ. Abel

Tria ſcelera, aliorũ: Verticis Carmeli, q̃ tuor.

ſpiritu, ut cõuertat illũ q ſeſe in hoc ſcelus erexit. Nunc iã literæ huius diſtinctionẽ ſiue tẽporẽ diligenter attendamus. ¶ Super rribus (inquit) ſceleribus Damaſci & ſuper quatuor. Nõ dicit, ſuper tribus ſceleribus & ſuper quatuor Damaſci, ſed nomẽ Damaſci tribus & q̃tuor interponit: & tria & quatuor ſcelera ſubiũgit. Hic tenor in oĩb⁹ uigilanter cõſiderandꝰ eſt. Ita em̃ ſup tribus ſceleribus Gazæ dicit, demũ & ſup q̃tuor, adiũgit. Sup trib⁹ ſceleribus Edom (inquit) ac deinde & ſuper quatuor ait. Sic oĩno & in cæteris. Nusq̃ tria & q̃tuor ſcelera cõiungit. Q⁊ ſi faceret & tria & q̃tuor uiderentur eẽ ſcelera Damaſci & Gaſę & Tyri & Edom, & filiorꝫ Ammon, & Moab, & Iudæ, & Iſraelis. Nũc aũt hoc perpẽdere opæp̃ciũ eſt, ꝙ ſingulorꝫ illorꝫ, Damaſci ucꝫ & cæterorꝫ, tria tm̃ ſcelera ſint: quatuor uero uerticis Carmeli, i. ſæpedictæ generatiõis, cuius tpe dñs uenit. Deniq; nec illa quartũ ſcelus habuiſſet, niſi dñs ad eã ueniſſet, ſicut & ipe teſtatus eſt. Si nõ ueniſſem & locut⁹ fuiſſem eis pctm̃ nõ haberent: Nũc aũt excuſationẽ nõ habẽt de pctõ ſuo. Itẽ ſi opa nõ feciſſem in eis q̃nemo alius fecit, pctm̃ nõ haberent. Nũc aũt & uiderũt & oderũt & me & patrẽ meũ. Igit q̃m̃ dñs ad Damaſcũ, ad Gaſam, ad Tyrꝫ, ad Edõ, ad filios Ammõ, & ad Moab nõ uenit: ſed neq; ad Iudã, neq; ad Iſrael prioribus tẽporibus uenerat, ſicut uenit in tpe illius gñratiõis tria tm̃ ſunt ſcelera Damaſci & cæterorꝫ, q̃tuor aũt uerticis Carmeli, id ẽ, illius malæ & adulteræ generatiõis Iudæorꝫ ſiue ſcribarꝫ & phariſæorꝫ, qa filiũ dei & opa eius uiderũt ipmq; & patrẽ ipſius oderũt. Deniq; & Damaſcus & Gaſa & Tyrus & Edom, & filij Ammon & Moab, tria hæc ſcelera, malã uoluntatẽ, & malũ opus, & mali opis cõſuetudinẽ habuerunt ſed de quarto. i. de ſuperba defenſiõe ſceleꝝ aliquã habere defenſionẽ ſibi uideri poſſunt, qa neq; Chriſtũ uiderũt, neq; patrẽ eius bonũ cognouerũt, ſed neq; legẽ ei⁹ uel ſcripturã redarguentẽ audierũt. Iuda quidẽ & Iſrael añ generationẽ illã legẽ habuerũt & tranſgreſſi ſunt, atq; in tranſgreſſionis ſuæ defenſionẽ pphetas occiderũt: uerũtamẽ nõ ita, ſed in cõparatiõe illius ſæpedictæ generatiõis, multo magis excuſabiles ſunt. Etm̃ & de Iuda & de Iſrael q̃lia cũq; exempla ſunt, ꝙ pœnitentiã egiſſent, ſi factæ fuiſſent uirtutes in illis q̃ in illa generatiõe factæ ſunt. Deniq; & Achab rex Iſrael, cũ audiſſet ſermões dñi p Heliã Theſbiten, pro ſanguine Naboth quẽ occiderat, pœnitentiã egit, ieiunauitq; & dormiuit in ſacco, & ambulabat demiſſo capite, Et iccirco nõ inducã (ait dñs) malũ domui ei⁹ in diebus ei⁹. Et Manaſſes rex Iuda, cũ impie geſſiſſet, multũq; ſanguinẽ innoxiũ fudiſſet, poſtq̃ coanguſtat⁹ eſt, orauit dominũ, & egit pœnitentiã ualde corã deo patrũ ſuorꝫ. Illa aũt generatio (de q̃ nunc ſermo eſt) neq; ſicut Achab rex Iſrael de futuris malis p̃cedenti dño credidit, neq; ſicut Manaſſes rex Iuda, poſtq̃ mala ipa uenerũt, ppter tãtas anguſtias, pœnitentiã egit, q̃uis perirent fame, gladio, & igni: q̃uis q erãt reſidui, ducerentur in oẽs gentes captiui. Cæteris q in hoc loco p̃ſcribũt, Damaſco, Gaſæ, Tyro, Idumææ, filijs Ammon, qd ſi annũciatũ illis fuiſſet teſtis eſt ipe domin', qa pœnitentiã egiſſent: Cũ em̃ exprobraret ciuitatib⁹ in qb⁹ factæ ſunt plurimæ uirtutes ei⁹, qa egiſſent pœnitentiã. Væ tibi (inquens) Coroſaim, uæ tibi Bethſaida, ſubiũxit atq; ait, Quia ſi in Tyro & Sydone factæ eſſent uirtutes, q̃ factę ſunt i uobis, olim in cinere & cilicio pœnitentiã egiſſent. Qd de Tyro teſtatus eſt, hoc idẽ de cæteris ciuitatibus ſiue gẽtib⁹ inter q̃s Tyr⁹ tertio loco hic noſatur, licet intelligi. ¶ Q⁊ ſi q̃ras, cu ergo nõ fuit annũciatũ illis, q̃re uirtutes nõ ſunt factæ in illis, qm̃ crederent & pœnitentiẽ ragerent. Breuiter hic, p tpe reſpondendũ eſt, qa de⁹ de tali illorꝫ pęnitentia nõ curauit, aut curare debuit, q̃ non ageretur, p æterna ſalute futuri ſeculi, ſed, p uitanda aduerſitate, pro retinenda ꝓſperitate uitæ p̃ntis. In hoc dũtaxat cũctis illis generatio ſępedicta magis inexcuſabilis extitit, & ſceleratior cũctis illis, qa neq; tpalis miſeriæ cõminatiõib⁹ (quã illaturi erãt Romani neq; æterni iudicij, uel gehennæ ignis auditui dño p̃nũciãte credidit: ſp incredula, ſemper dura ceruice rebellis. Igit tria tm̃ Damaſci & cæterorꝫ, uerticis aũt Carmeli q̃tuor ſcelera ſũt qa quartũ eſt cor impœnitẽs, ſiue rebellio atq; defenſio ſceleꝝ. ¶ Porrò tria & q̃tuor, ſeptẽ ſunt, qa nũer⁹ impar inſolubilis, neq; eũ in partes æquas p̃t reſolui, ſicut plerũq; uniuerſitatẽ ſignificat, ita in Cain, q Typus fuit illius generatiõis, inſolubilem ſiue interminabilẽ uindictam deſignat, dicendo Lamech, Septies ultio dabitur de Cain: de Lamech uero ſeptuagies ſepties. Et quidem uindicta uidetur extendi, cũ dicit: de Lamech, ſeptuagies ſepties, qua numerus prolixior eſt: ſed econtra ſolubilem ſignificat ultionẽ de Lamech, quia numerus

Iohan. 15

3. Regum. 21

Matt. 11

Myſterium in numeris 7 & 77. Gene. 4

ſolubilis eſt: ſepties uero inſolubilem ultionẽ de Cain, qa nũerus inſolubilis eſt. Deniq; ſeptẽ nullus alius metitur nũerus p̃ter unitatẽ, ſeptuaginta ſeptẽ alĩ quoq; metiũtur nũeri, uidelicet ſeptẽ & undecim. Nã ſepties undecim, ſiue undecies ſeptẽ, ſeptuaginta ſeptẽ ſunt. Itaq; cũ dicitur, ſepties ultio dabitur de Cain, inſolubilis, & iccirco maior ultio denũtiatur, dicendo aũt de Lamech uero ſeptuagies ſepties, ſolubilis, & iccirco minor uindictæ mod⁹ appenditur. Proinde cũ dicit dñs, ſed omnis qui occiderit Cain, ſeptuplũ punietur, ſubaudiendũ eſt, niſi pœnitentiã egerit. Et in lege quotiẽs dicitur, q hoc uel illud fecerit, morte moriat. Et in euangelio, oẽs eñ q acceperint gladiũ, gladio pibũt, neceſſario ſubaudiendũ ẽ niſi pœnitentiã egerint. Iſte cor nõ pœnitẽs ſe habuiſſe oſtendit, q neminẽ uocante in ius, reum ſe eſſe cõfeſſus eſt, qm̃ (inquiens) occidi uirũ in uulnus meũ, & adoleſcentulũ in liuore meo: Ille aũt & requiſitus dño, negauit, ꝑterue dicens, neſcio, nũquid cuſtos fratris mei ſum, & conuictus deſperauit. maior eſt (inquiens) iniqtas mea, q̃ ut ueniã merear. Igitur & generationis illius ultionẽ interminabilẽ ſignificat hic numerus ſeptenarius, cũ dicitur, ſup tribus ſceleribus gentiũ iſtaꝝ, & ſup quatuor nõ conuertã, qđ idẽ eſt acſi diceretur. Propter omnẽ ſanguinẽ iuſtũ q effuſus eſt ſup terrã, proꝛciã generationẽ illã, qm̃ tribus ſceleribus alienis addendo ſua quatuor, ſicut patrũ ſuoꝝ, ita & omniũ gentiũ menſurã impleuerunt.

Matt. 26 Lame h. Gene. 4 Cain.

Tria ſcelera Damaſci.

¶ Scelera Damaſci in hoc uno facto cõp̃hendit, eo q̃ triturauerit in plauſtris ferreis Galaad. Hoc Damaſcũ feciſſe cõſtat, regnãte Azahel ſcdm prophetiã Helizei Scriptũ eſt eñ Stetitq; cũ eo & cõturbat⁹ eſt uſq; ad ſuffuſionẽ uultus, fleuitq; uir dei. Cui Azahel ait. Quare dñs meus flet? At ille rñdit. Quia ſcio q̃ facturus ſis filiis Iſrael mala. Ciuitates eoꝝ munitas igni ſuccẽdes, & iuuenes eoꝝ interficies gladio, & paruulos elides, & pregnãtes diuides. Dixitq; Azahel. Quid enim ſum ſeruus tuus canis, ut faciã rẽ iſtã tã magnã? Et ait Heliſeus. Oſtẽdit mihi dñs, te regẽ Syriæ fore. Factũ eſt ut propheta p̃dixerat, & in facto eius tria ſcelera, de qbus ſupra dictũ eſt, hoc mõ diſtinguũtur.

4 Reg. 8

Primum.

¶ Primũ ſcelus ultroneñ eius odium fuit, q̃ aduerſus populũ dei cor ſuũ indurauit, nihil ab eo læſus, imò & deo & prophetis eius ingratus, Heliæ ſcꝫ & Heliſeo, ꝑ q̃s fuerat rex p̃fignatus. Nã ad Heliã dñs. Vade (inqt) reuertere in uiã tuã ꝑ deſertũ in Damaſcũ. Cũq; pueneris illuc unges Azahel regẽ ſup Syriã. Ad Heliſeũ aũt idẽ reuelatũ fuerat, cũ diceret ad eũ (ut iã p̃miſſũ eſt) oñdit mihi dñs te regẽ Syriæ fore.

Secundum.

¶ Scdm ſcel⁹ fuit, qđ odiũ illud ope exploit dũ cõtra regẽ Iſrael Achab ad p̃liandũ in Ramoth Galaad aſcẽdit, mala utiq; reddẽs, ꝑ bonis, ſicut & ꝑceſſor eius Benadab. Quid eñ boni fecerat cũ illo rex Iſrael? Victi Syri cũ dixerũt. Ecce audiuim⁹ q̃ reges domus Iſrael clemẽtes ſint. Ponam⁹ itaq; ſaccos in lũbis noſtris, & funiculos in capitib⁹ noſtris, & ingrediamur ad regẽ Iſrael, forſitan ſaluabit animas nr̃as. Egreſſus eſt ergo ad eũ Benadab, & leuauit eũ in currũ ſuũ. Qui dixit ei. Ciuitates quas tulit pr̃ meus à patre tuo, reddã, & plateas fac tibi in Damaſco, ſicut fecit pater meus in Samaria, & ego fœderatus recedã à te. Pepigit ergo fœdus & dimiſit eũ. Hoc fœdus uterq; irrupit, quia ꝓpter Ramoth Galaad, quæ ciuitas erat Iſrael, uterq; Benadab ſcꝫ & Azahel, ſuo quiſq; tempore, ad p̃liandũ contra Iſrael aſcendit.

Tertium.

¶ Tertiũ ſcelus eiuſdẽ Azahel regis Syriæ ſiue Damaſci iliud fuit, q̃ nõ una uictoria cõtentus in Ramoth Galaad, quotienſcũq; & quãtumcũq; potuit pcuſſit Iſrael, & cõcidit in uniuerſis finibus eius, ſicut poſtmodũ eadẽ ſacra hiſtoria teſtatur. Et pcuſſit eos (inquit) Azahel in uniuerſis finib⁹ Iſrael, à Iordane cõtra orientalẽ plagã oẽm plagã Galaad & Gad & Ruben & Monaſſe, ab Azoer q̃ eſt ſup torrẽtẽ Arnon & Galaad & Baſan. ¶ Porrò Galaad interꝑtatur aceruus teſtimonĩ, ſignificatq; hoc nomẽ martyres, i. teſtes Chriſti, quoꝝ in perſecutione ille ſæpedictus uertex Carmeli ſuperauit crudelitatem huius Damaſci ſiue regis Damaſceni, & tria eius ſcelera quatuor ſuis ſceleribus abundãti⁹ impleuit. Proinde ſicut omnis ſanguis iuſtus, ita ille, quẽ tunc Damaſcus fudit, ſuper illum uerticẽ uenire debuit. Sed iã hic quæri p̃t, qõ inter ſanguinẽ iuſtũ ſanguis ille poſſit reputari, quẽ tunc Damaſcus effudit: Certũ eſt eñ, quia tunc temp̃oris miſerabilis Iſrael nimiꝝ idololatriæ cultibus ſordebat, quã ob cauſam tradebatur in manus hoſtiũ, iuſtã dñi ſuſtinẽs irã. Ad hoc breuiter reſpondendũ, qa tunc quoq; in Iſrael nõ nihil iuſti ſanguinis erat, teſtãte domino cũ dicit ad Heliam. Et derelinquã mihi in Iſrael ſeptẽ milia uirorũ, quorũ genua non ſunt incuruata Baal. Septenario numero milium uniuerſitas ſignificabatur illoꝝ, qui

etiam

etiã in illo tempore malo, regnãtibus Achab, & Iezabel, impietati nõ cõsenserunt, latenteq̃ apud semetipsos, & colentes deũ uerũ, deũ patrũ suorũ. Ex illis nõnullos ille Damasci beluinus furor triturauit. Cæterũ & in omnibus, quos puagando dissecuit, nõ merita uitæ, sed ueri dei mentionẽ tã illi qua & cæteri persecuti sunt inimici: hoc maxime inuidẽtes, q̃ dicerentur habere deũ uerũ, scdm inuidiã Cain, q̃ fratrẽ suũ odio habuit, ob illã solũmõ causam, q̃ usus est illi dignior esse cultor dei. Ego nec illorũ sanguinẽ ab omni sanguine iusto, qui effusus est super terrã, ratio excipit, sentitq̃ iudicio dñi uenisse super illũ Carmeli uerticem, ut exiccaretur, & ut nõ conuerterer eum dñs, id est, super illius temporis populũ Iudaicum, sub quo, & à quo dñi & prophetarũ, sapientiumq̃ & scribarum, quos ipse misit, sanguis est effusus, occidendo, crucifigendo, flagellando, & de ciuitate in ciuitatẽ persequẽdo. Segtur **Et mittam ignẽ in domũ Azahel, & deuorabit domos Benadab, & conteram uerticẽ Damasci, & disperdã habitatorẽ de domo idoli, & tenẽtẽ sceptrũ de domo uoluptatis, & transferetur populus Syrie Cyrenem, dicit dñs.** ¶Sicut iã supra dictum est, cũ dicit dñs oia uenire super generationẽ illã à sanguine Abel iusti, quã intelligim⁹ per exiccatũ uerticẽ Carmeli: nequaq̃ tñ à pœna liberi uel immunes sunt qcũq̃ sanguinẽ iustũ fuderũt, sed in propriis personis pœnã quoq̃ receperũt, cuius uidelicet pœnæ sicut & culpæ, nonnullã hæreditatẽ generationi illi transmiserũt. Itaq̃ qd nunc ait, & mittã ignẽ in domo Azahel, &c. sic de illa Damasco & de illa Syria facta intelligamus super tribus sceleribus suis, i. propter tria scelera sua, quę iã supra diximus, ut ignẽ illũ & dispersionẽ, qua illa gẽs ratio disperijt super eis tribus sceleribus Damasci, & quatuor, q̃ suo tpe adiecit, pariter respiciamus. Legimus quippe qd Teglath Falasar rex Assyrius, interfecto Rasin rege Damasci, oẽm Syriæ populũ in Cyrenẽ transtulerit. Ob hoc nunc ait, & conterã uerticẽ Damasci & disperdã habitatorẽ de domo idoli, oẽm uc3 Syrorũ fortitudinẽ, qua ueluti quodã uerticẽ aduersariorũ impetus summouebat: & ut ostenderet uana idolorũ auxilia cũ populus Damasci Assyrio ueniente caperetur, signanter ait, & disperdã habitatorẽ de campo idoli. Simulq̃ luxuriæ populũ arguit, dicẽdo & tenẽtẽ sceptrũ de domo uoluptatis, quẽ intelligim⁹ Rasin. ¶Quod aũt præmissum est, & mittã ignẽ in domũ Azahel, & deuorabit domos Benadab, dat intelligi, qd Azahel, regnãtibus, Ozia & Hieroboã, iã in Syria mortu⁹ erat, & ei in regnũ successerat filius suus Benadab: à q̃ postea oẽs reges Syriæ & Damasci Benadab uocabulũ possiderũt. Quapropter nõ dixit, mittã ignẽ in Azahel, sed in domũ Azahel. i. in domũ ei⁹ regiã, cui Benadab filius eo tpe præerat. Verũtñ hoc aperte scriptura nõ dicit, quod ignis materialis domũ eius cõflagrauit, siue qñ regnante iã dicto Benadab filio Azahel, Ioas filius Ioahaz Syriam percussit: siue qñ rex Assyriorũ Rasin interfecit. Sic em̃ scriptum est: Mortuus est aũt Azahel rex Syriæ & regnauit Benadab filius eius pro eo. Porrò Ioas filius Ioahaz tulit urbes de manu Benadab filij Azahel, quas tulerat de manu Ioahaz patris sui iure pliũ, tribus uicibus percussit eũ Ioas, & reddidit ciuitates Israeli. Ascendit em̃ rex Assyriorũ in Damascũ, & uastauit eã, & transtulit habitatores eius Cyrenen, Rasin aũt interfecit. Nusq̃ hic uel illic mentio fit ignis, ut possim⁹ ostendere materialis incendij magnitudinem scdm altitudinẽ prophetici pconij. ¶Simulq̃ notandũ, quod contra oẽs istas scelerũ declarationes (excepto loco octauo, ubi dicitur, sub tribus sceleribus Israel) eadẽ pœna ignis eo dẽ mõ subscripta est, & mittã ignẽ in domũ Asahel, & deuorabit domos Benadab, & mittã ignem in murũ Gasæ & deuorabit ædes eius, & mittã ignem in Theban & deuorabit ædes Bosræ, & succendã ignem in muro Rabath & deuorabit ædes eius, & mittã ignem in Moab & deuorabit ædes Carioth, & mittã ignẽ in Iudã & deuorabit ædes Hierusalẽ. Istæ sunt septem uindictæ ignis, scdm tria & quatuor scelera, qb⁹ ois iusti sanguinis mensurã Iuda siue Hierusalem illa sæpedicta generatiõe impleuit, cui⁹ materialem ignem siue incendiũ totus orbis audiuit. Qua ꝓpter si historia deficit, q̃ materialis ignis scdm ꝓphetiã hanc illis & illis ædib⁹ atq̃ murꝭ immissus possit ostendi, nihilomin⁹, imò & multo magis, ueritatẽ prophetiæ miremur atq̃ ueneremur adimpletã, iuxta subtilitatẽ suæ intentiõis, qa nimirũ q̃tã scelera gẽtiũ ipleuit, earũdem uindictas igneas illa infelix gẽratio sup semetipam transtulit, ignẽq̃ cõmeruit, q hic incipiens, nullũ haberet finẽ, scdm illã in Deuteronomio dñi sententiã qua dixerat, Ignis succensus est ĩ furore meo, & ardebit usq̃ ad iferni nouissima. Segtur.

Gen. 4

Benadar regnante scripsit Amos.

Septẽ hic uindictæ ignis.

4. Reg. 13

Hæc

Hec dicit dominus. Super tribus sceleribus Gaze, & super quatuor non cõuer-
tã eũ, eo q̃ transtulerit captiuitatẽ perfectã, vt concluderet eã in Idumea, & mittã
ignẽ in murũ Gaze & deuorabit edes eius. & disperdã habitatorẽ de Azoto, & te
nentẽ sceptrũ de Ascalone, & cõuertã manũ meã super Accharon, et peribunt re-
liqui ꝑ byliſtinorũ, dicit dñs deus ¶ Quinq; ciuitates Phyliſtinor̃ pleriſq; locis nomi-
natæ ſunt, Exempli gratia, ut illic: Hi ſunt aũt anĩ aurei, q̃s reddiderunt Phyliſtĩm ꝓ deli-
cto ſuo Azotus unũ, Gaza unũ, Aſcalon unũ, Geth unũ, Accaron unũ. Iſtas hic omnes
prꝛter unã Geth ſermo propheticus nominatim cõmemorat, ſed eandẽ uidelicet Geth nõ
omnino prætcrit, dũ cæteris nominatis tandẽ ait, & peribunt reliqui Phyliſtinor̃. De iſta
gente, id eſt, de Phyliſtĩm, hoc ſciendũ, quia filĩs Iſrael aſcendentibus de Aegypto ꝑma
re rubrũ prima inuidit. Primã em̃ hanc inter cæteras gentes tũctẽporis nominatã audimus
in illo dolore inuidiæ ex cantico Moſi: Aſcenderũt (inquit) populi & irati ſunt, dolores ob
tinuerũt habitatores Phyliſtĩm: Tũc conturbati ſunt principes Edom &c. Inter dolentes
dolorẽ inuidiæ, primos poſuit habitatores Phyliſtĩm. Videretur ergo in ordine gentium
ſceleratar̃ priꝰ debere poſuiſſe ſcelera Phyliſtĩm q̃ ſcelera Damaſci ſiue Syriæ. Sed ad hoc
ſciendũ, quia etiã añ exitũ de Aegypto, imõ & añ diſceſſum Iſrael in Aegyptũ Syriam in
perſecutione ſanctor̃ proprius liuor excitauit, teſtante eodẽ Moſe, cũ in Deuteronomio
dicit. Suſcipiensq; ſacerdos cartallũ, ponet añ altare domini dei tui, & loqueris in conſpectu
domini dei tui. Syrus perſequebatur patrẽ meũ, qui deſcendit in Aegyptũ, & ibi peregri-
natus eſt in pauciſſimo numero, creuitq; in gentẽ magnã & robuſtã: &c. Syrus (inquit) id
eſt, Laban de Meſopotamia Syriæ, aſſumptis fratribus ſuis ꝑſecutus eſt patrẽ meũ Iacob,
quẽ & comprehendit in monte Galaad, ſed uidit in ſomnis dicentẽ deũ. Caue n: quicq̃ aſ-
pere loquaris contra Iacob. Illa perſecutio Syri iã tunc, & periculoſa fuit & magnã perſecu
tionẽ ſignificauit, qua iã humiles perſequi incipiebant ſuperbi ſcdm interpretationẽ ipſius
nois Syri. Syrus nanq; inteꝑtatur ſublimis. Recte igitur nõ ante ſed poſt Syriã ſiue Damaſ
cũ hic ponitur Phyliſtĩm, nõ ob iſtã ſolũmõ cauſam, uerũetiã qa ſic iã ſuperius dictũ eſt, u
bi initiũ effuſum eſt iuſti ſanguinis, quãdo fratrẽ ſuũ Abel iuſtũ Cain funeſtꝰ occidit. ¶ Itẽ
recte quæritur, cur in capite codẽnationis Philiſtĩm, Gaza potius q̃ Azotus ſiue Aſcalõ
aut certe Accaron poſita ſit, dicendo, ſuper tribus ſceleribus Gazæ? Ad qđ dicendũ, quia
Gaza potius Iudaici ſceleris ſimul & damnationis triſte ꝑſagiũ ꝓtulit, ucꝫ in eo q̃ apud illã
Sanſon fortiſſimus & occubuit & plures, q̃ uiuus occiderat, moriens occidit. Quo tãdem
in facto Gazæ ſiue Phyliſtĩm ſcelera, quor̃ de nũero ia dictũ eſt, denotatur? Eo q̃ (inquit)
trãſtulerit captiuitatẽ ꝑfectã, ut cõcluderet eã in Idumæa. Hoc uidetur dicere, q̃ Gaza ca-
ptiuitatẽ ex ꝓpꝛo Iudæor̃ duxerit, & q̃ Idumæis uẽdiderit q̃s ceperat ex Iudæis. Ver̃ hoc
etſi factũ eſt, tñ nõ tã clare factũ ẽ, nec tãta captiuator̃, ſiue uẽditor̃ multitudie, ut ſacris hi-
ſtorĩs traditũ ſit, atq; iccirco res minor uideꝰ, q̃ ut ꝓphetica declamatiõe ſiue cõqueſtiõe di
gna ſit. Altius ergo q̃rendũ, qđ Gaza ſiue Phyliſtĩm, cõſpiratiõe habita cũ Idumæis, cõtra
populũ dei fecerit. Iã ante dictũ, qa filĩs Iſrael aſcẽdentibꝰ de Aegypto ꝑ mare rubrũ, gẽs
Phyliſtĩm prima inuidit. ¶ Sciendũ aũt nec dubiũ eſt, q̃ ſi Idumæi, filĩ ucꝫ Eſau, filĩs Iſra
el tanq̃ fratribus ſuis, ut iure debuiſſent, auxiliũ ferre uoluiſſent, & Phyliſtĩm & Chananæi
de quibus poſtmodũ dicendũ erit, nõ tã facile illis obſiſtere tẽtauiſſent. Proinde itẽ & illud
nõ dubiũ eſt, quin prima illis cura fuerit, antiquã inuidiæ flãmã, quẽ habuit Eſau cõtra fra-
trẽ ſuũ Iacob, reſuſcitare in gentẽ eiuſdẽ Eſau. i. in Idumæis, imõ & augere malis ꝑſuaſionũ
flatibus, ut ſibi cæteris gentibꝰ potius q̃ Iſrahelitis Idumæi conſentirent, ſecũq; contra illos
cõmunes inimicitias ſuſciperent. Hoc primi feciſſe Phyliſtĩm uigilanter attendentibꝰ ſcri-
ptura indice ꝓbãtur. Scriptũ eſt em̃. Igitur cũ emiſiſſet Pharao populũ nõ eos duxit domi
nꝰ ꝑ uiã terræ Philiſtĩm, q̃ uicina ẽ, reputãs, ne forte ꝑniteret eũ, ſi uidiſſet aduerſum ſe bel
la cõſurgere & reuerteretur in Aegyptũ. Si uidiſſet (inqt) aduerſum ſe bella cõſurgere, qđ
utiq; fieret, nã iã tũc (ut ſupra dictũ ẽ) dolores obtinuerũt habitatores Phyliſtĩm. Nec uero
abſq; cõſenſu fratrũ Iſraelis. i. Idumæor̃, hoc facere leuiter auſi fuiſſent, imõ & cõem cũ il-
lis cõſpirationẽ eandẽq; ꝑparauerãt uoluntatẽ. Hoc ex eo ſatis liquet filĩs Iſrael declinãti-
bus Philiſtĩm, primi ex cũctis gentibꝰ armati occurrerũt eiſdẽ ſui fratres Idumæi, ſicut ſcri-
ptum eſt

Quinq; ciuita
tes Philiſtĩ.
1. Reu. 6

Deut. 32

Conſpiratio
Philiſtĩm &
Edom cõtra fi
lios Iſrael.

ptō eſt. Miſit nūcios Moſes de Cades ad regē Edom, q̄ dicerēt. Hęc mādat frater tuus Iſ- Num. 20
rael, Obſecram⁹, ut nobis tranſire liceat p̄ terrā tuā. Ad hæc rñdens Edom, nō tranſibis (in-
quit) per me, alioquin armat⁹ occurrā tibi. Rurſus ſupplicātib⁹ rñdens, ait. Nō tranſibitis, Sta
timq; egreſſus eſt obuius cū infinita multitudine & manu forti, nec uoluit acqeſcere dep̄cā
ti, ut concederet trāſitū p̄ fines ſuos. Quāobrē diuertit ab eo Iſrael. Igitur dubitare op⁹ non
eſt, quin illic propheta reſpexerit, ut diceret, eo q̄ trāſtulerit captiuitatē perfectā, ut cōclude
ret eā in Idumæa. Perfectā nanq; captiuitatē, i. filios Iſrael cōſummata atq; trāſacta captiui
tate ſiue peregrinatiōe de Aegypto aſcendentes tranſtulit, i. declinare & per uiā deſerti cir-
cuire fecit. Q̄d niſi dñs p̄uidiſſet, & ſi Iſraelē per terrā Phyliſtiīm duxiſſet, utiq; cōcluſiſſēt
eos Phyliſtiīm in Idumæa, i. armatis occurrētib⁹ Idumæis (ſicut iā dictū eſt) ipſi à tergo in-
ſecuti fuiſſent, & ita cōcluſos oppreſſiſſent, ac proinde pœniteret Iſraelē de Aegypto exiſ-
ſe, cū uideret undiq; aduerſum ſe bella cōſurgere. ¶ Horꝝ ſceleꝝ, q̄ in hoc facto nūemeran
tur, mēſurā illa gñratio Iudaici populi, de q̄ ſæpe dictū eſt, talē impleuit. Credētib⁹ in Chri
ſtū plurimis, & ad p̄dicationē euangelij tranſeuntib⁹ rubrū mare baptiſmi, dolores obtinue
rūt Iudæos cū ſcribis & phariſæis, & trāſferre conati ſunt illos, ut cōcluderent in Idumæā: Act. 15
nimiq; qñ inſtiterūt, ſummittēdo pſeudoapl̄os, ut inducerēt eos in ſuas terrenas & carnales
cæremonias, ſicut in actibus Apl̄oꝝ ſcriptū eſt, & quidā deſcēdentes de Iudæa doce bāt fra
tres, q̄a niſi circūcidamini ſc̄dm legē Moſi, nō poteſtis ſalui fieri. Itē ſurrexerūt aūt q̄dā de
hæreſi Phariſæoꝝ, q̄ crediderūt, dicētes, q̄a oporteret circūcidi eos, p̄cipere quoq; ſeruare le
gē Moſi. Hæc & ſimilia dicētes & facientes, nō minimas euāgelio Chri ſeditiones excita-
uerūt. Itaq; ſuper trib⁹ ſceleribus Gazæ, & ſup̄ quatuor nō cōuertā eū inqt, ſubaudit uerti-
cē Carmeli, i. illā generationē Iudaici populi: ſuper quā, ſicut cætera oīa, ita & iſta tria ſce
lera Gazæ, cū ſuis quatuor iuſte uenerūt: Quia ſicut Gaza ſiue Phyliſtiīm & mala uolūta-
te inuiderūt, & facto perſecuti ſunt, & q̄ ad potuerūt, aduerſari nō deſtiterūt: ita ipſi quoq; e
uāgelio Chri & mala uolūtate inuiderūt, & facto aduerſati ſunt, & nūc uſq; blaſphemare nō
deſinūt, quartū habētes ſcelus in eo, q̄d legē & p̄phetas ecōtra teſtificātes audire contēnūt
¶ Et mittā (ait) ignē in muꝝ Gazæ, & deuorabit ædes eius, & diſpdā habitatorē de Azoto
& tenentē ſceptrū de Aſcalone, & cōuertā manū meā ſuper Accaron, & peribūt reliq Pa
læſtinoꝝ, dicit dñs. Hæc iuxta literā ubi uel qñ inſigniter facta ſint ſacra nō narrat hiſtoria.
Cæterū in illā gñrationē ita factū eſt. Miſit nanq; dñs ignē in muꝝ ei⁹ per Romanoꝝ ma
nus, & deuorauit ædes eius, & diſperſit habitatores de Hieruſalē & tenentē ſceptrū ut iā nō
habeāt regē ſiue regnū, q̄ regē ſuū Chm negauerūt. Et cōuertit manū ſuā ſup̄ eos, q̄cūq;
igni iā dicto ſupfuerūt, ita ut diſp̄gerēt, & in oēs gētes captiui ducerēt ¶ Noīa ip̄a, Gaza, A
ziotus, Aſcalon, & Accaron, & Phyliſtiīm gñrationi tali cōgruūt, Gaza quippe ſonat for Interpretatio
titudinē & Iudæoꝝ deſignat rebellionē aduerſus ueritatē, Azotus interp̄tatur ignis uberis q̄ꝝ vrbiū Phi
ſiue patrui, & ardentē in illis ſinificat inuidiā patris eoꝝ diaboli, q̄ exuberat in eis. Aſcalon liſtiīm.
interp̄tatur ignis homicida, & homicidialē illoꝝ furorē deſignat. Accaron ſterilitas & ino
piā illoꝝ, q̄a fructū ſp̄ūs fugiunt, & paleā ſre ſectātur, ſignificat. Phyliſtiīm potione caden-
tes & illoꝝ uere ebrioſum hoc noīe intelligim⁹ ſcandalū, iuxta illud q̄d in pſalmo ſcriptū eſt
Fiat mēſa eoꝝ corā ipſis in laqueū, & in retributionē & in ſcandalū. Obſcurentur oculi eo
rū ne uideant, & dorſa eoꝝ ſemper incurua. Sequitur. ¶ Hęc dicit dñs, Super tribus ſce
leribus Tyri, & ſuper quatuor non conuertā eū, eo q̄ concluſerit captiuitatem perfe
ctā in Idumea, & non fuit recordata fœderis fratrū, & immittā ignē in murū Tyri,
et deuorabit edes eius. ¶ Eandē impietatē quā imputauerat Gazæ, imputat & Tyro di
cens, eo q̄d concluſerat captiuitatē in Idumæa. Quod ut idē clareſcat ex autoritate ſcriptu-
ræ, q̄ uel quō factū ſit, ſupra memoratæ ſequentia hiſtoriæ reſpiciamus. Præmiſſo quod
rex Edom poſtulanti Iſraeli tranſitū per terrā ſuā negauit, ſtatimq; egreſſus eſt obuiā cū in-
finita multitudine & manu forti, protinus ſubiūgitur. Q̄d cū audiſſet Chananæus rex A-
rath, q̄ habitabat ad meridiē, uenīſſe ſcz Iſrael per exploratoꝝ uiā, pugnauit contra illū, & ui
ctor exiſtēs duxit ex illo p̄dā. Pro Chananæo Tyꝝ hic poſitā arbitramur, dictumq; eſſe
ſuper tribus ſceleribus Tyri, pro eo ut diceretur, ſuper tribus ſceleribus Chananæi. Tyrij
quippe & Sydonij de Chanenæis ſunt. ¶ Quid ſi quæritur, cur nomen Tyri potius quàm

Chanang

Chananæoꝝ uocabulũ hic ſcribere placuit, ſcire debemus qa ſolas gentes illas ꝓphetic⁹ ſpiritus in hoc ordine condẽnare propoſuit, q̃ nihil ad Iſrael læſæ ſunt, & gratuitas contra illũ inimicitias ſuſceperunt, cũ ille non quæreret terras eoꝝ. Porrò terrã Chanaan obtine re quærebat, & ad poſſidendã illã ex Aegypto aſcenderat, & iccirco Chananæus uniuer ſus nõ ita gratuitas contra Iſrael inimicitias exercebat. Tyꝝ & Sydonẽ, quãuis & ipſe (ut iam dictũ eſt) de Chananæis eſſent, Iſrael, ut poſſideret, intendiſſe uel contra eas pugnaſſe non legitur. Itaq; ſuppreſſio uniuerſali nomine Chananæi, nomẽ ponitur Tyri, eo q̃ Iſraelẽ gratis oderit ſicut Syria & Phyliſtĩm & Edom & filĩ Ammon & Moab: quoꝝ terras do minus neq; promiſerat neq; dare uolebat illi. ¶ Nunc demũ uideamus utriuſq; loci nõ nul lam in eodẽ ſcelere diſtantiã. Dixerat de Gaza, eo qđ tranſtulerit captiuitatẽ perfectã, ut cõ cluderet eã in Idumæa: de Chananæo, id eſt de Tyro, nunc dicit, eo qđ cõcluſerit captiui tatẽ perfectã in Idumæa. Deniq; tranſtuliſſe intentione concludendi minus eſt, q̃ conclu ſiſſe. Sic in memoratis rebus eueniſſe manifeſtũ eſt. Illic eñ Phyliſtĩm perfectã captiuitatẽ illã de Aegypto aſcendentẽ in Idumæa nõ concluſit, ſed tantummodo concludere para ta fuit, quãobrẽ & dñs Iſraelẽ circũduxit per uiã deſerti, unde & imputatur Phyliſtĩm, qđ captiuitatẽ tranſtulerit, & deinde Idumæa illi armata occurrit. Porrò de Chananæo, pro quo intelligimus hic poſitũ nomẽ Tyri, ſcriptũ eſt, qa concluſum inter ſe & Idumæã Iſra el oppugnauit. Tunc nanq; uenerat Iſrael, uenerat in monte Hor, quæ eſt in finibus terræ Edom. Præmiſſoq; quãobrem diuertit ab eo Iſrael, cunq; caſtra mouiſſent de Cades, uene runt in montẽ Hor, qui eſt in finibus terræ Edom, ita ſubſequitur. Quod cũ audiſſet Cha nanæus rex Arath, qui habitabat ad meridiẽ, ueniſſe ſcilicet Iſrael per exploratoꝝ uiã pug nauit contra illũ. Hoc nimiꝝ concluſiſſe fuit. Illud aũt tantũmodo in uoluntate fuit Phyli ſtĩm, & iccirco de Gaza dictũ eſt, quia tranſtulit ut concluderet. Hic aũt de Tyro dicitur quia concluſit. ¶ Notandũ quoq; q̃ congrue tali in loco, tali in tempore uel re mentionẽ fa ciat captiuitatis. Deniq; hoc uerbo crudelitatẽ uiſcer illoꝝ ualde percutit, qui captiuitatem perfectã uel conſummatã longo tẽpore protractã inuidebant ſolui, nihil læſi à captiuis il lis, quoꝝ captiuitas talis fuerat, ut oẽs homines deberent ſaltẽ pro cõmuni humanitate cõ miſceri, & dicere tale quid, ut ille Iethro de Madian, cognatus, id eſt, ſocer Moſi. Benedict⁹ dñs qui liberauit uos de manu Aegyptioꝝ, & de manu Pharaonis. Nunc cognoui qa ma gnus dominus ſuper oẽs deos, eo quod ſuperbe egerit contra illos. ¶ Itẽ & illud notãdum, quod cũ dixiſſet, eo qđ concluſerit captiuitatẽ perfectã in Idumæa, addidit pluraliter, & nõ ſunt recordati fœderis fratrũ. Quinã erant qui non ſunt recordati fœderis fratrũ? Nimirum Tyrus ſiue Chananæus & Idumæa. Ambo nanq; conſiliũ ineuntes, unã eandẽq; uolun tatẽ habuerunt Idumæa ſiue Edom, ut contra fratrẽ de captiuitate reuertentem armatus exiret: Chananæus ut Idumææ malitiã aduerſus fratrẽ approbaret, pariterq; accurrẽdo cũ armis fraternũ odiũ ſibi placere oſtenderet. Ita fœdus fraternũ, fœdus naturale, alter iſtorũ impugnauit, alter ut impugnaretur adiuuit. Præterea fratres quodammõ Iudæoꝝ Tyrĩ fuerunt, eo quod Hyram princeps Tyri cũ Dauid atq; Salomone habuerit amicitias: in tã tum, ut & ille in edificationẽ templi atq; palatĩ ligna cedrina ratibus Ioppen uſq; perduce ret, & hi frumentũ & oleũ Tyrĩs largirentur, & uiginti urbes in Baſan ei dono darent, q̃s ille, quia graminibus plenæ erant, ſuſcipere noluit. Verũ quod poſt illã ſocietatẽ, ante tem pora prophetiæ huius fecerit Tyrus contra Iſrael ſiue contra Iudã, & quomodo uel quan do concluſerit captiuitatem perfectã, ſacra non narrat hiſtoria. Item, quod dicit deinde. Et immittã ignẽ in muꝝ Tyri, & deuorabit ædes eius: ſacris literis aperte traditũ non inuenit. Et quidem Nabuchodonoſor Chaldæoꝝ rex Tyꝝ expugnauit & cepit, ſecundũ prophe tiam Ezechielis dicentis. Circũdabit te munitionibus, & cõportabit aggerẽ in Aegypto, & rurſum, Nabuchodonoſor rex Babylonis ſeruire fecit exercitũ ſuum ſeruitute magna aduerſus Tyrum, &c, ſed cuncta hæc abſq; ignis cõflagrationẽ fieri uel perfici potuerunt. ¶ Itaq; quoquo modo in illã Tyrũ uindicatũ ſit, illud dubiũ non eſt, quin ſuper generatio nẽ illã ſæpe dictã ſcelera eiuſdẽ Tyri, ſicut & cætera oĩa, uenerint: quia quod Tyrus feciſſe arguitur, illa ſpiritualiter impleuit perſequendo (ut ſuperius iã dictum eſt) fidem euangelĩ Chriſti. Proinde cũ dicit, ſuper tribus ſceleribus Tyri, & ſuper quatuor nõ conuertam eũ, ſubau⁹

Crudelitas ea tũ cõtra Iſrael.

Exo. 8

Tyrĩ quaſi fra tres erãt Iſrael 3. Regũ. 5. 6

Ezec. 26

ſubaudiendū eſt(ut in cæteris(uerticē Carmeli. Neq; em̄,q; dicit eū, referri poteſt ad Tyrum,cū Tyrus fœminei ſit generis. Cur aūt uertex Carmeli illā,q̄ dominū crucifixit, generationē ſignificet Iudaici populi ſepe dictū eſt,& in hac ſerie lectionis memoriter tenendū eſt. Sequit. ¶Hec dicit dñs ſuper tribus ſceleribus Edom, & ſupra quatuor non conuertā eū,eo quod perſecutus ſit in gladio fratrē ſuū, & violauerit miſericordiā eius, & tenuerūt ultra furorem ſuum, & indignationē ſuā ſeruauerit uſq; in finem. Et mittā ignē in Thema, & deuorabit edes Boſre. ¶Ecce iā tertio culpatur Edom. primo cū Gaza ſiue Phyliſtijm, deinde cū Tyro ſceleribus arguebatur, nūc in ſua tantū p ſona dicitur, quid fecerit,& quid recipere mereatur,& merito cū ſingulæ gentes, ſingulis uicibus coarguāt, iſte Iſraelis frater impius, tertio iniuditiū ſermonis diuini protrahit, eo q̄d fratrem ſuum in gladio perſecutus ſit,& miſericordiā eius uiolauerit. Leuemus oculos noſtros, ſuperius,& ſtatum illius conſideremus tēporis, qñ Edom tranſitum(ſicut iā dictum eſt)fratri ſuo Iſraeli per terrā ſuā non cōcedens, etiā armatus contra illū exiuit cum infinita multitudine et manu forti,& tunc intelligemus, quanta miſericordiæ uiolatio fuerit. Iſrael de captiuitate dimiſſus egrediebatur, ipſe autem Edom in ſuo monte habitabat diues, et robuſtus. Cunq; eſſet illius frater Verinus, ex eodem patre,& uno(ut Apoſtolus ait)concubitu pariter generatus, ſic uniuerſos germanitatis naturales occluſos tenuit affectus, ut crudelior contra illum nulla eſſet ex cunctis gentibus, & cæterarum gentium roboraret manus, percutionis & odij primus autor & prętus. Nec uero contra hominē fratrē, ſed contra deum erat odium eius. Quam em̄ ob cauſam tali uel tanto cōtra Iſraelem odio ferebatur? Nimiq; propter benedictionē, qua ſibi frater ita domino diſponēte fuerat prælatus, idcirco cum dixiſſet propheta, eo quod perſecutus ſit in gladio fratrē ſuū, & uiolauerit miſericordiā eius, addidit, et tenuerit ultra, furorē ſuū, et indignationem ſuā ſeruauerit, uſq; in finē. Furorē et indignationē illā dicit, qua furens et indignās Edom, id eſt Eſau, ſemper odio habens Iacob dixit in corde ſuo. Venient dies luctus patris mei, ut occidā Iacob fratrem meū. Hoc ꝓpoſitū odij paterni poſteritas, de qua nūc ſermo eſt, uſq; in finē ſeruauit, agendo pro poſſe q̄cquid furor et indignatio ſuggeſſit. Et q̄dē q̄diu filij Iſrael in Aegypto ſeruierūt, et tam duræ ſeruitutis penſum Pharaoni, et Aegyptijs illudētibus in luto et latere ſoluerūt, cōſolabatur ſe nequiter in illo fratre maligno Edom paululūq; requieſcebat odij ſpūs, nō dubiū ſibi fore exiſtimās, q̄d caſſa ſemper deberet eē benedictioq̄, iunior Iacob ſibi priori fuerat ꝓlatus, cū ipſe iam reguaret, ille aūt miſere peregrinaretur. At ubi magnalia dei facta ſunt in Aegypto pro illo fratre ſuo: Vbi illum egreſſum eſſe audiuit in manu potenti et brachio excelſo, utiq; non dubiū, quin renouatus ſit liuor, exarſerit furor, efferbuerit indignatio: quippequi primus in gladio, perpetuus in odio, frequens contra illū fuit in bello,, donec uincente Dauid, ꝓſenſit quod benedictionibus dominiinualidior, Iacob infirmior, Iſraele eſſet indignior, facta eſt nāq; uniuerſa Idumea ſeruiens Dauid ſubtributo et ipſe poſuit in Idumęa cuſtodes, ſtatuitq; præſidiū. Iccirco malam ubi q; nimisq; acerbam paſſim in ſcripturis ſanctis habet memoriā. Omnes homicidæ, uniuerſi ꝓſecutores piorū, nomen eius hæreditauerūt. ut uocentur Edom quia uidelicet cūctorum ipſe fuit exemplū. Exempli gra. Memēto dñe(inquit Pſalmiſta)filioq; Edom in die Hieruſalem, q dicūt exinanite exinanite uſq; ad fundamētū in ea. Idem em̄ eſt ac ſi dicat, omnes ciues regni dei, exultantes ſuper flumina Babylonis, id eſt, ſuper decurſum cōfuſionis huius ſeculi. Memēto dñe tribulationū, quas ſuſtinemus illatas à filijs Edom id ē ab imitatoribus Eſau qui propter ſeuitię magnitudinē dictus eſt Edom, quod interpretatur terrenus, ſiue ſanguinolentus, qa ipſi cupiūt exinanire Hieruſalem uſq; ad fundamētū, ut totū funditus deſtruat fidei et ueritatis ędificiū. Cunctoq; talium homicidarū maximi & notiſſimi carnales Iudæi ſunt, Abrahæ ſiue Iſrahel filij ſunt. Illi etiā ſecūdū exēplū prioris Eſau, primogenita ſua pderūt, ſcilicet adoptionē filiorq; et gloriā et teſtamentū et legis lationē et ꝓmiſſa, quæ illorq; (ut Apoſtol⁹ ait)eē debuerūt: gētes aūt, ſecūdū exēplū iunioris Iacob, eadē hereditauerūt Et ſicut ille aſcēdenti ex Aegypto Iſraeli, quāto p carnē propinquior, tāto p odiū fuit cęte

Edom ter arguitur.

Crudelitas Edom contra Iſrael.

 ris gentiū

eis gentibus nequiorsic Iudęi quãto p carnẽ Christo ꝓpinquiores, tãto p inuidiã Chriſtiano populo, ex q̃ cępit p̃dicari fides Euãgelica, fuerũt pernicioſiores, primiq; añ oẽs gẽtes et maximi int oẽs gẽtes inimici ac pſecutores. Itaq; & qđ nũc dicit, ſup trib' ſceleribus Edom, & ſuper quatuor nõ cõuertã eũ, ad utrãq; qdẽ eſt referẽdũ, maxie aũt ad illũ, q nõ carne ſed ſpũ ẽ Edom, ſcilicet Iudaicũ populũ, qui p uerticẽ Carmeli ſepe dictũ, & adhuc dicẽdũ eſt ſignificatus. ¶ Huius Edõ pœna ignis ẽ, de quo iã ſepe dixim⁹, q illi generationi, q̃ ſaluatorẽ crucifixit, taliter immiſſus ẽ, ut ſuccenſus à Romanis in furore dñi ardeat uſq; ad inferni nouiſſima, ſicut ipe in Moyſe p̃dixit Mittã ergo ignẽ in Theman, quæ Idumeorũ regia eſt, nois aũt interp̃tatiõe uertit in auſtrũ: & luminoſam quõdã ciuitatis Hieroſolymę tẽpli ſignificat gloriã. Qđq; dicit, deuorabit ædes Boſrę, nõ alterã ciuitatẽ, ſed ipſam Idumęã ſecũdũ literã ſignificat, ſecundũ ſenſum ueromyſticũ eãdẽ ſignificat Hieroſolymã, deiquondã & angelor̃ p̃ſidio munitã. Boſra nãq; interp̃tat munita, unde & in Eſaia uox admirãtiũ illa eſt. Quis ẽ iſte, q uenit de Edom, tinctus ueſtibus de Boſra? Iſte formoſus in ſtola ſua, gradiẽs in multitudine fortitudinis ſuæ. Admiratio nãq; ẽ, q̃ de Idumęis, i. de Iudęis & de ciuitate Hieroſolyma, quã ſuo p̃ſidio munierat, talia paſſus, & ſuo ſanguie aſperſus ueniat Sequit. ¶ Hęc dicit dominus Super tribus ſceleribus filiorũ Ammõ, & ſuper quatuor nõ cõuertã eũ, eo q̃ diſſecuerit prægnãtes Galaad ad dilatãdũ terminũ ſuũ, Et ſuccẽdã ignẽ in muro Rabotb, & deuorabit ędes eius in ululatu, in die belli, et in turbie, in die belli cõmotõis, et ibit Melchõ in captiuitatẽ, ipſe et principes eius ſimul, dicit dominus. ¶ Ammon iſte & Moab, cuius ſcelera ꝓtinus dicturus eſt ex ꝓpinquitate Abrahę fuerũt, ſcilicet filij Loth, qui filius fuit fratris Abrahæ. Debuerãt ergo & ipſi filij Iſrael clementiores cæteris gẽtibus eſſe, p̃ſertim cũ illi nihil eos læſiſſent, neq; terras eor̃ quaſiſſent. Nã iſti ſunt q̃rũ terras Iſraeli dñs nominatim interdixit, iã dictus Edomet hic Ammon, & ſequens Moab. Sic enim Moyſes in Deuteronomio commemorat. Dixit dñs ad me. Tranſibitis p terminos fratrũ ueſtror̃ filior̃ Eſau. Videte ergo diligẽter, ne moueanimi cõtra eos. Neq; enim dabo uobis de terra eorũ quãtũ p̃t unius pedis calcare ueſtigium, quia in poſſeſſione Eſau dedi montem Seyr. Et rurſum: Venimus (inquit) ad iter quod ducit in deſertum Moab, dixitq; dominus ad me, Non pugnes cõtra Moabitas, nec ineas aduerſus eos præliũ. Non enim dabo tibi quicq̃ de terra eor̃, quia filijs Loth tradidi eã in poſſeſſionẽ. Ac deinceps. Locutus ẽ (ait) dñs ad me dicẽs. Tu trãſibis hodie terminos Moab, urbẽ noie Ar, & accedes in uicinã filior̃ Ammon. Caue ne pugnes cõtra eos. nec mouearis ad p̃liũ. Nõ enim dabo tibi de terra filior̃ Ammõ, qa filijs Loth dedi eã in poſſeſſionẽ. Cũ ergo ꝓpinqui eſſent Iſraeli filij Ammon & Moab (ut iã dictũ eſt) & nihil ab Iſrael ſiue a deo Iſrael leſi fuiſſent, clementiorẽ erga illũ cæteris gentibus genere affectũ debuiſſent. At illi, ſicut Edom, inclemẽtiores ecõtra & impietatis principes extiterũt, teſtante Pſalmiſta, qcũ dixiſſet. Simul aduerſus teſtamẽtũ tuũ diſpoſuerũt q tabernacula Idumęorũ, & Iſraelitæ, Moab & Agareni Gebal & Ammon & Amalech, alienigenę cũ habitãtibus Tyrũ. Etem̃ Aſſur uenit cũ illis, ſubiũxit atq; ait, facti ſunt in adiutoriũ filijs Lotth. Iã inter cæteras gẽtes nouauerat filios Loth, dicendo Moab & Agareni Gebal & Ammon, ſed nõ dixerat, q̃nã gentes in illa eõſpiratiõe magis fuiſſent uehemẽtes. Vt ergo illud q̃q; nõ lateret nos, facti ſunt (inqt) in adiutoriũ filijs Loth. Notãdũ quippe q̃ non dixerit, cęteris factos eſſe in adiutoriũ filios Loth, ſed cęteros in adiutoriũ filijs Loth. Nõ ergo tã cęteri filios Loth, q̃ filij Loth, cęteros ad inimicitias ꝓtrahebãt cõtra Iſrael exercendas. ¶ Recte igit ſceleris arguitur Ammon in hoc facto, eo q̃ diſſecuerit pregnãtes Galaad ad dilatãdũ terminũ ſuũ. Nõ dicit ad uindicãdũ iniuriã ſuã, ſiue ad recuperãdũ incõmodũ ſuũ, ſed ad dilatãdũ terminũ ſuũ, qđ cupiditatis eſt inditiũ, iniuriæ intemperamẽtũ, crudulitatis argumẽtũ. Quid em̃ cupidius, qd iniurioſius, qd crudelius, quã pro ſola eiuſmodi intẽtione pregnãtes diſſecuiſſe? Propterea nõ crudelitatis Dauid arguendus, ſed de iuſtitia ac fortitudine eſt collaudãdus in eo, qđ et ipſe ſimilia uel maiora fecit eis, ſicut ſcriptũ eſt. Congregauitq; Dauid oẽm populũ, et profectus eſt aduerſum Rabbath. Cunq; dimicaſſet cepit eã, populũ quoq; eius adducens ſerrauit, et circumegit ſuper eos carpenta ferrata, diuiſitq; cultris et tranſduxit in typũ laterũ. Sic fecit uniuerſis ciuitatibus filior̃ Ammon. Nõ inq̃ crudele

Ammon & Moab cogua Iſrael.

Diſſecuerunt pregnãtes ob cupiditatem.

crudele hoc, ſed iuſtũ fuit, qa ſicut fecerũt ita reddidit eis. Porrò filij Ammon hoc feciſſe uidentur, regnãte Saul, qñ aſcendit Naaſammonites & pugnare cepit aduerſum labes Galaad, ſupplicãtibusq; ac dicẽtibus, habeto nos fœderatos & ſeruiemus tibi. In hoc (inqt) feriã uobiſcũ fœdus, ut eruã omniũ ueſtrum oculos dextros. At illos percuſſit Saul, & diſperſi ſunt, ita ut nõ relinquerẽtur ex eis duo pariter, & nihil tale tũc feciſſe legũtur filij Ammon ꝙd tanta prophetici ſpũs cõquæſtione ſit dignũ. Arbitramur ergo prophetã ſuperiorẽ magis reſpexiſſe hiſtoriã, ſcilicet ad tẽpora iudicũ, qñ Iepthe expetitus eſt, ut filios Iſrael iudicaret, eo ꝙ uir fortiſſimus atq; pugnator eſſet, natus de Galaad. Tunc ſiquidẽ iratus dñs cõtra filios Iſrael, tradiderat eos in manus Phyliſtiim & filioꝝ Ammõ afflictiq; ſunt & uehemẽter oppreſſi p annos octodecim. Pugnabãt (inqt ſcriptura) filij Ammõ cõtra Iſrael, afflictusq; eſt Iſrael nimis: Quibus acriter inſtantibus, perrexerunt maiores natu de Galaad, ut tollerent in auxiliũ Iepthe. Cætera legẽtibus, & diſceptationẽ Iepthe contra filios Ammõ uehementẽ perſpiciẽtibus claret, ꝙ afflictionẽ illã fecerint filij Ammon maxime in Galaad, & inter cętera pregnãtes q̃q; diſſecuerũt, licet hoc ipm uerbũ nõ ibi ſcriptũ ſit: & ꝙ ita fecerint, ad dilatandũ terminũ ſuũ. Mandãti nãq; Iepthe regi filioꝝ Ammon ac dicẽti, quid mihi & tibi eſt, qa ueniſti cõtra me, ille rñdit, & falſum locutus eſt, qa tulit Iſrael terrã meã qñ aſcẽdit de Aegypto à finibus Arnon uſq; in Iaboc atq; Iordanẽ. propterea cõminatur dñs ſuccenſurũ ſe ignẽ in muros Rabath, q̃ fuit metropolis Ammonitaꝝ, ut deuorẽt ædes illius in clamore & in ululatu uincẽtis exercitus, in die cõmotionis & turbinis, qñ captiui eius Nabuchodonoſor uincẽte ducent, & idolũ Ammonitaꝝ, ꝙd uocatur Melchon. i. rex eoꝝ ferẽt in Aſſyrios, & principes eius pariter abducent. Eodẽ mõ quo cætera ſup generationẽ illã ſæpedictã, iſta q̃q; uenire habebãt q̃ fecerũt filij Ammon: & iccirco ꝙ ait dñs, ſup tribus ſceleribus filioꝝ Ammõ, & ſup q̃tuor nõ cõuertã eũ, referẽdũ eſt ad uerticẽ Carmeli (de q̃ iã dictũ eſt) & propter faſtidiũ uitãdũ, nõ totiens oporteret replicari, niſi memoriæ uideret expedire legẽtis. Seqtur. ¶ Hec dicit dñs. Super trib⁹ tribus ſceleribus Moab, & ſuper quatuor non cõuertã eũ, eo qincẽderit oſſa regis Idumee uſq; ad cinerẽ. Et mittã ignẽ in Moab, & deuorabit edes Carioth, & morietur in ſonitu Moab & clangore tube, & diſperdam iudicẽ de medio eius, & oẽs principes eius cũ eo dicit dñs. ¶ De Moab & Ammon, maximeq; de Edom iã dictũ eſt, quãti recte arguãtur ſceleris, pro eo ꝙ cõtra Iſrael de Aegypto aſcẽdentẽ inimicitias exercuerũt, cũ eſſent carne propinqui. De iſto q̃rentibus qd ſit dictũ, eo ꝙ incẽderit oſſa regis Idumææ iã ſepulti (q̃ cũ Ioramã rege Iſrael & Ioſaphat rege Iuda aſcẽderat aduerſum Moab) in ultionẽ doloris à Moabitis poſtea fuiſſe cõuulſa atq; ſuccẽſa. Hæc Hebræoꝝ traditio eſt. Ob hãc ergo inquiunt cauſam deus miſſurũ dicit ſe eſſe ignẽ in Moab, q̃ noie uel metropolis Moabitaꝝ uel uniuerſa ſignificat prouincia, ut deuoret ædes Carioth, ꝙ nomẽ eſt ciuitatis. Verũ hoc parũ uidet ad magnitudinẽ propheticæ dignitatis, ut qd' ſpũs ſanctus loquit in eis, ex opinionẽ tm Iudaica & nõ ex ſanctis cõprobet ſcripturis. ¶ Aliud ergo q̃rimus incẽdiũ qd fecerit Moab, ſacra referẽte ſcriptura, leginus in libro Nuñ. qa Balach filius Sepphor, rex Moab miſit & accerſiuit Balaã filiũ Beor ariolũ, ut ueniret & malediceret Iſrael. Quod cum ille, deo prohibẽte, facere nõ poſſet, tandẽ dixit. Veruntamẽ pergẽs ad ppm meũ dabo conſiliũ, qd' ppus tuus huic populo faciet. Poſtmodũ ſcriptũ ẽ, & fornicat⁹ ẽ popul⁹ cũ filiabꝰ Moab q̃ uocauerũt eos ad ſacrificia ſua. At illi comederũt & adorauerũt deos eaꝝ initiatusq; eſt Iſrael Beelphegor. Magnũ illud fuit incẽdiũ, magna libidinis flamma, q̃ cõcremauit populũ. Et qd illi hoẽs ſiue illæ filię Moab, niſi regis Idumęę oſſa fuerũt? Quis em ẽ rex Idumęę, niſi ſpũs ſupbię, q dicant ſup oẽs terrenos. i. deditos cupiditati terrenę, ſcdm nomẽ Idumææ? Nam ꝙ p ſpm ſupbiæ peruenerint ad illud incẽdiũ carnis ſuæ, unꝰ ꝑ exemplo eſt, de quo ſciptura refert. Et ecce unus de filijs Iſrael intrauit corã fratribus ſuis ad ſcortũ Madianitẽ, uidẽte Moſe & omni turba filiorũ Iſrahel, qui flebant ante fores tabernaculi. Magnæ nimirũ erat ꝑcacitatis & ſuperbiæ, tali in tẽpore, cũ iã dixiſſet dñs ad Moſen. Tolle cũctos pricipes populi, & ſuſpẽde eos cõtra ſolẽ in patibulũ, itẽq; Moſes ad iudices Iſrl' occidat unuſqſq; proxios ſuos, q incitati ſunt Beelphegor, & ob iſtã cauſam flerẽt filij Iſrl' ante fores tabernaculi, magnæ (inq̃) erat procacitatis, & intolerabilis ſupbiæ, uirũ ad ſcortũ in

Iud. ii

CAP. II.

Rex Idumeæ ſpiritus ſuperbiæ.

gredi, in contemptū iræ celestis, uidentibus cūctis ¶ Quo ergo meli⁹ noīe dignitas ꝓphetici ſpūs fornicatores eiuſmodi nūcuparet, q̄ oſſa regis Idumææ. Nunqd filios Iſrael debuit, nūcupare? Eqdem ambobus, ſcilicet Balaā & Balac cōmune cōſiliū, et una fuit intentio, incendere filios Iſrael, ſicut in Apocalypſi comemorat dicēdo, qa habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balac mittere ſcandalū corā filiis Iſrael, edere & fornicari ſed non ita ſcandalizare ipos potuit filios iſrael, ſicut ſcandalū mittere coram filiis Iſrael. Aliud nanque eſt ſcandalū uidere corā ſe, aliud ſcādalizari, & ardētis ſcādalo libidinis inflāmari. Vnde ſicut hi qui eiuſmodi ſcandalo nō utunt, recte mēbra dicūtur & ſunt Chriſti regis gloriæ, ſicut econtra illi qui taliter ſcandalizati uel ſuccenſi ſunt mēbra dicunt, & ſunt principis huius mūdi regis Idumęæ. Cōuenientius aūt hic dicūtur oſſa q̄ mēbra, licet & mēbra ſint uel habeāt oſſa, qa uidelicet ignis genuin⁹ oſſibus ac medullis inſit⁹ eſt, q tūc adhibita ſoris palea, ſcilicet filiabus Moab & Madian, illicito flāmauit incendio, Tale nimiꝝ feciſſe incēdiū ſcelus eſt, ea pręſertim intētione, ut offenſus recederet deus ab Iſrael, & ꝓ hoc recte redarguit, ut ſceleratus Moab. At uero ut iuxta ſupra dictā Hebræoꝝ opinionē, oſſa mortui hoīs igne materiali uſq; ad cinerē incenderet, neſcio utrū pro magno haberi potuerit ſcelere, cū fere apud oēs gētes ſolēne fuerit, corpora mortuoꝝ uſq; ad cinerē cōburere cineresq; ipſos ſepelire. Hinc & ſepulchra dicūtur buſta, uidelicet à cōbuſtione ut conbuſtorū cadauerū cōtinerēt reliquias. ¶ Rurſus ad illā generationē q̄ dōm crucifixit, propter qđ & omnia mala ꝑteriaꝝ generationū uenire debuerūt ſup eā, iſtud quoq; ſcelus talis incendij ꝓtinere nō dubiū ē. Ipſi enim & Moab & Idumęi recte dicunt et ſunt. Moab quippe interꝑtatur ex ꝑe, q̄ aūt ipſi ex patre ſint uel fuerint dōs oſtendit dicēs. Vos ex ꝑe diabolo eſtis. Ipſi incēderūt oſſa regis Idumęæ, imò et oſſa ipſi regis fuerunt Idumææ, regis omniū filiorū terrenitatis & ſuperbiæ oſſa incēſa libidinis igne, teſtante Eſaia q generationē illam ꝓſpiciēs. Audite (inqt) uerbū dōi principes Sodomoꝝ, ꝓcipite auribus legē dei mei ꝑſ⁹ Gomoræ. Idcirco ſicut peccati Moab plenitudo, ita et pœnę eiuſdē ſup generationē illā uenit adimpletio. Nā q̄ dicit, et mittā ignē in Moab, et deuorabit ædes Carioth, q̄d nomē erat citatis in Moab et morietꝰ in ſonitu Moab, et clangore tubæ et diſperdā iudicem de medio eius, et oēs principes eius interficiā cū eo, Quis neſciat totū Romano pactū eſſe excidio? De tribus ſceleribus et de quatuor et de eo qđ dicit, nō cōuertā eū, et ſępe dictū et ſępe repetere faſtidioſum ē. Sequitur. ¶ Hec dicit dōs. Super tribus ſceleribus Juda, et ſuper quatuor nō cōuertā eū, eo quod abiecerit legē domini, & mādāta eius nō cuſtodierit. Deceperūt eū eos idola ſua, poſt que abierūt patres eorū. Et mittā ignē in Juda, & deuorabit edes Hieruſalē. ¶ Ecce & in iſto nulla eſt diſtinctio gētilis & Iudei, Sermo diuinus, iudex æquus, nulli ꝑſonę parcit, dū Iudā ęque ut Syrū, ut Allophylū, ut Tyrū, ut Idumęū, ut Ammonitē, ut Moabitē, librata ferit ſententia iudtn, nec in pœna diſtīgit, quos culpa cōiunxit. Quod ſi ſubtilitas ſcripturę rationis, qs dignius debet puniri, q̄ illi, qui nō tantū naturalē, ut cętere gētes, ſed ſcriptā q̄q; legē accepit? Vnde notādū, ꝙ prędictis gētibus nō exprobrat abiectionē legis dei, & cōtemptū mādatoꝝ illius, ſed uiolationē ꝓprioꝝ uiſcerū, & ꝙ ſine affectione, abſq; miſericordia, cūcta crudelia fecerint, nullū habentes reſpectū cōmunis humanitatis, nullū ſaltē attēdentes affectū notæ ꝓpinqtatis Iudæ aūt exprobrat ꝙ abiecerit legē dōi & mādata eius non cuſtodierit. Quæ quia abiecit, atq; cōtempſit ordinē & uiā, deceperūt eū Idola ſua. Quāuis eīm dicit, deceperūt eū Idola ſua, nihilominus & illud cōſtat, qa nō potera ante ab Idolis decipi, niſi legē dōi repulliſſet & mādata eius nō feciſſet. Hæc ſunt Idola, poſt quæ abierūt ꝑes eoꝝ in Aegypto, bouis, Aegyptij ſimulachra fugiētes & adorantes Beelphegor, & colētes Aſtaroth & Baalim. Nec uero leuiter decepti fuerūt, ſed adeo pro Idolis ſuis inſanierūt, ut ꝓphetas occiderent reges eoꝝ, & ſanguine innoxio replerēt Hieruſalē uſq; ad os. Vnde & cōminatur dōs, in Iudā ſe ignē fore miſſuꝝ, q deuoraret ędes & fādamēta Hieruſalē, ꝙ & factū ē. Quod ſi oīa uenire debuerūt ſup generationē illā a ſanguine Abel iuſti (ſicut iā læpe diximꝰ quāto magis iſta, quæ hic Iuda feciſſe culpatur? Nempe itadiximus & dicimus, omnia uenire ſuper generationē illā, quæ paſſi ſunt ſancti a ſanguine Abel iuſti, qbuſcūq; gētibus uel hoībus ſanguinē iuſtū effundentibus. Vt illū maxime ſanguinē, quē Iuda effudit, illic redūdare non

Apoca. 2

Iudæi carnales dicuntur.

Iolan: 8

Moab.

Eſai. 1

igno

ignoremus. Vtrunq; nāq; dixit dñs: Væ(inquit)uobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ,qui ædificatis ſepulchra prophetarū,& ornatis monumēta iuſtorū,& dicitis: Si fuiſſemus in diebus patrū noſtrorū,nō eſſemus ſōcij eorū in ſanguine prophetarū. Itaq; teſtimonio eſtis uobiſmetipſis,quia filij eſtis eorū qui prophetas occiderūt. Et uos implete menſurā patrū ueſtrorū,ſerpētes,genimina uiperarū,Hoc nimirū generatiōi illi dixit de patribus illis,quorū & ſecūdū carnē & ſecundū iniquitatē poſteri fiue hæredes homicidæ Iudæi fuerūt:qui ipſum,qui hæc loquebatur poſtea Chriſtū occiderūt. Iterū ut ueniat(inquit)ſup uos oīs ſanguis iuſtus qui effuſus eſt ſup terrā à ſanguine Abel iuſti,&c. Prius nimirū fuſus fuit ſanguis Abel iuſti,q̄ fierēt patres,quorū de carne genitos ſe eſſe gloriantur Iudæi. Ergo & cæterarū gēntiū,de quibus iā ſupra dictū eſt, & Iudæ,de quo nunc ſermo eſt,ſcelera uel mala ſuper generationē illā uenire debuerūt. Igitur ſuper tribus ſceleribus Iuda,& ſuper quatuor non conuertā eū,id eſt,iniquū filiorū cœtū,qui per uerticē Carmeli deſignatur,derelinquā propter ſcelera patrū,quorū ipſi menſurā impleuerūt:factū eſt & qđ hic in prophēta dicit dñs: Mittā ignē in Iudā,&deuorabit ędes in Hierūm,et qđ p ſemetipſum ait idēdñs, Ecce relinquetur uobis dom⁹ ueſtra deſerta:&fere nemo eſt q hoc factū eē neſciat. Seq̄t

Mat.23

L. Hec dicit dominus. Super tribus ſceleribus Iſrael, & ſuper quatuor non conuertā eū, pro eo quod vendiderit argento iuſtū, & pauperē pro calciamētis, qui cōterūt ſuper puluerē terre capita pauperū, & uiā humiliū declināt, & filius ac pater eius introierūt ad puellā vt violarent nomē ſanctū meū, & ſuper veſtimētis pignoratis, accubuerūt iuxta omne altare, & vinū dānatorū bibebant in domo dei ſui. ¶

Circa montē Carmeli arduā quaſi aſcēſus uiā terimus,totiens eundo & redeūde illuc,quotiens dicit dñs, non couertā eū ſuper tribus & quatuor ſceleribus. Denicq; ubicūq; uel quotienſcūq; in hoc ordine ſcelerū ſiue ſceleratorū,nō cōuertā eū, audiuimus ſiue legimus: mōtē Carmeli,qui in exordio p̄ſcriptus eſt,ſubintelligimus,p q̄uē & ſuperbiā ſignificare dximus Iudaiſmi carnalis,ſecundū nomē ipſum Carmeli,qđ interpretat ſcientia circūciſionis, maximeq; illā generationē,q̄ ſaluatorē crucifixit. Sequētē nos lectorē (ſi qs eſt q legēdo ſequi,uel ſequēdo hæc legere uelit) fatigatū eſſe arbitramur,dū totiēs ad eundē Carmeli uerticē reuertimur:uelut ſi alte ſubrectū & nubibus imminēs caſtrū,in mōtis uertice,totiēs adire cogat anhelo ſpū. Verū quiſquis ille eſt,æquanimis ut ſit rogamus,iā finis eſt, circūductione hac uel recurſu nō fatigabitur ulterius. Sup tribus(inquit) ſceleribus Iſrael & ſuper quatuor nō conuertā eū. ¶ Memores propoſiti iā nos eſſe cōuenit,quo initio prophetę huius p̄miſimus, tūc dicturos eſſe nos cur terræmotus fecerit mentionē,quādo pro neceſſitate myſtice ſenſus inueniendi ſcrutaremur Carmeli uertice, uidelicet ubi p̄miſſo, uerba Amos,q fuit in paſtoralibus de Thecue,q̄ uidit ſup Iſrael in diebus Oziæ regis Iuda, & in diebus Hieroboam filij Ioas regis Iſrael,ſubiunxit atque ait,ante duos annos terræmot⁹. Tūc Hebræi terræmotum accediſſe memorant, qñ Ozias rex Iuda indebitū ſibi uindicās ſacerdotium lepra in fronte pcuſſus eſt. In cōmemoratione ergo terræmotus mentionē quoq; ſecit lepræ illius. Cur hoc? Iccirco uidelicet,qa frons Oziæ regis,q̄ ſublimior atq; erectior eſt, pars corporis idem ſignificat qđ hic uertex Carmeli, & leprā frontis, id eſt, qđ ſiccatio uerticis Carmeli,ſcili cet abiectionē ſuperbiētis & elatæ generatiōis q̄ dñm crucifixit. Sicut i Maria ſorore Moſi,qñ cōtra Moſen ſuperbiēdo murmurauit,& ob hoc plaga lepræ pcuſſa ē,ita & in rege Ozia,q ſacerdotiū ſuperbiēdo uſurpauit,& ob hoc lepra in fronte pcuſſus eſt:una eadēq; ſignificatiōe ſuperbiæ illius generatiōis. Differt tñ in eiſdē ſignificatio peſtis eiuſdem. Maria nāq; propter lepræ immūditiā ſeparata ſeptē diebus extra caſtra,& poſtea reuocata recipiēdā nouiſſime ſignificat ſynagogā, ab infidelitatis lepra curatā, cū plenitudo gētium intrauerit,ſicut apl̄us ait, Ozias aūt leproſus pmanēs uſq; ad diē mortis ſuę,incurabile ſignificat peccatū eiuſdē ſynagogæ pro parte illius ſępedictæ generatiōis & oim Iudæorū q nūc interim uita excedūt leprā habētes ppetuā:nec in hoc ſeculo nec in futuro curandā. Et Ozias quidē fortitudo dñi interpretat,ſed hoc nomē generatiōi illi nō niſi p antiphraſim,fiue per ironiā cōgruit,qa fallit quaſi fortiter agēs,dū blaſphemādo Chriſtū,deo ſeſe obſequiū p ſtare profitetur, filius eius Ioathan,q̄ interpretatur dñi cōſummatio fiue perfectio, regens domū regis leproſi, iuniorē ſignificat ex gētib⁹ pp̄lm cōſummatę & perfectę fidei,cui datū

Terræmotus tēpore Amos

2.Para.26

Nume. 12

Ro.11.

Mat.13

Matt. 21 eſt regnū dei, ſicut ꝓdixerat dñs. Auferet à uobis regnū dei, & dabitur gēti facienti fructus
eius. Nec illud à myſterio uacat, ꝙ illa plaga lepræ in ſummitate regiæ frontis cū terræmo
Mat. 27 tu accidit. Sic etenī qñ infelix generatio tali ſeſe lepra danauit, dicendo, Sanguis eius ſuper
nos & ſup filios noſtros, dño poſtmodū ſpñ tradēte, terra mota ē: & deinde ad excidiū gen
tis eiuſde Romanus orbis cōmot⁹ eſt. Interim cōſtat prophetā, ſynagogæ unā eādēq; abie
ctionē ꝓpter ſuperbiā paucis in uerbis, & ꝙ lepram regiæ frontis, & ꝙ ſiccitatē denotaſſe uer
Carmelus du- ticis Carmeli. Sunt aūt duo montes qui uocantur hoc noīe, alter in q̄ fuit Nabal Carmelus
plex. marītus Abigail, ad auſtralē plagā: alter iuxta Ptolomaidē, mari imminens, in quo Helias
3 Regū. 18 propheta flexis gentibus pluuias impetrauit. Carmelū hūc, ubi poſt ſiccitatem triū annorū,
& ſeptimiſſis pluuia data eſt hic placet intelligi. Nec enī dubitandū eſt ſpiritum ſanctū in ꝓ
pheta loquentē, rem geſtā reſpexiſſe illius miraculi, quod ante annos nō ualde multos acci
derat filijs Iſrael, nimirū in figura ſicut & cætera fere omnia. Quid enim fuit, quod Helias
cœlū clauſit, niſi quia Chrūs Apſtōr ora ſynagogæ peccatrici occluſit, & populo, qui illū
reiecit & receſſit, relicta illis ſiccitate & fame audiendi ſiue intelligendi uerbū dei? Itē qd eſt,
Mat. 12 qđ rurſum orante Helia in uertice Carmeli, facta eſt pluuia grandis, niſi ꝙ rurſus recipiet Iſ
Septē uindictę ignis, uxta ſep tē gētes hic po ſitas. rael rorē fidei, pluuiāq; ſalutis, cū plenitudo gentiū uenerit? Tanta nunc interim eſt infide
litatis ſiccitas, quantā merētur ſcelera tria, & quatuor ſtiens hic repetita: quæ cum ſeptem
ſint, illos arbitramur eſſe ſpūs, de quibus in euangelio dñs, prēmiſſo, cū immundus ſpūs ex
ierit ab homine, ita concluſit. Et nunc uadit, & aſſumit ſeptem alios ſpūs nequiores ſe, &
ingreſſi habitant ibi. Item, pœna propter eandē infidelitatis ſiccitatē tanta eſt, quantā intel
ligi oportet per ſeptem ignis uindictas in hac lectione ordinatas, pœna uniuerſalis, pœna
interminabilis, ſecundū ſignificationem numeri ſeptenarij, numeri inſolubilis. Quia uideli
cet, ſicut ſcelera omniū gentiū, ſic & uindictæ ſuper illā generationem uenerunt omniū gē
tium, quæ cū ꝙ ſanguinē iuſtū fuderunt. Notandū quippe, ꝙ tantum hic in octauo loco,
cū dicitur ſuper tribus ſceleribus Iſrael, non repentur uindictæ ignis, ut (ſicut iam dictum ē)
tantummodo ſeptem ſint quo numero ſolet uniuerſitas ſignificari. Simulq; ſciendum ſep
tem tantūmodo gentes hic eſſe nominatas, quia uidelicet Iuda & Iſrael gens una eſt natu
ra, ſed ſciſmate diuiſa, ex quo ſcidit Hieroboā decem tribus à domo Dauid, & à regia tribu
Iuda. Ad illā maiorē ſciſſionis partē, id eſt, ad decē tribus quæ uocantur Iſrael, hic prophe
tare miſſus erat, & iccirco ultimū poſuit Iſrael, ꝙa de illo uel contra illū plura dicturus eſt.
Scelera Iſrael. Septē igitur gentes ſeptem gentiū ſcelera, ſeptemq; ſcelerū uindictas igneas hactenus pro
poſſe tranſegimus: nunc tandem cauſas Iſrael in iudicio domini audiamus. ¶ Prætermiſſo, ut
in cæteris, ſuper tribus ſceleribus Iſrael, & ſup quatuor non conuertam eum, protinus ait.
Pro eo ꝙ uendiderit pro argento iuſtū, & pauperē pro calciamentis, qui cōtriuit ſuper pul
uerē terræ capita pauperū, & uiā humiliū declināt, & filius ac pater eius introierūt ad puellā
ut uiolarēt nomen ſanctū meū, & ſuper ueſtimētis pigneratis accubuerūt iuxta omne altare
& uinū damnatorū bibebant in domo dei ſui. Mirū fortaſſe cuius uideatur, quod in exor
dio ſcelerū Iſrael, aliud ponere maluit, q̄ illū (quo ſordebat tunc temporis Iſrael idololatriæ
Vendidit pro argento iuſtū. cultū, præſertim, cū præter cætera nimis graue atq; irremediabile eſſet ſcandalū in uitulis,
duos fecit Hieroboā: à quo peccato poſt illū nullus receſſit regū Iſrael: At uero pulchrum
Gene. 37. & ualde ordinatū eſt, hoc primū poni, ꝙ uendiderit argēto iuſtū, quia uidelicet primū in il
la domo peccatū hoc admiſſum eſt, cuod filij Iacob (qui & Iſrael) uendiderūt Ioſeph fratrē
ſuū. Tunc utiq; uendiderūt argento iuſtū. Et in illa nimiꝝ uenditiōe duplex fuit culpa, ꝙa
& frater eorꝝ, & iuſtus erat. Vendiderūt aūt eū uiginti argenteis. Quantū erat hoc tot fra
tribus pro precio fratris iuſti? Cū eſſent decē (ipſi uenditores, undecimi (Beniamin qppe
duodecimus, idēq; paruulus, nō erat illic) nō niſi duo argentei potuerunt obtingere ſingu
lis. Bene ergo, cū dixiſſet, ꝙa uendiderūt iuſtū argento, addidit, & pauperem pro calciamē
tis, ꝙa uix uix calceos, qualerent, cōparare ſibi potuerūt ſinguli de precio tantæ uenditiōis.
Hoc ſcelus ſic inceptum in illa gente, in tantū proceſſit, ut Chriſtū ſumme iuſtū & ſanctum
ſanctorꝝ, Iudæi & uerendari perſuaderent & ipſi emerent triginta argēteis, quo uidelicet
precio cum referente Iuda recepiſſent eos, non potuiſſet ſaltem Caiphas, pontifex illius an
ni, ſatis inſigniter calciari. At uero potuerūt oēs exinde diſcalcari, ꝓdendo locū & gentem

& gloriā

& gloriã tẽpli, qua incedebãt nimis ſuperbe calciati. Proſequẽs propheta. Qui cõterũt (ait) ſup puluerẽ terræ capita pauperũ, & uiã humiliũ declinãt: Hoc facere nimirũ ſuperboꝝ ẽt ꝑſertim cũ manifeſte prohibeat lex pauperẽ opprimi. Lex (inquã) primũ data illis, q̃ max i me pauperes fuerũt, & per miſericordiã dei de Aegypto paupertatis camino exierãt. Ho c fecerant ipſis Aegyptij, ſubigẽdo eos operibus duris Iuti & lateris & cõtriuerãt capita ipſo rũ ſup puluerẽ terræ, id eſt, plus q̃ puluerẽ terræ. Illoꝝ uidelicet Aegyptioꝝ fuerat, uiã hu miliũ declinare, q̃d pulchre & breuiter ſcriptura innuit, dicẽte Ioſeph. Cũ, inquit uocauerit uos Pharao & dixerit quod eſt opus ueſtrũ, reſpondebitis. Viri paſtores ſumus ſerui tui ab infantia noſtra uſq; in preſens & nos & patres noſtri. Hæc aũt dicetis, ut habitare poſſitis in terra Geſſen, quia deteſtantur Aegyptij oẽs paſtores ouiũ. Nonne ergo ipſi in Aegyptios cõuerſi ſunt, cõterẽdo capita pauperũ, & declinãdo uiã humiliũ? Nẽpe & illud ſcelus apud eos in tantũ proceſſit, ut Chriſti panperis & ſingulariter humilis caput & frontẽ lingua in iurioſiſſima, nimiſq; cõtumelioſa uerberarent & cõtererẽt. Exẽpli gratia, cũ dicerẽt: Vnde huic ſapiẽtia hæc, & uirtutes? Nõne hic eſt fabri filius? Nõne mater eius dicitur Maria? & fratres eius Iacobus & Ioſeph & Symon & Iudas? & ſorores eius apud nos ſunt? & his ſi milia? & filius (inquit) ac pater eius introierũt ad puellã, ut uiolarent nomen ſanctũ meum: & hoc nimirũ ſcelus eſt & abominatio deteſtabilis, damnata p iuſtã ſententiã legis dicẽtis: Qui dormierit cũ nouerca ſua, & reuelauit ignominiã patris ſui, morte moriantur ambo, ſanguis eorũ ſit ſup eos. Hoc primus in illa gente feciſſe legitur Ruben, qui abijt & dormi uit cũ Bala concubina patris ſui. Verũ hoc patri quoq; imputari non poteſt cũ dicatur, & fi lius ac pater eius introierũ ad puellã, ut uiolarent nomen ſanctũ meũ, quia ſolus filius hoc ſcelus perpetrauit, pater aũt iniuriã paſſus eſt, & ipſe uindicauit. Effuſus es (inquit) ſicut aq̃: nõ creſcas, q̃a aſcẽdiſti cubile patris tui, & maculaſti ſtratũ eius. Porro ſcelus hoc ipſum in poſteris non dubiũ eſt excreuiſſe, cũ præuidens Eſaias dixerit illos principes Sodomoꝝ & populũ Gomorrhæ. Nempe ni hil eoꝝ quæ fecerant Chananæi, ꝑterierunt Iudæi. Alioꝗ quin nõ eos euomuiſſet terra illa ſicut & Chananæos euomuerat deo iudice: q̃ ubi hoc ſce lus ut cętera, interdixit, tandẽ ait. Cuſtodite leges meas atq; iudicia, & facite ea, ne uos euo mat terra, ad quã intraturi eſtis & habitaturi. Nolite ambulare in legitimis nationũ, quas e go expulſurus ſum ante uos. Omnia em̃ hæc fecerunt, & abominatus ſum eas. In hoc ſce lere uiolationẽ aſſerit eſſe ſanct inominis ſui, quia uidelicet fœdare patrẽ fœditate eiuſmo di ſicut Abſolon quoq; fœdauit patrẽ ſuũ Dauid, uiolare eſt nomẽ ſanctũ eius, ex quo ois paternitas in cœlo & in terra nominat. ¶ Et ſuper ueſtimẽtis (inqt) pigneratis accubuerũt iuxta oẽ altare. Nimirũ pign⁹ paupis ſaltẽ retinere, cõtra legẽ eſt. Nã in lege dñs dicit. Sin aũt paup eſt, nõ prouocabit apud te pignus, ſed ſtatim redde ei añ ſolis occaſum: ut dormi ens in ueſtimẽto ſuo bñdicat tibi, & habeas iuſtitiã corã dño deo tuo. Quãto magis ſcelus ẽ ſup ueſtimẽtis pigneratis accubare, & hoc iuxta oẽ altare? Duplex nãq; crimẽ in hoc deno tatur, ſcilicet et turpitudo libidinis, et ſeruitus idolatriæ. Intelligitur nãq;, q̃d paſſim haben tes altaria, fingentes uituloꝝ ſimulachra, & adorãtes Beelphegor, et colentes Aſcaroth & Baalim, cæteraq; deoꝝ & deaꝝ portẽta, funibus tenderẽt ueſtimẽta pigneratа iuxta omni um illoꝝ altaria, et facerẽt pãrapetaſmata. i. uelamina, quo fornicãtes in tẽplo null⁹ poſſet aſ picere, et inebriati ac libidini ſeruiẽtes, etiã ipm uinũ q̃d bibebãt, nõ de proprio labore, ſed de calũnijs emerẽt. Vnde et protinus ait, et uinũ damnatoꝝ bibebãt in domo dei ſui: Hoc faciebant in phano dei ſui, ut quos putabãt deos, turpitudine ac ſtupris polluerẽt. ¶ Huius quoq; ſceleris mẽſurã in ueſtimentis pauperũ detinẽdis Iudæi ſic impleuerũt, ut ſaluatorẽ tradẽtes, ſcripturã pariter implerẽt dicẽtẽ. Diuiſerũt ſibi ueſtimenta mea, et ſuper ueſtimẽ ta mea miſerunt ſortem. Tunc uinum quoq; damnationis eius biberunt, iutxa quod ip ſe in pſalmo cõqueritur dicens. Et in me pſallebãt qui bibebãt uinũ. Neq; em̃ dubium eſt, ſeniores illos & pontifices, ebrioſos maximeq; illa nocte paſcali ebrios, cum dominũ no ſtrum cepiſſent, quaſi pro uictoria lætos, ſœcũdiores ſibi inuicem propinaſſe calices, & eo cuiq; alacrius uinum porrexiſſe, quo uiſus fuiſſet properantior atq; promptior miniſter il lorum, pro ſacrilega illorum uoluntate, ad comprehendendũ illum, ad tenendũ illũ, ad co hortandũ ſocios, ut caute ducerẽt illũ, ad inſultandũ illũ, ad cõgratulandũ principibus ſup

Exo. 1.

Gene. 46

Matt. 13

Leui. 20

1. Regũ 16. Ephe. 5 Deu. 12. Duplex ſcelus in ueſte pignorata.

Pſal. 21

Pſal. 68

hoc quaſi uictoribus magnis. Sequitur. Ego autem exterminaui Amorreum a facie eorum, cuius altitudo cedrorum altitudo eius, & fortis ipſe quaſi quercus, & cõtriui fructũ eius deſuper, & radices eius ſubter. Ego ſum qui aſcendere vos feci de terra Aegypti, & eduxi vos in deſertũ quadraginta annis, vt poſſideretis terram Amorrei, & ſuſcitaui de filijs veſtris in prophetas, & de iuuenibus veſtris Nazareos. Nunquid non ita eſt filij Iſrael, dicit dominus? Et propinabatis Nazareis vinũ, & prophetis mandabatis, dicentes: ne prophetetis. Mira & terribilis oppoſitio. Quorſum eñ tẽdit hec p oppoſitionẽ facta, exterminatiõis Amorræi & altitudinis eius cõmemoratio, niſi ut oſtẽdat deus ſeſe ex deuerſo ſtare & repugnãtẽ eſſe declinãtibus uiã humiliũ, & p ſuperbiã cõterentib⁹ capita pauperũ, quo pro ſcelere arguit Iſraelẽ factũ de paupere ſuperbũ? Ego aũt (inqt) exterminaui Amorræũ. Vtiq; poterat dicere, ego aũt ꝓpter ſuperbiã de cœlo deieci diabulũ. Amorræus nãq; amaricans interpretat, & diabolũ ſignificat, q totus felle odij & oĩs nequitiæ ſemp & incurabiliter eſt amar⁹, omniq; dulcedini diuinitatis oĩno cõtrarius. Hũc talẽ Amoræũ nimirũ de⁹ exterminauit, de terminis ſuis eiecit, & exterminatiõis eius immutabilẽ tenet ſniam, dicẽs in Pſalmo: Nõ habitabit in medio domus meæ q facit ſuperbiã. Nã ne dubites quẽ dicat Amorræũ illũ, inqt, cui⁹ altitudo cedroꝝ altitudo eius. Profecto illũ eſſe diabolũ alius propheta teſtat, dicẽs Pharaoni in ſermone dñi. Cui ſimilis factus es in magnitudine tua? Ecce Aſſur quaſi cedr⁹ in Libano pulcher ramis & frondibus nemoroſus, excelſusq; altitudine, & inter cõdenſas frondes eleuatũ eſt cacumẽ eius. Et ſubinde cedri nõ fuerunt altiores illo in paradiſo dei, abietes non adæquarũt ſummitatẽ eius, & platani nõ fuerũt æquales frondibus illius. Omne lignũ paradiſi nõ eſt aſſimilatũ illi. Ergo hic Amorræus diabolus eſt cuius erat typus ille Amorræus, quẽ occidit Iſrael, uiuente adhuc Moſe, cuius & Pſalmiſta meminit dicẽdo. Et occidit reges fortes Seon regẽ Amorreoꝝ, & Og regẽ Baſan. Iſti duo reges fuerunt Amorræoꝝ, quorũ Moſes in Deuteronomio reminiſcẽs: Solus (inqt) Og rex Baſan reſtiterat de ſtirpe gygantũ. Monſtrat lectus eius ferreus, q eſt in Rabath filioꝝ Ammon, nouem recubitos habẽs longitudinis, & quatuor latitudinis, ad menſurã cubiti uirilis manus. Vtrorũq; reminiſci cõuenit hic in uno Amorræi noĩe, ſcilicet & hominis regis ſuꝑbi, & diaboli omniũ regis ac principis: cuius nimirũ altitudo quaſi cedroꝝ fuit, imõ & cedrus oĩbus in paradiſo dei, id eſt, cũctis angelis poteſtatibus altiorẽ ſe eſſe uoluit, & fortis ipſe quaſi quercus, quia uidelicet ſub deo flecti & creatori ſuo cõtempſit eſſe ſubditus. ¶ Mira igitur (ut iã dictũ ẽ) & terribilis oppoſitio, cũ p̃miſſo pcto ſuꝑbiæ Iſrael declinantis uiã humiliũ. Ego (inqt) exterminaui Amorrẽũ, &c. Per hoc eñ terribiliť innuit, q elati in ſuꝑbiã infelices ludẽi, in iudiciũ inciderẽt diaboli, ſicut & Amoræus homo q (ut iã dictũ eſt) typ⁹ erat diaboli, q ſcilicet auferet illis regnũ dei, de q̃ Amorræus diabolus excidit, & tolleret eius locus ſiue terra, unde Amorræus homo deo exterminãte diſperijt. Cũ itaq; dicit, ego exterminaui Amorræũ, ſubintelligendũ eſt, & mutabilis nõ ſum, & ea quæ deſtruxi, nõ reædificabo, ita ut qui ſuperbos exterminare cõſueui, uobis ſuperbientibus & uiã humiliũ declinãtibus, nũc faueꝛe incipiã, pro eo q ſecundũ carnẽ filij Abrahæ eſtis? Nõ erit ita, ſed ſicut Amorræo, id eſt amaricante diabolo, propter ſuperbiã deiecto, multas manſiones in domo patris mei ſuſcitandis de terra humilibus, reſeruaui: & ſicut pcuſſo homine Amorreo & gygãte ſuperbo patribus ueſtris, cũ eſſent pauperes & humiles terrã eis dedi, ita uobis, qm̃ uiã humiliũ declinatis, regnũ dei auferetur, & dabitur genti humili facienti fructus eius: & locus quoq; ueſter terrenus & gens ſimul auferetur. Nomen quoq; Amorræi, id eſt amaricantis, nõne Iudæo cõgruit, qui totus in felle poſitus amaritudinis, ſicut ipſe Chriſtus ait, & Chriſtũ cui⁹ opera uidit & audiuit, & deum patrẽ eius odit? Vtranq; uindictã, unde tã pfati ſumus, breuibus uerbis p ſimilitudinẽ altitudinis cedri, ſiue quercus ſeſe intentare ſignificat, cũ ſubiungit. Et contriui fructus eius deſup, & radices eius ſubter. Fructus eñ Iudaici populi deſup, cœleſtia fuere dona dei: & radices eius ſubter, terrena fuere bona, In q̃bus cordis radicẽ fixit, qđ facere nõ debuit: & hunc utrũq; fructum domin⁹ cõtriuit quia (ſicut iã dictũ eſt) utraq; bona perdidit. In illo Amorræo, cuius terram ad tempus poſſeditis ita & fructus contritus eſt, pariter & radix, ut non ſolum terra eius tolleretur, ſed & ipſe ferro ſuccideretur, & omnis poſterita

Amorræus, diabolus

Pſa. 100

Ezech 31

Pſal. 134

Deuer. 3

Fortes q̃ſi qer.

Mat. 21

Iohĩ. 15

poſteritas eius deleri iuſſa eſt. Porrò & Amorræi diaboli tũc fructus deſuper cõtritꝰ eſt, qñ de cœlo in hunc aerẽ deiectꝰ eſt, tũc aũt radices eius cõterẽtur ſubter, qñ de iſto q̃q; aere ſuue mũdo, ubi male fructificat, imperfidoꝝ cordibꝰ penitꝰ euelletur, & in infernũ præcipitabitur. ¶ Vtraq; bona, q̃ Iſraeli cõtulerat, quæq; ꝓpter ſuperbiã ablaturus erat, hoc modo in gratis cõmemorat. Ego ſum inqt) q̃ aſcendere uos feci de terra Aegypti, & eduxi in deſertũ quadraginta annis, ut poſſideretis terrã Amorræi. Hoc nanq; beneficiũ terrenũ eſt. ¶ Et ſuſcitaui de filijs ueſtris ꝓphetas, & de iuuenibus ueſtris Nazaræos. Hoc beneficiũ cęleſte eſt, Nazaræos, i. ſanctos & prophetas de illa gente dñs q̃ multos ſuſcitauit, qui fecerunt fructũ regni dei. Quis hoc negare poſſit? Vtiq; nemo. Iccirco fidenter interrogat. Nunquid nõ ita eſt filij Iſrael, dicit dñs? Sciens q; illi reſpondere nõ poſſunt aliud, niſi q̃ ita eſt. Vtrũq; (ſicut iam ſupra dictũ eſt) perdiderũt, ſcilicet & cœleſte dei regnũ, de quo eſt multiplicitas prophetaꝝ & Nazaræoꝝ, id eſt ſanctoꝝ: & eũ, qui fuit Amorræi, locũ terrenũ. Verũ illa dona regni dei, ſicut nemo inuitus, nemo niſi uolens amittit: ita nec illi, Volentes nanq; amiſerunt, uolentes reppulerunt. Hoc eſt quod cõtinuo ſequitur, & propinabatis Nazarę is uinũ & prophetis mandabitis dicentes, ne prophetetis, Nazaræis nãq; habentibus ſuper ſe continentiæ uotũ, propinare uinũ & uoti reos facere, ſatis pro argumento eſt, nullũ uelle habere ſanctũ: & prophetis mandare ut non prophetarent, hoc nimiꝝ erat: non ſolum loqui, ſed etiã agere contra ſpiritũ ſanctum, qui loquebatur per os prophetaꝝ. Cũ autem ita ſpernerent cœleſte dei regnum, nihilominus tamen ſemper poſſidere uoluiſſẽt locum Amorræi terrenũ. Profecto ſupernæ iuſtitiæ nõ ſic erat complacitũ. Sed quid? Continuo ſequitur. ¶ **Ecce ego ſtridebo ſubter uos ſicut ſtridet plauſtrũ onuſtũ fœno, et peribit fuga a ueloce, et fortis non obtinebit uirtutẽ ſuã, et robuſtus non ſaluabit animam ſuã, et tenens arcum nõ ſtabit, et uelox pedibus ſuis non ſaluabitur, et aſcenſor equi non ſaluabit aiam ſuã, et robuſtꝰ corde inter fortes nudꝰ fugiet in illa die, dicit dominus.** ¶ Breuiter cũ dicit, Ecce ego ſtridebo ſubter uos, ſicut ſtridet plauſtrũ onuſtũ fœno, illud innuit q̃d retinere non quæant, illũ iã ſæpedictũ Amorræi locũ, ſed tranſmigrare debeat ad aliũ: q̃m cõtẽpſerũt illud quod melius eſt dei regnũ: ſicut fœnũ ſucciſum plauſtroq; impoſitũ ad cõburendũ, eo ꝙ ſit aridũ: & nullũ ex rore cœli iã poſſit cõcipere, uel reddere florẽ aut fructũ, porrò plauſtrũ ſtridens, eo ipſo ꝙ ſtridet & longe exululat, ſe metipſum onere prægrauatũ eẽ indicat. Illud ergo per hanc ſimilitudinẽ ſignificare uidet, ꝙ q̃ncunq; Iſrael ſuccidatur, & de terra ſua traſferatur, taliter fiat, ut ſciãt gentes longe per circuitũ, q̃a ſic eius promeruit iniquitas. Vnde ad Salomonẽ de huiuſmõi loquẽs dñs. Oĩs (inqt) q̃ tranſierit, ſtupebit, & ſibilabit, & dicet. Quare fic fecit dñs terræ huic, & domui huic? Et reſpõdebũt. Quia dereliquerũt dominũ deũ ſuũ, q̃ eduxit patres eoꝝ de terra Aegypti, & ſecuti ſunt deos alienos, & adorauerũt eos & coluerũt, iccirco induxit ſuper eos dominꝰ oẽ malũ hoc. Nimiꝝ hoc eſt dominũ quaſi plauſtrũ onuſtũ fœno ſtridere, & cauſas excidij uel captiuitatis illoꝝ latere nõ ſinere. ¶ Et q̃a plauſtrũ tardius procedit, arq; iccirco citius ab inſequentibꝰ ꝑt comprehendi, fœnũq; comprehenſum facile eſt diſpergi aut etiã igne ſuccendi, peribit (ait) fuga à ueloce, & fortis nõ obtinebit uirtutẽ ſuã. Hæc & cætera, ſi ad decẽ tribuũ, quæ tunc imminebat, captiuitatẽ reſpicimus, ſingula de ſingulis taliter intelligenda traduntur. ¶ Peribit fuga à ueloce, quẽ Hebræi Hieroboã filiũ Nabath intelligũt, q̃ prius in Aegyptũ fugerat. Hic aũt nõ ipſos principes, ſed domos eoꝝ & ſobolẽ accipiamꝰ. Et fortis nõ obtinebit uirtutẽ ſuã. Fortẽ Baaſa interpretaꝝ, q̃ fuit ad bella promptiſſimꝰ & robuſtus nõ ſaluabit animã ſuã, hũc Amri ſentiũt. Et tenẽs arcũ nõ ſtabit, de Iehu filio Nãſi, q̃ lorã regẽ Iſrael ſagitta percuſſit, dictũ putant. Et uelox pedibꝰ ſuis nõ ſaluabitur Manahen intelligũt, q̃ fruſtra feſtinãs regi Aſſyrioꝝ dona direxit. Et aſcenſor equi nõ ſaluabit animã ſuã: hũc Phaceæ filiũ Romelię interpretãtur, q̃ iũcto ſibi Syro, ſub rege Achaz Iudæ, multa uaſtauit. Et robuſtus corde inter fortes nudus fugiet in illa die, dicit dominus, ſolus Oſee, qui ultimus rex decẽ tribuũ fuit, & errantẽ populũ ad dei cultũ reuocare conatꝰ eſt, quaſi nudus egredietur de incendio. Nudũ aũt uocat, quia ſub ipſo decem tribus captæ ſunt? Hoc Hebræi autumant, ait beatus Hieronymus. ¶ Cæteꝝ ſi iſta quoque referre cupimus ad tempus illud, quod propheta proſpiciens in initio dixit, dominus de Syon rugiet

Iudæi & cœleſtia & terrena donaamiſerũt

2. Para. 7

Exoſitio Hebreorum.

4. Reg. 17 melior expoſitio.

&de

& de Hieruſalē dabit uocē ſuā, ſcz ad tēpus euangelicæ p̄dicatiōis, qđ extrema ſubſecuta ē captiuitas illi⁹ ppli, cœtus ille phariſaicus ſiue Iudaicus recte cunctis denotatur nominibus iſtis. Ille nanq; ueraciter & pro uera ſimilitudine, peccatis exigentib⁹ meretur fœnū dici: falſo aūt & prouana ſuimet eſtimatiōe uelox, fortis, robuſtus, tenēs arcū, uelox pedib⁹ ſuis, aſcenſor equi & robuſtus corde, ad tēpus potuit uideri. V ñ notādū & cōſideratiōe dignū ē, qa quotiens hic malū eis intētat p enūciatiua uerba hæc, ſtridebo ſubter uos, pibit fuga, nō obtinebit fortis uirtutē, nō ſaluabit robuſtus, nō ſtabit tenens arcū, nō ſaluabitur uelox, nō ſaluabit aſcenſor equi fugiet robuſtus corde: totidē uicibus, id eſt octies, V æ gr̄ationi illi, inclamat dn̄s noſter. V æ (inqt) uobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ, q̄ clauditis regnū cœlorū añ homines: uæ uobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ, q̄ comeditis domos uiduar̄, oſtentatione longa orātes: ue uobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ, q̄ circuitis mare & aridā, ut faciatis unū ꝓſelytū: uæ uobis duces cæci, q̄ dicitis, quicūq; iurauerit p tēplū, nihil eſt: q̄ aūt iurauerit in auro tēpli, debet: uæ uobis ſcribæ & phariſęi hypocritæ, q̄ mūdatis qđ de foris eſt calicis & parapſidis: intus aūt pleni eſtis rapina & immūditia: V æ uobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ, q̄ ſimilis eſtis ſepulchris dealbatis, q̄ à foris apparent hoīb⁹ ſpecioſa: intus uero plena ſunt oſſib⁹ mortuor̄ & omni ſpurcitia: V æ uobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ, q̄ edificatis ſepulchra prophetar̄, & ornatis monumēta iuſtor̄. ¶ Econtra reſpiciendū, qa totidē. i. octo uicibus ſanctos ſuos beatificat idē dn̄s. Beati (inqt) pauperes ſpū: Beati mites: Beati q̄ lugent: Beati q̄ eſuriūt & ſitiūt iuſtitiā: Beati miſericordes: Beati mūdo corde: Beati pacifici: Beati q̄ ꝑſecutionē patiunt ꝓpter iuſtitiā. Itē dānatiōis infeliciū q̄t uerba ſunt ſupius digeſta, ſtridebo ſuper uos, &c. totidē, i. octo beatitudinis ſanctor̄ p̄dicationes ſunt, qm̄ ipſor̄ eſt regnū cœlor̄, qm̄ ipſi poſſidebunt terrā, qm̄ ipſi conſolabuntur, qm̄ ipſi ſaturabuntur, qm̄ ipſi miſericordiā conſequentur, qm̄ ipſi deū uidebunt, qm̄ filij dei uocabuntur, qm̄ ipſorum eſt regnū cœlorum. ¶ Nec fruſtra & hic numerus octonarius in remuneratione piorum, & illic in dānatione conſideratur impior̄: qa ucz urraq; pars octaua mundi etate conſummabitur. & tūc manifeſte ſcietur, quia iudicia dn̄i iuſta & uera ſunt: nec ex parte, ut nūc ſed integre cognoſcetur, q̄ uero iudicio fiat uel factū ſit illud, quod hactenus itidē octo uicibus ait, non conuertam eum: quæ ſumma trium & quatuor ſcelerum uindicta eſt.

Octo væ contra ſcribas & phariſæos. Mat. 23

Octo beatitudines. Mat. 5

Octonarij numeri myſteriū

FINIS LIBRI PRIMI IN AMOS.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN AMOS PROPHETAM. COMMENTARI. LIBER SECVNDVS.

MAgna ualde, & nihilominus iuſta iudicia domini, maxima circa gentē Iſraeliticā admiranda ſunt: quia uidelicet gens illa, ſicut pro parte electorū cunctis gentibus inſignior, ita pro parte reproborum, cunctis coram deo & coram hominibus facta eſt uilior, damnata in præſenti q̄ in futuro ſeculo: & hæc iudicia ſunt quidē digne admiranda, ſed nō nimis importune ſcrutanda Scriptū eſt enim. Et qui nimius ſcrutator eſt maieſtatis, opprimetur ab ea. Quis porrò nimius ſcrutator maieſtatis eſt iudicandus, niſi qui extra q̄ debet, maieſtatē ſcrutatur? Certus quippe eſt locus in quo tantūmodo illā ſcrutari nobis conceditur, qui uidelicet locus ſancta ſcriptura eſt. In illa & per illam tantummodo licere nobis iudicia domini ſcrutari, Pſalmiſta teſtatur, cum dicit. In labr̄is meis pronunciaui omnia iudicia oris tui addendo nanque oris tui, contentum ſe eſſe indicat authoritate uel teſtimonio ſcripturæ ſacræ, quam utique locutum eſt os domini, & quis extra illam iudicia domini ſcrutatur, niſi qui proprij cordis ſuſpitionē teſtatur? Talis utiq; ſcrutator maieſtatis nimius eſt: unde & oppreſſus ab ea, diuerſas & cōtrarias in

Prou. 25

Pſal. 10 8

curri

currit hęreſes. Cõtenti igitur cõpetenti loco mentẽ beniuolã aurẽq; attentã diuinæ authoritatis uocib⁹ accõmodemus. Quæ profecto de oraculo ſancti ſpirit⁹ cũ admirãda ſubtilitate taliter proferũtur. ¶ Audite verbũ quod locutus eſt dñs ſuper vos filij Iſrael, ſuper omnẽ cognitionẽ quã eduri de terra Aegypti, dicẽs. Tantũmodo vos cognoui ex omnibus cognatiõibus terrę, iccirco viſitabo ſuper vos oẽs iniquitates veſtras. Nũquid ambulabunt duo pariter, niſi conuenerit eis? Nũquid rugiet leo in ſaltu niſi habuerit predã? Nũquid dabit catulus leonis vocẽ ſuã de cubili ſuo, niſi aliquid apprehẽderit? Nunquid cadet auis in laqueũ terre abſq; aucupe? Nũ quid auferetur laqueus de terra, antequã quid ceperit? Si clãget tuba in ciuitate, & populus non expaueſcet? Si erit malũ in ciuitate, q̃ dominus nõ fecit? Quianõ faciet dom⁹ deꝰ verbũ, niſi reuelauerit dom⁹ ſecretũ ſuũ ad ſeruos ſuos ꝓphetas. Leo rugiet, quis nõ timebit. Bñs deus locutus eſt, quis non prophetabit? ¶ Dicta hæc uere clariſſima & ualde ſplẽdida ſunt, ſed ſplendor & claritas eoꝝ propterea minus lucet, quia noſtrã caliginẽ patimur, & à nimia claritate lippiẽtes oculi reuerberãtur. Q̃ ſi ſenſum eoꝝ, ipſo aſpirãte cui⁹ dicta ſunt, aliquatenus cõſequi meruerim⁹, pfecto iudicia dñi nõ ſolũ humiliter, uerũetiã ſcienter laudare poterim⁹. Audite (inqt) uerbũ qđ locut⁹ eſt dñs ſuper uos filij Iſrael. Magna dicturꝰ iſte, paulo aſi Thecuites paſtor, & ſtatim cęleſtis rhetor, cõpetenter attẽtũ poſtulat auditorẽ, & hoc agit cũ cõmemoratiõe magni & noti bñficij, dũ p̃miſſo audite uerbũ qđ locut⁹ eſt dñs, ſubiũgit, ſuper oẽm cõgregationẽ quã eduxit de terra Aegypti. Scit nanq; qa maxime beneficiũ cõmemorãdo debet hoc effici, ut auditores, q iã poterãt eſſe attẽti, ſint etiã beniuoli. Locutus eſt aũt dñs dicẽs, tm̃modo uos cognoui ex oĩbus cognatiõibus terræ, iccirco uiſitabo ſuper uos oẽs iniqtates ueſtras. ¶ Iã ad iſtã dñi locutionẽ Iſrael impœnitẽs, nõ tñ impunitus ſeſe in ſua pœna erigit, & de ipſa pœna, quã diſſimulare uel abſcondere nõ p̃t culpã adhuc defendit, & gloriabũd⁹ dicit. Iccirco nos tantũ præ cæteris gẽtib⁹ à deo corripimur, ducti in oẽs gẽtes captiui, qa nos ſolos præ cæteris gẽtibus diligit, ſicut ipſe in ꝓpheta dicit. Tantũmõ uos cognoui ex omnib⁹ cognationib⁹ terræ, iccirco uiſitabo ſuper uos oẽs iniqtates ueſtras. Nõ enim ſicut in alijs nationib⁹ dñs patienter expectat, ut eas, cũ iudicij dies uenerit, in plenitudine pct̃oꝝ puniat, ita & in nobis ſtatuit, ut pct̃is nr̃is in finẽ deuolutis, tũc demũ in nos uidicet. Hoc mõ ſemetipſos corpore & anima captiui cõſolantur adhuc, ſed uere fruſtra, q̃ diu impœnitentes ſunt: neq; pct̃o abrenũciant pro quo puniuntur. Quo enim corripiendo deꝰ q̃ uiſitãdo iniqtates tẽdit dñs, niſi ut flagellis cõmonitus pct̃or, peccatũ agnoſcat, ueniãq; precetur ad meliora cõuerſus? Illud ofno intẽdit ut pct̃or in quo diſplicuit deo, diſpliceat etiã ſibi. Quòd ſi adeo rebellis ẽ & duræ ceruicis, ut flagellãdo id effici nõ poſſit, tũc demũ nõ iã ut p̃ pius, ſed ut iudex iratus cõtumacẽ foras mittit & abñcit, nullo mõ cõuenientẽ uel cõſentientẽ ſibi. Hanc intẽtionẽ ſuã deus notã eſſe uolens, poſt aliqua in hoc eodẽ propheta dicit. Vñ & ego dedi uobis ſtuporẽ dentiũ in cũctis urbib⁹ ueſtris, & indigentiã panũ in omnib⁹ locis ueſtris, & nõ eſtis reuerſi ad me, &c. Igitur tantis oppreſſus malis ille populus, non eſt unde ſe conſoleꝰ, dũ de pœna nequaq̃ ad correctionẽ eruditur. ¶ Et qa ſibimet in hoc blanditur quod dicit dñs, tantũmodo uos cognoui ex omnibus cognationibus, ſęueriori ſenſu hoc idẽ in ipſum taliter retorquendũ eſt. Ita uos cognoui (ait dñs) ex omnibus cognationib⁹, ut cognitione mei uos habere facerẽ, dando uobis legẽ ſcriptã, quã cęteris nõ dederã nationibus. Eſt autẽ dignum, ut ſeruus ſciens uoluntatẽ domini ſui, & nõ faciens, digna plagis uapulet multis: neſciens aũt, plagis uapulet paucis. Igitur uiſitabo ſuper uos omnes iniquitates ueſtras in ſtante iudicio, remota miſericordia, tanta cum ſæueritate, ut ne ſaltẽ cõmonitoriũ uobiſcũ ſermonẽ conſerre libeat. Quod ſi adhuc quæritis, ecce hoc ipſum q̃ rationabile ſit, per hoc ſimile intimo quilibet auri audienti, Nũquid ambulabunt duo pariter, niſi conuenerit eis? Vtiq; dicetis mihi, Non. Ad hæc inquam, Nos duo ſumus, ego qui arguo uel corripio deus, & Iſrael qui corripitur, nimirum non conuenit nobis, quia me corripientem deũ corrẽptus Iſrael non audit. In hoc nobis nimium diſcõuenit, quia ego arguo, ille ſe defendit. Ecce tot anni ſunt, & tot reges fuerunt, ex quo Hieroboam uitulos aureos fecit, miſi prophetas, & nullus conſenſit: nullus enim regũ à pct̃is Hieroboam receſſit Itẽ & per memetipſm

ueni, ar-

CAP. III.

Procax defectio Iudęorum in plagis.

Intentio dei corripientis.

Iſrael durius puniri debere q̃ cæteras gentes

Luc. 12

uenī,arguens & corripiens deus homo factus, Vos aũt iuſtificatis uos corã hominibus: & cũ ſitis infirmi,dicitis medico,nõ eſtu nobis neceſſarius. Igitur nõ pariter ambulabim⁹,ſed & Iſrael in Aſſyrios,& Iuda in oẽs gentes ductus captiuus,nulla per ꝓphetas aut p̃dicatores aliquos mei confabulatiõe dign⁹ iudicabit,qa ſcriptũ eſt, Ne effundas ſermonẽ ubi nõ eſt audit⁹. Q; ſi & adhuc ſimile uel exemplũ q̃ritur,Ecce aliud. Nunqd rugiet leo in ſaltu, niſi habuerit p̃dã? Leonis quippe narura eſt, q̃ diu prædã nõ inuenerit,ſilere:inuenta aũt ꝑda,rugire,quodcũq; illud ſit animal,rugitu tremefactũ & attonitũ concidat,& in prædam fortieri nõ tã patient q̃ impotenter cedat. Porrò;leo ꝓ ſimilitudinẽ de⁹ fortiſſimus eſt,cuius ire reſiſtere nemo p̃t. Præda uero ei⁹ eſt,oĩs elect⁹,q ubicũq; ſit,qm̃ aduitã eſt p̃deſtinatus, ab ipſo deo reqritur,ut ad uocẽ ei⁹ ſiue per angelũ,ſiue per prophetã,ſiue ꝓ ſcripturas auditã ille cõtremiſcat,diẽq; iudicij uel pœnã gehennalẽ pauẽſcens,tot⁹ humiliter ſuccũbat,penitentiã apprehendat:ficq; in patrẽ ei⁹ cedat,ut unus cũ eo ſpũs fiat,bñ deuorat⁹,iuxta illud Macta & manduca. Igitur qđ ait,Nũquid rugiet leo in ſaltu,niſi habuerit prædã,idẽ ẽ ac ſi dicat,Nũquid dignũ deo eſt,illic uerba facere uel illic ꝓphetã mittere,ubi ſcit nõ eẽ quẽ q̃ dignũ uitæ æternæ? Ad qđ cũ ratione exigente reſponderis,Nõ,cõſequenter,ut iuſtũ ẽ concedas eſſe dei iudiciũ,in eo qđ clauſit Iſraeli ora ꝓphetarũ,nullũq; ſuper eũ ſuæ prædicationis emittit rugitũ,¶ Hoc ipm & in ſuo aduentu attendit dei filius. Vnde & ſequtur. Nũ quid dabit catulus leonis uocẽ de cubili ſuo,niſi aliquid apprehẽderit? Catulus leonis Chriſtus eſt filius fortiſſimus dei fortiſſimi,ſcđm illud patriarchæ Iacob. Catulus leonis Iuda,ad prædã fili mi aſcendiſti. Cubile eius ſepulchrũ eius extitit,de quo idẽ cõtinuo ſubiungit. Requieſcens accubuiſti ut leo & quaſi leæna. Quis ſuſcitabit eũ? Vox quã dedit iſte catulus leonis de illo ſuo cubili,euangelij prædicatio eſt,quã cunctis gentibus auditã fecit,poſtq̃ de illo cubili,i. de ſepulchro exiluit,reſurgendo ex mortuis. Ait ergo. Nunquid dabit catulus leonis uocẽ de cubili ſuo,niſi aliquid apprehenderit? Ac ſi dicat. Nũquid euangeliũ ſuum iliis gentibus uel illis in locis prædicabit aut prædicari iubebit, ubi nullũ ſciat eſſe qui ad ſe pertineat,& ſuſcipere debeat gratiã prędicationis? Non utiq;,imò tacebit,& prædicatores ſuos illic uocẽ dare prohibebit. Hinc eĩm de ipſis prædicatoribus ſcriptũ eſt. Tranſeuntes aũt Phrigiam & Galatiæ regionẽ,uetiti ſunt à ſpiritu ſancto loqui uerbũ in Aſia. Cũ uenĩſſent aũt in Myſiam,tentebant ire Bythiniam,& nõ permiſit eos ſpũs Iheſu. Ibi ergo uel eo tempore uocẽ dat iſte catulus leonis, ubi uel qñ nouit inueniendũ eſſe quod apprehendat, id eſt,aliquẽ qui credendo ſaluus fiat. Vnde iterũ ibidem ſcriptũ eſt. Cũ aũt pertranſiſſent Myſiam,aſcenderunt troadẽ,& uiſio per noctẽ Paulo oſtenſa eſt. Vir Macedo quidam erat ſtans,& deprecans eũ,dicens. Tranſiens in Macedoniam adiuua nos. Vt autẽ uiſum uidit,ſtatim quæſiuimus proficiſci in Macedoniam,certi facti,quia uocaſſet nos deus euãgelizare eis. ¶ Interea notandũ eſt,quod præcedenti uerſiculo,cũ dicit. Nũquid rugiet leo ſignanter addit,in ſaltu,& tunc demũ ſubiungit,niſi habuerit prædã. Quod itidem ſubaudiendũ eſt,in hoc ſequenti uerſiculo,cũ dicit. Nunquid dabit catulus leonis uocẽ ſuã,ucꝫ in ſaltu? Quid eĩm per ſaltum intelligi oportet,niſi multiplicitatem generis humani,q̃ ſuper numerũ creuit,cuius abundantia tota ſylueſtris & ſterilis eſt? Leo quippe ſiue catulus leonis nõ ſaltũ,ſed in ſaltu aliquid apprehendere quærit,id eſt, deus ſiue Chriſtus dei filius nõ illos,quoꝝ ut naſcerentur cauſa peccatũ fuit,ſed tantũ filios benedictionis per legẽ ſiue per euangeliũ ſuũ requiſiuit & requirit,& ubi uel qñ requirere debeat,uel quinã illi ſint,ipſe nouit. Quos aũt dicimus filios benedictiõis? Nimiꝝ illos q̃s creatis primis hominibus benedicendo iuſſit naſci,ſicut ſcriptũ eſt. Et creauit deus hominem ad imaginẽ ſuam,ad imaginẽ dei creauit illũ,maſculũ & fœminã creauit eos. Benedixitq; illis deus & ait. Creſcite & multiplicamini & replete terrã,& ſubĵcite eã. Solos nimiꝝ electos ſuos tunc iuſſit naſci,& niſi peccatũ incidiſſit,ſoli nati fuiſſent uel naſcerentur electi. Quicũq; naſcuntur ſuper nũeꝝ electoꝝ,ut naſcantur,propter peccatũ fit,& peccatũ cauſa eſt multiplicitatis eoꝝ ſiue multitudinis:quia uidelicet propter peccatũ mulieri dñs dixit. Multiplicabo erumnas tuas & conceptus tuos. Iſta multiplicitas corã leone iſto,ſiue catulo leonis quidã ſaltus ẽ,in quo deuoluti ſunt & diſperſi errauerũt oẽs electi dei,ut nõ potuiſſent inueniri uel diſcerni,niſi magna uigilantia requiſiſſet eos deus uel filius dei tanq̃ famelicus leo,uel ut eſuriens catulus leonis. Igi

Leo deus,ꝑda electi.

Catulus leonis

Saltus ſuper-excrescens numerus hoĩm.

onis. Igitur tribus his uerſiculis. Nũquid ambulabũt duo pariter, niſi cõuenerit eis, nũquid rugiet leo in ſaltu, niſi habuerit prædã. Nunqd dabit catul⁹ leonis uocẽ de cubili ſuo, niſi aliquid apprehenderit: tribus (inquã) iſtis uerſiculis, recte intelligũtur, ſatis excuſatum arbitramur deũ, ꝙ nõ ſinẽ præiudicio dixerit totiẽs ſuperi⁹, nõ cõuertam eũ, & ꝙ perditõis aliquorum hoim cauſa nõ ſit eius ſilentiũ. Non em̃ propterea quia ſiluit ipſe, aliqui perierũt, ſed ꝓpterea: quia cõuerti nõ poterãt, cõtinuit ab illis uocẽ ſuã nõ ignorãs (ut ait Sapiẽtia (qm̃ inqua eſt natio eor̃, & naturalis malitia ipſor̃, & qm̃ nõ poterat mutari cogitatio illor̃ in perpetuũ: Semen em̃ erat maledictũ ab initio ¶. Sed forte dicit aliquis: Iſte idem catulus leõis ſuo ore dixit: Væ tibi Corozaim, uæ tibi Bethſaida: qa ſi in Tyro & Sydone factæ fuiſſent uirtutes quæ factę ſunt in uobis: olim in cilicio & cinere pœnitẽtiã egiſſent. Item: Quia ſi in Sodomis factæ fuiſſent uirtutes quæ factæ ſunt in te, forte manſiſſent uſq; in hanc diẽ. Cur ergo ſaltẽ illic leo nõ rugit qñ quidẽ erat ibi, qđ, apprehendere potuit? Verũ de hoc iam alibi diximus. Et iccirco non diu immorandũ eſt, breuiter tm̃ repetimus quia deus de tali illor̃ pœnitẽtia no curauit aut curare debuit, quænõ ageret ꝓ æterna ſalute futuri ſeculi, ſed prouitãda aduerſitate, ꝓ retinẽda proſperitate uitæ præſentis. Vt ergo uerba ꝓphetica ꝓſequamur ſciendũ prius eſt, quia ſicut ad ſpiritũ propheticũ ptinuit, iuſtificare deũ & excuſare de his qui pereunt: ita nihilominus ad eundẽ ptinuit, gratiã dei cõmendare in his qui ſaluifiũt. Hoc animaduerſo uideamus quid ſequit. Nũquid cadet auis in laqueũ terræ abſq; aucupe? O q̃uiliũ ſimilitudines reꝝ, q̃ precioſum prædicant ſacramentũ Propheta hic de paſtoralibus aſſumptus. qualia uidere uel agere ſolitus erat in paſcuis, talibus cõtentus eſt ad cõmendanda per aliquas ſimilitudines diuina myſteria, ſic incipiẽdo: Et luxerũt ſpecioſa paſtor̃, & deinde dicendo: dominus de Syon rugiet, & nũquid rugiet leo in ſaltu, & nũquid cadet auis in laqueum, & cætera his ſimilia quæ cuncta fere paſtoralia ſunt. Sufficiũt cœleſti magiſterio res ſiue inſtrumẽtum nõ ſolum piſcator̃, uerum etiam paſtor̃, ut per eor̃ ſimilitudines docti ſint & doceant cõueniẽter gloriam rer̃ cœleſtium. Nunquid cadet (ait) auis in laqueum terræ abſq; aucupe. Videlicet reſpondebitis nõ. Niſi em̃ auceps arte ſua laqueũ diligẽter tendat, & oñi ſatagat induſtria quatenus auem capiat, auis fugitiua ſemper & uaga prius fauces incurrit accipitris, ſiue columba ſiue turtur illa ſit aut certe turdus pinguis, pri⁹ (inquã) accipitri cedet in prædam, qũã ſua ſponte ad regis incliti deuoletmenſam, quã ergo gratiã prouidus auceps habeat illi cum ſuo illã laqueo cœperit? Vtiq; nullã ſed eiuſdẽ potius induſtriæ reſ oñis attribuẽda eſt. Sic ꝓfecto dum aĩam errantẽ & per uanitates & inſani as falſas uolitantẽ ueritas dei ſuo laqueo comprehenderit, ita ut cõſentiat ueritati, bene illaqueata uerbo ſalutis, cui cõtra dicere nõ poſſit, & idcirco nec etiam uelit, totũ gratiæ dei attribuendũ eſt, qui boni uerbi ſui laqueum tetendit, ut auicula uaga. ſ. anima prius deueniat in manũ dñi dei, q̃ fauces incurrat diabuli. Ergo per hãc ſimilitudinẽ uerſiculus iſte dei gratiam, ſequens autem dei potentiam efficaciam, efficacem dei cõmendat potentiã. Ait em̃ Nunquid auferetur laqueus de terra, anteq̃ quid cœperit? Hoc em̃ idem eſt, ac ſi dicat, deus intendens opus bonum, opus perfectum. Nunquid uerbum meum redibit ad me uacuum? Non utiq;, nam etiam in alio Propheta dicit ipſe. Et quomodo deſcendit imber, & nix de cœlo, & illuc ultra non reuertitur, ſed inebriat terrã, & infundit eam, & germinare eã facit, & dat ſemen ſerenti, & panem comedenti: ſic erit uerbũ meum quod egredietur de ore meo. Non reuertetur ad me uacuum, ſed faciet quæcũq; uolui & proſperabit in his ad quæ miſi illud. Secundũ ſenſum eũdẽ dictũ hoc accipiamus, ac ſi dicat Propheta. Sicut loqueus nõ aufertur de terra, anteq̃ quid capiat: ſic uerbum meum inuacuum nonibit, ſed in eo proſperabitur, ut oẽm elector̃ numer̃ ad me reducat Sed nunquit in collectione elector̃, q̃ per laquei captionem recte intelligitur, ſicut & per laxionem retium piſcantium ſola operata eſt uel operatur ſapientiæ ratio, & nõ etiã fortiſſimus iudicij terror auditus in oñi mũdo. Sequit ergo: Si clãget tuba in ciuitate, & popul⁹ nõ expaueſcet? Tuba nãq; belli ſignũ reuelationem iræ dei ſignificat uenturæ ſuper oẽm impium, quæ tunc temporis quidẽ nũciabatur uocibus legis & prophetar̃, tãdem autem reuelatur per Chriſti euangeliũ. Iuſtitia enim dei (inquit Apoſtol⁹) in eo reuelatur. Item: Reuelatur em̃ ira dei de cœlo ſup oẽm impietatem & iniuſtitiam hominum eor̃ qui ueritatem dei iniuſtitia detinẽt. Ergo ꝙ ait:

Sapientiæ. 12.

Obiectio Mat.

Solutio Supra in Oſee lib. 7

Aĩ aut auis uerbũ dei, ut laq⁹.

Eſa. 55

Roma. 1

ſi clanget tuba in ciuitate, & populus non expauescet, idem esse uidetur, ac si dicat. Quāuis uerbū uel sapiam dei comprehēdentē & simplices in simplicitate eor̄, & sapiētes in astutiā eor̄, per similitudinem laquei significauerunt: nequaq̄ tamen existimes, q̄ semper suppressē resonare, uel in angulis susurrare, & de humo audiri debeat uerbum dei. Sic enim terribiliter in toto audietur orbe, sicut tuba clangens in ciuitate, quam cum populus audierit, sine dubio expauescit. Porro ciuitas diaboli contraria ciuitati dei, neq; per subtilitatem laquei, neq; per terrorem tubę clangentis conuertit, ut resipiscat & effugiat irā dei, & propter hoc neq; in hoc seculo, neq; in futuro, malum deest illi, faciente iudicio dei. Sequitur ergo: Si erit malum in ciuitate, quod dominus non fecit? Et quidem in ciuitate illa, id est, in hoc mundo, q̄ in maligno positus est, malum esse non potest negari, sed q̄ dominus malum ipsum faciat, negare cōtendunt ciues eiusdem ciuitatis, dco rebelles & increduli, exempli gratia: Malū uenit in ciuitatem Samariæ propter uitulos aureos, quos fecit Hieroboam, cuius à peccatis nullus regum Israel recessit: illud uidelicet malū, q̄ Israel ab Assyrijs captiuus ductus ē. Malū itidē uenit in ciuitate Hierusalē, ut primū à Babylonijs: & deinde exciderētur à Romanis. Nonne huiusmodi malum dominus fecit. ¶ Etenim malum quidem, qđ est iniquitas, Dñs nō fecit: sed malum, quod est afflictio propter iniquitatē, domin⁹ induxit. Vnde hoc comprobari poterit? Ait: Quia nō faciet dominus deus uerbum, nisi reuelauit dominus secretum suum ad seruos suos Prophetas. Nimirū ad comprobandum q̄ dñs fecerit eiusmōi malū, magnū & euidens est argumentū, quod priusq̄ faciat illud, priusq̄ ueniat ipsum malum, dum adhuc in dispositiōe domini latet secretum, reuelat illud seruis suis Prophetis ut illi prænuncient futura, ut audientes aliqui metuant sibiq; caueāt, & fugiant, iuxta illud: Dedisti metuentibus te significationem, ut fugiāt à facie arcus. Sic nō fecit dñs deus diluuium, nisi prius reuelaret secretū suum ad Noe seruum suum. Sic non pluit ignem & sulphurem super Sodomam & Gomorram, nisi prius reuelaret secretum suum ad Abraham amicum suum. Sic non percussit Aegyptū, neq; submersit Pharaonem in mari rubro totum eⁱ⁹ exercitum, nisi prius reuelaret secretum suum ad Mosen seruum. Sic & de cæteris omnibus sentiendum, quęcunq; acta uel agenda sunt usq; ad nouissimam tubā, qua Personante ultimum celebrābitur iudicium: quia nihil actum uel agendum est, ita ut nō sit ante reuelatū. Itaq; nō erit malū in ciuitate, quod dominus nō fecit, quod exinde cōprobari potest, qa nō facit quicquàm dominus deus nisi prius ad seruos suos Prophetas secretum suum reuelauerit. Hæc isto dicente qui pastor fuit, subaudiendum est ac si dicat: quia malum in Israel faciet dominus, & anteq̄ hoc faciat, ad me seruum & Prophetā suum secretum suum reuelauit. ¶ Item & illud memoriter tenendum est, quia rebellis & cōtemptor Israel cum regibus suis, silentium indicebat Prophetis, sicut superius in persona sua dñs dixit: Et propinabatis Nazaræis uinum, & Prophetis mandabatis, dicentes: ne prophetetis. Est cui ex omnibus prophetis proteruius mandaret, quàm isti qui pastor fuit. Itaq; pecorum quidē pastor sed regum imperator forti anthoritate sese accingit, & dicit: Leo rugiet, quis nō timebit? Quam similitudinē ut quid arripuerit, sequenti protinus percunctatione aperit, cum dicit: Dominus deus locutus est, quis non prophetabit? Et enim hic sensus. Vos reges & principes, & superbi diuites, assueti estis mādare prophetis, & dicere, ne prophetetis. Quis est hic? Ego aūt dico uobis, qa loquente dño & dicēte, uade & propheta, ego ita quasi ad rugitū leonis timeo, & tacere nō audeo, & prophetādi necessitatē habeo, q̄uis uos reges, & ego sum pastor. Et quid uultis? Si iustū est in cōspectu dei uos potius audire q̄ deū, iudicate. Sed nū qd spectandū erat illi ad arbitriū siue iudiciū illor̄, q̄bus cōsuetudo erat mādare & dicere, prophetis, ne prophetetis? Nōne sēm uelle illor̄ nō deo potius q̄ hoībus, sed hominibus potius quàm deo putaret eē obediēdū? Nēpe deū pferre homini regi, rebellionē esse conserēt. Hinc em̄ longe inferius scriptū est, & misit Amasias sacerdos Bethel ad Hieroboam regē Israel, dicens: Rebellauit contra te Amos in medio domus Israel, non poterit terra sustinere uniuersos sermōes eius. Recte igit nō expectata respōsione, cū dixisset: Leo rugiet, quis nō timebit? Dñs deⁱ⁹ locutⁱ⁹ est, qs nō prophetabit? cōtestim ipſ̄m dñi rugitū, ipsam domini dei locutionem constanter adnexit: Auditum facite in ædibus Azoti, & in ædibus terre Aegypti, & dicite. Congregamini super ontē montē Samarie & videte insanias multas

Quod malum dicit dominus

Psal. 59
Gene. 9
ibidem 18
Exo. 34

Supra. 2

Amos. 5

Infra 7

multas in medio eius, & calumniam patientes in penetralibus eius, & nescierunt facere rectum, dicit dominus, thesaurizantes iniquitatem, & rapinas in edibus suis. ¶Propterea hec dicit dominus deus. Tribulabitur & circuietur terra, & detrahetur ex te fortitudo tua, & diripientur edes tue.¶ Hic est rugit⁹ leonis, hęc est locutio dñi terrentis Prophetam, ne tacere audeat, prophetare ne differat iubet ut annũciet Azoto & terræ Aegypti quæ sequũtur. Dicite (inquit) ut cõgregẽtur quæ in uicino sunt, & uideant scelera Israel, ne iniquum putent esse iudicium. Ac si dicat: Prius uidete quæ faciũt, & tunc meam sniam comprobate. Propter huiusmodi, sollicitudinẽ Moses sese habere oñ debat, qñ irato dño propter uitulum quem fecit Aaron, & dicẽte: Dimitte me ut iracsat furor meus cõtra eos, & deleã eos faciamq; te in gentẽ magnã, stans in cõfractione. i. in nimia cordis humilitate in cõspectu eius orabat, dicẽs: Ne quæso dicant Aegyptij, calide eduxit eos, ut interficeret in mõtibus, & deleret è terra: quiescat ira tua, & esto placabilis sup nequitia populi tui. Igit quoniã tũc, ut uidebat amico meo Mosi, nõ expediebat honori meo delere illos: ne tale quid dicerẽt Aegyptij: quia nondũ innotuerãt illis causę, ꝓpter ꝙs iuste deberẽ contra ppl'm meũ irasci: nũc insaniæ, quas faciũt, innotescãt & Aegyptijs & Azoto. i. Phylistijm, qui Israelis inimici sunt ꝓpetui: & uideant magnitudinẽ insaniæ, imò multas insanias in medio Samariæ, ut ꝓ deo adorẽt uitulos, & immolẽt filios suos, & ꝓterea calũniã faciãt in penetralib⁹ suis, ita calũniosi, ita iniusti, ut rectũ facere nesciãt. i. nullo mõ apꝓbẽt rectitudinẽ siue iustitiã. ¶ Deniq; hoc nescire, cõtẽnere est. Scdm hunc modũ Pharao non intelligens: nescio (inquit) deũ, & Israel nõ dimittã. Iudæi quoq; uidẽtes dñm & opera eius, qualia nemo alius fecit: nos scimus (aiũt) quia Mosi locutus est dñs, hũc aũt nescimus unde sit, Porro nescire istoꝝ ꝑsenti loco maxime cupiditas, quæ excæcat oculos etiã sapientiũ, fecisse innuit, cũ protinus subdit: Thesaurizãtes iniquitatẽ, & rapinas in ædibus suis. Quãtæ hoc dãnatiõis sit, uidelicet thesauros cõgerere de iniquitate & de rapinis: ꝑsertim in illo ppl'o q paup in Aegypto fuit, quẽ misericordia liberatoris dei de illo caminopauptatis eduxit nõ satis digne ꝑpt edici: Superbia hæc maxime detestabilis est in seruis illis de pauptate & seruitio redẽptis. Idcirco pulchre, cõgregamini (inquit) sup oẽm montẽ Samariæ, & uidete, mõtiũ noie, magnitudinẽ uolens intelligi supbiæ. Nã prouincia quidẽ Samariæ in mõtuosis sita est, sed ad cognoscendã dei iudiciũ dei iustitiã, plus ualet cõsiderare altitudinẽ Samaritanę supbiæ, q̃ terrenos siue locales mõtes Samariæ. Propterea tribulabit, ait, & circuiet terra, et detrahet ex te fortitudo Iudæ, et diripient ædes tuæ. Paꝝ esset dixisse, tribulabit et circuiet terra, nisi addidisset, et detrahet ex te fortitudo tua. ¶ Deniq; et ante tpa illa tribulata fuerat terra: tunc uidelicet, quãdo, sicut in libro iudicũ legimus, tradidit dominus Israel in manu Chusanrasathaim regis Mesopotamiæ, seruierũtq; ei octo annis: & tũc qñ cõfortauit aduersus eos Eglon regẽ Moab seruierũtq; ei octodecim annis: et tunc qñ tradidit illos in manu⁹ Iabin regis Chanaã, & ꝑ. xx. annos uehemẽt oppressit eos: & tũc qñ tradidit illos in manus Madian septẽ annis, & oppressi sunt ualde ab eis: & tũc qñ tradidit eos in manus Phylistijm et filioꝝ Ammon, afflictiq; sunt et uehementer opressi per annos octodecim. Tot siquidem uicibus, id est, quinquies tribulata fuerat terra: sed nondũ ex te ò Israel detracta fuerat fortitudo tua, nondũ eñ captiuus migraueras de terra tua. Nũc detrahet ex te fortitudo tua, & diripient ædes tuæ: quia captiu⁹ migrabis oñi tua supellectili captiuãtib⁹ Assyrijs in prædã cedẽte. Nã ac si quærat aliqs, ergo ne nullæ superũt reliquiæ, cõtinuo subiũgit. ¶ Hec dicit dominus, quomodo si eruat de ore leonis duo crura, aut extremũ auricule, sic eruẽtur filij Israel, qui habitant in Samaria in plaga lecti uli & in grabato Damasci. ¶ Reliquiæ istæ, uidelicet duo crura & extremũ auriculæ cuiuscũq; pecoris paruæ sunt: sed hoc prosunt erutæ de ore leonis, ꝙ ex eis ꝑpt agnosci quale fuerit pec⁹ q̃d leo deuorauit: utrũ ouis an uitulus, utrũ asellus an pull⁹ equinus. Quãuis quatuor sint crura transeuntiũ sub uirga pastoris: duo tñ crura pro iudicio sufficiũt, alteꝝ de añrioribus, alterũ de posterioribus. Sic inqt eruent filij Israel. i. magnę deuoratiõi multisq; moralib⁹ superunt aliqui, quorũ calamitas memorari faciet quid olim fuerit, qualẽ gratiã pro peccatis suis amiserit. Recordamur nũc illius in psalmo uersiculi. Deus ostendit mihi sup inimicos meos, ne occidas eos, ne qñ obliuiscant ppli mei, disperge illos in uirtute tua. Neq; enim dicum

Exo. 32

Nescire per cõtemptum. Exod. 5. Ioh. 9 Exo. 33

Reliquiæ Israel miseræ Psal. 58

ctum illud arbitramur tantūmodo de illa diſperſiõe Iudæoꝝ, quæ facta eſt imperio Veſpaſiani & Titi: uerū etiã de illa captiuitate decẽ tribuū, quæ tunc inſtabat & facta eſt captiuantibus Aſſyriis. Spūs, ꝓphetiæ captiuitatẽ utrãq; præuidit: quæ idcirco facta, ut nõ tm̃ uno in loco ſed in om̃i terra fidẽ gentiū cõfirmaret, & idcirco parseoꝝ tanq̃ duo crura aut extremũ auriculæ de ore leonis. i. de cẽde uaſtantiũ, eruta eſt, & uiuere p̃miſſi ſunt, ut etiã eoꝝte ſtimonio ſiue monimẽto dei iuſtitia ꝓpagẽt, & ſcripturaꝝ ueritas ubiq; ſit, illis circũferentibus, ex qbus Chriſtus dei filius teſtimoniũ habẽs ex lege & Prophetis cognoſcit. Miſereę ergo reliquiæ, quæ ſic erutæ ſunt, quæq; aliis & nõ ſibi utiles ſunt. ¶ Cauſam tãtæ deuoratiõs cõtinuo ſubiungit, dicẽdo: Qui habitant in Samaria, in plaga lecti, & in grabato Damaſci. Cauſa magna eſt, & magni reatus criminis, quã ſignificat uerbis huiuſcemodi. Illo nãq; tpe quo ꝓphetante iſto decẽ tribuũ captiuitas imminebat, fœderati erãt filius Romelię rex Iſrael, & Raſin rex Syriæ, & pariter aſcenderũt ad preliandũ in Hierlm. Cũq; obſideret Achas nõ ualuerit ſuperare eũ. Arguunt ergo filij Iſrael ſiue habitatores Samariæ, qđ requieſcerẽt in plaga lecti, & in grabato Damaſci. i. q̃ ſiderẽt in homine, derelicto auxilio dei, cũ ſcriptũ ſit, maledictus q cõfidit in homine, & ponit carnem brachium ſuũ, ut à dño recedat cor eius. Et quis uim ſenſuũ uerbis ualeat digne cõſequi, dũ dicit in plaga lecti, & in grabato Damaſci? Damaſcũ uult eſſe ingrabatũ imò ingrabato iacentẽ ægrotũ ut uere erat, cũ eſſet rex eius homo mortalis & obnoxius peccato atq; corruptioni: q̃d mirabiliter ſignificat plagam lecti. Hominis nãq; ſine deo quæ uidet eſſe firmitas tãta eſt infirmitas, ut plaga lecti. i. ſicut plagaue hemẽtiſſima ꝓpter quã plagatus in lecto neceſſario decũbit, et neq; ſibi ſubuenire põt neq; aliꝝ. Nam ſi nullũ in corpore uulnꝰ recepiſſet Damaſcꝰ. i. Damaſci rex Raſin, tñ nihilominus ad increpandã ſtultitiã Iſrael, qui poſuerat carnẽ brachiũ ſuũ, ut a domino recederet cor eius, pulchre & ueraciter auxiliũ illud dici poterat grabatus, q eſt lectulus ægroti. Poterat (inquã) dici plaga lecti, ſiue lectulus plagati. At uero Raſin etiam corporaliter plagatus fuit. Mittente nãq; Achas nũcios ad regẽ Aſſyrioꝝ, & dicẽte: aſcẽde et ſaluũ me fac de manu regis Syriæ, & de manu regis Iſrael, qui cõſurrexerũt aduerſum me aſcendit rex Aſſyrioꝝ in Damaſcũ, & uaſtauit eam, & trãſtulit habitatores eius Cyrenen. Raſin aũt interfecit. Itaq; per plagã lecti plagatũ imo & interfectũ intelligimus Raſin: per grabatũ aũt Damaſci uaſtationẽ atq; tranſlationẽ habitatoꝝ eiuſdẽ Damaſci, quæ nimirũ magna fuit ęgritudo: uelut in grabato decũbentis. Stultitiæ igitur Iſrahel redarguit, q in tali & tanta infirmitate fiduciã habuit, qua (ut dignũ erat) fruſtratꝰ: ipſe quoq; poſtmodũ captiuus diſceſſit tanq̃ in deuorationẽ leonis: ita ut quicquid extunc de illo ſuperfluit, totum pro duobus cruribus & ꝓ extremo auriculæ reputet, ad cõparationẽ priſcæ integritatis. Seqtur **Audite & teſtamini in domo Iacob dicit dominus deus exercituum quia in die cum viſitare cœpero prcuaricationes Iſrael ſuper eum, viſitabo & ſuper altaria Bethel, & amputabuntur cornua altaris, & cadẽt in terram, & percutiam domũ hyemalem cum domo eſtiua, & peribunt domus eburnee et diſſipabũtur edes multe, dicit dominus.** Mira & iuſta uerba dñi & ſpũs ſancti authoritas, quomõ de ore paſtoris non minus q̃ de ore imperatoris pertonat. Supra dixerat: auditũ facite in ædibus Azoti, & in ædibus terræ Aegypti: nũc audite (inqt) & teſtamini in domo Iacob dicit dñs deus exercituũ: & deinde tertio dicturus eſt, audite hoc uerbũ uaccæ pingues quæ eſtis in monte Samariæ. Si de paſtore iã in regẽ fuiſſet aſſumptus, ut Dauid, qđ uellemus addi ad tantã maieſtatẽ elocutiõis? Et uide q̃ pulchre, q̃ congrue nũc interponit, dicit dñs deus exercituũ, dũ uiſitationẽ p̃nũciat ſuper altaria Bethel, ucꝫ ubi colebat Iſrael ſimilitudinẽ uituli comedentis fœnum. Nonne oportuna cõmemoratione ſuũ declamat patronũ dominum deũ exercituũ: cõtra illũ tunc temporis patronũ Iſraelis, non dñm aut deũ exercituũ, ſed uitulũ cornutũ, nõ ſolum brutũ, ucꝫ etiã ſenſu carentẽ, nec ſolũ ſenſu carentẽ, ueꝝ etiã inanimatũ. Audite ergo (inquit) & cõteſtamini in domo Iacob, nequis de ignorantia ſe excuſet, & hoc: non qa dico ego paſtor armentarius uel paſtor uitulorꝝ, ſed qa hoc dicit dñs deꝰ exercituũ, cõtra ueſtrũ deũ, nõ ſaltẽ uitulũ ſucco uel ſanguie plenũ ſed inane uituli ſimulachrũ. Et quid dicit. Quia in die, cũ uiſitare cępero præuaricationes Iſrael: in die (inquã) id ẽ in manifeſto, ita ut cauſæ uiſitatiõis, ſ. p̃uaricationes Iſrael, luce uel die clariores ſint: etiã in ædibus Azoti,

4. Regũ 16. Eſai. 7

Hiere. 17

Plaga lecti.

4. Reg. 16 Exit Raſin rex Damaſci.

Quã ridiculus deus i Bethel.

Azoti, & in ædibus terræ Aegypti: ut non ſit opus dicere: quare ſic fecit dñs terræ huic & populo huic: tũc uiſitabo etiã ſuper altaria Bethel, ut uidelicet memoria uitulorũ pereat, q̃ unus eſt in Bethel. quæ debuit eſſe domus dei, ſcdm hoc ip̃m nomen q̃d dicit Bethel. Et uide q̃ magnifice talem deũ, q̃ eleganter uitulum cornutũ percutit, dicendo: & amputabunt cornua altaris, uidelicet, ppter cornutã, quã colebat Iſrael, formã uituli, fœnũ comedentis. Amputata ergo cornua altaris. i. deſolati cultores ſimulachri cornuti: cadent (ſ quit) in terrã ſubaudit nõ ſuam: quia captiui ducent in terrã alienã. Quod deinde ſubiungit: & percutiam domũ hyemalẽ cũ domo æſtiua, ſimplr iuxta literã accipere poſſum': tantarũ uidelicet eos fuiſſe opum, ut duplices haberent domos, hyemales & æſtiuas: quarum aliæ uerſæ eſſent ad aquilonẽ, aliæ ad auſtrum, ut pro uarietate temporũ frigoris & caloris, cœliq̃ temperiẽ, pui derent. Itidem ꝙ ait: & peribunt domus eburneæ, iuxta hiſtoriã ſtare poteſt. Legim' enim Achab regẽ Iſrael tãtis fluxiſſe delicijs, ut domũ eburneã ſibi fecerit. Merita cõtra tales cœleſtis iræ ſeueritas, q̃bus cũ idcirco dediſſet dñs regiones gentiũ & labores populorũ in poſſeſſionẽ, ut cuſtodirent iuſtificatiões eius & legẽ eius requirerent: econtrario cõtra iuſtificationes eius & legẽ eius modis oñibus incedẽtes: uitulis quoq̃ aureis nefario cultu applaudebãt, iuxta illud: Incraſſatus eſt dilectus, & recalcitrauit: incraſſatus, impiguatis. dilatatus, dereliquit deũ factorẽ ſuũ. Propt eiuſmodi craſſitudinẽ ſiue incraſſationẽ, impinguatiõem, dilatationẽ atq̃ recalcitrationẽ tam pulchre q̃ ueraciter, tam iuſte q̃ fortiter, in uectiõe mirabili conſurgẽs ſermo diuinus clamat, & dicit: **Audite hoc uerbũ uacce pingues que eſtis in monte Samarie, que calumniam facitis egenis. ⁊ confringitis pauperes, que dicitis dominis veſtris, afferte ⁊ bibemus.** Hoc ip̃m & ꝙ dicit audite iam tertio fragore infeliciũ auribus, illidit: primo nãq̃ dixerat, auditum facite in ædibus Azoti. Deinde quaſi propius accedens: audite (inquit) & conteſtamini in domo Iacob: nunc uelut ad ſumnũ perueniens. i. ad ipſos ſacerdotes: audite (inquit) hoc uerbũ uacce pingues. Nempe acrius atq̃ animoſius dignũ erat percuti tales dæmonũ ſacerdotes, reũ & animarũ homicidarũ uoratores, qui aſſumpti de extremis populi, ueritatẽ in mendacio detinebant, tanq̃ in hoc ipſum pretio conducti. Fecit enim Hieroboam ſacerdotes de extremis populi, callide nimirum agens, & ſciens q̃ libenter cũ ſuo fauore repẽtinas homines extremi diuitias exciperẽt. ¶ Ecce uaccæ pingues recte dicunt eiuſmodi ſacerdotes. Poterãt aũt dici uituli pingues, ſatis cõgruũ hoc illis eſſet, ut uituli dicerent uitulorũ cultores, & in uitulorũ ſimulachris cõfidentes, atq̃ ex eorũ cõmertio pingues: Quare ergo cũ eſſent ſexu uirili, uaccas ſęias quam uitulos maſculos eos dicere maluit? Videlicet ob augmentũ cõfuſiõis, quia uitulis erãt ſubacti miro genere fornicatiõis, uaccæ debuerunt dici: quia ſicut uiſibiliter adorãdo ſubſterne bant ſe talibus uitulis, ita & inuiſibiliter animæ illorũ erãt proſtitutæ tauris. i. ſpiritibus malignis. Itaq̃ nõ parui ponderis habet ꝙ dicit: audite hoc uerbũ uaccæ pingues. Simul nanq̃ tria hæc uehemẽter aſtruit, & ſimilitudinẽ de qua pſalmiſta: Similes (inquit) illis fiãt qui faciunt ea, & oẽs qui cõfidunt in eis: & fornicationẽ, qua deſerto creatore fornicabant cum nitulorũ ſimulachris: & turpẽ uentris impenſionẽ quã in otio fouebãt, affluentibus de cũcto populo diuitijs: ueraciter incraſſati impinguati, dilatati, & exinde recalcitrantes, utpote pingues uaccæ: nõ tm̃ pingues, ueꝝ etiã cornupetæ. Nam & ſuperbia pinguiũ deſignatur in eo ꝙ ait: q̃ eſtis in monte Samariæ, & cornupetarũ feritas uaccarũ in eo ꝙ protinus ſubiungit. Qui calumniã facitis egenis, & confringitis pauperes. Deinde ꝙ ait: q̃ dicitis dominis ueſtris, afferte & bibemus, quis ſatis digne admiretur? Quis alius, niſi ſpũs ſancti us taliter pos paſtoris loqueret? Vaccæ pingues & nimiũ delicatæ, longius à p̃ſepibus, ſaltem ad ada quandũ, nõ patiuntur educi: ſed ad ipſa præſepia iubẽt ſibi limpidas de puro fonte aquas deportari. Et quibus hoc iubent? Dominis ſuis. Quibus uerbis uel qua ſimilitudine magnificentius indignitas rei potuit explicari. Sacerdotes illi de extremis populi (ut iam dictũ eſt) aſſumpti, & per illã aſſumptionẽ ſupremi ac diuites effecti, atq̃ uelut uaccæ pingues ocioſo uentre dilatati, accumbebant plenis epularũ menſis, ſatisq̃ agebant pro imperio dicẽtes dominis ſuis, regibus ſuis: afferte ut bibamus, & de cætero ſecuros uos faciemus. Eteim̃ dũmõ ſumptus nobis & pocula nõ deſint, ſtatuta iugiter regalib' edictis, noſtri ſtudij noſtræ erit prouidentiæ, præoccupatos tenere animos huius populi, ne uelit aſcendere ut faciat ſacrifi

CAP. IIII.

3Regum.22

Pſal.105

Deu.32

Rom.1 3Regum

Vaccepingues ſacerdotes uitulorum

cia in domo dñi in Hieruſalem quod ſi fieret, interficerẽt regem ſuũ, & reuerterẽt regnũ ad domũ Dauid. De hoc periculo ſecuros uos faciemus, tãtũmodo uidete ne deſit quod biba mus. Pocula deſertos faciẽt uos, ut ſubornatis uitulis aureolis, pulchre & eleganter dicam in auribus populi. Ecce dñs tui o Iſrael, qui eduxerũt te de terra Aegypti, & non erit qui uob aſſertoribus aliud ſcire poſſit. Audite igit, inquit: ¶ Iurauit dominus deus in ſancto ſuo quia ecce dies venient ſuper vos, & leuabunt vos in contis, & reliquias veſtras in ollis feruentibus, & per apturas extrinſecus altera contra alteram, & proiciemini in Armon dicit dominus. ¶ Quis eſt iſte ſanctus, in quo iurauit dñs deus. Vtiq; non debet eſſe minor aut inferior q̃ ipſe dñs deus. Hoies em̃ (inqt Apoſtol⁹) p maiorẽ ſui iurãt & oẽs cõtroverſiæ eor̃ finis ad cõfirmationẽ eſt iuramentũ. Abrahę promittẽs de⁹, q̃nia neminẽ habuit per quẽ iurare maiorem iurauit per ſemetipſum. Ergo hic ſanctus ſuus, in quo iurat deus ſuus eſt filius, quẽ uti & ſanctũ dei etiã malignus quoq; ſpũs cũ ſuo tormẽto euãgeliſta teſtãte confitet. Erat (inquit) in ſynagoga hõ habens dæmoniũ immũdũ, & exclamauit uo ce magna dicẽs: Sine, qd nobis & tibi Ieſu Nazarene? Veniſti pdere nos? Scio te quis ſis, ſanctus dei. Igit in ſancto ſuo nõ in minore aut in maiore ſed in coequali ſuo iurauit dñs de uis? Quo aũt pertinuit, ut tali pro cauſa iuraret dñs in illo ſancto ſuo? Videlicet qa certamẽ erat dño deo contra Iſrael pro illo ſancto ſuo à domo Dauid, ad quẽ ſancti illius facta ſue rat repromiſſio, & illius promiſſiõis ueritatẽ detinere nolebãt illæ pingues uaccæ in illo qđ colebãt mẽdacio, nec erat pars illis in eadẽ promiſſiõe dei dicentiũ, nõ eſt nobis pars in Da uid, neq; hereditas in filio Iſai. Quid iurauit dñs de⁹ in illo ſancto ſuo? Quia ecce dies (inqt) ueniẽt ſup uos, & leuabũt uos cõtis, & reliqas uãs in ollis feruẽtib⁹, & p apturas exibitis alte ra cõtra alteram, & proiciemini in Armon. Senſus iſte eſt: Aduentura eſt nõ longe & poſt multa ſecula, ſed iã imminẽs dies captiuitatis & angũſtiæ, in quo capiemini in filio, & porta bimini atq; auferimini iure uictoriæ, iamq; uiæ captiuitatis uobis apertæ ſunt, & exibitis al ter cõtra alteꝝ, ut ueſtrã uiciſſim & mutuis uulnibus cõſpiciatis miſeriã, & proiciemini in lo cis armoeniæ quæ uocat Armon, & in ciuitatibus Medoꝝ. Mirari aũt magis poſſumus q̃ eloqui, quantũ plus habeat decoris, in eo q̃ metaphorã uaccaꝝ cõptã ſeruauit: ut quas pin gues dixerat eſſe uaccas earum carnes dicat in contis & in feruentibus ollis eſſe portandas. Hoc ipſi nõnunq̃ fieri uidimus, ut præcoctis carnibus feruẽs & fumãs cacabus in contis le uareť, & de loco ad locũ, i. de culina lõgius deferreť ad domũ cõuiuantiũ. Hoc ergo mirabi liter declamat ſermo propheticus, q̃ feruenti captiuitatis angũſtia decocti, transferãt illuc ubi ſub dñis hoibus captiui, à malignis quoq; ſpiritibus (qñ. ſunt in pœnitentes) deuorent. Sequit. ¶ Venite ad Bethel, erumpite agite ad Galgala, & multiplicate præuaricatio nẽ. et offerte victimas veſtras, tribus diebus decimas veſtras, & ſacrificate de fer mẽto laudem. et vocate voluntarias oblationes, et annunciate. Sic enim voluiſtis filij Iſrael. ¶ Grauiſſimus eſt hic modus locutionis, quo nũc dicit: Venite & facite ſic & ſic, & eadẽ illoꝝ facta ipſe oderit q̃ hæc dicit: Non eſt hoc uolentis & relinquẽtis, non in uitãtis ſed expellẽtis, nõ adhortãtis ſed indignãtis. Iccirco recte ſubiũxit & ſubiũgere debuit ſic em̃ uoluiſtis filij Iſrael. Ac ſi dicat: Propterea dico, uenite ad Bethel ubi eſt deus ueſter, uitulus ueſter, quia ſic uoluiſtis, & hactenꝰ ueniſtis: propterea dico, impie agite quia impie agitis & impie agere uultis: dico, uenite ad galgala, ubi etiã longe ante uitulos Hieroboam erãt idola, qa uenitis & uenire uultis: dico multiplicate præuaricationẽ, qa multiplicatis & multiplicare uultis: dico offerte mane uictimas uãs trib⁹ dieb⁹ decimas uãs: qa offertis & offerre uultis eis qb⁹ nõ debetis. Triũ nanq; dierꝝ ſolẽnitates adulteraſtis, de qbus lex dicit, imõ de qbus ego in lege dixi. Trib⁹ uicib⁹ p ſingulos annos mihi feſta celebrabitis. ſ. azymo rum & ſolennitatẽ menſis primitiuorꝝ & ſolennitatẽ in exitu anni. Solẽnitates iſtas ita uos adulteraſtis, ut non mihi ſed ueſtris eas uitulis celebraretis: ne quid uulgo deeſſe uideret di uitiæ iocunditatis. Siquidẽ & in menſe octauo, quinta decima die mẽſis, cõſtituit rex ueſter Hieroboam diem ſolennẽ fanis ſuis & uitulis in excelſis, in ſimilitudinẽ ſolennitatis quæ ce lebrabať in Iuda. Item dico, ſacrificate de fermentato laudem: quia ſic facitis & facere uultis fermentati fermento ueteri, fermento malitiæ & nequitiæ, cõtra omnẽ ſanctã & ſpãlis le gis authoritatẽ, q̃ fermentatũ qđ in ſacrificio prohibet offerre. Dijs uãis ita placetat ſatis fer

mentati

Iurauit dñs in ſancto ſuo. Heb. 6

Luc. 4.

3 Regũ. 12

Iudit. 3

Exo. 23

3 Regũ. 12.

Luc. 7

mentati, & fine azymis ſynceritatis & ueritatis. Illis ergo de fermentato ſacrificate laudem, qa mihi ſpecioſam de ore ueſtro, cũ ſitis peccatores, nõ poteſtis ſacrificare laudationẽ. Hæc oñia faciẽtes, uocate uolũtarias oblatiões & annũciate, quia ſic facitis & ſic facere uultis, ut ſacrificia quæ ueſtris offertis uitulis, eiſdẽ noibus honoretis, qbus ea quæ mihi offerunt, nũ cupat authoritas legis. Holocauſtũ, & p pcẽõ, & pacifica, & hæc annũciate in ſono tubę & cytharæ, in tympano & choro, in chordis & organo in cymbalis clare ſonãtib⁹ in cymbalis ſubilatiõis: itaut fortius & altius cantaſſe iudicemini, q̃ tribus Iuda uel dom⁹ Dauid in templo dñi, qa plures eſtis. ¶ Hęc oia (ſicut iam dictũ eſt) nõ intentiõe uolentis: ſed indignatione dicta ſunt derelinquentis: ficut & alia multa quæ reperiuntur. Exempli gratia: ut illud, quod traditori ſuo dixit idem dominus. Quod facis, fac citius. Item: Amice ad qnid uenisti? Et in Apocalypſi legimus: Et qui nocet noceat adhuc, & qui in ſordibus eſt ſordeſcat adhuc. Deniq; hæc & cætera huiuſmodi non ſunt dicta iubentis ſiue uoluntarie concedentis, ſed permittentis & derelinquentis, eo quod non ignoret (ſicut Sapientia dicit) quoniam iniqua eſt natio eorũ, & naturalis malitia ipſoꝝ, & qm̃ non poteſt imitari cogitatio illorum imperpetuum. Quid longius petitis dei iuſtitiam excuſare oportet reſponſis? Semetipſum præſenti loco cauſis excuſat ipſe ſubiunctis. Ait enim: L Vnde & ego dedi vobis ſtuporem dentium in cunctis vrbibus veſtris, & indigentiam panum in omnibus locis veſtris, & non eſtis reuerſi ad me dicit dominus. ⌋ Nimirum cum dicit & non eſtis reuerſi ad me, conuincit eos incorrigibiles fuiſſe, ſeipſum autem curam competẽtem ut corrigerentur per flagellum famis adhibuiſſe. Magnitudinem flagelli magnitudinẽ famis qua illos corripuit, mirabiliter exprimit, dicendo: Et ego dedi uobis ſtuporem dentiũ in cũctis urbibus ueſtris, ſubiungendo, & indigentiã panum in oñibus locis ueſtris. Idem eñ ẽ ac ſi dicat: quia fames nõ tam diutina cibus tã rarus extitit, ut cũ quippiã reperiret qualiſcũq; cibi, dentes obſtupeſcerẽt, uelut re inſolita offenſi: legimus qppe, regnãte Ioram filio Achab ſuper Iſrael, famem tam magnã factam eſſe in Samaria, ut uenderet caput aſini octoginta argenteis, & quarta pars cadi ſtercoris columbarũ quinq; argenteis. Subſequuta eſt ueſtigio famis annoꝝ ſeptem, quem & Heliſeus prædixit loquens ad mulierem, cuius uiuere ſecerat filiũ, dicẽs: Surge & uade tu & domus tua, & peregrinare ubicũq; reppereris. Vocabit eñ dñs famẽ, & ueniet ſnper terram ſeptem annis. Cum tanta eſſet ſeueritas diſciplinæ corripientis, mirum quod nullus regum Iſrael receſſit à peccatis Hieroboam, id eſt, ab aureis uitulis, qp Iſrael tam pertinaciter rebellis tanq; duræ ceruicis extitit, ut ad dñm deum ſuũ neq; aq̃ reuerteret. Vnde & digne improperans, & non eſtis reuerſi ad me, dicit dñs. Sequitur L Ego quoq; probibui a vobis imbrem, cum adhuc tres mẽſes ſuper eſſent ad meſſem, & plui ſuper unam ciuitatem & ſuper ciuitatem alteram non pluit. Pars una cõpluta eſt, et pars, ſuper quã non pluit, aruit, et uenerũt due et tres ciuitates ad unã ciuitatẽ. ut biberent aquã. et non ſunt ſaciate, et nõ rediſtis ad me dicit dominus. ⌋ Non ſolum ſtuporem dedi dentium in cunctis urbibus ueſtris, & indigentiã panũ in omnibus locis ueſtris, ſed & prohibui à uobis imbrem cũ adhuc ſupereſſent tres menſes uſq; ad meſſem, quæ appellatur pluuia ſerotina, & agris Paleſtinæ aruiſq; fitientibus uel maxima neceſſaria eſt: ut quãdo herba turgebat in meſſem & triticũ parturiebat, nimia ficcitate marceſceret: & ita pereunte frumento & fame urgente, ſitis quoq; ardorem & bibendi penuriã ſuſtinerent. In illis nanq; locis præter paruos fontes omnes cyſternarum aquæ ſunt. Et ſi imbres diuina ira ſuſpenderit, maius ſitis, q̃ famis periculũ eſt. Et ne forſitan putarent, hoc lege naturæ, & aſtroꝝ curſu ac uarietate temporum urbibus & populis accidiſſe: ſup unã urbẽ, & ſuper agros eius pluere ſe dicit, & ab altera imbrẽ ſuſpendere, ut duæ & tres ciuitates pergant ad aliam ciuitatem, & tamen non ſatientur aquarum potibus. ¶ Talis diſpenſatio imbrium ſatis p̃o argumento eſſe poterat ad comprobandũ, qp nõ caſu ſed cœleſtis iudicij ratione illa ficcitas eueniſſet. Habebãt autem firmiorẽ propheticum ſermonẽ, cui non attenderunt. Propter quod & magis inexcuſabiles ſunt. Deniq; & famem illã ſiue ſtuporẽ dentium, de quo ſupradictum eſt, Heliſeus propheta prędixit loquens ad mulierem cuius uiuere fecerat filium, & dicens: ſurge uade tu & domus, & peregrinare ubicũq; reppereris

Ioha.15 Mat.26 Apoc.22 Sapia.12 4. Reg.8 4. Regũ.8. Inexcuſabiles filij Iſrael

Vocabit enim dñs famem, & ueniet ſuper terram ſeptẽ annis: & ſiccitatem ſiue prohibitionem imbriũ Helias prædixit & quoddãmodo fecit, dicẽs ad Achab: Viuit dñs deus Iſrael in cuius conſpectu ſto, ſi erit annis his ros & pluuia, niſi iuxta oris mei uerba. Cui uacabet interea ſaltẽ ſuſpicari q̃d caſu mala illa cõtingerent, uel dubitare an cœleſti iudicio ꝓuenirẽt? Adde q̃ ĩdem Prophetæ tanti nominis tãtaq; uirtutũ, ſimul cũ ſermone ꝓpherico cœleſtia ſigna dederũt, per quæ miſerabilis Iſrael, niſi rationẽ oĩno perdidiſſet, inſtrui poterat, quod neq; uituli Hieroboam, neq; Baal, neq; portenta quæ pro dĩs colebant, quicq̃ eſſent aut ualerent, ſed ſolus eſſet deus qui eduxerat illos de Aegypto per Moſen & Aaron. Sic demHelias, qui oratione orauit ut nõ plueret, ſi numeres, octo præclara ſigna fecit Heliſeus uero ſedecim, dupla uidelicet quantitate ſecundũ poſtulationẽ qua poſtulauit dicẽte Helia: Poſtula quod uis ut faciam tibi anteq̃ tollar à te & dixit: Obſecro ut fiat duplex ſpiritus tuus in me. Quoniam intendebat Heliſeus hoc poſtulãs, niſi illo, ut per miraculoꝝ efficaciam erranti populo ueri dei declararet gloriam? Et tamen non rediſtis ad me dicit dominus: quia uidelicet per hæc oĩa nõ potuit effici, ut illoꝝ uituloꝝ miſerabilis cultus ſaltẽ unius regis tempore relinqueretur. Sequitur ❡ Percuſſi vos in vẽto vrẽte & in aurugine multitudinem hortorum veſtrorum & vinearum veſtrarum, oliueta veſtra & ficeta veſtra comedit eruca, & non rediſtis ad me dicit dominus. ❡ Intemperantis erat luxuriæ hortos multiplicare: maxime cum peccato ſiue ex iniquitate, ſicut fecit Achab, qui locutus eſt Naboth & dixit: Da mihi uineam tuã, ut faciã mihi hortũ holeraceum: & quia ille dare noluit, occidit & poſſedit. Bene igit in talibus percuſſit eos uento urente & aurigine & eruca comedente, quia nõ ſine magno dolore perire uiderent quæcũq; tali uel tanta ſibi inſtantia multiplicauerant: ſed nõ profuit eis adhibita correptio, non enim rediſtis ad me dicit dominus. Legi ſi in vos mortem in via Aegypti, percuſſi in gladio iuuenes veſtros vſq; ad captiuitatem equorum veſtrorum, & aſcendere feci putredinem caſtrorum veſtrorum in nares veſtras, & non rediſtis ad me dicit dominus. ❡ Per omnia flagella, & tormenta eruditur Iſrael. Vnde & eo tempore, quo ab Aegyptijs auxilia poſtulabant, mittit in eos mors, & percutiuntur gladio iuuenes eoꝝ, & equos quos ſibi contra præceptum dei multiplicauerant, captiuitas ſæua cõcludit, ut putredo caſtroꝝ uiuitiũ nares ipleat. ¶ Verum tamen hæc uia Aegypti poteſt & altius intelligi, uidelicet quæ non ſit excurſus corporis ſed mentis, iuxta quod & in alio Propheta dominus dicit. Et nunc quid tibi uis in uia Aegypti, ut bibas aquam turbidam? Eiuſmodi uiam Aegypti, quæ uidelicet (ut iam dictum eſt) non corporis eſt ſed mentis dñs per Moſen interdixit his uerbis: Non poteris alterius gentis hominem regẽ facere qui nõ ſit frater tuus: Cũq; fuerit cõſtitutus, nõ multiplicabit ſibi equos, neq; reducet populũ in Aegyptũ equitatus numero ſubleuatus: præſertim cũ dñs præcepe rit uobis, ut nequaq̃ amplius per eandẽ uiã reuertamini. Nimirũ ſtatim ut cõſtituerũt ſuper ſe regẽ Hieroboã filiũ Naboth, ille equitatus numero ſubleuatus (ſup plures eñ q̃ domus David. i. ſup decẽ tribus regnauit) ꝓpꝫm reduxit in Aegyptũ, nõ pedibus eundo in Aegyptũ, ſed faciẽdo uitulos aureos ſcdm morẽ Aegyptiũ. ¶ Igitur & ubi dixit primo, ego dedi uobis ſtuporẽ dentiũ: & deinde ubi dixit: ego quoq; ꝓhibui à uobis imbrẽ, & cũ dicit, percuſſi uos in uẽto urẽte, nõ incõgrue ſubaudit, in uia Aegypti, quã hic tandẽ exꝓſſit dicẽdo, miſi in uos mortẽ in uia Aegypti. i. ꝓpter uiã Aegypti ꝓpter peccata Hieroboã q̃ peccare fecit Iſrael, ut eũ ſimilẽ faceret Aegyptijs in colendis uitulis, ſicut iã dictũ ẽ ſcdm morẽ Aegypti. Et eñ ꝓpter cauſam illã mala oĩa uenerũt ſup eos, q̃ hic ſe feciſſe dñs cõmemorat, intentiõe corrigendi. Et nõ rediſtis (ingt) ad me, nunq̃ eñ uitulos eoſdẽ reliq̃rũt cuiuſlibet mali ſiue afflictiõis oppreſſi magnitudine. Segtur. Legi ſubuerti vos ſicut ſubuertit deus Sodomam & Gomorrhã, & facti eſtis quaſi torris raptus de incendio, & non rediſtis ad me dicit dominus. Quapropter hoc tibi faciam Iſrael. ❡ Ante illa Prophetæ huius tpa nihil tale illi populo euenerat, quale fuit illud q̃d Sodomã & Gomorrhã ſubuertit deus Ergo q̃is præterito tpe dicat, ſubuerti uos, de futuro intelligẽdũ ẽ, ac ſi dicat, ſubuertã uos Hoc eñ prophetis nõ inuſitatũ eſt, ut ꝓteriti tpis uerba nũcient uẽturas res. Nec uero dubiũ, quin decẽ tribuũ præuidens captiuitatẽ. Iudę quoq; ſiue Hieroſolimæ ꝓuiderit ſubuertionẽ ꝓſertim cũ poſtmodũ dicat ipſe. Væ q̃ opulenti eſtis in Syon, & confidentibus in monte

3. Regũ 17.

Helias octo, Heliſe ſedecim miracula edidit

4. Reg 2

3 Regũ. 21

Via Aegypti ſignatio mẽtis

Hier: 2

Deut. 17

Subuerti, id eſt ſubuertem.

Iſaia. 6

Sama

Samariæ. Cum ergo dicat ſubuerti uos ſicut ſubuertit deus Sodomã & Gomorrã ſimul, & decem tribuũ captiuitatem & Iudeoꝝ prænunciat ſubuerſionẽ, quæ nimirꝝ magis q̃ decẽ tribuũ captiuitas ſubuerſiõi Sodomæ & Gomorræ ſimilis extitit: qa incendio ciuitas Hieruſalẽ tam à Babyloniꝭ q̃ à Romanis cõflagrata eſt. Et qm̃ ſubiungit. Et facti eſtis q̃ ſi torris raptus de incendio & nõ rediſtis ad me, magis de ultima q̃ fecerũt Romani, q̃ de prima p Babylonios facta, placet intelligi ſubuerſiõe. Nã in illa Babylonica ſubuerſione nõ adeo cordis duri fuerũt, ſed redierũt mẽte ad dm̃, ita ut per annos ſeptuaginta corpore mererẽ tur redire in locũ ſuum: poſt iſtam uero quæ à Romanis facta eſt, in incrudelitate & duritia cordis perſiſtunt. ¶ Et quis nõ miretur q̃ congrua ſimilitudine deuorati ſunt; Facti eſtis (inquit) quaſi torris raptus de incendio. Eterñ ſicut torris de incendio raptus, manifeſto ſigno demonſtrat id quod eſt, ſcilicet de incẽdio ſe eſſe raptũ, neqꝫ diubitari aut diſſimulari poteſt quin arſerit: ita Iudæi ducti in oẽs gentes captiui, nõ ſinit eos obliuiſci, qualiter uel quã ob cauſam deus illos ſubuerterit. ¶ Nec miꝝ aut iuſtum, qꝫ ſicut Sodoma & Gomorrha ſunt ſubuerſi: quia uidelicet iniquitas eoꝝ peccato Sodomæ & Gomorrhæ maior extitit, teſtãte Hieremia cum dicit. Et maior effecta eſt iniquitas filiæ populi mei peccato Sodomoꝝ quæ ſubuerſa eſt in momento. Nã qꝫ uere maior effecta ſit iniquitas iudeoꝝ q̃ã Sodomę peccatũ probat ſubiungendo, & nõ cœperũt in ea manus. Quid eñ eſt q̃d dicit, & nõ cœperũt in ea manus? Legimus, quod in ea, dum apud Loth iuſtũ hoſpitaretur dñs, uallauerunt domum à puero uſqꝫ ad ſenẽ omnis populus ſimul, & dixerunt. Educ huc uiros, ut cognoſcamus eos. Magna iniquitas, ſed nõ cęperũt in ea manus. i. nõ uſqꝫ ad effectũ operis progreſſum eſt. Iniquitas aũt Iudæoꝝ quouſqꝫ progreſſa eſt? Cũ hoſpitaret in Hieruſalẽ, & paſchæ celebraſſet dñs, uallauerũt eũ exeuntes, cũ gladiꝭ & fuſtibus, & cœperunt in ea manus, uidelicet eũ quẽ in Sodoma nõ cœperũt manus: cœperũt (inquã) cõprehenderũt, illuſerunt, flagellauerũt, occiderũt. Igit iure ſicut Sodoma ſubuerſi ſunt: niſi qꝫ pars eoꝝ, q̃ſi torris raptus de incẽdio, ſupfuit, q̃d in eo ualet ut celebrior per totũ orbẽ ſit memoria Chriſti, maxime ex monimẽto cõbuſtionis eiuſmodi, cunctis cõmendata populis, iuxta illũ iam ſuperiꝰ memoratũ uerſiculũ pſalmi: Deus oñdit mihi ſupꝫ inimicos meos ne occidas eos, ne quãdo obliuiſcant populi mei. Diſperge illos in uirtute tua. ¶ Quod deinde ſubiũgit quapropter hoc faciã tibi Iſrael, eiuſdẽ tãtæ ſubuerſiõis arbitramur eſſe cõminationẽ, & iccirco utroqꝫ illã tpe uidelicet præterito & futuro denũciarꝫ: quia nimirũ iam tunc quidẽ factũ uel fixum erat in ꝓpoſito dei: in re aũt nondũ factũ ſed lõge poſt erat futurũ, eo qꝫ perſeuerarẽt in malis, ſicut totiẽs iã ꝓperauit, ſcilicet per uices quinqꝫ dicendo: & non rediſtis ad me. Sequit **Lꝓoſtqꝫ autem hec fecero tibi preparare in occurſum dei tui Iſrael, quia ecce formans montes, et creans ventum, et annuncians homini eloquium ſuum, faciens matutinã nebulã, et gradiens ſuper excelſa terre, dñs deus exercituũ nomen eius.** Notandũ in primis, & uigilãter intuendũ, qꝫ cũ hactenus ad pluralẽ nũeꝝ ſermo factꝰ ſit, dicẽdo: Et ego dedi uobis ſtuporẽ dentiũ, & nõ eſtis reuerſi ad me, ego quoqꝫ ꝓhibui à uobis imbrẽ & nõ rediſtis ad me: miſi in uos mortẽ in uia Aegypti, & nõ rediſtis ad me: ſubuerti uos ſicut ſubuertit deꝰ Sodomã & Gomorrã, & non rediſtis ad me: Nũc ubi magnæ gr̃æ magnã cõſolationẽ ꝓmittit uocẽ ſuã quodãmõ mutat, ita ut omiſſo plĩ nũero, ad ſingularẽ ſermo fiat, dicẽdo: Qua ꝓpter hæc faciã tibi, poſtq̃ hæc fecero tibi, ꝓparare in occurſum dei tui Iſrael. ¶ Oſtiũ nob apiente illo, q habet clauim Dauid, primũ illud ſentimꝰ, q̃d pñti loco p ſingularẽ nũeꝝ Iſrael ab illis plĩs nũeri filiꝭ ſuis totiẽs pcuſſis, & taliſ ſubuerſis, & nõ reuerſis ad dm̃ tantũ differt q̃ntũ bonæ oliuæ radix à ramis ſuis, ramis reprob, ramis p incredulitatẽ fractis, ſicut Apoſtolꝰ dicit. Oportebat aũt fractis naturalibꝰ ramis, ramos oleaſtri ſcẽ & bonæ radici eiuſdẽ oliuæ inſeri uſqꝫ ad plenitudinẽ numeri electoꝝ, i. eorũ qui ad uitã ſunt præordinati, quod & factũ eſt & fit. Vnde idẽ Apoſtolus unicuiqꝫ noſtrũ qui ex gentilitate uenimus dicit. Quod ſi aliquis ex ramis fracti ſunt, tu aũt cũ oleaſter eſſes, inſertus es in illis, & ſocius radicis, & pinguedinis oliuæ factꝰ es, noli gloriari aduerſus ramos Q. ſi gloriaris, non tu radicem p.ſ.r.te. &c. Igitur quod ait quapropter hæc faciam tibi Iſrael. ſeueritatis eſt dei prædicentis, quod ramos naturales propter incredulitatem frangere debeat q̃d uero ſubiungit: Poſtq̃ aũtẽ hæc fecero tibi, prꝫparare in occurſum dei tui Iſrael.

Sicut torris raptꝰ de incẽdio.

Maior iudeoꝝ q̃ Sodomæ iniquitas.

Gen. 16

Rom. 11

bonis

bonitatis eſt eiuſdē dei, promittentis illi bonæ oliuæ. ſ. Iſraeli, qui per fidem meruit ut eſſet hæres mundi, ꝙ oleaſtrū inſerere debeat eius radici, tanto bonoꝝ prouentu ramoꝝ qui inſeruntur, ut nullū ſentiat damnū de naturalibus ramis ſuis, q̄ fracti ſunt. Præparare ergo (inquit) in occurſum dei tui. i. in tua fide ſuſcipe aduentū Chriſti filij dei, dei tui, ſaluatoris tui.

Aduētus Chri

¶ Et quaſi quęreret Iſrael, ad quid ſibi dictū ſit, in occurſum dei tui, ſubiungit & dicit: Quia ecce formans montes, & creans uentū, & annuncians homini eloquiū ſuū, faciens matutinā nebulam, & gradiens ſuper excelſa terræ, dñs deus exercituum nomen eius. Iccirco dixi, prępparare in occurſum dei tui: qa ecce ſubauditur, uenit: quia in proximo eſt talis ac tant⁹, qualem & quantū iſta deſcriptio mirabilis poſtulat intelligi: quē cū ſuſceperis præparatus in paucis, occurrens in Apoſtolis radicem tuā aperiet ferro uel ſarculo uerbi euangelici, de q̄ fracti ſunt tot naturales rami & dāna tua reſtituet ſcd̄m admirandā elocutionē eius, quæ ex uerbis præſentibus intelligenda eſt propheticæ ueritatis. ¶ Primo illud clare uidendum, & cum amore ſuſcipiendum, firmiterq̄ tenendū eſt, quia cum perſona altera de altera loquitur, & ipſe qui loquitur eſt dñs: & illum de quo loquitur, commendās dicit, dñs deus exercituum nomē eius. Quid aliud optaremus, niſi ut dei filium Ieſum Chriſtū, ęque ut patrem

Formās mōtes

eius deum eſſe dām deum exercituum, ſpiritus ſanctus per os ꝓphetaꝝ teſtificaretur. Res nimiꝝ quæ prędicant, congruunt tanto nomini eius, nec enī alius poteſt eas facere, niſi qui ſit dñs deus. Formans (inquit) montes. Poterat dicere, formans lucem & extendens cęlos, ſiue fundans terram, & effundens maria: nam de filio prædicari hæc æque ut de patre uerū eſt: ſed magis ad rem ptęſentē pertinuit ut diceret, formās montes. Quare? Videlicet quia de Sodoma ſermo ceptus eſt, dicendo: ſubuerti uos ſicut ſubuertit deus Sodomā & Gomorram. Legimus aūt, ubi Sodoma ſubuerſa eſt, dixiſſe dñm ad Loth. Salua animā tuā, noli re

Gene. 19

ſpicere poſt tergum ne ſtes in omni circa regione, ſed in mōte ſaluū te fac, ne & tu ſimul pereas. Dixit quoq; Loth. Quęſo dñe mi, quia inuenit ſeruus tuus gratiā corā te, & magnificaſti miſericordiā tuam quam feciſti mecū ut ſaluares aī am meā, nec poſſem in mōte ſaluari, ne apprehendat me malū & morear. Eſt ciuitas hæc iuxta, ad quā poſſum fudere, parua, & ſaluabor in ea. Igit ad illam ſcripturam nos mitti arbitramur, dum in iſta poſt q̄ dictū eſt ſubuerti uos ſicut ſubuertit deus Sodomā & Gomorram ſubiungitur: Præparare in occurſum dei tui Iſrael, quia ecce formans montes: Nimiꝝ qui illic dixit in monte ſaluum te fac, ipſe hic dicitur formans montes, cū dicit de illo pater: Ecce formans mōtes. Subuertēs nāq; gētem illam Iudaicā ſicut ſubuertit deus Sodomā & Gomorram, formauit euangelicæ perfectionis mōtes: & dixit Loth. i. homini declinanti à malo (Loth enī interpretat declinatio) et dixit (inquā) homini uolēti declinari à malo Sodomæ & Gomorræ, in mōte ſaluū te fac. i. fruere pfectiōe euāgelica, ita ut ne ſaltē uxorē q̄ras. Et ille quidē in illoꝝ ꝑſona qui infirmi ſunt, myſtica nobis uerba formauit dicēs nec poſſum in mōte ſaluari, q̄d eſt à nobis dici, non poſſimus euāgelica pfectiōe frui, ne forte uramur, & melius eſt nubere q̄ uri. Verūtñ mul-

1. Cor. 7

ti aſcenderūt in mōtes illos, quos iſte dñs formauit. i. apprehenderūt ꝓpoſitū euangelicæ & apoſtolicę pfectiōis, uidelicet neq; nubentes, neq; uſti: ſed in ꝓpoſito uirginali, ita uiuētes ſicut angeli dei. Mōs primus & maximus oīm montiū, quos in aduētu ſuo formauit iſte dominus deus exercituū: beata eſt uirgo Maria, de cuius carne carnem aſſumpſit Chriſtus dei filius abſq; opere coniugali, ſecundum uiſionem propheticā qua uiſum eſt, ꝙ abſciſus

Daniel. 2

eſſet lapis de monte ſine manibus, & cōminueret omne regnum mundi. Et quidem mirabile eſt, ꝙ formauerit montem de quo ipſe tanq̄ lapis abſcideretur: ſed nihilominus miran-

Pſa. 86.

dum eſt, ꝙ de illa ſancta ciuitate Syon cęleſti alia ſcriptura dicit: Et homo natus eſt in ea, & ipſe fundauit eam altiſſimus. Poſt iſtum montem & alios montes in aduentu ſuo formauit idem dominus deus exercituum. ſ. Apoſtolos ſuos, quoꝝ adperfectionem quicūq; efficaciter tendit ſubuerſionis, qua illā Sodomā. i. perfidiā Iudaicā ſubuerſam eſſe conſtat, periculū magnifice euadit, ſimulq; & ſecur⁹ ē à tribulatiōe carnis, magnū hñs refrigeriū, q̄d pñti

Hereſis contra ſpiritū ſanctū

loco ſignificatur, dū p̄miſit: ecce formās mōtes, ſubiūgit & creās uentū. Quid em̄ p uentū loco præſenti delectabilius placet intelligi, quā bonā temperiē carnis continentis uelut aurā dulciter ſpirantē in illis montibus ſanctis. Heretici ex hoc loco creaturā eē argumentati ſunt ſpiritū ſanctū, uidelicet propterea qa uerbū Hebraicū, latine interp̄tatur ſpiritus

Atue

At uero & uentus & ſpiritus eodem uerbo appellatur, ait beatus Hieronimus. Cum ergo eſſent peruerſæ intentionis, neq; uentū neq; ſaltem ſpiritū hominis, ſed ſpiritū ſanctū uoluerunt intelligi tam paruo tāq; fragili inſtrumēto tam magnam roborare uolētes impietatē, q; ſpiritus ſanctus creatura ſit. Quapropt placet magis caſtæ fidei talis translatio uerbi p̄dicti & creans uentū, q̄ & creans ſpm̄. Licet legēdo ſpiritū poſſemus & deberemus nequaq̄ ſpiritū ſanctū, ſed ſpiritū intelligere uel hois uel quorūlibet animantiū, aut certe nihilominꝰ uentū iuxta illud: Ignis, & grando, nix, glacies ſpūs procellarū. Pulchre igit poſt Sodomorū ſubuerſionē atq; incendiū, q̄ qui euadere cupit dicit illi, in monte ſaluū te faç. Et creās uentum, id eſt, inſtruens ſummos euangelicæ prædicatiōis uiros, & caſto illorū propoſito dulce p̄ſtans refrigeriū, ut ne ſaltem moleſte incaleſcant aliq̄ carnis ardore, uſq; ad tentationis impatientiā. Montes iſti nimirū ſancti & pulchri ſunt, & poſſunt ſuis meritis his q̄ tentant auxiliari. Quapropter & pſalmiſta dicit: Leuaui oculos meos in montes, unde uenit auxiliū mihi. Et quia poſſe hæc nō à ſemetipſis habent ſed à domino, continuo ſubiungit. Auxilium meum à domino. Montibus iſtis, id eſt, ſanctis Apoſtolis & cuilibet homini, qui ſecundum illorū exemplū tendēs ad perfectionē. Dignū eſt, accipere uentū toris flantē, ſiue contra Babylonicā fornacē, ſiue cōtra ardentē Sodomiticū ſulphurē, familiarius reuelari ſolet illud, quod eſt in ſanctis ſcripturis occultum, ſicut de illis euangeliſta narrat: quia tūc aperuit illis ſenſum, ut intelligerent ſcripturas. ¶ Bene ergo cum dixiſſet: formans mōtes, & creans uentos, ſubiunxit: & anuncians homini eloquium ſuū. Idem em̄ eſt, ac ſi dicat: Et ipſe eſt ſanctus & uerus, q̄ habet clauem Dauid qui aperit & nemo claudit, claudit & nemo aperit, & cui uult aperit ſenſum ut intelligat archana ſcripturarū. Cui aūt angelorū uel hominū cui (inquā) præter ſolū & uerū deū prædicatio iſta cōuenit, annūcians homini eloquiū ſuū? Deniq; & angelus ſanctus & hō ſanctus eloquiū ſæpe annūciauit, nunq̄ aūt eloquiū ſuum ſed tm̄ eloquiū dei annūciauit aut annūciare debuit. Nā oēs quotquot uenerūt annuncian do eloquiū ſuū, fures ſunt & latrōes: & idcirco nō audierūt eos oues, neq; audire debuerūt, utpote à ſemetipſis loquētes, de cordibus ſuis ꝓphetātes. Illū qui eiuſmodi eſt, cōtēti & nō timeri, imò & interfici ſacra lex iubet. Propheta (inquit) q̄ arrogātia deprauatus, uoluerit loqui in noie meo, quæ ego nō præcepi illi ut diceret, aut in noie deorū alienorū interficiet. Itē q̄d in noie dn̄i propheta ille p̄dixerit, & nō euenerit hæc dn̄s nō locutus eſt, ſed p̄ tumorem animi ſui ꝓpheta cōfinxit, & iccirco nō timebis eū. De tali mō ſuū eloquiū annūciādi uel ſermonē ſuū faciēdi, dn̄s ipſe apud calūniatores ſuos excuſat ſe, cū dicit: Mea doctrina non eſt mea, ſed eius q̄ miſit me. Q̄nid eſt em̄, mea doctrina nō eſt mea, niſi ac ſi diceret, nō eſt ſicut uos exiſtimare uultis à meipſo cōficta, & nulla rerū ueritate ſubnixa? Subiungit em̄, & dicit: Siquis uoluerit uoluntatē eius facere, cognoſcet de doctrina, utrū ex deo ſit, an ego à meipſo loquar. Itē diſcipulis ſuis dicit: Et ſermonē quē audiſtis nō eſt meus, ſed eius q̄ miſit me patris. Igitur cū dicit: Et annūciās homini eloquiū ſuū: magnā paucis ſyllabis authoritatē diuinitatis eius aſtruit: qa ſolus eſt deus qui ſuū eloquiū annūciando uerax ſit. ¶ Cū aūt annūciaturus eſt, magnā plerūq; præire ſinit ignorantiā, ut poſtq̄ annūciauerit, ſciat quicū q; ille cui annūciauit: quia nihil habet q̄d nō acceperit. Vnde cū dixiſſet: Et annūcians hoī eloquiū ſuū. Pulchre ſubiūxit, faciēs matutinā nebulā. Exēpli gra: Huic Amos priusq̄ annūciaret eloquiū ſuū, matutinā fecerat nebulam, i. prius paſtorē ruſticū q̄ illuſtrē fecit Prophetā. Item & Apoſtolos prius permiſit obcæcatū cor habere, ita ut diceret Illis. Adhuc & uos ſine intellectu eſtis, quomodo nondū intelligitis, quē ſenſum aperiret eis, ut intellegerent ſcripturas. Hoc uere magnum eſt, & in laudem ſapientiæ eius, hic decuit commemorari: q̄ illis, quibus annunciando eloquium ſuū propoſuit oſtendere clarū ſcientiæ ſolem, prius obducit uel obduci permittit hebetudinem cordis & ignorantiā quaſi matutinā nebulam ut cū depulſa nebula ſolē uiderint, nō glorientur quaſi nō acceperint. ¶ Quod deinde ſubiungit: Et gradiens ſuper excelſa terræ, licet in bonam partem poſſit intelligi, q̄ ſcilicet iſta excelſa ſint montes, quos ipſe (ſicut iam dictum eſt) formauit: tamen quia non dixit: Et, habitans in excelſis, ſed gradiens ſuper excelſa terræ, & excelſa ſepius in malo intelliguntur (ſolus enim deus uere dicitur & eſt excelſus) poſſumus hic intelligere irā, quæ cōſequuta ē Hieruſalē terrenā generationē excelſam, p eo q̄ annūciatū ſibi iā dictū dn̄i nō recepit, ſed repulit

Pſal. 148 Vētus religiōis cōtra tētationes

Pſal. 120

Daniel 3.

Luc. 24

Apoca. 3

Annuncia loquium

Ioh. 10

Deu. 18

Iohan. 7

repulit eloquium, Deniq; & alius Propheta dicit: quod ſcelus Iacob? nonne Samaria? & quæ excelſa Iudæ? nonne Hieruſalem? Super hæc excelſa gradiens. Dicitur dominus ſiue aſcendẽs, ſcilicet ad delendum ea ſicut dixit ad Moſen: Loquere filijs Iſrael: populus dura ceruicis es, ſemel aſcendam in medio tui, & delebo te. Hoc deniq; tunc factum eſt, quã do uenit deſolatio eiuſdem populi circumuallãtibus Romanis, quam & ipſe dominus prę uidens. Erit enim (inquit) preſſura magna ſuper terram, & ira populo huic. Vnde cum dixiſſet: & gradiens ſuper excelſa terræ miro modo ſubiunxit, dominus deꝰ exercituum nomen eius. Nam uere iſte eſt dominus deus exercituũ, cui non ſolum in cœlo ſcientes famulantur legiones angelorum, ſed etiam in terra neſciẽtes eum ſeruierunt exercitus Romanorum & uindicauerunt ſanguinem ipſius & ſanguinem prophetarum eius, omnẽq; ſanguinem iuſtũ qui effuſus eſt ſup terrã, à ſanguine Abel iuſti ſicut prædixerat ipſe dñs. Sequit. ⌊Audite uerbum iſtud quod ego leuo ſuper vos planctum domus Iſrael. Cecidit, non adiciet vt reſurgat, virgo Iſrael proiecta eſt in terra ſua. non eſt qui ſuſcitet eã. ⌋Miro mõ, ubi premiſerat, & gradiens ſuper excelſa terræ, dominus deus exercituũ nomen eius: uerba ipſius annunciantis homini eloquium ſuũ, cum grãdi exclamatione pronunciat. Audite (inquiẽs) uerbum iſtud quod ego leuo ſuper uos planctum domus Iſrael

Planctus dñi ſup Hieruſalẽ Mat. 23

¶Nonne ſic habemus in euangelio, ꝙ iſte dominus annuncians eloquium ſuum, & nõ auditus, leuauit planctum, prędicendo futurũ, ut ad ſubuerſionem illoꝝ mitteret Romanum exercitum: leuauit (inquam) planctum. Hieruſalem, Hieruſalem (inquiens) quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te ſunt miſſi ſubiungens. Ecce relinquetur domus ueſtra deſerta: Nonne planctus erat ſuper eos in altum eleuatus, cum totiens diceret ibidem: Vę uobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ, qui clauditis regnum cœlorum ante homines: uæ uobis qui comeditis domos uiduarũ: uæ uobis qui circuitis mare & aridã, ut faciatis unum proſelytũ & cum fuerit factus, facitis eum filium gehẽnæ duplo quam uos: uæ uobis qui dicitis, qui cũq; iurauerit per templum nihil eſt, qui autẽ iurauerit in auro templi, debet: uę uobis q decimatis mentam & aurũ & cyminũ: uæ uobis qui mundatis quod deforis eſt calicis & parapſidis: uæ uobis qui ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis: uæ uobis qui ædificatis ſepulchra prophetarũ & ornatis monumenta iuſtorũ. Vere plãctus eſt magnus. & quod maius eſt, nõſi

Luc. 19

ne lachrymis. Nam ſicut alius Euangeliſta narrat: Videns ciuitatem fleuit ſup illam, dicẽs: Quia ſi cognouiſſes, & tu. Igitur ꝙ nunc dicit. Audite uerbum iſtud quod ego leuo ſuper uos planctum domus Iſrael. Verba eſſe domini recte intelligimus formantis montes (ut ſupra dictum eſt) & creantis uentum, & annunciantis homini eloquium ſuum, facientis matutinam nebulam, & gradientis ſuper excelſa terræ: quia cauſam, cur leuet plãctum ſuper

Mat. 53

domũ Iſrael, plãgẽdo ipſe in euãgelio declamans. Ecce, inquiens, relinquetur uobis domꝰ ueſtra deſerta. Etem̃ ꝙ ait. Cecidit nõ adiiciet ut reſurgat uirgo Iſrael. Proiecta ẽ in terrã

Rom. ij

ſuã nõ eſt q ſuſcitet eã. De naturalibus ramis oliuæ intelligẽdũ ẽ, q, ut ſupra meminimꝰ ex Apoſtolo, propter incredulitatem fracti ſunt, nec inſeri poſſunt, nec enim eſt qui proiectos in terrã ſuſcitare poſſit, ſicut Apoſtoli experti ſunt, hic iã ſubaudiẽdũ eſt illud, quod radici bonæ dictum eſſe ſupra tractauimus. Tu tamen preparare in occurſum dei tui Iſrael, ut ſecundum ſenſum cõtinuet litera, quæ protinus ſequit. Quia hec dicit dominus deus Vrbs de qua egrediebãtur mille, relinquentur in ea centum. & de qua egrediebantur centum, relinquentur in ea decem in domo Iſrael ⌋ Magna iſta cõſolatio eſt fideli Iſraeli bonæ radici, quæ in fractura uel exciſione ramoꝝ naturaliũ grande dãnũ pertulit, ne propter hæc triſtitia magna & cõtinuus dolor ſit cordi eius: quia inſerent alij, dño dicente ſic urbs de qua egrediebantur mille relinquent in ea centũ: & de qua egrediebãt cẽtũ

In Sodomis ne decem qdẽ boni ſunt inuẽti.

relinquent in ea decẽ in domo Iſrael. ¶Quod ut poſſit utiliter intelligi meminiſſe oportet ꝙ ſup dixit ſubuerti uos ſicut ſubuertit deus Sodomã & Gomorrã, & ſcire, qa ſicut carnalis domꝰ Iſrael ſit ſis Sodomę i dãnatiõe facta ẽ, ſic ecõtrario plenitudo gẽtiũ (q̃ Sodoma erat) ſpũalr domus iſrl effecta ẽ. Simulq; memoriter recolẽdũ: q in Sodomis nõ ſunt relicti ſaltẽ decẽ iuſti, ꝓpter qs dimiſiſſet dñs oẽm loco, & nõ deleuiſſet eos. Sic em̃ Abrahã loquens ad dñm & incipiẽs à quinquaginta, numeꝝ q̃ paulatim decerpẽs atq; diminuẽs, tandẽ finiuit, Obſecro, inquit, ne iraſcaris dñe, ſi loquar adhuc ſemel. Quid inuentĩ fuerint ibi decẽ?

Aiit

Ait. Non delebo ꝓpter decē. Hoc animaduerſo, iā nunc dixit, ſubuerti uos ſicut ſubuertit deus Sodomā & Gomorrā: ſimul intendiſſe illū nō dubitemus, ut diceret illā aūt quæ Sodoma fuerat, ſcilicet eccleſiā de gētibus, nō ſubuertam. Quā obcauſam? Videlicet ꝓpter antiquā ſententiā. Debeo em̄ fidelis eſſe amico meo fideli Abrahæ ut ubicūq; inuenero de cē iuſtos, nō deleā ciuitatē propter eos. Ecce aūt non ſolū decē in eccleſia gētiū iuſtos inueniā, uerūetiā centū unde prius egrediebātur mille, id ē unde nullus ante relinquebatur, ſed abibant omnes in uias ſuas, ſine deo, alieni à ſalute, qui uidelicet oēs intelligūtur per mille. Millenario nāq; nūero uniuerſitas ſignificari ſolet, ut illic. Memor fuit in ſeculū teſtamēti ſui, uerbi quod mādauit in mille generationes. Porrò centenario & denario nūero pfectio ſignificari ſolet, ut illic. Centuplū accipiet. Et in libro Machabeoꝝ legimus. Iudas autem Machabæus, qui decimus fuerat, ſeceſſerat in deſertū locū. Decimus nāq; id eſt, in paterna decē p̄ceptorū lege perfectus. Tales utiq; ſcilicet centeſimi & decimi, id eſt perfecti, in urbe uel eccleſia gētiū relinquēt, unde prius mille egrediebātur, id ē uniuerſi cōdemnabātur: & propter eos qui perfecti erūt, cæteri peccatores qdē ſed pœnitētes, in die iudicij ſeruabūtur, & relinquentur in domo Iſrael, uelut oleaſtri in bonā oliuā inſerti pro naturalib⁹ ramis, qui fracti ſunt. Quātitate qdē plus eſt in cētū de mille q̄ in decē relinquēdis de centū: ſed ratione æqualitas in utroq; eſt, qa uidelicet ſicut cētenus milleni, ita decenus cēteni, decima pars eſt. ¶ Bene aūt per decimā ſanctificatio iuſtitiæ ſiue iuſtoꝝ intelligitur, quia nimirū ex decreto legis, rerū omniū decimatio, pars dñi eſt. Eadem q̄ preſenti loco dicimus, ſiue intelligimus, ex alterius ꝓphetæ, ſcilicet Eſaia lectione cōprobātur. Cum em̄ dixiſſet, excęca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude, ne forte uideat oculis ſuis, & auribus ſuis audiat, & corde ſuo intelligat, & cōuertat, et ſanē eum: uſq; quo dñe, donec deſolētur ciuitates abſq; habitatore, & domus ſine homine, & terrra derelinquet deſerta. Quibus utiq; uerbis frangēdos eſſe ramos naturales (de q̄bus iā diximus) ſignificabat, cōtinuo ſubiūxit. Et multiplicabit quæ derelicta fuerat in medio terræ, & adhuc erit in ea decimatio, & conuertetur, et erit in oſtenſionē ſicut Therebinthus. & ſicut querc⁹, quæ extēdit ramos ſuos. Semen ſanctū erit id q̄d ſteterit in ea. Nimiꝝ eadem in iſto & in illo iuſtoꝝ ſanctificatio ſiue multiplicatio ſub ſacramēto decimationis (quæ pars dñi ſiue altaris eius legitima eſt) recte intelligitur. Et pulchre Iſraeli bonæ radici inſerendoꝝ multiplicitas ramorum de cunctis gētibus, tanq̄ ex oleaſtro, ſub noie decimationis repromittitur: quia uidelicet ille primus decimas rerū ſuarū deo uouiſſe legit. Si fuerit dñs mecū (ait) & cuſtodierit me in uia per quā ambulo, & dederit mihi panē ad ueſcendū, & ueſtimētū ad induendū reuerſuſq; fuero proſpere in domū patris mei, erit mihi dñs in deū, & lapis iſte, quem erexi in titulū, uocabitur domus dei: cūctorūq;, quę dederis mihi, decimas offerā tibi. Pulchra uicißitudo, pulchra recompenſatio. Iſrael in domo dei decimas gentiū ſe relicturum promittit. Cū em̄ dixiſſet, urbs de qua egrediebātur mille, relinquētur in ea decem, addidit, in domo Iſrahel. Profecto qui tantas illi ſalutis ſiue ſaluādoꝝ copias deſtinabat, nō uane ſic prem̄ſit & ſic p̄locutus eſt, preparate in occurſum dei tui Iſrael. Sequitur. ¶ **Quia hec dicit dominus domui Iſrael, querite me & uiuetis, & nolite querere Bethel, & in Galgala nolite intrare, & in Berſabee non trāſibitis, quia Galgala captiua ducetur, & Bethel erit inutilis. Querite dominum & uenite, ne forte cōburatur uti gnis domus Joſeph, & deuorabit & non erit qui extinguat Bethel.** ¶ Locus iſte per coniūctionem: q̄ ſic incipit, quia hæc dicit dñs domui Iſrael: ad ſuperiora nos remittit, ubi ſic dictū ē ex perſona dñi. Venite ad Bethel & impie agite, ad Galgala, & multiplicate p̄uaricationem &c. quæ ita finiuit. Sic enim uoluiſtis filij Iſrael. Eſt enim ſenſus. Dixi uobis ſuperius, q̄n uerbo adhortantis: Venite ad Bethel, & impie agite: ſed nō eſt hoc adhortātis ſiue uolentis, imò indignātis & odientis, quia ſi uoluntas queritur domini, hæc potius vult, & hæc pro uolūtate ſua dicit. Nolite quæ rere in Bethel, & in Galgalan olite intrare. Ibi quærētes nō utiq; uiuetis, ſed potius morieminī: qa uidelicet nō ibi, ſum ego deus uiuus et uiuificās, ſed ibi ē aureus uitulus, nō dico mortuus, nec em̄ aliq̄n fuit uiuus, ſiue animatus: ſed dico ubi eſt uitulus ut deus ueſter neq; mortuus, neq; uiuus, ſed tamē mortificās, quia qui querūt illū, moriuntur. Nolite ergo querere Bethel, & in Galgala nolite intrare, qui eſt locus Idolatriæ, & in Ber-

Miſteriū in numeris mille & decem. Eph. 4. Pſal. 104. Matth. 19. 2. Machab. 8.

Decima, pars domini. Leui. 27. Leui. 6.

Iacob deo primas decimas vouit. Gene. 28.

Supra 4.

ſabee nõ tranſibitis, ubi ptinaci errore Idola adorare cõſueuiſtis ¶ Notandũ deinde q; cum dicit, quia Galgala captiua ducet, & Bethel erit inutilis: de Berſabee tacet, qa uidelicet uiginti decẽ tribubus urbs noie Berſabee, quæ erat in Tribu Iuda, illo tẽpore neq; capta neq; deſtructa eſt. Hæc dño dicente, ſtatim ſuã ꝓpheta per propriã ꝑſonã, pro bona uoluntate adhortationẽ ſubiũgit, querite (inquiẽs) dñm & uiuite, ne forte ſuccẽdatur ut ignis domus Ioſeph: quã propter Hieroboam, qui de tribu Effraim, & de domo fuit Ioſeph, decẽ tribus ſentire debemus, q̃ appellabãtur Iſrael, & ex maiore populi parte nomen priſtinũ poſſidebant. Duæ aũt tribus, quæ regebãtur à ſtirpe Dauid, qui de tribu Iuda fuit, uocatæ ſunt Iudas, & poſſidebãt Hieruſalem, in qua erat templũ dei. Cũq; ſuccenſa fuerit domus Ioſeph deuorabit atq; cõſumet Bethel, & nõ erit qui extinguat, cum à regibus ſuis fuerit ſuccenſa. ¶ Hæc omnia ſic dicta ſunt, ut cũ in ſuperficie literæ, uel uocis ꝓpheticæ tẽporis tũc inſtãtis captiuitatẽ denũcient, qua decẽ tribus in Aſſyrios poſtmodũ tranſferẽdæ erãt nihilominus ſubtiliter inſpecta Iudeoꝝ captiuitate, quæ nũc uſq; diſperſa manet, conueniant. Quod ut intellectui planius fiat, prius dicendũ, qa Bethel domus dei, Galgala uolutabrũ, Berſabee puteus iuramẽti interp̃tatur. Quis aũt illã neſciat quondã domũ dei, de qua uane gloriabãtur Iudæi cõfidentes uerbis mẽdatis & dicentes, templũ dñi, templũ dñi, tẽplũ dñi eſt. Porro uolutabrũ illorũ, cerimoniæ carnales erant, imõ, ſunt, ex quo Chriſtũ crucifixerunt uolutabrũ inq̃, ita ut Apoſtolus pro detrimẽto illos habeat, & arbitretur ut ſtercora, nõ ſine autoritate ꝓpheticã. Nã in Malachia. Ecce ego (inquit dñs) proñciã uobis brachiũ, & diſpgã ſuper uultũ ueſtrũ ſtercus ſolẽnitatũ ueſtrarũ. Puteus aũt iuramẽti erat illis ꝓfunda cupiditas auri et argenti, & in tantũ puteus iuramẽti ut iuramẽtũ in auro nimie ꝑferrẽt iuramento quod iuratũ eſſet in altari, ſiue in tẽplo, unde dñs. Væ uobis (inquit) duces cæci qui dicitis quicũq; iurauerit per tẽplũ, nihil eſt: qui aũt iurauerit in domo qd ẽ ſuper illud, debet. Igitur q̃rite me & uiuetis (ait Chriſtus qui uere uita eſt) & nolite querere in Bethel, id eſt, in illa domo dei quæ cũ debuiſſet eſſe domus orationis, facta eſt ſpelunca latronũ: quia ſicut per ꝓphetã ꝑdixerã. Reliqui domũ meã, dimiſi hereditatẽ meã, facta eſt mihi hereditatio mea quaſi ſpelunca hyenæ. Nolite me q̃rere illic, qa ſum ibi, ex quo uolentibus illis me lapidare, abſcondi me & exiui de tẽplo. Et in Galgala nolite intrare, id ẽ, uolutabrũ ueterꝝ cerimoniarũ cõtemnite, & habete iã pro ſtercore, ut ne ſaltẽ circũcidamini illa carnis circũciſione, q̃ Ioſue populũ circũcidit in Galgalis: qa ſi circũcidamini, Chriſtus uobis nihil prodeſt. Et in Berſabee, nõ tranſibitis, id ẽ, auaritiæ phariſaicæ ꝓfunditatẽ, quã periuria cõſequũtur, non ſectabimini. Talia ꝑdicãtibus Apoſtolis Chriſti poſt paſſionẽ eiꝰ, quẽ illi audire noluerũt, futurũ erat qd ſequitur, qa Galgala captiua ducetur, et Bethel erit inutilis: ſimulq; et qd ſub iũgitur, q̃rite dñm & uiuite, ne forte cõburatur, ut ignis domus Ioſeph, & deuorabit, & nõ erit qui extinguat Bethel: Illa nãq; Bethel, quæ debuit eſſe domus dei ſiue Chriſti, cuius typũ tenuit Ioſeph, nõ ſolũ inutilis facta, uerũ etiã ꝓpter inutilitatẽ igni cõbuſta eſt, & deuorauit eã ignis, & nõ fuit qui extingueret, quin etiã inuiſibiliter quoq; nũc ardet uſq; ad infernı nouiſſima, ignis qui in furore dñi ſuccẽſus eſt, et illa iã nõ uere Iudæa, ſed Galgala ſupra dicto modo dicẽda, in oẽs gẽtes captiua ducta eſt. Sequitur. L **Qui cõuertitis in abſynthiũ iuditiũ, & iuſtitiã relinquitis in terra, & facientẽ arcturũ & orionẽ, & cõuertentẽ in mane tenebras, & diem nocte mutantẽ, qui uocat aquas maris, & effudit eas ſuper faciẽ terre, dñs nomẽ eſt eius. Qui ſubridet vaſtitatẽ ſuper robuſtũ, & vaſtitatẽ ſuper potentẽ affert.** ⌋ Hic ſubaudiendum eſt, uobis dico loquor, qui conuertitis in abſinthiũ iuditiũ. Grãdis culpa, magna dãnationis cauſa, cõuertere dulcedinẽ iuditij in abſinthiũ ſiue amaritudinẽ iniquitatis, & pulchritudinẽ ſiue ſuauitatẽ iuſtitiæ in honorẽ clamoris. Hoc ipſum apud Eſaiam uerbis alijs per figurã uineæ cõqueritur dicẽs. Et expectaui ut faceret uuas, & fecit labruſcas, & exponẽs qd diceret, et expectaui (inquit) ut faceret iuditiũ et ecce iniquitas: et iuſtitiã, et ecce clamor. Vere infelices qui tã lẽgum iniquitatis & clamoris traxerũt funiclũ, ut uſq; ad ipſum pueniret Chriſtũ, iniquo iuditio & clamore cõdemnãdũ, clamãdo reus eſt mortis, clamãdo crucifige crucifige, clamãdo, ſanguis eius ſuper nos, et ſuper filios noſtros. Debemus em̃ fic illa, quæ præſentia uel inſtantia tũc erãt tẽpora reſpicere, ut nõ dubitemus ſpiritum ꝓpheticũ potius futurũ tẽpus ꝓſpexiſſe, quo filij peſſimi

Domus Ioſeh.

Hier. 7

Pſal. 5

Malac. 2

Matt. 23

Iohã. 2

Hier. 17

Iohã. 8.

Gala. 5.

Deu. 32

Peruertere iuditiũ grãdis culpa eſt.

Eſai. 5.

Cur ꝓphetię ſunt obſcuræ.

peſſimi occidendo Chriſtū, impleturi erant menſurā patrū ſuorū: Nā & ſi illa potiſſima prophetiæ pars in iſto & in cæteris prophetis & abſcondita ſiue aperta eſt: propterea nimirum opta eſt qa crudeles atq; rebelles illi patres, nō ſolummodo prophetantes aut ſcribētes, occiderent, qđ fecerūt: uerū etiā ſcipturas incenderēt & perderēt, ſi tale ſacramētum in obſcura litera nō fuiſſet abſconditū. Proinde qđ ſequitur. Et facientē Arcturū & Orionē, & cōuertentē in mane tenebras, & diem nocte mutantē, qui uocat aquas maris & effudit eas ſuper faciē terræ, dñs eſt nomen eius. Oportunū de eodē Chīo teſtimoniū eſſe non dubitemus qa uidelicet pſona hæc magis q̄ pſona patris, opus habebat propternos defēdi ſcripturarū teſtimoniis, q̄ ſit factor ſyderū, noctisq; & diei, imò & oim q̄ facta ſunt, qa ſine ipſo factum eſt nihil. Quare aūt cū omniū factor ſit, p̄ſenti loco tantummodo dicitur factor Arcturi & Orionis, diei & noctis, & pluuiæ ſup terrā effundēdæ: uidelicet ut cū potētia creatoris gratiā quoq; myſtice cōmēdet eiſdē ſaluatoris. Arcturus nāq; q in cœli axe cōſtitutus, ſeptem ſtellarū radiis fulget, ſemp uerſat, & nunq̄ mergitur, imo & dū uerſat, erigitur. Orion aūt in ipſo pondere tēporis hyemalis oritur: ſuoq; ortu tēpeſtates excitat: & maria terrasq; p̄turbat. Vnde apud beatū Iob, ubi dicit, q facit Arcturū & Oriona & Hyadas & interiora auſtri: p Arcturū qui (ut iā dictū eſt) ſemp uerſat, & nunq̄ mergitur (exponēte beato Gregorio) ſanctā intelligimus eccleſiā, q̄ ſeptiformi ſpū ſtabilita, perſecutiones iniquorū ſine ceſſatione tolerat: ſed tamē uſq; ad mundi terminū ſine defectu perdurat. Per Orionē uero ſanctos martyres, qui pondus perſequētiū moleſtiāq; paſſuri, ad cœli faciē quaſi in hyeme uenerūt. ¶ At uero quoniā antiquā noui hominis Chīi diuinitatem iſtis uel his ſimilibus teſtimoniis cōfirmare & cōfirmatā eſſe cupimus, dulcius & delectabilius eē arbitramur, ſi intra uniuerſitatē eiuſdē ſanctæ eccleſiæ p̄ſonas illas q̄ſi digito demōſtremus, quarū propterſimilitudinē cōpetēter hic Arcturū & Orionē feciſſe dicat, qui pſonis illis poſterior eſt hōnatus. Ita q̄ p Arcturū, q (ut iam dictū eſt) ſeptē ſtellis fulget, priſtinos intelligimus patres, exq; bus Chriſus ſecundum carnē ſcilicet Abrahā, Iſaac, & Iacob: eorūq; cōiuges Sarā & Rebecā, Rachel et Liam. Iſtæ nāq; ſeptē p̄ſonæ, ueluti Arcturus ſeptē ſtellis fulgidus, ſemp uerſabātur, et nunq̄ mergebātur, id eſt, p omnē uitā ſuā, propter fidē dei peregrinādo, de loco ad locū proficiſcebātur, neq; diffidētes unq̄ in terram p priſtinæ natiuitatis ſuæ reuertebātur. Nunq̄ Abrahā in Chaldæā reuerſus eſt, cū tot in locis & interdū fame urgēte peregrinaretur: quin etiā ad ſeruū ſuū, caue (inquit) ne quādo filiū meū reducas illuc, cū de Meſopotamia loqueret, ubi habitabat cognatio eius, ex quo tēpore Thare pater eius de Chaldæa fuerat egreſſus. Quāto magis hæc uetuiſſet ne in Chaldæā filius ſuus reduceret? Igitur cū dicit, facientē Arcturū, perpulchrū eſt intelligi de deo & hoīe Chriſto, q̄ anteq̄ naſceret, & in cœlo factor ſtellarū, & in terra factor extitit patrū & matrū ſuarū, uelut ſeptē ſtellarū fulgentiū Abraham & Saræ, Iſaac & Rebeccæ, Iacob & Rachelis atq; Liæ. ¶ Per Orionem uero Moſen intelligimus, q nimirū ſicut Orion in ortu ſuo (ut iā dictū eſt) tēpeſtates excitat, & maria, terrasq; p̄turbat: ita ut in aduētu ſuo decē plagarū tēpeſtatibus Aegyptū quaſſauit, maria diuiſit, & Pharaonē cū curribus & equitibus eius ſubmerſit. Hoc uero multū ad cōmendandā maieſtatē diuinitatis hominis Ieſu Chriſti, q̄ talē Orionē fecerit, quē tanopere aduerſarii eius præferebāt ei, dicentes. Nos ſcimus quia Moſi locutus eſt deus: hūc aūt neſcimus unde ſit. Hoc ipſum, q̄ uidelicet illū Orionē fecerit, pulchre & ſapienter ipſe innuit, qñ illis dicētibus, in lege aūt Moſes mādauit nobis huiuſmodi lapidare, inclinās ſe deorſum digito ſcribebat in terra, ſignificans ſeipſum eſſe, cuius digito ſcriptæ fuiſſent tabulæ quas Moſes accepit, cuius ſibi inſidioſe obiiciebatur authoritas. ¶ Poſt illū Arcturū & Orionē fecit & illud qđ mirabiliter ſignificat dicēdo, & cōuertentē in mane tenebras, & diem nocte mutantē. Etenim qñ fecit talē Arcturū & talē Orionē, id eſt, qñ cōdidit patres ſupradictos, & Moſi dedit legē, gentes tenebræ fuerūt, qa dei notitiā nō habuerūt: ſed quando factus eſt homo, tenebras illas in mane cōuertit, quia gentes euangelica p̄dicatione illuminauit. Econtra, diē nocte mutauit, quia Iudæā in qua prius notus erat deus, cuius notitia deus eſt, propter perfidiā in cæcitate reliquit. ¶ Poſt hæc etiā & illud mirabile fecit, q̄ doctores ex gentilitate aſſumpſit, quorū doctrina mūdū omnē repleuit. Hoc ſignificat ſubiungēdo, qui uocat aquas maris & effundit eas ſuper faciē terræ. Secundū literā iſtud fere q̄tidie eſt.

Arcturus & Orion

Geneſ. 24

Moſes v. Iuſ Orion

Iohan. 9

Ibid. 8

Doctores gentibus, lut p̄luuia maris.

Aquas etñ maris amariſſimas, æthereo colore ſuſpenſas excolat & eliquat in dulcem pluuiarũ ſaporẽ, inſtar medicinalis cucurbitæ, quæ calore ſuperioris gyri humorẽ & ſanguinẽ ſurſum trahit. Ex quo diſcimus unde ſunt pluuiæ. Nimirũ iuxta hãc ſimilitudinẽ q̃ multos de profunditate ſeculi, de falſis & amaris gurgitibus gẽtilitati literalibus & philoſophicis redundantes ſtudñs, ſuperna gratia uocauit, eorumq; aquatica ſcientiã in dulcedinẽ cœleſtis ſapientiæ cõuertit, eiſq; & ore loquentibus, & calamo ſcribentibus, faciẽ terræ, fidem eccleſiæ, plurimis libris, tractatibus copioſis, quaſi cõpluendo ſufficienter inebriauit. Hinc Pſalmiſta dicit. Viſitaſti terrã & inebriaſti eã. Item pluuiã uoluntariã ſegregabis deus hæreditati tuæ. Quod dicit uoluntariã, hoc eſt, uoluntarie, nullisq; precedẽtibus meritis datã. Dominus inquit nomen eſt eius. Conſtanter uere & fiducialiter confitendũ eſt coram hominibus, coram regibus & corã ducibus, ſiue iudicibus corã cunctis gentibus, & cõtra Iudæos inimicos eius, quia talis & tãtus talia & tãta faciẽs dominus eſt, et hoc eſt nomẽ eius, quãuis ad tempus fuerit deſpectus, quãuis ad horã fuerit crucifixus, & in ſepulchro iacuerit mortuus. ¶ Sed pſeuerauerũt negare illũ inimici eius, dicẽtes. Nolumus hũc dominum eſſe nolumus hũc regnare ſup nos. Quid ergo ſequitur? Qui ſubridet uaſtitatẽ ſup robuſtũ & depopulationẽ ſuper potentẽ affert. Quis uaſtitatẽ & depopulationẽ non audiuit illius populi robuſti & potentis? Robuſtus nãq; & potens prę ſenti loco mirabiliter dicitur, uide licet pro eoq; cũ robuſto ſuperbia, cũ potente audacia contra iſtũ, cuius (ut iã dictũ ẽ) nomẽ eſt dñs, populus infelix cõſurrexit, non ut uere fortis contra infirmũ, ſed ut uere freneticus contra medicũ: & male robuſtus eiecit, male potens occidit, male robuſtus et male potens poſt reſurrectionẽ eius Apoſtolos eius pſecutus ẽ, & eiecit atq; reppulit ipſum q̃ uolebãt illis loqui uerbũ dei. Iccirco uaſtitatem ſup talem robuſtũ, & depopulationẽ ſuper talẽ potentẽ attulit, in hoc ipſum ſeruientibus Romanis, multo plus q̃ fecerat famulãtibus Aſſyrĩs obſequẽtibus iuditio eius Babylonis, ut & decẽ tribus in Aſſyrios irreuocabiliter, & Iuda & Babyloniã tẽpore ſtatuto reuocandus trãſmigraret. Hoc maxĩe, q̃ quaſi pRomanos paſſus ẽ, ille robuſtus & potẽs fecit, hic dominus nõ pareẽdo aut cõpatiendo, ſed quaſi ſubridẽdo, propter illud quod dixerãt tãq̃ cauti & prouidi, ne forte ueniant Romani & tollãt noſtrũ & locũ & gentẽ, ſubridẽdo inq̃ iuxta q̃d in pſona eius ſapientia dicit. Ego quoq; in interitu ueſtro ridebo, & ſubſannabo cũ uobis q̃d timebatis aduenerit. Propriæ ſubriſionẽ poſſumus apellare, qñ quis iraſcitur, & apertis paululũ labĩs ridere ſe ſimulat, ut iræ mãgnitudinẽ oſtendat. Talibus nerbis circa dñm q nullos motus patitur, idcirco ſcriptura uũt, ut ſatis quantũ poteſt affirmet, q̃ dominus, quãuis natura ſit clemens, nullatenus tamẽ robuſto & in potenti, id eſt peccato ſuperbiẽti, miſereatur, ſed ſicut item dicit ſcriptura. Potentes potẽter tormẽta patientur exiguo aũt cõcedetur miſericordia. Eũ qui talis & tãtus eſt qui talia & tãta poteſt, cõuertitis (ait) in abſinthiũ, ut cũ ſit natura dulciſſimus, cũcta ſuæ naturæ cõtineat dulcedinẽ, & totius iræ q̃ſi ſubridendo ſuper uos effundat a maritudinẽ. Nãc quaſi q̃reret aliquis, quomodo uel q̃d agẽdo tã dulcẽ in abſinthiũ ſibi conuertere potuerint cõuertitur ad interrogantẽ et dicit. **Oderunt corripientẽ in porta, & loquentẽ perfecte abominati ſunt.** Vigilãter hic animaduertẽdũ eſt ut nõ in incertũ uel per coniectũrã diffiniamus robuſtũ illũ et potentẽ, cuius uaſtitatẽ ſiue depopulationem iuſte ſubrideat dulcis dominus, cõuerſus in abſinthiũ. Non dicit peccauerũt, ſiue admiſerũt quippiã quod in porta, in eſt in iuditĩs, quæ in porta ciuitatis agi ſolebãt, eſſet corripiendum: neq; dixit imperfectæ locuti ſunt, ſed corripientem (inquit) oderunt, loquentẽ pfectæ abominati ſunt. Hoc eſt inremiſſibile peccatum: hæc robuſtiorum eſt atq; potentũ, nõ p ignorantiã ſiue p infirmitatẽ peccare, ſed peccatũ ſuphie defendendo, corde inpœnitẽti corripiẽtẽ quoq; odiſſe et abominari illũ, q audiat loq pfectæ. i. nõ ſibi placẽtia ſed malis actib⁹ repugnãtia: Quis aũt in porta corripuit, ul'qs pfectæ locut⁹ ẽ. Corripuit q̃dẽ eos Dauid, & pleraq; pfecte locutus eſt, atq; iccirco oderũt illũ et abominati ſunt, dicentes, q̃ nobis pars in dauid, uel quæ hæreditas in filo Iſai: & iſtũ quoq; q hęc ipa loquit, et cæteros ꝓphetas oderũt & abominati ſunt. Veruntamen ſicut cętera, ita & iſtud in uno Chriſto iuſte corripiẽte, et pfecte loquẽtẽ ueraciter & indubitãter ẽ adimpletũ. Ipſe eñ loquit in Pſalmo. Aduerſũ me loquebãt q ſedebãt in porta. Itẽ. Cũ his q oderũt pacẽ, erã pacific⁹ cũloq̃bar illis i mpugnabãt me gratis

Ioha. 11. Proue. 1 Subriſio

Sapiẽ 9

Peccatum irremiſſibile.

3. Regũ. 12. Chriſtũ ꝓ omĩbus oderunt gratis.

Pſal. 119

Vnde

Vnde memor ipſe cũ abominaret eũ & propter hæc diceret, qui me oderunt & patrẽ meũ oderũt, & deinde: nũc aũt & uiderũt & oderũt & me & patrẽ meũ, cõtinuo ſubiunxit. Sed ut adimpleatur ſermo q in lege eorũ ſcriptus eſt, qa odio habuerũt me gratis. Chriſtũ ergo præ oĩbus etiã hic intelligimus, quẽ oderũt corripientẽ in porta, id eſt, in aperto ſiue in publico, quẽadmodũ ipſe dixit. Ego palã locutus ſum mũdo: & in occulto locutus ſum nihil Et recte taliter in porta, id eſt, nõ in occulto corripiebat q ſemetipſum portã ſiue oſtiũ dicebat, & eos q claues portarũ ſcientie tulerãt de iniuſtitia redarguebãt. ¶ Ipſum ſolũ pfecte loquentẽ ueracitet dicamus, q peccatũ nõ fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. Et pro iſta quidẽ parte pro iſto modo pfectionis, qa nõ eſt inuẽtus dolus in ore eius, pfecte loquẽs recte dicatur: ſed nihilominus in ſapiẽtia ſiue doctrina ſolus hic eſt pfecte locutus, pfecte (inquã) & tã mirabiliter, ut dicerẽt miniſtri principũ & phariſæorũ, q miſi fuerant ut apprehẽderent eũ. Nunq̃ ſic locutus eſt hõ ſicut hic hõ. Sequitur. **Ideirco pro eo q diripiebatis pauperẽ, & predã electã tollebatis ab eo, domos quadro lapide edificabitis, & nõ habitabitis in eis: Vineas amantiſſimas plantabitis, & non bibetis vinũ earũ, qz cognoui multa ſcelera veſtra, & fortia peccata veſtra. Hoſtes iuſti accipientes munus, & pauperes deprimentes in porta. Ideo prudens in tẽpore illo tacebit, qz tẽpus malũ eſt.** Hic manifeſtius indicat, q quãuis uerbis pteriti tpis utatur, dicẽdo, odio habuerũt in porta, corripientẽ, & loquẽtẽ pfecte abominati ſunt diripiebatis pauperẽ, & pdã electã tollebatis ab eo: de futuro tñ prophetiã texit, & in uerũ pauperẽ, Chriſtũ tendit, dum ſubiungit, prudẽs in tẽpore illo tacebit. At ille pauper nihil in hoc mũdo poſſedit. Qũo ergo illũ diripuerũt, uel quã prædã electã ab eo tulerũt? Nimirũ quãdo crucifixerũt eũ, diuiſerunt ſibi ueſtimẽta eius, & ſuper ueſtẽ eius miſerũt ſortẽ: & hæc qdẽ pda magna fuit pro quãtitate ſacrilegij, nõ pro quãtitate ſupellectilis, ſed altius intuentibus pda illa occurrit, quã per parabolã euangelicã ipſe ſignificauit, in qua agricolæ uidẽtes filiũ patris familias, dixerunt intra ſe. Hic eſt hæres, uenite occidamus eũ, & habemus hæreditatẽ eius. Pauperem ergo illũ, de quo in pſalmo legitur, Beatus qui intelligit ſuper egenũ & pauperẽ. Itẽq̃. Et perſecutus eſt hominẽ inopẽ & mendicũ & cõpunctũ corde mortificare. Pauperẽ (inquã) id eſt, humilẽ Chriſtũ diripuerũt, & pdã electã ab eo tulerũt, qñ plebẽ ab illo auerterũt, implẽtes menſurã patrũ ſuorũ regũ Iſrael, quos imitati ſunt. Sicut em̃ illi decem tribus ſciderunt à domo Dauid, & à tẽplo dñi, & fecerũt eos adorare ſimulachra uituli, quod iã factũ fuerat, quãdo texebatur hæc prophetia: ſic iſti plebẽ auerterunt à filio Dauid, filio dei, & fecerunt eos credere ſuis mendaciis magis q̃ ueritati dei. Iccirco (inquit) domos quadro lapide ædificabitis, & nõ habitabitis in eis, uineas amantiſſimas plantabitis, & non bibetis uinũ earum. Vides quale experimentũ hic iam ponit ſupradictæ conuerſionis, de qua dixit, qui conuertitis in abſynthum iudicium? Nam in lege clemens dominus, exeuntibus ad bellum audiẽte exercitu taliter proclamandum eſſe iudicauit. Quis eſt homo qui ædificauit domum nouã, & nõ dedicauit eã? Vadat & reuertat in domũ ſuã, ne forte moriat in bello, & alius dedicet eã? Quis eſt homo q plantauit uineã, & necdũ eã fecit eſſe cõmunẽ, & de qua ueſci omnibus liceat? Vadat & reuertatur in domũ ſuã, ne forte moriatur in bello, & alius eius fungatur officio. Hoc nimirũ pro ſua dulcedine tũc iudicauit: nũc aũt cõuerſo in abſynthiũ iudicio contraria decernit. Domos (inquiens) quadro lapide ædificabitis, & nõ habitabitis in eis: neq; em̃ captiuator tale quid indulgebat, ſed & domos diruens at-ꝫ ſuccendẽs, et uineas ſuccidens, ædificatores atq; plantatores, quos gladio non occidet, in captiuitatẽ propera re cõpellet, atq; ita neq; domos dedicabitis, quas pulchras facietis, neq; bibetis uinum de uineis amantiſſimis, quas ordine concitas diligenter coluiſtis. Quare? Quia cognoui (inquit) multa ſcelera ueſtra nõ ſolũ multa, uerũetiam (quod peius eſt & uenia indignum) fortia cognoui peccata ueſtra. Nã peccata ueſtra non de infirmitate ſiue de ignorantia, ſed de ſuperba fortitudine de forti prodeunt ſuperbia, iuxta illud in pſalmo: Ideo tenuit eos ſuperbia operti ſunt iniquitate & impietate ſua, prodiit quaſi ex adipe iniquitas eorũ. Illam ueſtrã iniquitatem in proximum, impietatem in deũ, quæ non ex infirmitate, ſed ex adipe prodiit, ô mle fortes in peccatis, ecce breuiter depromo uobis: Hoſtes iuſti, accipientes munus, & pauperes in porta deprimentes. Nam cum hoſtis ab obſiſtendo dicatur, ſubiungendo hoſtes iuſti

Iohan. 15

Solus Chriſtꝰ perfecte locutus eſt.

Ioæan. 7

Prædã quam à Chriſto tulerunt Iudæi.

Pſalm. 72

Hoſtes iuſti.

ſtes iuſti, accipiẽtes munus, & pauperes in porta deprimẽtes, nõ incõgruas reddidit cauſſas cur dixerit, & fortia cognoui peccata ueſtra. Vere hoſtes iuſti, maxime illi, qui menſurã patrũ ſuorũ in eo impleuerũt, ut non ſolũ munus acciperent aduerſus pauperes in porta, id ẽ, in iudicio deprimendos, quod ſæpe fecerunt tam ipſi q̃ patres eorũ: uerumetiã ut ſibi tradꝫ retur iuſtus, munus, id eſt triginta argenteis ſpoponderunt & dederunt. Ideo (inquit) qa tas liter fortes ſunt & hoſtes iuſti, prudens in tẽpore illo tacebit: quia tempus malũ eſt. Reuera et in iſto ſermone ualde ueracẽ iſtũ prophetã ſuũ iuſtus ac prudens ille fecit, quãdo corã iudicibus iniquis, quia tempus malũ erat, tacuit: ſicut euangelica narrat hiſtoria. Cum eñ

Mat. 26 dixiſſet Euangeliſta, quia ſurgens princeps ſacerdotũ ait illi, nihil reſpondes ad ea quæ iſti aduerſum te teſtificantur. Ieſus aũt (inquit) tacebat, & uere tanquã prudens tacebat, ſciens, quia quicquid reſponderet inſidiantibus, in calumniã ſibi uerteretur. Vnde & ſecundũ aliã

Lucæ. 22 Euãgeliſtã dixit: Si uobis dixero, nõ credetis mihi: Si aũt & interrogauero, nõ reſpõdebitis mihi, neq; dimittetis. Porrò illa taciturnitas aliam utiq; ſignificabat, qua nũc tacet illis, mandando nubibus ſuis, ne pluant ſuper uineam illã imbrem, id eſt, prohibendo ſuos ut ab illis cõtineant euãgelij prædicationem, quia tempus malũ, iuxta quod ſapiẽtia loquitur, ne effundas ſanguinem ubi nõ eſt auditus. Nam inde malum eſt ibi tempus, quia non eſt ibi au

Eccl. 32. ditus: his dictis de certa cõdemnatione hoſtium iuſti, quia poſſunt eſſe inter eos aliqui licet pauciſſimi, qui errore peccãt & nõ odio iuſti, cõuertitur ad eos ſermo propheticus & dicit. ¶ Querite bonum & non malum ut viuatis, & erit dominus deus exercituum vobiſcum, ſicut dixiſtis. Odite malum & diligite bonum, & conſtituite in porta iudicium, ſi forte miſereatur dominus deus reliquijs Joſeph. ¶ Huius nimirũ adhortationis fructus nõ omnino periit, quia uidelicet & tunc tẽporis aliqui bonũ quæ fierũt, ita ut di-

Reg. 12. Rom. 11 ceret dñs ad Heliã, Reliqui mihi septẽ milia uirorũ, qui nõ curuauerũt genua corã Baal: & in tẽpore euãgelicæ gratiæ ſimiliter factũ eſt. Sic eñ inquit Apſus: Et in hoc tẽpore reliquæ

Ioſeph typus Chriſti. ſecũdũ electionẽ gratiæ ſaluæ factæ ſunt. ¶ Pulchre nimirũ nũc meminit Ioſeph, dicendo, ſi forte miſereatur dñs deus reliquijs Ioſeph. Hieroboã nãq; qui peccare fecit Iſrael, de tribu fuit Effraim, qui filius fuit Ioſeph: cuius uita, ſicut in ſemetipſa laudabilis extitit, ſic in his quæ geſſit uel pertulit typũ dñi noſtri Ieſu Chriſti prætulit, in quo reliquiæ ſaluæ factæ ſunt Verũ iſta pars quã dicit, & cõſtituite in porta iudiciũ, nõ habuit effectũ. Nunquam eñ uel tunc ex quo uitulos fecit Hieroboã pblicũ celebrauerũt iudicium, ut uitulos delererent, & ut redirent ad Dauid regẽ ſuũ: nunq; hoc tempore, quo Chriſtũ crucifixerunt, ita cõſtituerũt in porta iuditiũ, ut paterentur ſibi publica prædicatione demonſtrari de ſcripturis quodlibet ueritatis Chriſti teſtimonium. Sequitur ergo. ¶ Propterea hec dicit dominus deus exercituũ dominator. In omnibus plateis planctus, & in cũctis que foris ſunt, dicetur ve ue, & vocabunt agricolã ad luctũ, & ad planctũ eos qui ſciunt plangere. & in omnibus vijs erit planctus, quia pertranſibo in medio tui, dicit dominus. ¶ Hoc expoſitione nõ indiget, quia res nota & manifeſta eſt. Nã ut de captiuitate decem tribuum in Aſſyrios, de tranſmigratione Iuda taceamus in Babylonios, qbus in plateis planctus quibus in uijs nõ fuit luctus, & in qbus nõ fuit dictũ uæ uæ, qñ illi hoſtes iuſti ſcilicet, Chriſti Romana circũdati ſunt obſidione? Mirũ & illud fuit, & hoc loco nõ ptereundũ uidetur, qp priusq̃ pro re ab omnibus diceretur uæ uæ, mirabili prodigio qdam (ut refert Ioſe-

verba Ioſephi. phus) in cũctis plateis & in omnibus uijs clamauit uæ uę. Ieſus (inquit) filius Anai plebeius et ruſticus, quadrienniũ priusq̃ bellũ gereretur in ſumma ciuitatis pace atq; opulentia, cum ad feſtũ diẽ ueniſſet reperte exclamare cœpit. Vox ab oriẽte, uox ab occidẽte, uox à quatuor uentis, uox in Hieriñ et templũ, uox in maritos nouasq; nuptias, uox in omnẽ hunc populũ. Atq; hæc interdiu noctuq; p oẽs ciuitatis uicos clamitãs circuibat. Propter hoc plagis ad oſſa uſq; laceratus, ad ſingulos ictus reſpõdebat. Væ uæ Hieroſolymis. Interroganti pfecto tũc tẽporis Albino, quis eſſet uel unde ortus, aut cur iſta diceret, nihil aliud retulit, ſed uelut orationẽ quandam meditatus, uæ uæ Hieroſolymis quærebatur. Id per annos ſeptẽ & quinq; mẽſes cõtinue fecit, donec obſidionis tẽpore paululũ requieſcẽs, & deinde ſupra murũ circuens, iterũ, uæ uæ ciuitati, magna uoce clamauit. Cũ aũt ad extremũ addidiſſet, uæ etiam mihi, lapis tormento emiſſus ſtatim peremit. ¶ Quod tandem ſubiungitur qa

Trãſitus dñi ad Hieruſalẽ. ptrãſibo

pertranſibo in medio tui dicit dñs, irã ſonat magnã, & deſertionẽ illã, quã in euãgelio ſignificatã eẽ animaduertim⁹, ubi cũ duxiſſent illũ uſq; ad ſuperciliũ mõtis, ſupra quẽ ciuitas illorũ erat ædificata, ut p̃cipitarẽt eũ, ipſe aũt (inqt Euãgeliſta) trãſiẽs p mediũ illorũ ibat. Sic nãq; tranſeũdo & eũdo, ſignificabat facto, illud ſine dubio futurũ, qđ paulo añ in myſterio cõminat⁹ fuerat illis dicẽdo. In ueritate dico uobis, multæ uiduæ erãt in diebus Heliæ in Iſrael, qñ clauſum eſt cœlũ annis trib⁹ & menſib⁹ ſex, cũ facta eſſet fames magna in omni terra, & ad nullã illarũ miſſus eſt Helias, niſi in Sareptho Sydoniæ ad mulierẽ uiduã. Et multi leproſi erant in Iſrael ſub Helizeo ꝓpheta, & nemo eorũ mũdat⁹ eſt, niſi Naaman Syr⁹. Terribiliter nanq; quaſi cũ interpoſitiõe iuramẽti, in ueritate, innuebat illis q̃ nimiã famẽ uerbi dei forent paſſuri, quã ptranſeũdo relinq̃ret eis: Hydria farinæ & lechito olei (qđ eſt euãgelica doctrina & gra ſpũs ſancti) apud gẽtilitatẽ quandã uiduã nõdefliciente: Helia, i. deo dño ſcz Ieſu Chriſto p̃ſente: & q̃ in lepra pcti ſui moritur⁹ eſſent, curato Syro Naaman. i. genti illi populo per Heliſei, i. Ieſu Chriſti lauacrũ, Heliſeus nãq; dei mei ſalus interp̃tatur, q̃ ucz ſalus nobis eſt, dñs Ieſus Chriſtus. Illud tandẽ nõ ptereundũ, q̃ in tali pertranſitiõe dñi dicuntur uocare agricolã ad luctũ. Arbitramur nanq; hoc mira cũ reprehenſione eſſe dictũ. Quid em̃? Nunqd agricolæ ueraciter ſicut oportet, ſciunt lugere? Aut quẽ æſtimare debem⁹ eẽ agricolã, niſi illũ qui ita ruſticus eſt, ut lugendi nõ habet ſcientiã? Vera nãq; ſcientia lugentes facit. Et iccirco ſicut in ordine ſpiritũ à ſpũ timoris dñi, ſurſum terti⁹ eſt ſpũs ſcientiæ: ita in ordine beatitudinum, tertio loco beatitudinem lugentium ponit dominus. Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur. Stulti igitur, qui per tranſeunte dño agricolã uocant ad luctũ, & nõ potius urbanũ ſiue eccleſiaſticũ in ſancta ſcientia bene exercitatũ, i. qui temporalitũ tantũmodo & nõ ſpiritualiũ damna bonorũ, qui corporũ tantũmodo, & nõ poti⁹ mortuarũ funera lugent animarũ. Deniq;, q̃ cũ dixiſſet & uocabunt agricolam ad luctũ, ſubiũxit, & ad planctũ eos q̃ ſciũt plãgere, nõ pro ſuo iudicio, ſed ꝓ uana illorũ dixit æſtimatiõe.

Lucæ. 4

Vocare agricolã ad luctũ.

Eſai. 11.

Matt. 5

FINIS LIBRI SECVNDI IN AMOS.

RAPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN AMOS PROPHETAM, COMMENTARIORVM LIBER TERTIVS.

TOta pulchra es amica mea, dicit ſponſus in Canticis. Et notũ eſt q̃ ſponſus ille Chriſtus, & amica eius ſancta prophetica at q̃ apoſtolica eccleſia ſit. Quæ aũt illi⁹ amicæ pulchritudo maior eſſe poteſt, q̃ ſenſus ueritatis & ſcientiæ dei quæ in ſacris literis latet? Sicut enim ex collocutione dei ſplendida facta eſt exterior facies Moſi, ſic & Moſi & prophetarũ & Apoſtolorũ fideles animæ interiori facie ſancto ſcientiæ ſpiritu illuſtratæ ſplenduerunt, pulchrũ & fulgidũ habentes ſenſum ueritatis. Itẽ ſicut oportuit Moſen uelare faciẽ ſuã quando loquebatur ad populũ, uidentes em̃ Aaron & filij eius claritatẽ uultus eius, timuerũt propeaccedere: ſic & Moſen & prophetas oportuit groſſiori ſubtegere ſenſus intimi claritatẽ, quia ucz illius temporis hoies Iudæi ſiue filij Iſrael nullatenus ſuſtinerẽt, ſi ſacramẽta Chriſti & eccleſiæ, q̃ nouerãt, planis & aptis uocib⁹ p̃dicarent. Qũo em̃ tunc ſuſtinerẽt, qũo ſcripturas ſaluas eſſe uellent rebelles & increduli, cũ nũc quoq; ad uidendũ uel audiendũ quippiã ſpũale minus impatientes ſint? Hæc iccirco dicimus, ne nobis mirũ uideatur, q̃ hic Amos & ꝓphetæ cæteri tã obſcure locuti ſunt, iuxta illud Pſalmi. Tenebroſa aqua in nubib⁹ aeris, i. occulta ſcientia in prophetis. Nã hoc ipm q̃ quaſi tenebroſe locuti ſunt, oculo fecerunt ſimplici, & nullã habente partẽ tenebrarum. Id eſt, nõ propter inuidentiã, ſed propter cautelã: nõ inuidendo legentibus intelligentiã, ſed

Cur ꝓphetę locuti ſunt tã obſcurę.

al. 19.

Marc. 7 Cāti. 4 præcauendo legentiū malitiā, quibus nō omnia credēda ſunt: ſicut margaritæ ante porcū mittendæ nō ſunt. ¶ Igitur cū audimus dilectū dicentē: Tota pulchra es amica mea, & macula nō eſt in te, & deinde: ſurge propera amica mea, ueni de Libano, ueni coronaberis: ar bitremur Chriſtū deſiderare, ut appareat pulchritudo ſanctæ ſcripturæ, pulchritudo uerita

Pſa. 97 tis propheticæ, pulchritudo colūbæ, cuius (ut Pſalmiſta dicit) pennæ deargentatæ, & poſteriora dorſi eius in pallore auri. Et quia nō decet, adducatur ſiue ueniat illa p alios, niſi per illos qui diligunt munditiam cordis. Veni (inquit) de Libano, ueni, quod idē eſt ac ſi dicat, Illi te tractent, qui ſecundū nomen Libani, quod interpretatur candidatio, id eſt, mundi eſſent. Huiuſce laboris, ſi digne fiat, primum breuiter exprimit, dicendo, coronaberis. Hoc ſatis debet eſſe amatori ſapientiæ, quæ uera pulchritudo eſt ſanctę eccleſię, ꝙ ipſa uidelicet ſapientia coronetur. In quo enim ſapientia niſi in ſapiente coronabitur? Proinde ſicut in pſalmo dominus. Nō nobis dñe nō nobis: ſed nomini tuo da gloriā: ita & nūc inclamantes

Pſal. 113 nō nobis dñe nō nobis, ſed uerbo tuo, ſapiētiæ tuæ, ſcripturis ueritatis tuæ, p̄para coronā Cœptū pagam⁹ ſtudiū curſum. Poſtq̄ totiēs dixit propheta, ſiue in propheta dñs. Quærite me & uiuetis, q̄rite dñm & uiuite, q̄rite bonū & nō malū ut uiuatis &c. repēte terribiliſ icla mat & dicit. **Ve deſiderātibus diē dñi, Ad quid eā vobis? Dies dñi iſta tenebre & lux, Quomodo ſi fugiat vir a facie leonis, & vrſus occurrat ei, ingrediatur domum & innitatur manu ſuper parietem, & mordeat eum coluber. Nunquid non tenebre dies domini, & non lux? & caligo, & non ſplendor in ea?** ¶ Magna exclamatio, mira in uectio dicentis. Væ deſiderantib⁹ diē dñi. Non adeo mirū uideretur, ſi ita diceretur. Vę nō

Philiz. timentib⁹ diē dñi. Nam nō timere, eſt omnino malorū ſiue impiorū hominū: deſiderare autē p̄t eſſe bonorū, adeo ut Apoſtolus dicat: Cupio diſſolui & cū Chriſto eſſe. Deniq; talium

Prou. 2 quoq; deſiderium non ſine quodā timore eſt. Quis enim gloriabitur caſtum ſe habere cor? Verū timor ille non ſeruilis, ſed filialis eſt: non pœnā habet, quia magna illi in ſpe conſolatio eſt. Cum ergo dicit, uæ deſiderantibus diē domini, quid niſi audaciā illorum percutit, qui in

Subſannatio Iudæorū contra prophetas. ſe confidunt tanq̄ iuſti? Non dubiū quin ualde fatigatus illorum inſania, qui erant eiuſmodi, taliter inclamauerit. Quid em̄ prophetis reſiſtendo & contradicēdo dicere ſoliti fuerint qualiter ſubſannare & irridere, ſuamq; cōfidentiā oſtentare cōſueuerint: ex alīs colligimus ſcripturæ locis. Exempli gratia. Cū dixiſſet Eſaias. Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis uanitatis, & quaſi uinculū plauſtri peccatū, ſubiunxit atq; ait. Qui dicitis, feſtinet, cito ueniat opus eius, ut uideamus & appropiet, & ueniat conſiliū ſancti Iſrael, & ſciem⁹ illud. Nimirū hæc dicere eſt male & proterue deſiderantiū, male & ſtulte audientiū. Et quis habitum male confidentis, & audacis animi ſatis in talibus mirari poſſit: qualiū unus Sedechias percuſſit Micheam in maxillam, & dixit: Me ne ergo dimiſit ſpūs domini & locutus eſt tibi? Sed & illud meminiſſe nunc ad rem pertinet, ꝙ prophetis inſultabant, iuxta illud, ꝙ cantātes & ludentes dicunt apud Eſaiā: Manda remanda, manda remanda, expecta reexpecta,

3. Regū vlti. expecta reexpecta, modicū ibi, modicum ibi. Sic nanq; cantabant quaſi deſiderantes, & uelut moræ impatientes, tanq̄ non concedentes ueracem debere prophetam uideri, eo ꝙ nō

Eſa. 7 cito res conſequerentur uerba prophetantis, ſiue domini mandantis, & poſt uerba nimium expectantis. Sentire ergo poſſum⁹, qualiter uel à qualibus defatigatus ſiue exaſperatus iſte ſic exclamauerit. Væ deſiderantibus diē dñi. Ad quid eam uobis? Dies dñi, iſta tenebræ & non lux. Laborat clamans, clamat laborans ut illius diei dñi, anteq̄ ueniat, ſentire & effugere poſſimus anguſtiā. Nam ibi anguſtię peccatoribus erūt undiq;, quō ſi fugiat (inquit) uir à facie leonis, & urſus occurrat ei, ingrediatur domū & innitatur manu ſuper parietem, & mordeat eum coluber. Multa ſunt quæ ex iſtis ſimilitudinib⁹ conīci poſſunt. Nam iuxta

denſus liter & Se leone & alis vrſo, hiſtoriam & ſcdm Iudæorum opinionem iſte ſenſus uidetur: Fugientibus à facie Nabucho donoſor leonis, occurret Aſſuerus, ſub quo Heſter narratur hiſtoria: ſiue deſtructo Aſſyriorum & Chaldæorū imperio, Mœdi, Perſiq; conſurgent. Cunq; regnante Syro fueritis reuerſi, & præcipiente Dario ceperitis edificare domum domini, & omnē fiduciā habueritis in templo, ita ut requieſcatis in eo, & laſſas manus ſuper parietes inclinetis: tunc ueniet Alexander, rex Macedonum, ſiue Antiochus cognomento Epyphanes, qui moretur in templo, & uos inſtar colubri mordeat: nequaquam foris in Babylone & Suſis, ſed intra termi-

noſter ræ

ꝰos terræ ſanctæ. Hæc Hebræoꝝ opinio nimis anguſta eſt & tenuis, nec altitudinẽ attingit diei domini, ſed neq; ad tempora Romani pertingit imperij, ſub quo multo magis uę illis fuit q̃ ſub Aſſyrioꝝ ſiue Chaldæoꝝ, Perſaꝝ & Mœdoꝝ atq; Macedonũ regnis. Referamus ergo cuncta hęc ad diẽ domini, ad aduentũ domini. Nam terror maieſtatis eius leoni & urſo nõ incongrue poteſt aſſimilari, præſertim cũ Hieremias in lamentationibus præmittens: ſed & cũ clamauero & rogauero, excluſit orationẽ meã, concluſit uias meas lapidibus quadris, ſemitã meã ſubuertit, continuo ſubiunxerat. Vrſus inſidians factus eſt mihi, leo in abſconditis. Itaq; cum dicit, quomodo ſi fugiat uir à facie leonis, & urſus occurrat ei, in utraq; ſimilitudine diem intelligimus domini, primũ & ſecundum aduentũ domini. Nã in primo aduentu ſuo tanq̃ leo ſuper illos uenit. Deniq; occiſus quidem eſt uelut agnus, & non aperuit os ſuum, ſed tanq̃ leo reſurrexit, & in omnem terram rugitum dedit: unde & in exordio hic idem propheta dixit. Dominus de Syon rugiet, & de Hieruſalem dabit uocem ſuam. A facie leonis huius tunc quidem fugerunt, ſed non effugerunt: nam fugere uolentibus occurrit ſiue occurret urſus, id eſt, ineuitabilis terror ſecundi aduentus: & merito talis urſus illis occurrit, quoniam fugerunt à facie leonis. Debuerant nanq; potius corã illo leone proſterni, id eſt, agere pœnitentiam ad prædicationem euangelij Chriſti. Sicut em̃ leo proſtrato parcere dicitur homini, ſic parcit Chriſtus peccatori pœnitentiam agenti. Fugerunt ab eo tanq̃ rebelles & increduli, & fugiendo exierunt de domo domini, de eccleſia ſanctorum dei, illo inſequente, & uindictam exigente eius, qui effuſus eſt ſuper terram, omnis ſanguinis iuſti, ſicut ſignificauit eis, quando facto flagello de funiculis uendentes & ementes omnes de templo eiecit. Ita fugientes ille leo inſequutus eſt, & urſus occurrit, dum & ſicut prænunciauerat dicens. Erit enim preſſura magna ſuper terram & ira populo huic, uenientibus Romanis ceciderunt in ore gladij, & in omnes gentes ducti ſunt captiui, & quod futuꝝ eſt, uidebunt in quem transfixerunt, & de anguſtia auolare nõ poterunt. Interea dũ ita inter leonẽ & urſum, id eſt, inter iram primi & irã ſecundi coartantur aduentus, ſiue diei domini, ingrediuntur domũ, & innituntur manu ſuper parietẽ, confidendo in cerimonijs carnalibus, & patronũ ſe putantes habere Moſen. Nam ſup illũ quaſi ſuper parietẽ manu innituntur, dũ circũcidendo & ſabbatizando in Moſe gloriãtur, ſicut aurib⁹ noſtris eos iactãtes frequẽter audim⁹. Hoc ſciens dñs, eſt q accuſet uos (ait) Moſes, in quo uos ſperatis Nimiꝝ ſpes illa nõ uera ſpes, ſed diaboli deceptio eſt. Iccirco cũ dixiſſet, ingrediatur domũ & innitatur manu ſuper parietẽ, addidit, & mordeat eũ coluber. Ita nanq; p̃ſumẽtes, & Antichriſtus in hoc ſeculo ſeducet, & in futuro diabolus cruciare nõ deſinet. His dictis protinus inclamando percunctatur & dicit. Nunquid nõ tenebræ dies dñi & nõ lux, & caligo & nõ ſplendor in ea? Acriter interrogat, diſtricte percunctatur, ſciens quia negari nõ poteſt quod prædixerat, dies dñi iſta tenebræ & nõ lux. Sciens (inquã) confuſionẽ eſſe tenebroſã caliginẽq; confuſam, nullãq; ſplendore conſilij lucẽ, ubi dũ leo fugitur, urſus occurrit, & dũ uterq; declinatur, adeſt mordens coluber. Et bene percunctationis acrimoniã uimq; gemi nauit, uerbis paululũ diuerſis, dicendo, Tenebræ & nõ lux, caligo & non ſplendor. ¶ Nũc (ſicut iã ante diximus) dies dñi, nõ unus, ſed duo: ſiue aduẽt⁹ dñi nõ un⁹ tantũ ſunt, ſed duo: alter quo iã uenit, alter ſine dubio quo uenturus eſt. Vterq; ludæis incredulis proueuit in iudiciũ dãnationis, in dãnationẽ cæcitatis. Nam de primo, in iudiciũ (inquit) ego ueni in hũc mundũ, ut qui nõ uident, uideant: & qui uident, cæci fiant. Et Apoſtolus: Cæcitas (ait) cõtigit in Iſrael & dedit illis ſpiritũ compunctionis, oculos ut nõ uideant, & aures ut non audiant. Et in Eſaia. Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude. Item: Miſcuit uobis dominus ſpiritũ ſaporis, & claudet oculos ueſtros, prophetas & principes ueſtros qui uident uiſiones, operiet. Et multa his ſimilia. Porrò de ſecundo aduẽtu poſt multa dicit. Et ſuſcipiet ſurſum, & ad terrã intuebitur, & ecce tribulatio & tenebræ, diſſolutio, anguſtiæ, & caligo perſequens, & non poterit auolare de anguſtia ſua. Recte igitur nõ contentus fuit, ſemel dixiſſe. Nunquid nõ tenebrę dies domini & nõ lux: ſed repetiuit, & caligo & non ſplendor in ea: quia uidelicet in utroq; die ſiue aduentu domini, cũ exteriori anguſtia tribulatiõis, intus habẽt tenebras confuſiõis, & in utroq; obſcurãtur oculi eoꝝ ne uideãt, in utroq; fit uia illoꝝ tẽbræ & lubricũ. Segtur. ¶ Odi & pieci feſtiuitates veſtras.

Tren.3

Leo, proſtratiho mini parcit.

Iohan.7

Lucæ.21 zach.12 Eſai.8

Iohan.8

Duo aduentꝰ dñi, Iudæus reprobis vterq; s damnationem Ioh.9.

Roma.11 Eſai.6 Ibi.29

Ibi.8.

non

& non capiam odorē cœtuum veſtrorū. Quod ſi attuleritis holocauſtomata & mu-
nera veſtra non ſuſcipiam, & vota pinguiū veſtrorū non reſpiciam. Aufer a me tu
multū carminū tuorū, & cantica lyre tue non audiā. Et reuelabitur quaſi aqua iudi-
ciū & iuſtitia quaſi torrens fortis. ¶ Secundū ſenſum quē à pariete paulo añ habuimus,
Vbi dixit, ꝙ innitētē manu mordeat eū coluber, iſta ſatis cōgrue ſubiungūtur: Nā ſicut illic
diximus, paries, cui innituntʳ carnales cæremoniæ ſunt. Quō aūt ſtaret ſiue innitentē ſup ſe
portaret paries feſtiuitatū quas deus odiſſetʳ Odi em̄ (inqt) & nō ſolū odi, uerūetiā proieci
feſtiuitates ueſtras. ¶ Recte ergo & nō ſine magno myſterio Paulus, cū ſtaret in cōcilio Iu-
dæorū pro ſeratione reddens, & principes ſacerdotū Ananias p̄ciperet aſtātibus ſibi, pcute
re os eius, tūc dixit ad eū. Percutiat te deus paries dealbate. Cūq; qui aſtabāt dicerēt, ſummū
ſacerdotē dei maledicis? Neſciebā (inquit) fratres quia princeps ſacerdotū eſt. Vere em̄ ne
ſciebat, neq; ſcire uolebat aut debebat, ꝙ princeps ille ſacerdotū eſſet, cuius ſacerdotiū ſecun
dū prophetiā hāc odiſſet & proieciſſet, eo ꝙ eſſet paries, ſup quē q̄ inniteretʳ manu, morde-
ret eū coluber. Necdū uero percuſſus erat, ſtabatq; adhuc paries illius ſacerdotij dealbatus:
utpote ſtante tēplo pulcherrimo, ſolitaq; religione turbis locū frequentantibus atq; cōcele
brantibus, ſed poſtmodū futuꝝ erat, ut per arma Romanoꝝ percuteret atq; deleret eū deꝰ.
Ita paries ille percuſſus ex tunc neq; dealbatus, neq; ſuperinductus eſt, ut gloriā priſtinā re-
cuperaret. Vnde poſtmodū hic idē propheta dicit. Hæc oſtendit mihi, & ecce dominus ſta
bat ſuper murum litū & in manu eius trulla cementarij. Et dixit dñs ad me. Quid tu uides
Amos? Et dixi, trullā cementarij. Et dixit dominus ad me. Ecce ponam trullam in medio
populi mei Iſrael, nō adꝛciam ultra ſuper inducere eū. Cuncta hæc q̄ nūc reprobat dicens.
Odi & proieci feſtiuitates ueſtras, & nō capiam odorem cœtuum ueſtroꝝ, holocauſtoma-
ta & munera ueſtra nō ſuſcipiā, & uota pinguium ueſtrorum non reſpiciam, auferà me tu
multū carminum tuoꝝ, & cantica lyræ tuæ non audiā: cuncta (inquā) hæc, dū adhuc ſtarēt
& celebrarētur, paries ſuperinductus erat & dealbatus: nunc autē palā eſt, quia proiecit ea
deus. Odiſſe autem & proꝛicere & non adorari, humana dicitur ſimilitudine, ut nos effectū
dei noſtris ſermonibus cognoſcamus. ¶ Notandū interea qualiter dixerit, ꝙ ſi attuleritis mi
hi holocauſtomata ueſtra & munera ueſtra, non ſuſcipiam. Mihi dixit: Non uitulis, quibꝰ
ſacrificabant in Bethel & in Dan. Hoc aduerſus Iudaicam dicimus defenſionē, quoniam
illi dicunt, iccirco ſic deum loqui & dicere, odi & proieci feſtiuitates ueſtras, &c. quia tunc
temporis ſacrificabant uitulis quos fecerat Hieroboā. Et pulchre dicit: Auferà me tumul
tum carminum tuorum, & cantica lyræ tuæ nō audiam uidelicet canticaleuitarum, quibus
laudabant dominū, tumultū uocans, ſonitūq; confuſum, quia non eſt pulchra laudatio in
ore pctōris. ¶ His dictis qbus reprobationē manifeſte denunciat illius populi ſiue carnalis
Iudaiſmi, nō ab re cōtinuo ſubiungit, reuelabitur quaſi aqua iudiciū, & iuſtitia quaſi torrēs
fortis. Veraciter nanq; reuelatione indiget, nec ab alio intelligi p̄t profunditas huius iudicij
q̄ ſic iudicatū & ſic factū eſt, ut fractis (ſicut iā ſupradiximus) naturalibꝰ ramis, inſerent alij
bonæradici: nō (in q̄) ab alio p̄t intelligi, niſi ab illo cui deus p ſp̄m ſuū reuelare dignatus ſit.
Vñ Aplus, cū de hac re diu diſputaſſet, tandē ſic exclamauit: O altitudo diuitiaꝝ ſapiētię &
ſcientiæ dei, q̄ incōprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles uiæ eius. Nō ab re ergo
(ut iā dictū eſt) Et reuelabitʳ (inqt) quaſi aqua iudiciū, & iuſtitia quaſi torrēs fortis: quia ucꝝ
ſicut aqua latentē quidē habet originē, ſed curſum manifeſtū & cōſpicabilē: ſic profundi-
tas iudicioꝝ dei incōprehenſibilis quidē eſt, ſed ex multis rebus apparentibus cognoſcitur,
quia iudiciū eius in omne iuſtū eſt. Et bene cū dixiſſet, reuelabitur quaſi aqua iudiciū, addi-
dit, & iuſtitia quaſi torrens fortis: hæc ucꝝ innuens, quod iuſtitiæ ſiue iuſto iudicio dei nul-
lus reſiſtere, nullus ſaltem reſpondere poſſit: quēadmodū idē Aplus de hac ipſa re concer-
tans, cū præmiſiſſet: Dicitis itaq; mihi, quid ergo adhuc quæritur, uoluntati em̄ eius quis re
ſiſtit? repente iuſta cū indignatione inclamauit: O homo tu quis es qui reſpondeas deo?
Nūquid dicit figmentū ei qui ſe finxit, quid me feciſti ſic? An non habet poteſtatē figulus
luti, ex eadem maſſa facere aliud quidem uas in honorem, aliud uero in contumeliam? Re
ctē igitur utrunq; dixit. Et reuelabitur quaſi aqua iudicium, & iuſtitia quaſi torrens fortis:
quia uidelicet ſanctæ ſcripturæ authoritas, quæ ubique iuſtitiam dei defendit, & procu-
cem in-

ſacerdotiū Iudæorū, pictū, Act. 23

Proiectio Iudaicarū cærimoniarū.

Eccle. 15

Rom. 11

Roma. 9

cem inquisitorem proteruę respondentem fortiter repellit, & humilẽ auditorẽ aliquantula reuelatiõe suauiter instruit, quẽadmodũ idẽ apłus, ubi reppulit hominẽ ꝓteruũ, dicẽdo. O hõ tu qs es q respõdes deo? cõuersus ad humilẽ auditorẽ, blandi⁹ loquitur illi dicẽs. Q; si uolens de⁹ ostendere irã, & notã facere potẽtiã suã, sustinuit in multa patiẽtia uasa iræ apta interitũ. &c. Nimiꝝ ad eã ndẽ iudiciꝫ uel iustitiæ reuelationẽ ptinet id qđ seqtur in isto propheta, cũ deus ipse pcũctat & dicit. Lꝛ̃ñquid hostias ⁊ sacrificium obtulistis mihi in deserto quadraginta annis domus Israel? Statimq; subiungit. Et portastis tabernaculũ ℔oloch vestro ⁊ imaginẽ idolorũ vestrorũ, sydus dei vestri, que fecistis vobis Et migrare vos faciã trãs Damascũ, dixit dñs deus exercituũ nomẽ eius. Hoc (inquã) ad reuelationẽ ptinet iudiciꝫ uel iustitiæ dei. Per hæc nãq; multũ excusat deus. q; nõ iniuste populũ illũ proiecerit, uel q; nõ mutabilitate animi usus sit, & nouo cõsilio in eo q; taliter gentẽ reliquerit, quã olim bonis exigentib⁹ meritis sibi peculiarẽ eligerit. Nunq; em cor illoꝝ cũ eo rectũ fuit (ait psalmus) nec fideles habiti sunt in testamento eius. Inde illos cõuincit sub interrogatione dicẽdo. Nũquid hostias & sacrificiũ obtulistis mihi in deserto quadraginta annis &c. ¶ Ergo nobis quoq; iudiciũ & iustitiã dei in hac seueritate, qua naturalibus (ut superius iã dictũ est) ramis nõ pepercit, recurramus aptis oculis ad illa tempora, ad q̃ nos p̃sentia dicta remittit. Egressi de terra Aegypti, rranſito mari rubro, statim fecerũt caput uitulo cõflatilis, & ei prius altare fecerunt, q̃ deo, prius holocausta & hostias pacificas illi obtulerũt q̃ dño. Adhuc em Moses in monte cũ deo loquens, de tabernaculi constructione, & constituendo sacrificiorũ ritu instruebat, & inter moras illas fecerũt hoc scelus: & tunc quidẽ Moses, quasi uindictã aliquã fecit, dicẽdo, ponat uir gladiũ super femur suũ, ceciderũtq; in die illa quasi uiginti tria milia hominũ: sed illa nõ fuit uindicta uel sententia dñi, neq; em dñs hæc fieri iussit, sed Moses bono zelo districte pius, pie districtus irã dei præuenire accelerauit, uindictã dei penitus auertere conatus est. At ille sciens, q; nõ cessarent ab huiusce modi peccatis: illa, quam fecit Moses, uindicta contentus esse noluit, sed dixit. Ego autẽ in die ultionis uisitabo & hoc peccatũ eorũ. Item. Populus durę ceruicis es, semel ascendã in medio tui, & delebo te. Cum ergo præmisso, & reuelabitur quasi aqua iudiciũ & iustitia quasi torrens fortis, subiungit. Nunquid hostias & sacrificiũ obtulistis mihi in deserto quadraginta annis? Satis excusatũ se esse uult, q; non nouis pro causis mutato animo nouam sententiam queſierit uel dederit in reiectione illius populi. Et ut competenter sermo sequens coniungatur, cũ dicit. Nunquid hostias & sacrificia obtulistis mihi, subaudiendũ est, non, sed uitulo quem fecistis: ac deinde legendũ. Sed portastis tabernaculũ Moloch uestro, & imaginẽ idoloꝝ uestroꝝ, sydus dei uestri, quem fecistis nobis. Et est sensus. Moses quidem arripiens uitulũ quẽ fecisti.s cõbussit & contriuit usq; ad puluerẽ, sed uos in cultu idolatriæ perseueraſtis, & illas uobis figuras proposuistis, quas confringere, nel cęlestes esse negare non posset, id est, sydera cœli. Hoc respiciens Stephanus prothomartyr, cũ dixisset, & uitulũ fecerũt in illis diebus, & obtulerũt hostiã simulachro, & lætabantur in operibus manuũ suaꝝ, continuo subiunxit. Cõuertit autem deus, & tradidit eos seruire militię cœli, sicut scriptũ est in libro prophetarũ. Nũquid uictimas & hostias obtulistis mihi, &c. Qualis autẽ illa conuersio fuit, qua deus illos ita conuerit? Nunquid hæc tota fuit intentio dei uel Mosi uitulũ confringentis, ut non formã uituli, sed potius militiã adorarent uel sydera cœli? Nam cum dixisset hic, & portastis tabernaculũ Moloch uestro, & imaginẽ idoloꝝ uestroꝝ, quæ sit ipsa imago uel idolum, sequenti sermone demonstrauit, dicendo, syd⁹ dei uestri, id est luciferi, quẽ huc usq; uenerantur Sarraceni. Qualis ergo illa conuersio fuit? Nimirum dolenda & longe diuersa ab eo quod deus intendebat. Idem enim est ac si dicat. Deus quidem uel Moses, confringendo uitulũ, hoc intendit ut potius conuerterentur ad adorandũ sydera cœli, ad portandum non tabernaculũ dei, quod Moses fecit ex præcepto dei, sed tabernaculum Moloch, id est, regis sui scilicet luciferi, quẽ honorabant ut deũ, nũcupantes eũ regem suũ. Ex eo tempore omnia quæ fecerũt, nõ deo, sed idolis fecisse monstratur. Nam quod postq̃ uitulũ fecerũt, quæ dã domino legimus eos obtulisse, nõ uoluntate, sed pœnaꝝ metu fecerũt: & eoꝝ interfectione, qui propter idola corruerũt. Reuelatũ ẽt ergo iudiciũ, uidelicet illi qui attendunt in scripturis merita reꝝ præcedentiũ, & iccirco

migrare

Exo. 19 Psal. 77

Vetus Iudęos in idolatria in deserto.

Exo. 32

Exo. 33

Actu. 7.

Deus exercituum.

migrare(inquit)uos ſaciã trans Damaſcũ,id eſt,in Babylonẽ ducemini,q̃ utiq; uobis ſcãm ſitũ terræ eſt trans Damaſcũ. Hoc dixit dñs:hæc facere propoſuit ac præfiniuit dñs. Quis uel qualis domin⁹: Vultis ſcire nomẽ ei⁹? Deus exercituũ nomẽ eius. Et quã ob cauſam p̃ſenti loco tali nõie illũ nũcupari decuit? Videlicet quia multos iudicio uel iuſtitiæ ſuæ ſimulantes habet exercitus,ut ſuus cõtra uos ſermo cõpleatur. Habet exercitus Aſſyrioꝝ atq; Chaldæoꝝ:habet exercitus Mœdoꝝ atq; Perſaꝝ,habebit exercitus Macedonũ ſiue Græcoꝝ,habebit excercitus Romanoꝝ:p quos utiq; manifeſtũ omni mũdo de uobis agetur iudiciũ,& tunc uobis uæ. Sequitur em̃.

CAP. VI.

¶ Væ uobis qui opulenti eſtis in Syon, & confiditis in monte Samarie, optimates capita populorum ingredientes pompatice domum Iſrael. Tranſite in Calamne & videte, & ite inde in Emath magnam, & deſcendite in Geth Paleſtinorum, & ad optima quæq; regna horũ ſi latior terminus eorũ termino veſtro eſt, Qui ſeparati eſtis in diem malum, & appropinquatis ſolio iniquitatis. Qui dormitis in lectis eburneis, & laſciuitis in ſtratis veſtris. Qui comeditis agnũ de grege, & vitulos de medio armenti. Qui canitis ad vocem pſalterij ſicut Dauid putauerunt ſe habere vaſa cantici bibentes in phyalis vinum & optimo vnguento delibuti, & nihil patiebantur ſuper contritione Joſeph. ¶ Manifeſte iſtud uæ contra ſacerdotes impios declamatur, illud aũt uæ ſupius. Væ deſiderantibus diẽ dñi, cõmuniter omnibus cõtemptoribus iudicij dei declamatũ eſt cuiuſcunq; ordinis ſint. ¶ Non præterire libet hoc loco magnũ eſſe miraculum eloquentiæ prępollentis in ſcripturis ſanctis: quia uidelicet cũ intellectu interno magna ſit maieſtas myſteriorũ cęleſtiũ, nihilominus in ſuperficie pulcherrimũ nitet eloquiũ, tanq̃ ſi p̃cioſam inuenias thecã, quæ extrinſecus argentea, p̃cioſum int⁹ aurũ retineat, iuxta illud pſalmi. Pennę columbæ deargentatæ, & poſteriora dorſi eius in pallore auri. Quod idẽ eſt ac ſi dicat. Sãctæ ſcripturæ litera pulchra extrinſecus eſt & lucida, intrinſecus aũt multo pulchriora, multo p̃cioſiora, cõtinet ſpiritualis intelligentiæ myſteria. Sed nunquid iſta res aſſertione noſtra indiget? A ſanctis patribus magnifice perſpectum atq; animaduerſum eſt, quod nec in iſto propheta, qui de paſtore aſſumptus eſt, defuerit aut deſit illa, qua ſeculares multũ tument, eloquentia, ſapientię cœleſtis comes. Beatus pater Auguſtinus, diuini ſermonis ponderator fidiſſimus, inter cætera locũ hunc, p exemplo tractandũ ſuſcipiẽs. Dicendũ(inquit, mihi aliquid eſſe uideo & de eloquentia proppetaꝝ, ubi per tropologiã multa obtegũtur, quę quanto magis tranſlatis uerbis uidentur operiri, tanto magis, cũ fuerint aperta, dulceſcunt. Et ex illius prophetæ libro potiſſimũ hoc faciã, qui ſe paſtorẽ uel armẽtariũ fuiſſe dicit, atq; inde diuinitus ablatũ, miſſumq; ut dei populo prophetaret. Cũ igitur argueret impios, ſuperbos, luxurioſos, & ideo fraternæ negligentiſſimos charitatis, ruſticus uel ex ruſtico iſte propheta exclamauit dicens. Væ qui opulenti eſtis in Syon, & confidetis in monte Samariæ, &c. Nũquid, nã iſti qui prophetas noſtros, tanq̃ ineruditos & locutionis ignaros, uelut docti deſertiq; cõtemnunt: ſi aliquid eis tale uel in tales dicendũ fuiſſet, aliter ſe uoluiſſent dicere, qui tamen eorum inſanire uoluiſſent? Quid enim eſt quod iſto eloquio auresſobrie plus deſiderent? Primo ipſa inuectio quaſi ſopitis auribus ut euigilarẽt, quo fremitu illiſa eſt? Væ uobis qui opulenti eſtis in Syon, & cõfiditis in monte Samariæ, optimates, capita populoꝝ ingredientes pompatice domũ Iſrael: Deinde ut beneficijs dei, qui eis ampla ſpacia regni dedit, oſtenderet ingratos, quoniam confidebant in monte Samariæ, ubiq; utiq; idola colebantur: Tranſite(inquit)in Calamne & uidete, & ite inde in Emath magnam, & deſcendite in Geth Paleſtinoꝝ, & ad optima quæq; regna horũ, ſi latior terminus eorũ, termino ueſtro eſt. Simul etiã cũ iſta dicuntur, locoꝝ nominibus tanq̃ luminibus ornatur eloquiũ, quę ſunt Syon Samariæ, Calamne, Emath magna, & Geth Paleſtinoꝝ. Deinde uerba, quę his adiunguntur locis, decẽtiſſime uariãtur. Opulenti eſtis, confiditis, tranſite, ite, deſcẽdite. Cõſequenter denunciatur futura ſub iniquo rege appropinquare captiuitas cũ adiungitur, q̃ ſeparati eſtis in diẽ malũ, & appropinquatis ſolio iniquitatis. Tunc ſubijciuntur merita luxuriæ. Qui dormitis in lectis eburneis, & laſciuitis in ſtratis ueſtris. Qui comeditis agnũ de grege, & uitulos de medio armenti. Iſta ſeptẽ mẽbra tres bimẽbres circuitus ediderunt. Nõ em̃ ait, qui ſeperati eſtis in diẽ malũ, qui appropinquatis ſolio iniquitatis, qui dormitis in lectis ebur-

Mira in ſacris literis eloq̃ntia

Pſal. 67

Aug. de c. chriſtiana li. 1. cap. 7.

Artificiũ eloq̃ntię in hoc p̃pheta.

ctis eburneis, qui laſciuitis in ſtratis ueſtris, qui comeditis agnũ de grege, qui uitulos de mẽ dio armenti. Quod ſi ita diceretur, eſſe quidem & hoc pulchrum, ut ab uno ꝓ nomine repe tito omnia ſex membra decurrerent, pronunciantis uoce ſingula finirentur: ſed pulchri⁹ us factũ ẽ, ut idẽ pronomini eſſent bina ſubnexa, quæ tres ſententias explicarunt: unam, ad captiuitatis prænunciationẽ, qui ſeparati eſtis in diem malum, & appropinquatis ſolio ini quitatis: alteram, ad libidinem, qui dormitis in lectis eburneis, & laſciuitis in ſtratis ueſtris: ad uoracitatem uero tertiam pertinentem, qui comeditis agnum de grege, & uitulos de medio armenti: ut in poteſtate ſit pronũciantis, utrum ſingula finiat, & membra ſint ſex, an primũ & tertium & quintum uoce ſuſpendat, & ſecundum primo, quartum tertio, ſextum quin⁹ to connectẽdo: tres bimembres circuitus decentiſſime faciat, unũ quo calamitas imminẽs, alterum quo lect⁹ impurus, tertium quo prodiga menſa mõſtratur. Deinde luxurioſam re mordeat aurium uoluptatem, ubi cũ dixiſſet: qui canitis ad uocem pſalterij (quoniã poteſt exerceri ſapienter à ſapientibus muſica) mirabili decore dicendi, inuectionis impetu relaxa to, & non ad illos ſed de illis loquens: Vt nos muſicam ſapientis à muſica luxuriantis diſtin guere commoneret, non ait: qui canitis ad uocem pſalterij, & ſicut Dauid putatis uos habe re uaſa cãtici: ſed cum ad illos dixiſſet illud quod luxurioſi audire deberent, qui canitis ad uo cem pſalterij: imperitiam eor⁹ alijs quoq; quodammodo indicauit, adiungens, ſicut Dauid putauerunt ſe habere uaſa cantici. Bibentes in phialis uinum, & optimo unguento delibu⁹ ti. Tria hęc melius pronunciãtur: ſi ſuſpenſis duobus prioribus membris, circuitus tertio ſi niatur. Iam uero ꝙ his omnibus adijcitur. Et nihil patiebantur ſuper cõtritione Ioſeph, mi⁹ ro decore dictũ eſt: Non dixit, nihil patiebantur ſuper contritiõe fratris, ſed poſitus eſt pro fratre Ioſeph, ut quicunque frater proprio ſignificaretur reius nomine, cui⁹ ex fratrib⁹ fama præclara eſt, uel in malis quæ pẽdit, uel in bonis quæ rependit. ¶ Hæc de pulchritudine lite ræ præſenti loco dicta ſint cum oportuna commemoratione tanti doctoris qui ſanctę ſcri pturæ uenuſtatem cognoſcens, & cognitam eſſe uolẽs, capitulum hoc ꝓ exẽplo aſſumſit & quodammodo digitis ſuis lippientes oculos terſit, ut clare uideam⁹, q̃ ſplendida comitet eloquentia ſapientiam dei, loquentem in prophetis, nõ intẽta in eloquentiam ſapiẽtia, ſed à ſapientia non recedente eloquentia. Nunc ad ſenſuum miſteria recurramus. Væ (inquit) qui opulenti eſtis in Syon, & confiditis in monte Samariæ. Vtrũq; excidium ſiue utranq; captiuitatem denunciat. i. & duar⁹ tribuum, quar⁹ regia ciuitas erat Syon: & decẽ quarũ me tropoliserat Samaria. Cum autẽ dicit: Vę qui opulenti eſtis in Syon, non illam arbitremur ſolummodo denunciari captiuitatẽ, qua tranſmigrauerunt duæ tribus in Babylonem, redi turæ poſt ſeptuaginta annos, ſed multo magis illam, qua nunc diſperſi ſunt in toto mundo deſtructa ciuitate & templo, quo ſtante ſacerdotes impij nimis opulenti erant in Syon, qui & de opulentia ſuperbientes pauperem Chriſtum crucifixerunt propter hoc ſolum: quia diſputabat contra opulentam auaritiam illor⁹. Illius nãq; temporis optimates & capita po⁹ pulor⁹, Annas & Cayphas, cæteriq; principes & ſeniores, reuera ſeparati fuerunt in diem malum, & appropinquauerunt ſolio iniquitatis, qui malo tẽpore male nati) melius eñ illis erat ſi nõ fuiſſent nati) adiudicauerũt morti filiũ dei, quod ueraciter fuit appropĩpũaſſe ſe ſo lio iniquitatis. De illo iniquitatis ſolio furor præcipitẽ dedit pontificẽ, quando dicenti, adiu ro te per deum uiuum, ut dicas nobis, ſi tu es filius dei: reſpõdit Ieſus, tu dixiſti, & ille ſcidit neſtimenta ſua, dicẽs, blaſphemauit: iamq; extũc nec ſolium illud iniquitatis ſubſiſtere, nec pontifex in eo ſedere potuit. Non dubitamus, quin illi iã præſentes fuerint prophetico ſpi⁹ ritui, ita ut uideret eos miro modo appropinquãtes, imò irruentes, & impetũ clamoris inor dinati facientes, ſolio iniqtatis: quando ſedente Pylato pro tribunali, & dicente: Ecce rex ue ſter, tolle, tolle, clamabant: crucifigeeum, non habemus regem niſi Cæſarem, ſi hunc dimit tis non es amicus Cæſaris. Illius ergo temporis optimates reuera (ut iã dictum eſt) ſeparati fuerunt in diem malum, & appropinquauerunt ſolio iniquitatis, & illis nihilominus ſequẽ tia liquet aſcribi, qui dormitis in lectis eburneis, & laſciuitis in ſtratis ueſtris, qui comeditis agnum de grege, & uitulos de medio armenti. Nam & Iacobus Apls ſcdm hunc ipm ſen⁹ ſum cum premiſiſſet, agite nunc diuites, plorate ululantes in miſerijs, quæ aduenient uobis poſtmodum ſubiunxit, Epulati eſtis ſuper terram, & in luxurijs enutriſtis corda ueſtra. In

Iudæorum du plex captiui tas.

Mar. 14

Matth. 26

Iohan. 19

Iaco. 5

die occiſionis adduxiſtis, occidiſtis iuſtum, & non reſtitit uobis. ¶ Cætera quæ ſequunt, qui canitis ad uocem pſalterij, ſicut Dauid putauerunt ſe habere uaſa cantici, bibentes in phyalis uinũ, & optimo unguento delibuti & nihil patiabant ſuper cõtritione Ioſeph hutam grauiter q̃ ueraciter eiſdem congruit: quippe de quibus (ut ipſe dñs teſtat⁹ eſt) bene prophetauit Eſaias: Populus hic labijs me honorat, cor aũt eorũ lõge eſt à me. Et idcirco falſo putauerũt ſe habere uaſa cãtici, ſicut habuit Dauid, quàmlibet clare uel alte canerent ad uocem pſalterij labijs ſuis. Et quis illos dubitet illa nocte, qua dominum comprehenderunt, bibiſſe uinũ uſq; ad uomitum, cum eſſet paſchalis ueſpera illorum? Idcirco recte & hic redarguuntur, dicendo, bibentes in phyalis uinum. Et in Pſalmo, cum ex perſona ipſius Propheta loquens: Aduerſum me (inquit) loquebantur qui ſedebant in porta, & in me pſallebant qui bibebãt uinum. ¶ Quàm maxime autem & illud uerum eſt quod tandem infert, & nihil patiebantur ſuper contritione Ioſeph: ſiquidem rite perpendas, q̃ ipſe pulcherrime cenſeatur nomine Ioſeph, cuius typum prætulit, in ſeruum uẽundatus eſt Ioſeph, & humiliatus in compedibus & afflicti, ita ut ferrum pertranſiret animam eius. Et deinde princeps Aegypti factꝰ Etenim dum contritus in cruce penderet dñs, nihil patiebantur ſuper contritione eius. Denicq; ut taceam q̃ pendentẽ irridebant q̃ prætereuntes blaſphemabant eũ, inſultãtes & mouentes capita ſua & dicentes: Vah, qui deſtruit templũ dei, & in triduo illud reædificat, ſalua temetipſum. Vt (inquam) hæc taceam. Illud ſatis indicat quam uere nihil paterẽtur ſuper contritione eius, qđ cum diceret: ſitio, ſpongiam plenam aceto, hyſopo circũponẽtes, obtulerunt ori eius. Quis eñ nõ miret, q̃ longe a cõpaſſione eius fuerint, qui tali in hora, tãta in anguſtia tali in ſiti: dicentẽ: ſitio, potauerũt aceto? Magna igit & ſubtili ſtatera ponderandũ eſt, q̃ dicit: Et nihil patiebant ſuper cõtritiõe Ioſeph. Dicat itaq; iſtis impijs dormiẽtibus & laſciuientibus, comedentibus & bibentibus comedendo & bibendo canentibus, & nihil ſuper contritione Ioſeph patientibus. Tranſite in Calamne & uidete, & ite in Emat magnã, & deſcẽdite in Geth Paleſtinorũ, & ad optima quæq; regna horũ ſi latior terminus eorũ termino ueſtro eſt. Et quidẽ ſatis ſcitis, q̃ regnorũ omniũ uniuerſitas termino ueſtro. i. terræ promiſſionis, latior ſit: ſed aliter ſcire habetis ſed oculis ueſtris uidebitis, inuiti & longa adui dẽdum captiuitate detẽti. Hæc irriſio talis ẽ, acſi cum quis mergitur in caminum ignis, dicatur ei: Vade & uide utrum caleat: aut ſi illi, qui in mare proijciendus eſt, dicatur: Vade & uide utrum profundum ſit. Calamne ciuitatem Perſidis. Et Emath magnam, quæ nunc Antiochia nominatur, magnam uidelicet ad diſtinctionem minoris Emath, quæ appellat Epyphania, & Geth Paleſtinorum & optima quæq; regna horum, ſatis eſt dixiſſe pro cunctis gentibus, ad quas ducendi erant captiui, de qua uidelicet captiuitate & ptinus ſubiungit. [Quapropter nũc migrabũt in capite trãſmigrantiũ & auferet factio laſciuiẽtiũ.] Quid enim eſt dicere, in capite tranſmigrantium nunc tranſmigrabunt, niſi ac ſi diceret: mirabilius imò miſerabilius, & maiori cum ſpeculo totius orbis migrabunt quã migrauerunt unq̃ homines alij ſiue populi quicũq; tranſmigrauerunt ſiue trãſmigraturi ſunt? Siquidem multi uicti, alijs uincentibus, de ſuis ſedibus migrauerunt, & captiui ducti ſunt: ſed iſti in caput fuere & ſunt oim tranſmigrãtium, ut nullius unq̃ tranſmigratõis tale fuerit uel eſſe potuerit miraculum. Quod ipſe Ioſeph⁹ perpendens, cũ excidium illorũ miſerabile meritasq; illorũ miſerias deſcriberet: fingillatim quidem (ait) iniquitates eorũ narrare nõ potero, ut autẽ breuiter dicã, neq; aliam ciuitatem unq̃ talia perpeſſam eſſe puto, neq; ullam nationẽ poſt memoriam hoim malitiæ ferociorẽ fuiſſe. Itaq; (inquit) in capite trãſmigrantiũ nũc migrabunt. i. pro qualitate & quãtitate tranſmigratõis, oim tragſmigrãtium ſiue captiuorũ eminẽtiſſimi & notiſſimi erunt. Et quidem, qñ dicit, nũc migrabũt de captiuitate, quæ tunc inſtabat, decem tribuũ recte intelligit dictũ: ſed nihilominus, imò multo amplius, de iſta poſtrema captiuitate eſt ſentiendũ, qua Iudæi ducẽtibus Romanis captiuati & diſperſi ſunt. Neq; eñ iſta latebat ſpiritum propheticum, cum tota fine dubio propheticæ ſpeculatõis intentio maxime ſpectaret in Chriſti aduentum. Et auferetur (ait) factio laſciuientiũ. Factio, cõiuratio, uel conſenſus eſt malorũ. Coniuraſſe autem uel conſenſiſſe illos in Chriſti necem, notum eſt, agentibus pontificibus, & ſenioribus qui turbis perſuaſerunt, & hoc cum nimia nimiſq; crudeli laſciuia, ſiue laſciua crudelitate, qua illũ nocte illa illuſerunt, colaphizãtes, alapis

Matt. 15.
Eſa. 29.
Pſal. 68
Ioſeph typus. Chri in cruce
Pſa. 104
Matt. 27
Ioha. 19
Tranſmigrantiũ caput Iudæi
Factio laſciuientium.

pis cædentes, conſpuentes, genas illius uellentes, ſpinis coronãtes, & ad ultimũ crucifigentes. Ergo ꝙ ait, auferetur factio laſciuientium, magnam denunciat futuram imbecillitatem illoꝝ qui fecerũt ea quæ iam dicta ſunt. Videlicet in eo, ꝙ (ſicut nunc uidemus) factioſi eſſe nequeant, cõſpirare ſiue cõiurare nõ ualeãt, ut quenq̃ illoꝝ qui inuocãt Chriſtũ interficiãt. ¶ Et quidem tpe, quo Chriſtum interfecerũt, iam ita diminuti capitis erant, ut de ſemetipſis iudices nõ haberent. Vnde & Pylato dicente: Accipite eum uos, & ſcdm legem ueſtram iudicate. Reſponderũt: Nobis nõ licet interficere quenq̃: ueꝝ ta mẽ adhuc ita factioſi erãt & eſſe poterant, ut concilium colligerent, & coram Romanæ poteſtatis præſide petẽdo illum crucifigi, tumultum facere auderent: & deinde quoſdam ex illis ſapientibus & prophetis, quos poſt reſurrectionẽ ſuã miſit ad illos, occidere, crucifigere, in ſynagogis ſuis flagellare, & de ciuitate in ciuitatẽ pſequi auderẽt. At uero poſtannos quadraginta duos migrauerũt (ſicut iã dictũ eſt) in capite trãſmigrãtiũ, & ex tũc ſic eoꝝ ablata eſt factio, ut iã fremere ſiue aduerſus dñm & aduerſus Chriſtum eius palam aſſiſtere nõ audeãt, uidẽtes publicę cõtra ſe & circa ſe adorari Chriſtũ, & eſſe dñm, iuxta illud: Dñare in medio inimicoꝝ tuoꝝ. Sequit. ¶ Iurauit dominus deus in anima ſua, dicit dominus deus exercituum. Deteſtor ego ſuperbiam Jacob, ⁊ domũ eius odi, ⁊ tradã ciuitatẽ cum habitatoribus ſuis ¶ Mirum dictũ eſt, ꝙ iurauit, dominus, & hoc in anima ſua: non ꝙ deus animam habeat, ſed quo humanis loquitur affectibus, quid iurauit dominus deus in anima ſua? Videlicet ꝙ deteſtor ſuperbiam Iacob & domũ eius odio habeat, ſicut & in Eſaia dicit: Neomenias & ſabbata ueſtra & dies feſtos odiuit anima mea: & ꝙ tradat ciuitatẽ cũ habitatoribus ſuis. ¶ Qđ dixerat, deteſtor ego ſuperbiam Iacob, repetiuit, & quæ fuerit ſuperbia Iacob, expoſuit dicendo, & domũ eius odi, domũ eius i. templũ quod ſingulare tunc erat, ſuperbiam eius fuiſſe dicit. Hoc ita eſſe ex alijs eiuſdem dñi dei uerbis apud Ezechielẽ cõprobatur: Ecce ego (inquit) polluã ſanctuariũ meũ, ſuperbiã imperij ueſtri. Nimiꝝ hoc uel illud nõ diceret dñs deus, niſi ſupbiam intolerabilem deprehendiſſet illos habere propter templũ illud. Gloriabãtur eñ in templo dei gloriatiõe peruerſa, dum nõ quærerẽt, aut curarẽt, ut in templo ſuo glorificaretur deus, & in deſpectum oim gentium ſpiritus illoꝝ erigebatur propter templũ illud, propter nomen illud quod apud illos deus uerus nominaretur, licet non honoraretur ¶ Hanc ſuperbiam deteſtari ſe & odiſſe iurauit dñs deus in anima ſua. i. in ſemeipſo, quoniã neminẽ (ut Ait Apl'us) habuit, per quem iuraret, maiorem. Hoĩes eñ per maiorẽ ſui iurãt, & oñes cõtrouerſiæ eoꝝ finis ad cõfirmationẽ eſt iuramẽtũ. Poterat aũt credi uerbo eius, etiam ſi nõ iuraſſet. At ipſe abundantius uoluit oſtendere immutabilitatẽ cõſilij ſui. & idcir co interpoſuit iuſiurandum, ut per duas res immobiles, quibus impoſſibile eſt mẽtiri deum fortiſſimũ ſolatium habeamus. Firmiſſimam igitur fidem teneamus de reprobatione (ut ait Apoſtolus præcedentis mandati ſiue ſacerdotij uel templi ueteris, & de introductione melioris ſpei, ꝙ uidelicet illud deus cum odio reprobauerit: fidem autem euangelicam cum dilectione approbauerit. Sub eodem iuramento confirmatur id quod ſubiungit, & tradam ciuitatẽ cum habitatoribus ſuis. Nec utiq; leuis aut patua debuit eſſe traditio, quam ita cõminatus eſt nõ ſine interpoſitiõe iuramẽti. Sed & cætera quæ ſequũt ſub eodẽ iuramẽto denũciantur. ¶ Quod ſi reliqui fuerint decem viri in domo vna, ⁊ ipſi morientur. Et tolet eũ propinquus ſuus, ⁊ comburet eũ, vt offerat oſſa de domo, ⁊ dicet ei qui in penetralibus domus eſt. Numquid adhuc eſt apud te? Et reſpondebit: Finis eſt. Et dicet ei. Tace, ⁊ non recorderis nominis domini. Quia ecce dominus mandauit, ⁊ percutiet domũ maiorem ruinis, ⁊ domũ minorem ſciſſionibus. ¶ Memoriter tenendũ eſt, ꝙ ſupra dixit: Subuerti uos ſicut ſubuertit deus Sodomã & Gomorrhã, & nõ reuerſtis ad me. Ecce hic in ſubuerſiõe aliquid eſt ſeueritatis plusq̃ illic. Vbi eñ de faciẽda ſubuerſione Sodomoꝝ ſermo erat, cũ ad ultimũ dixiſſet Abrahã. Quid ſi inuẽti fuerint decẽ iuſti? nõ delebo (ait dñs) propter decẽ. Nũc aũt hic dicit: quia ſi reliqui fuerint decẽ uiri in domo una, & ipſi morient. Reliquos hic intelligimus iuſtos, ſicut & ſupius ubi dictũ eſt. Vrbs de qua egrediebant mille, relinquent in ea centũ: & de qua egrediebant centũ, relinquent in ea decẽ. Nimiꝝ uerbis iſtis cũ dicit: ſi reliqui fuerint decẽ uiri in domo una & ipſi moriẽtur. Hoc denũciat ꝙ nullã iuſtoꝝ & iniuſtoꝝ diſcretionem in ira ſua foret habiturus: ſed iuſtos

Superbia Iudeorum erat templũ quod colebant.

iuramẽtũ dei.

pariter & iniuſtos Iudæos una mortis ſentẽtia dãnaturus. Hoc ipſum in Ezechiele uerbis
Ezech. 21 manifeſtioribus comprobatur, ubi dicit dñs deus. Ecce ego ad te, & etiam gladium meũ de
Quæſtio. uagina ſua, & occidam in te iuſtum & impium. ¶ Quid igit? Num ſuæ deus oblitus eſtiuſtitiæ, cuius illum memorem eſſe uolens Abraham, ſtetit coram domino & appropinquã
Gene. 18 Nunquid (ait) perdes iuſtum cum impio? Itemq; ait: Si fuerint quinquaginta iuſti in ciuitate peribunt ſimul: & nõ parces loco illi propter quinquaginta iuſtos ſi fuerint in eo? Abſit à te ut rem hanc facias & occidas iuſtum cum impio, fiatq; iuſtus ſicut impius. Non eſt hoc tuum qui iudicas omnem terram. Annuit dñs, & dimittã (inquit) omi in loco propter quinquaginta, nõ delebo ſi inuenero ibi quadragintaquinq;, nõ pcutiã propter quadraginta, nõ faciam ſi inuenero ibi triginta, nõ interficiam propter uiginti, non delebo propter decem.
Reſponſio. Num (inq̃) tãtæ ſuæ ppitiationis oblitus eſt, cum dicit, q; ſi reliqui fuerint decem uiri, & ipſi
Rom. 10 morientur, non in ciuitate, ſed in domo una? Non utiq; ſed iuſti illi nimium ſunt iniuſti. Reliqui illius iuſte ſunt relicti: quia taliter iuſti ſunt, ut ſuam iuſtitiam ſtatuere uolentes, iuſtitiæ dei non ſint ſubiecti, ſicut Apoſtolus dicit: Teſtimonium enim perhibeo illis, q; æmulationem dei habent, ſed non ſecundum ſcientiam. Ignorãtes enim dei iuſtitiam, & ſuam quærentes ſtatuere, iuſtitiæ dei non ſunt ſubiecti. Quæ nam ſit illa iuſtitia dei, manifeſtans cõtinuo ſubiungit: Finis enim legis Chriſtus ad iuſtitiam omni credenti. Iuſtitiam hanc q̃ rebelli, quanq; pertinaci odio forent concepturi. ſ. Chriſtum cuius ex fide iuſtificati ſunt omnes
Implacabile Iudæor odiũ cõtra Chriſtũ. ſancti & iuſti, miro modo inſinuat, cum dicit: Et tollet eũ propinquus ſuus & comburet eũ, ut efferat oſſa de domo, & dicet, ei qui penetralibus domus eſt. Nunquid adhuc eſt apud te? & reſpondebit, finis eſt. Et dicet ei: Tace, & non recorderis nominis domini. ¶ Legat qui uult hiſtoriam Ioſephi, ubi excidium Hieroſolymor deſcribit, & ſciet q̃ ueraciter pro re p̃ dictum fuerit malum illud ſermonibus huiuſcemodi. Tollet eum propiuquus ſuus, & comburet, & dicet: Nunquid adhuc eſt apud te? & rñdebit: Finis eſt. Neq; eñ mod⁹ aut numerus erat intus moriẽtium, & fame pereuntiũ, nec ſufficere poterant uiui mortuis efferendis. Cum autẽ ſeruire poſſint nec diſſimilare ualeant. Hoc illis accidiſſe propter ſanguinem Ieſu Chriſti: miru ualde eſt, q; indomabili corde & tunc dixerunt, & nũc uſq; diçũt: ſinguli ad alterũ, tace & non recorderis nominis domini, nominis eiuſdẽ Ieſu Chriſti, quẽ deũ & dñm eẽ publica confeſſiõe confitentur Chriſtiani. Malunt dãnati eſſe, & dãnationẽ æternam expectare, q̃ cõfiteri uel audire nomen huius dñi, ſuffuſi mirabiliter felle amaritudinis, odiumq;
Iuſtitiæ carnis. ſpirantes implacabile contra nomen domini noſtri Ieſu Chriſti, gentiũq; inuidentes ſaluti. ¶ Attamẽ iuſti ſibi eſſe uidẽtur nonnulli ex eis, obſeruando iuſtitias carnis, & profitendo præcepta de cæremoniis, quę ſunt non habere deos alienos, non facere ſculptile, nõ aſſumere nomẽ dñi inaniter, ſabbata cuſtodire, patrem & matrẽ honorare, nõ occidere, nõ mœchari, nõ furtũ facere, nõ loqui falſum teſtimoniũ, nõ cõcupiſcere. Sed qualis eſt hæc iuſtitia illor cũ illũ oderint, per quẽ unũ & ſolũ iuſtificãtur oñes, quicũq; ueraciter iuſti ſunt? Illũ unũ
Ezech. 22 quærit deus ubi ſit uel apud quos cõmoretur, ut parcat illis: & quia nõ eſt apud illos, idcirco ſuper eos indignationẽ ſuã effudit. Quemadmodũ apud Ezechielẽ ipſe dicit: Et quæſiui de eis uirum, qui interponeret ſepem, & ſtaret oppoſitus cõtra me: propterea ne diſſiparẽ eos. & nõ inueni, & effudi ſuper eos indignatiõẽ meã, & in igne iræ meę cõſumpſi eos. Igit⁹ mo
Ibidem. 21 rientur (ait) etiã iuſti, ſiue (ut apud eũdẽ Ezechielẽ) & occidã (inquit) in te iuſtũ & impium: etiã ſi in domo una reliqui fuerint uiri decẽ. Morient (inquã) quia ecce dñs mandauit, id eſt
Domus maior & dom⁹ minor Per prophetas locutus eſt: & ſermonẽ ſuũ cõplens, percutiet domũ maiorẽ ruinis & domũ minorẽ ſciſſionibus. Maiorẽ domũ decẽ tribus quæ appellabãtur tribus Iſrael, domum minorẽ duas tribus dicit, quæ regebãtur à ſtirpe Dauid. Et hoc in percuſſione domus utriuſq; notandũ, qđ maiorẽ ruinis, minorẽ uero ſciſſionibus pcutiendã fore dicit. Nam Iſrael, quia maiora peccauerat, feritur ruinis: domus autem Iuda, in qua erat templum (& quæ minora peccauerat, nõ ruinis pcutitur, ſed ſciſſionibus, dũ ſeptuaginta annor captiuitate retinet.
¶ Sed ecõtra poteſt dici: quia domus Iuda maiora peccauit. Nam & apud Ezechielem cũ
Ezec. 16 præmiſiſſet dñs. Fili hominis notas fac Hieruſalẽ abominationes ſuas: Deinde inter cętera dicit: Et Samaria dimidium pcatorũ tuor non peccauit: ſed uiciſti eã ſceleribus tuis, & iuſtificaſti ſorores tuas, Sodomã uidelicet & Samariã, in oñibus abominatiõibus tuis q̃s opata eſt

Ergo

Ergo & ſciſſiones domus Iuda maiores intelligi conuenit ruinis domus Iſrael. Quod ut li quido clareſcat, non illam tñ captiuitatem ſeptuaginta annoꝝ, ſed illam potius attendam⁹ qua nunc in oēs gentes Iudæi Romano excidio diſperſi ſunt. Tunc nanq; domus Iuda nec ſciſſionibus tantum, nec ſolūmodo ruinis, ſed & ſciſſionibus & ruinis percuſſa eſt: quia ciui tas Hieruſalem ut rueret, primū in ſemetipſa ſciſſionibus percuſſa eſt. Tito nāq;, ut refert Io ſepus, adhuc apud Alexandriam imperium diſponente, contigit etiam ſeditionē, quæ apud Hieroſolymā erat, auctam trifariam diuidi, ducibus Eleazaro Iohanne & Symone, quorū Eleazarus ſuperiora, Symon autem inferiora ciuitatis loca, Iohannes uero media tenebat. His ducibus à ſeditione nunq; quieſcentibus, quàm miſerabilibus domus Iuda ſciſſionib⁹ percuſſa fuerit, qui plenius noſſe cupit, narrationē iam dicti legat hiſtoriographi. Porro iu ſtitiam quoq; iudicij dei, quæ domū illam tantis ſciſſionibus percuſſit, ſcire deſideranti prius animaduertendum eſt, in quo domus hæc minor, id eſt, domus Iuda, domū maiorem ſcili cet domū Iſrael peccando ſuperauerit, ſicut ſupra diximus cum teſtimonio Prophetæ di centis ad Hieruſalem, & Samaria dimidiū peccatoꝝ tuoꝝ non peccauit, ſed uiciſti eam ſce leribus tuis. ¶ Peccata ſiue ſelera utriuſq; confitenda & comparanda ſunt, ut appareat q̄ ue raciter dictū ſit. Et Samaria dimidiū peccatoꝝ tuoꝝ nō peccauit: Nimiꝝ pcā Samarię fue runt, ꝙ decem tribus, quoꝝ Samaria metropolis extitit, ſciderunt ſeſe à domo Dauid, & ne gauerunt eum dicētes: quæ pars nobis in Dauid, uel quę hæreditas in filio Iſai, & ſicut Da uid negauerunt, ita deū quoq; relinquentes, uitulos aureos pro deo coluerunt. At uero pec cata Hieruſalem iſta fuerunt, quod Chriſtum filium dei ueꝝ Dauid, & ſecundum carnē ſi lium Dauid, & ſcdm diuinitatē dñm Dauid: Chriſtū (inquā) deū & hominē, regē & ſalua torem, nō ſolūmodo dixerūt, nō eſt nobis pars in iſto filio dei, filio Dauid, ſiue nō habemus regem niſi Cæſarē: ueꝝ etiam pro illo dimitti ſibi petierūt Barrabam ſeditionis authorē. Iſta ſirite conſiderentur, reuera dimidiū Samaria nō peccauit: quia uidelicet quanto iſte deus & homo filius Dauid maior eodē patri Dauid, tanto pcm̄ quod in eum admiſſum eſt maius debet eſtimari: præſertim cū Hieruſalem nō ſolū modo negauerit hunc, ſicut Samaria nega uit Dauid: uerūetiā occiderit, & pro eo Barrabā (ſicut iam dictū eſt) ſeditōis authorē dimit ti ſibi petierit. Idcirco qm̄ taliter ſe ſcidit à regno Ieſu Chriſti filij Dauid: nimirum ualde iu ſto iudicio ſciſſionibus percuſſa eſt ita ut in malum ſuum ſeſe à regno Romanorum ſi den do uictores orbis terrarum contra ſe concitaret: &, quod ualde mirū fuit, foris obſeſſa, intus tripharian, ut iam dictū eſt, ſciſſa magis ſeditionibus quàm obſidione deperiret. Sequitur.

L Nunquid currere queūt in petris equi, aut arari poteſt in bubalis. Quoniamcō uertiſtis in amaritudinem iudicium, & fructum iuſtitie in abſynthium. Qui letami ni in nihili, q dicitis. Nūquid nō in fortitudine noſtra aſſumpſim⁹ nobis cornua?

Ad qd iſtas ſimilitudines equorū & bubalorū, induxerit, ipſe pene expoſuit, dicendo: qui lęta mini in nihili, qui dicitis: Nunquid nō eſt in fortitudine nra aſſumpſimus nobis cornua. Va nitatē atq; ſuperbiā miro hic mō percutit, interrogādo de equis & bubalis. Irridet illos ſapia dei qui cōfidūt in curribus & in equis, ſicut eo tpe cōfidebat Ephraim, & qui ſuꝑbiæ cor nubus arreſtis ſteterūt cōtra fortitudinē cœli, ſicut in Pſalmo teſtat iſte Chriſtus pos pphe tæ: Circūdederunt me uituli multi, tauri pingues obſederunt me. Irriſio grauiſſima ſonat in uerbis huiuſcemodi. Idem em̄ eſt ac dicat ſapientia ſpiritus prophetici. Vos quidem, prædi cente me, & maior domus ruinis, & minor ſciſſionibus percutienda ſit: nihilominus equitā do cōtenditis eſſe ſimiles Aegyptijs atq; Aſſyrijs, ſed uos bene ſcitis ꝙ equi currere poſſunt in petris. Hoc dixiſſe ſatis eſt, ſubaudiri em̄ poteſt id, ꝙ longe ſuperius dixit: quia fuga à ue loce peribit, & nō poteritis effugere. Multis aduerſitatū prępediti offendiculis, ſicut equi ue ſtri nō queunt currere in petris. Habetq; talis dictio mixtū cum ſe ueritate iocū, cū dicitur. Lætantibus in equis, uos reuera lætamini in nihili, quia ueſtri equi nō queunt currere in pe tris. i. fallaces ad ſalutē erunt uobis in tpe anguſtiæ, quando ruinis & ſciſſionibus feriemini. ¶ Item ꝙ dicit aut nunquid errari p̄t in bubalis: ſi reſpicias qđ ſubſequitur, qui dicitis. Nun quid nō in fortitudine noſtra aſſumpſimus nobis cornua, nihilominus iocū in uerbis habet amarum, & ad illum pertinētē riſum, de quo ſapia: ego quoq; (inqt) in iteritu ueſtro ridebo. Idem eſt ac ſi dicat: Qm̄ eſtis ſuꝑbi, quapropt (ſicut ſupradictū eſt) iurauit in aia mea, dicēs:

Hieruſalē à ſciſſionibus & ruinis percuſſa.

Grauius peccauit Hieruſalē q̄ Samaria. 3 Regum, 12

Pſalm. 21

Supra, 5

Eubali ſuperbi Iudæi

Prouer.

Deteſtor ego ſuperbiam Iacob, & domũ eius odit: quoniã (inquã) in fortitudine ueſtra cornua uos aſſumpſiſſe dicitis, eritis ergo mihi ſicut bubali, qui tam indomiti ſunt, ut iugũ cer-
uicibus nõ recipiant, & cum ſylueſtres boues ſint, noluit propter feritatem uomere ſcinde-
Mat. 11. re terrã. Ite uos mihi eritis, uti ꝙ inutiles operi uel regno dei, uobisq; euagãtibus atq; diſper-
Idem. 21 ſis, adhibebo mihi boues alios, boues domitos, dicãq; illis: tollite iugum meũ ſuper uos, &
Rom. 10 regno dei fructũ operabũtur, iuxta illud: Amen dico uobis: quia auferetur à uobis regnũ dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Reuera dicunt iſti bubali: Nũquid nõ in fortitudi-
ne noſtra aſſumpſimus nobis cornua, dũ quærentes ſuã ſtatuere iuſtitiam, iuſtitiæ dei non ſunt ſubiecti: & pro hac feritate conuertunt ſibi in amaritudinẽ iudiciũ, & fructũ iuſtitiæ in abſynthium, quæ herba amariſſima eſt. Nam quia ſuã (ut iam dictũ eſt) ſtatuere uolẽtes iu-
ſtitiam, proꝛciunt à ſemetipſis Chriſti iugum, merito amaꝝ, id eſt, ſine miſericordia ferũt iu-
dicium: & quia dulcedinem iuſtitiæ dei nõ querũt, iuſtitiæ ſuæ metũt abſynthiũ: ut nec ſal-
tem in iſto ſeculo requiem habeant, uel in terra ſua commanere ualeant. Vnde & ſequitur:

¶ Ecce ego ſuſcitabo ſuper uos domus Iſrael, dicit dominus deus exercituum, gẽ-
tem, & conteret uos ab introitu Emath, uſq; ad torrentem deſerti. ¶ Hęc eſt amari-
tudo iudicij quam biberunt, ꝙ in iſto quoq; ſeculo contriti atq; ſubuerſi ſunt, à principio
uſq; ad finem, à capite uſq; ad caudam, à terminis terræ ſuæ, qui ſolem reſpiciunt uſq; ad tor-
rentem deſerti, quod occidentem reſpicit, id eſt, ab Emath (quæ & ab Epyphania dicitur ab
Antiocho cognomentum epyphanes nomen ſortita) uſq; ad rinocruram, inter quam & pe-
luſium, riuus Nili, ſiue torrens de heremo ueniens, mare ingreditur. Sicut dictum, ita & fa-
ctum eſt: quia de cunctis terminis ſuis contritus atq; ſubuerſus eſt Iſrael. Primũ decem tri-
bus ab Aſſyrijs. Deinde Iudam & Beniamin à Chaldæis atq; Romanis. Illa cornutorum ſi-
ue iugum ferre recuſantiũ bubaloꝝ contritio ſiue ſubuerſio, qualiter futura, qualibus uel
quãtis incremẽtis ad cõſummationẽ puẽtura foret, ſequẽtia ꝓphetę dicta ꝓſignãt. Ait eñ

CAP. VII. ¶ Hec oſtendit mihi dominus deus. Et ecce fictor locuſte in principio germinan-
tium ſerotini imbris, & ecce ſerotinus poſt tonſionẽ gregis. Et factum eſt, cum cõ-
ſummaſſet comedere herbam terre, & dixi: Domine deus propitius eſto obſecro.
Quis ſuſcitabit Jacob quia paruulus eſt? Miſertus ẽ aũt dñs ſup hoc: ſed & iſtud
nõ erit dixit dñs deus. Hec oſtẽdit mihi dñs deus, & ecce vocabat iudiciũ ad ignẽ
dñs deus. & deuorauit abyſſum multã & comedit ſimul partẽ, & dixi. Domine deus
quieſce obſecro. Quis ſuſcitabit Jacob quia paruulus eſt: Miſertus eſt dominus
ſuper hoc, ſed & iſtud non erit, dixit dominus deus. Hec oſtẽdit mihi, & ecce domi-
nus ſtãs ſuper murũ litum, & in manu eius trulla cementarij, & dixit dominus ad me
Quid tu uides Amos? Et dixi. Trullã cemẽtarij. Et dixit dñs ad me Ecce ego po-
nã trullã in medio populi mei Iſrael. Non adijciã ultra ſup inducere eũ, & demoli-
entur excelſa idoli, & ſanctificationes Iſrael deſolabuntur. ¶ Tres iſtæ oſtenſiões ſi-
ue uiſiões agnoſcẽdæ ſunt: & idcirco totũ ꝓſens capitulũ poſuimus, ut ꝓſentior ſit intellec-
tus, q̃ futuræ ꝓmonſtrabant. i. triũ incremẽtoꝝ mali ſiue cõtritiõis atq; ſubuerſiõis iam di-
ctæ, quæ de ſacris hiſtorijs nota habent. Illa nũc incremẽta prius cõmemorãda ſunt, & tunc
Tria ſcremẽta mali Iudæoꝝ. demũ ꝓſentis liꝛæ calcãda ueſtigia: ¶ Primũ fuit, ꝙ aſcẽdit rex aſſyrioꝝ, & trãſtulit Iſrael in
4 Reg. 18. 19 Aſſyrios, nec multo interiecto tpe aſcendit ad uniuerſas ciuitates Iuda munitas, & uſq; ad
4. Regũ. vlti. Hierlm puenit, ſed nõ præualuit, dicẽte dño ad Eſaiã: Ponã circulũ in narribꝰ tuis, & hamũ
in labijs tuis, & reducã te in uiã per quã ueniſti. Venit eñ angelꝰ dñi in nocte illa et pcuſſit
Hier. e. vlti. câſtra Aſſyriorũ centũ octoginta quinq; milia, Scdm fuit, qñ uenit Nabuchodonoſor rex
Matth. 24. Babylonis ipſe & oñis exercitus eius in Hierlm & cœpit eã, & ſuccendit Nabuzardã prin-
Lucæ. 19 ceps exercitus domũ dñi, & domũ regis & murũ in circuitu deſtruxit oñis exercitus Chal-
Fictor locuſtæ dæoꝝ. Tertiũ fuit, ꝙ uenerũt Romani, & tulerũt locũ & gentẽ, templũ & ciuitatẽ, ita ut nõ
relinquereꝰ lapis ſuper lapidẽ. Horꝝ futuroꝝ miræ imagines huic ꝓphetæ tribus iſtis oſten-
ſionibus præmonſtratæ ſunt. ¶ Cum eñ dicit: Hec oſtẽdit mihi dñs deus: Et ecce fictor lo-
cuſtæ, uentuꝝ intelligit & intelligi uult exercitũ Aſſyrioꝝ pro multitudine ſimul & uanita-
te breuis & tranſiliẽtis uitæ locuſtis cõparabilem, nihilominus & pro depopulatiõe cũctoꝝ
naſcẽtiũ, quã facturi erãt in morẽ locuſtaꝝ. Huius nimirũ locuſtę fictor ẽ dñs, fictor in q̃. i.

crea

creator eſt idem qui magnorum, i. ſanctorum ſiue electorum hominum conditor & deus. Nec uero indigne fictor præſenti loco dicitur: qa uidelicet taliũ exiguitas hominũ, qui æternam gloriã non quærentes uanitatẽ huius ſeculi breui ſaltu pertranſierunt: taliũ (inquã) paruitas ſiue exilitas hoc meretur, ut eorũ nõ conditor ſed fictor dicatur deus. Hinc apud Eſaiã Eſa. 40
legimus. Qui ſedet ſuper gyrum terræ, & habitatores eius ſunt quaſi locuſtæ. Et cur uel q̃ recte hoc dixerit: poſt aliqua breuiter aperit dicens Iſraeli, cui prælocutus fuerat, & tu Iſrael ſerue meus Iacob quẽ elegi: ſemẽ Abrahã amici mei in quo apprehendi te ab extremis ter Exo. 10.
ræ, Ventilabis eos & uentus tollet & turbo diſperget eos. Nam q̃ui leui euentu & in breui multitudo hominũ uanitatẽ ſequẽtiũ tollitur & perit memoria eorũ, ſicut nonnunq̃ flante uento locuſtã arreptã, & in mare, iubente dño, proiectã legimus: recte & Aſſyrij, & quilibet eiuſmodi hoies locuſtarũ noie deſignãtur. ¶ Qd aũt cũ dixiſſet, ecce fictor locuſtæ, in principio germinantiũ ſerotini imbris, tps indicat, q̃ illa locuſta uenerit, i. qñ cũcta uirent, & Tonſor Iſrael
parturit oĩs ager, & diuerſarũ arborũ flores in ſui generis poma rũpuntur, cunctarũq̃ abun rex Sẽnacherib
dantiã rerũ flores arborũ atq̃ herbæ ſegetũ pollicentur. Nimirũ illo tpe deuaſtari quaſi tõde 4. Regũ. 19
ri eſt, ut ablata pulchritudine rerũ, nuda inopia uelut manifeſtũ in fronte pareat calamitatũ. Id Eſa. 37
circo quia poſt eandem depopulationẽ ſufficiens ubertas reddita eſt, ſiue tunc tpis dñs Ezechiæ per Eſaiã loquens: tibi aũt (inquit) erit hoc ſignũ, comede hoc anno quæ ſponte naſcũtur: & in anno ſcdo pomis ueſcere, in anno aũt tertio ſeminate & metite & plantate uineas, & comedite fructum eorum. Iccirco (inquam) cum dixiſſet in principio germinantiũ ſerotini imbris, ſubiunxit: Et ecce ſerotinus poſt tonſorem gregis: ſubauditur Sennacherib. Nã Eſa. 7.
q̃ dictũ eſt, in anno autem tertio ſeminate & metite, ſupplementũ quidẽ ſed ſerotinũ fuit, & hoc poſt tonſuram gregis, id eſt, poſt deuaſtationẽ Sennacherib. Hunc tonſorem ſiue tonſuram Eſaias acutam nouaculam uocat, quæ pilos omnes & capillos Iſraeletici corporis raſerit. In die illa (inquit) radet dominus in nouacula conducta, in his qui transflumen ſunt in

rege Aſſyriorum caput, & pilos pedum, & barbam uniuerſam. Iam cuncta uaſtauerat, iã 4. Regũ. 19
uniuerſas ciuitates Iuda munitas cœperat, & Hieruſalẽ quæ ſola erat reſidua tonſor ille obſidebat, ut poſt tonſuram ſiue raſuram caput quoq̃ præcideret, cũ (ſicut ſcriptura refert) oraEſa. 37.
uerunt Ezechias rex & Eſaias filius Amos propheta aduerſus blaſphemias eius, ac uociferati ſunt uſq̃ ad cœlũ. Hoc eſt q̃d protinus ait: Et factũ eſt cũ conſummaſſet comedere herbã terræ, & dixit: Dñe deus propitius eſto obſecro. Iuxta metaphorã locuſtæ dixit: cũ conſummaſſet comedere herbam terræ, i. cũ iã omnia deuaſtaſſet, & terrã operiẽs exercitꝰ multitudine. Qd ſe dixiſſe narrat: dñe deus propitius eſto obſecro. Futurũ erat ut dicerent Ezechias rex, & Eſaias propheta, orantes (ut iã dictũ eſt) & uociferantes uſq̃ ad cœlum. Item q̃ Vbi ſupra.
hic ait: Miſertus eſt dominus ſuper hoc, ſed & iſtud non erit, dixit dominus, futurũ erat ut fieret. ſ. ut miſereretur & ſic loqueretur dñs. Illic etẽ ita ſcriptũ eſt. Quã ob rem hæc dicit dominus de rege Aſſyriorum. Non ingredietur urbẽ hanc, nec mittet in eã ſagittã, nec occupabit eã clypeus, nec circũdabit eã munitio. Per uiã qua uenit reuertetur, & ciuitatẽ hãc nõ ingredietur dicit dñs, protegãq̃ urbẽ hanc, & ſaluabo eã propter me, & propter Dauid ſeruũ meũ. Itaq̃ cũ dicit: ſed & iſtud nõ erit, ſenſus hic eſt: Erit quidẽ ut cæteras ciuitates Iuda capiat, & cuncta in circuitu Hieruſalẽ deuaſtet ille tonſor ſiue tonſura gregis, id eſt, exercitus Sennacherib, ſed non iſtud etiam erit, ut urbem hanc ingrediatur. ¶ Porrò q̃ cum dixiſſet Propheta: Domine deus propitius eſto obſecro, ſubiunxit atq̃ ait: Quis ſuſcitabit Iacob, quia paruulus eſt, quis digne poſſit exprimere quali diſcuſſione dominum excitet atq̃ percellat, ut memor ſit miſericordiæ ſuæ? Cum enim dicit: Quis ſuſcitabit, quodammodo conſurgere uidetur ac percellere deum, percunctando ipſum, quis nam ille fuerit qui totiẽs Iacob de anguſtijs & de cede uaſtantium liberauit, & utrum ipſe à ſemetipſo demutatus ſit oblituſq̃ naturæ ſuæ, cui proprium fuerat miſereri. Subiungit etiam cauſam, propter quã totiens Iacob ſuſcitaſſet, & adhuc ſuſcitare de periculo deberet, dicendo: quia paruulus eſt Paruulus (inquã) id eſt, humilis. Qd ſi humilitas & cõtritio cordis cauſa extitit, ppter quam deus totiens illũ ſuſcitauit, nimirũ & tũc ſuſcitari illum dignũ fuit: quia ſemetipſum & ſuos Vbi ſupra.
Ezechias rex corã domino humiliauit, ſicut ſcriptũ eſt. Et factũ eſt cũ audiſſet Ezechias uerba Rapſacis, ſcidit ueſtimenta ſua, & obuolutus eſt ſacco, & intrauit in domũ dñi, & miſit

Iacob paruul⁹ id eſt, humilis

Heliachim,qui erat ſuper domũ,& Sennã ſcribã &ſeniores de ſacerdotibus,opertos ſaccis ad Eſaiã.Nec uero ſolũmõ habitu tũc Iacob paruulũ ſeſe oñdit:uerũ etiã uerbis teſtatus eſt: ſcdm hęc uerba regis eiuſdẽ dicentis ad Eſaiã:Leua ergo oronẽ ꝓ reliquijs quę reptę ſunt Iam em̃ decẽ tribus in Aſſyrios tranſlatæ fuerãt,& iccirco paruulus Iacob nõ tã gentẽ quã reliquias gẽtis ſe eſſe memorauit.¶Cũ deinde dicit: Hæc oñdit mihi dñs deus:Et ecce uocabat iudiciũ ad ignẽ dñs deus & deuorauit abyſſum multã,& comedit:ſimul partẽ intelligit uel intelligi uult,ꝙ Nabuchodonoſor regẽ Babylonis uocatur⁹ foret dñs,ut ueniret cõtra Iudã & Hierl'm,tẽplũq; & Hieruſalẽ igne ſuccẽderet,qđ erat uocare iudiciũ ad ignẽ,i. iudicare uſq; ad ignẽ.Nõ em̃ fic dicendũ erat de Nabuchodonoſor,ſicut dictũ fueratde Sẽnacherib,& urbẽ hãc ingredietur.Iuſto nãq; in iudicio tradẽda erat ciuitas in man⁹ regis Babylonis & ſeruoꝝ eius,ut igni ſuccenderetur. Multa abyſſus.i.uniuerſitas Iudææ,ſiue ipſa ciuitas q̃ propter ꝓfundã auaritiã,abyſſus multa dici merebat,in tm̃,ut domũ quoq; dñi ſpeluncã latronũ feciſſent,ſicut in Hieremia conqueſtus eſt dñs deus.Cunq; ſubiungit:Et comedit ſimul partẽ, ſubaudiendũ eſt dei,quia uidelicet templũ ipſum pars dei eſſe debuerat, quod propter profunditatẽ auaritiæ abyſſus multa, ſiue ſpelunca latronũ dici poterat. Qđ deinde ſequitur.Et dixi domine deus, quieſce obſecro:quis ſuſcitabit Iacob:quia paruulus eſt,futurum erat,ut dicerent Daniel & ſocij eius poſt illud iudicium ignis in babylone captiui.Exempli gratia: In anno primo Darij filij Aſſueri:ego Daniel(inquit)intellexi in libris numeꝝ annoꝝ,de quo factus eſt ſermo dñi ad Hieremiam prophetã, ut cõplerentur deſolationis Hieruſalem ſeptuaginta anni,& poſui faciem meam ad dominũ deũ meũ,rogare & deprecari in ieiunijs ſacco & cinere &cætera. Orare nanq;, ut ſolueretur captiuitas poſt prænunciatos ſeptuaginta annos,hoc erat dicere,dñe de⁹ quieſce obſecro.Nõ hic ita dictũ eſt ut ſupra:Dñe deus propicius eſto,ſed dictum eſt dñe deus quieſce obſecro.Futurum nanq; erat,nõ ut propitio dño repelleretur Nabuchodonoſor,ſicut repulſus fuerat Sẽnacherib:ſed ut ſaltẽ poſt uindictam quieſceret cœleſtis iræ commotio.¶De eo ꝙ iterum ait:Quis ſuſcitabit Iacob,quia paruulus eſt,itidem ſentiendum(ut ſupra diximus)quia uidelicet qui præcipitare,& de anguſtijs liberare conſueuerat Iacob propter humilitatẽ eius:qua dicitur paruulus,ipſe conſequenter de Babylonia captiuitate illum ſuſcitare debuit,quoniã captiui humiliter deprecabãtur,exẽpli gratia,cũ in oratiõe ſupra memorata diceret Daniel Propter peccata enim noſtra & iniquitates patrũ noſtroꝝ Hieruſalem,& populus tuus in opprobriũ ſunt omnibus per circuitũ noſtrum.Item:Quia imminuti ſumus plus q̃ omnes gentes,ſumusq; humiles in uniuerſa terra hodie propter peccata noſtra,& nõ eſt in tempore hoc princeps & propheta & dux,neq; holocauſtum, neq; ſacrificiũ, neq; oblatio,neq; incenſum,neq; locus primitiaꝝ coram te,ut poſſimus inuenire miſericordiã,ſed in animo cõtrito & ſpiritu humilitatis ſuſcipiamur.Sic paruulus Iacob ſæpe ſuſcitatus, adhuc ſuſcitãd⁹ erat,& iccirco nunc dicit:Quis ſuſcitabit Iacob pro eo quia eſt paruulus,ut reſpondẽte dño ego ſum qui illum ſæpe ſuſcitaui,pro cauſa hmõi quodãmodo concludantur à dicente: Ergo tu idem de Babylonia captiuitate nunc illum ſuſcita:quia paruulus eſt adhuc,id eſt,humilis.Q; diu paruulus & non impœnitens fuerit,tam diu in illum ſuſcitare debebis.¶Cũ deinde dicit,hæc oſtendit mihi,& ecce dominus ſuper murum litum,& in manu eius trulla cementarij,ualde notandum eſt:quia percunctationẽ domini ſubinfert, dicentis:Quid tu uides Amos? Hoc in pręmiſſis oſtenſionibus dictũ uel factũ nõ eſt.Nam ubi dixit,hæc oſtendit mihi dñs de⁹:Et ecce fictor locuſtæ,nõ dictũ eſt.Et dixit dñs ad me, quid tu uides Amos? Itẽ,ubi dixit:Hæc oſtendit mihi dñs de⁹,& ecce uocabit iudiciũ ad ignẽ,nõ dictũ ẽ Et dixit dñs ad me.Quid tu uides Amos? Grauiſſima res denũciatur ꝓ trullã cemẽtarij ponendã in medio populi. Et iccirco ut attẽtus fit inſpector ꝓpheta,dicitur ei : Quid tu uides Amos? Itẽ & illud uigilanter aduertendũ:qa cũ dixiſſet dñs:ecce ponã trullã in medio populi mei Iſrael,nõ adijciam ultra ſuperinducere eũ,& demolientur excelſa idoli:& ſanctificationes Iſrael deſolabuntur,non fuit ultra ſpũs in propheta,ut diceret, uel ſicut primo dixerat:domine deus propitius eſto obſecro,uel ſicut ſecũdo dixerat, domine deus quieſce obſecro.Hoc(inq;)ualde notãdũ & diligẽter aduertãdũ eſt:qa nimiꝝ nõ aliter demõſtratũ & taliter depoſitũ eſt,Extrema nanq; & irrecuperabilis deſtructio hac oſtenſione tertia

Abiſſ⁹ multa,auaritie ſcilicet. Hiere, 7,& 17,

Dani,9

Humilitas Iudeorũ in captiuitate Babilõia

Prophetæ oſtenſa eſt, quæ accedit ad ultionem ſanguinis Ieſu Chriſti, quæ per manus Rõ manoꝝ facta eſt. Quo ex tpe iam nõ eſt Propheta, q̃ pro gente illa intercedat, quatenus pro pitius ſit & quieſcat: quẽ admodũ Eſaias deplorãs: Nõ eſt (ait) qui inuocet nomẽ tuũ, qui cõ ſurgat & teneat te. Siquidẽ & quando Sennacherib rex Aſſyrioꝝ uſq; ad Hieruſalẽ uenit, tunc & Ezechias rex & Eſaias ꝓpheta dixerũt: Dñe deus propitius eſto obſecro: Et qñ in Babiloniã tranſmigrauerãt filij Iuda, Daniel & ſocij eius dixerunt: Dñe deus quieſce obſecro: nũc aũt pro tẽplo illo ut reſtituatur, ſiue pro ſacrificijs illis, ut iteꝝ cælebrentur, nõ eſt q̃ intercedat aut intercedere debeat. Hac igitur obſeruata diuerſitate tã literæ q̃ intelligentiæ nunc demũ cœpta ſcripturæ ueſtigia diligentius percurramus. Et ecce (inqt) dñs ſuper mu rũ litum, & in manu eius trulla cementarij. Murum litũ ita dixit: ac ſi diceret parietem de albatũ. Quid aũt paries dealbatus, ſiue murus litus ſignificare exiſtimandus ſit? Paulus Apoſtolus mirabiliter innuit, dũ ſtans in concilio, principe ſacerdotũ Anania præcipiente aſtantibus ſibi, percutere os eius, dixit: Percutiet te deus paries dealbate. Igitur murus ſiue paries dealbatus ſacerdotium illud extitit, quem uidelicet murum ſiue parietem tam diu dominus induxit ſiue dealbauit. Habens in manu trullam cementarij, q̃ diu carnalẽ Iudaiſmũ permiſit glorioſum uideri, ſtante templo & florente religione in carnalibus cærimonijs. Sed ecce ponam (inquit) trullam in medio populi mei Iſrael, non adijciam ultra ſuperinducere eum. Nudus erat Iſrael, nudus & indecorus atq; infirmus, qui ſolebat à me ſuperinduci & ſolidari: ſicut ſuperinducitur, & confirmatur paries cum trulla cementarij, & nõ ſolum pulchritudine, ſed & contra iniuriam imbrium, & creberrimas tempeſtates fortitudinem accepit. Et quidem ſemetipſos arbitrantur eſſe cementarios, ſuumq; parietem proprio ſuperinducere geſtiunt ingenio, ſed neq; ſuperinductio pulchra eſt, quę ex deo nõ eſt, neq; paries ſtare ꝑt. Vnde & apud Ezechielem, cum de hac ipſa re loqueretur, ait idem Dominus: Dic ad eos qui liniunt parietem abſq; temperatura, quod caſurus ſit. Erit enim imber inundans, & dabo lapides prægrandes deſuper irruentes, & uentum procellæ diſſipantem, Siquidem ecce cecidit paries. Nũquid non dicetur uobis, ubi eſt litura quam liuiſtis? & cætera. Vere ut ait illic: Ecce cecidit paries, nec adijcietdominus ſuper inducere eum. Quod illic dicit: Ecce cecidit paries, hoc idem in iſto loquitur: Et demolientur excelſa idoli, & ſanctificationes Iſrael deſolabuntur. Et quidem cum in Ezechiele loqueretur, iam non ſolum in decem tribubus ceciderat paries: uerumetiam Iuda partem in Babyloniã tranſmigrauerat, & ipſe Ezechiel unus de captiuis erat: ſed adhuc futurum erat, ut iterum in Iuda caderet paries inrecuperabiliter, quod poſt paſſionem domini factum eſt. Idcirco cum præterito tempore dixiſſet, illic ſiquidem ecce cecidit paries: ſubinde futuri temporis uerbis ſubiunxit. Propterea erumpere faciã ſpiritũ tempeſtatũ in indignatione mea, & imber inundãs in furore meo erit, & lapides grandes iræ in conſummationem, & deſtruam parietem quem leuiſtis abſq; temperamento, & adæquabo eum terræ, & reuelabitur fundamentũ eius: Ruinam hanc ſiue deſtructionem parietis, & deſolationem ſanctificationum Iudaicarum, Danieli loquens angelus Gabriel, luce clarius exprimit his uerbis: Et poſt hebdomodas ſexaginta duos occidetur Chriſtus, & non erit eius populus, qui eum negaturus eſt, & ciuitatem & ſanctuarium diſſipabit populus cum duce uenturo, & finis eius uaſtitas: & poſt finem belli ſtatuta deſolatio. Et deficiet hoſtia & ſacrificium, & in templo erit deſolationis abominatio, & uſq; ad conſummationem & finem perſeuerabit deſolatio. His dictis, quibus utiq; cõmuna totius gentis mala prænunciata ſunt, confeſtim propria quarundam perſonarum mala terribiliter ſubiungit, ſcilicet Hieroboam regis, & Amaſiæ ſacerdotis illius temporis. Sequitur. ℣ Et conſurgã ſuper domũ ℣ Hieroboã in gladio. Et miſit Amaſias ſacerdos Bethel ad ℣ Hieroboã regẽ Iſrael, dicẽs: ℣ Rebellauit cõtra te Amos in medio dom⁹ Iſrael, nõ poterit ſuſtinere terra vniuerſos ſermões eius: ℣ Hec eñ dicit Amos. In gladio morietur ℣ Hieroboã, ℟ Iſrael captiu⁹ migrabit de terra ſua. Et dixit Amaſias ad Amos. Qui uides gradere, fuge i terrã Iuda, ℟ comede ibi panẽ, ℟ ibi ꝓphetabis ℟ i Bethel nõ adijcies vltra vt ꝓphetes, q̃ ſanctificatio regis ẽ ℟ dom⁹ regni ẽ Et rñdit Amos ℟ dixit ad Amaſiã. ℣ Nõ ſum ꝓpheta, ℟ nõ ſũ filius ꝓphete, ſed armẽtarius ego ſum, vellicãs ſycomoros: Et tulit me dñs de⁹, cũ ſequerer gregẽ, ℟ dixit ad me domi

Eſa. 64

Murus litꝰ ſeu paries dealbatꝰ

Actu. 23

Ezech. 13.

Dani. 9.

me dominus. Vade ꝛ propheta ad populum meum Iſrael, Et nunc audi uerbum dñi. Tu dicis, non prophetabis ſuper Iſrael, ꝛ non ſtillabis ſuper domum idoli, propter hoc hec dicit dominus: Vxor tua in ciuitate fornicabitur, ꝛ filij tui ꝛ filie tue in gladio cadent ꝛ humus tua funiculo metietur. Et tu in terra polluta morieris, ꝛ Iſrael captiuus migrabit de terra ſua. ¶ Sicut iam dictum eſt, regis illius temporis, qui erat Hieroboã & ſacerdotis Amaſiæ mala propria uaticinatur hęc prophetiæ pars. Et hoc ad laudem iudicij dei conſiderandum eſt: quia quiſquis eorum quanto maior in crimine tanto amplius percutitur diſtrictione uindicis ſententiæ. Conſurgam (inquit) ſup domum Hieroboã in gladio. Zacharias filius Hieroboam filij Ioas, filij Ioahan, filij Iehu gladio percutiendus additur, quod & factum eſt. Coniurauit enim contra illum, uidelicet Zachariam, Sellum filius labes percuſſitq; eum palam & interfecit, regnauitq; pro eo iuxta uerbum, quod locutus fuerat dominus ad Iehu. Quia ſtudioſe feciſti omnia quæ erant in corde meo contra domũ Achab, filij tui uſq; ad quartam generationẽ ſedebunt ſuper thronũ Iſrael. Vnde notandũ q̃ non dixerit conſurgam ſuper Hieroboam ſed ſuper domũ Hieroboam in gladio. ¶ Porro Amaſias dum prophetæ rebellionis crimen impingere nititur accuſando illum, noluit purum eius referre ſermonẽ ſed auxit de ſuo quippiã adijciens, in quo maius uideretur crimen. Videlicet pariter illi uidebatur ad excitandũ regis furorem, q̃ dixerat ex ore domini, & conſurgã ſuper domũ Hieroboam in gladio: poſſet enim hoc intelligi, q̃ non diceret Hieroboam eſſe feriendũ gladio, ſed poſt mortẽ eius poſteros (quod & factũ eſt) & iccirco deprauauit dictũ teſtis mendax & falſus accuſator dicendo: rebellauit cõtra te Amos. Hæc enim dicit, in gladio morietur Hieroboam. Hoc agendo ſatis indicat, q̃ nequiſſima intentione ori eius eatenus inſidiatus fuerit, ut inueniret unde accuſaret eũ. Sacerdos aurei uituli, & exinde diues, imò uacca pinguis: ſicut ſuperius hiç idem Propheta dixit: Audite hoc uerbũ uaccæ pingues, quæ eſtis in monte Samariæ. Sacerdotes intelligi uolens, quorũ unus uel maximus erat iſte. Tandẽ inuenit unde accuſaret eũ ubi regẽ nominauit, & (ſicut iam dictũ eſt) ne paruũ uideretur crimen, quod de domo regis Propheta dixerat, in ipſam regis perſonã detorſit, corrumpens puritatẽ ſermonis. Iccirco miranda retributio ſeueritatis uel iuſtitiæ dei, dũ fornicatio ſacerdoticũ uitulis aureis fornicanti, & in eadem fornicatione populum detinenti dicitur, propter diuini uel prophetici ſermonis corruptionem: uxor tua in ciuitate fornicabitur, & filij tui & filiæ tuæ in gladio cadent & humus tua funiculo metietur, & tu in terra polluta morieris. ¶ Nimirũ quia rege ipſo maior erat in ſcelere, maior etiã eſſe debuit in ultione: ut uidelicet rex Hieroboam non in ſeipſo ſed in domo uindictã corporalẽ reciperet, id eſt, in ſuccedẽte filio, quatenus percuteretur gladio. Hic autem & in ſemetipſo mortẽ, & in uxore propria fornicationis cladẽ, & in filijs ac filiabus ſuis gladij reciperet ultionẽ. Hæc de prope uentura citoq; complenda erant, ut in præſentia completa fidẽ cæteris facerent, quæ longius erant differenda, ut Propheta, quẽ ille falſum efficere nitebatur, fidelis & uerax haberetur ex ipſis aduerſarijs ſui malis, quæ prophetaſſet, cito comprobatus, q̃ non ex corde proprio ſed ex ore domini cuncta eſſet locutus. Qũo autem dicit, uel dicere audet: Qui uides gradere, fuge in terrã Iuda, & comede ibi panẽ, & ibi prophetabis, & in Bethel non adijcies ultra ut prophetes, quia ſanctificatio regis eſt & domus regni; Non enim parue loquitur. nõ leniter ſeſe aduerſus deũ erigit cornutus bubalus, uibrans ſuperbiæ cornu, nec recipiens iugum Domini, iuxta ueritatẽ eiuſdẽ ſupra dicentis. Nunquid arari poteſt in bubalis. Videntẽ, id eſt, Prophetã illum appellat, dicendo, qui uides, & tamen ſe potius & regem ſuũ aũdiri imperat q̃ Deũ, cuius uoluntatẽ uidet, & à quo iuſſus eſt ut prophetaret. Quid hic econtra. Non ſum (inquit) Propheta nec filius prophetæ, ſed armentarius ego ſum, uellicans Sycomoros, & tulit me Dominus Deus, cum ſequerer gregem, & dixit ad me. Vade & propheta populo meo Iſrael. Quid aliud iſte loquitur niſi illud idem quod Apoſtoli dicentes: Obedire oportet Deo magis quàm hominibus. Quantam putas in corde ſuo ſeueritatem gerebat iuſte indignatus homo propheticæ authoritatis: Et ſancto nobilitatus ſpiritu, dum cœlo tonante & imperante ut prophetaret, rana econtra in limo coaxantem audiret, & dicentẽ, non adijcies ultra ut prophetes: Dignã igitur uiliſſimi hominis ſuperbiæ pœnã de oraculo pectoris huius ſpiritus ſanctus protulit,

Eſai. 64

Murus lius, ſeu paries dealbatus.

dicẽdo

dicendo illi: Et nunc audi uerbum domini. Tu dicis, non prophetabis ſuper Iſrael, & non ſtillabis ſuper domũ Idoli: ego autẽ non ſolummodo non definam prophetare ſuper Iſrael, & ſtillare ſuper domũ idoli: uerũetiam prophetabo tibi. Propriã prophetiæ tuam partem nũc audi. Vxor tua in ciuitate fornicabitur &cætera, ut ſupra. ¶ Quod uero hæc dicturus in ſpiritu forritudinis, præmittit dicens: nõ ſum propheta, & nõ ſum filius prophetæ, ſed armentarius ego ſum uellicans Sycomoros, & tulit me dñs deus cũ ſequerer gregẽ. Et dixit ad me: Vade & propheta populo meo Iſrael, magnũ eſt teſtimoniũ ſanctæ humilitatis, & bene compoſitæ mentis, ꝙ uidelicet non turbato animo uel cum rancore talia prolaturus ſit, uxor tua in ciuitate fornicabitur, & filij tui & filiæ tuæ in gladio cadent & cætera. Præmittit humiliter quid fuerit, & quid factus ſit gratia non meritis, ꝙ uidelicet non hæreditario iure propheticum miniſteriũ aſſumpſerit, uel de corde proprio prophetare cœperit, ſed neceſſitatẽ habens obediendi, gratiã aſpirantis imperiumq; mittentis domini executus ſit. ¶ Reuera qui benuolis hunc cæterosq; prophetas aſpicit oculis, intelligit, quã ſine præſumptione quãto in timore prophetauerint, ſicut dicit unus ex illis, Si occidetur in ſanctuario domini propheta & ſacerdos, formido & laqueus facta eſt nobis uaticinatio & contritio. Qđ idẽ eſt ac ſi dicat. Pro eo ꝙ occiduntur prophetæ & ſacerdotes corripientes peccata populi, nec ſaltem cui ſanctuario domini queunt eſſe tuti, non abſq; formidine uaticinamur ſiue prophetamus: ſed ipſam formidinẽ mortis ſiue contritionis ſuperat terror & imperiũ domini, & anguſtiæ nobis undiq; ſunt, quia ſi prophetauerimus occidimur, ſi non prophetauerimus, uæ nobis eſt, quia diſpenſatio nobis à deo credita eſt. ¶ Cum igitur dicenti ſibi idolatræ ſacerdoti, non adijcies ultra ut prophetes in Bethel, quia ſanctificatio regis eſt, & domus regni, reſpondet: Et nũc audi uerbũ domini, propter hoc uxor tua in ciuitate fornicabitur, & filij tui & filiæ tuæ in gladio cadent, & humus tua funiculo metietur, & tu in terra polluta morieris, & Iſrael captiuus migrabit de terra ſua, concedendũ ueritati & cõpatiendũ eſt neceſſitati: quia uidelicet non impatientis motus animi, ſed iudicantis eſt uerbũ domini, cuius authoritas neceſſitatẽ prophetæ facit, licet uoluntas non deſit obſequendi. Et in hac ſeueritate quanta iuſtitia ſit, ut rite perpendas, conſidera quis prior iſta dixerit, & Iſrael captiuus migrabit de terra ſua. Si ſuperiora cuncta reſpicias, nuſq; iſtud prophetã dixiſſe reperies ad uerbũ licet uerba eius eundẽ habeant ſenſum. Calumniator eius iſte ſacerdos, ut cõtra illũ augeret inuidiã præripiendo detulit accuſationẽ tota intentione libratã. Hæc (inquiẽs) dicit Amos, in gladio morietur Hieroboam, & Iſrael captiuꝰ migrabit de terra ſua. De prunæ partis falſitate qua dixit, in gladio morietur Hieroboam, iam ſuperius diximus. ¶ Porro de hac parte, & Iſrael captiuus migrabit de terra ſua, dicendũ eſt, quia ueꝝ quidẽ erat, licet non eadem uerba dixiſſet propheta: nam de uerbis eius animaduerti poterat, ſed in eodẽ uero ualde notabilis atq; damnabilis eſt, accuſatoris calumnia. Quid enim? Nunquid non & illud de uerbis eius animaduertere potuiſſet, ꝙ eandẽ captiuitatẽ condolens prædiceret, ꝑ dicendo condoleret? Nonne de proximo & illud prophetã dicentẽ audierat, Et factũ eſt, cum conſummaſſet comedere herbã terræ dixi: Domine deus propitius eſto obſecro. Itẽq; domine deus quieſce obſecro. Vere ergo calumnioſus accuſator & teſtis, qui tantum illa, de quibus poterat inuidia conflari, detulit, & amaris uocibus expreſſit: quæ autẽ digne poſſent mereri gratiam, omnino reticuit. Proinde & in ſententia condemnati ſacerdotis laudabilis eſt iuſtitia dei, & in Propheta prædicanda eſt fortitudo ueritatis, qui loquente in ſe deo confortatus, & quod ſenſerat confeſſus eſt, & non negauit, & quod nondum dixerat ſuper adiecit, meritã dicendo irã impio ſacerdoti. In quem quãdo uel qũo præſcriptæ ſententiæ completæ ſint, ſcriptura non refert, ſed in congerie malorꝝ latet. Nunc enim ſanctę ſcripturæ uocauit cuncta denarrare, quæ ſingulis acciderunt perſonis uilioribus & obſcuris. Sic & illud quod Micheas Sedechiæ percutienti ſe in maxillam, & dicenti. Me ne ergo dimiſit ſpiritus domini, & locutus eſt tibi. Confeſtim reſpondit: Viſurus es in die illa, quãdo ingredieris cubiculum intra cubiculum ut abſcondaris, ſingulari relatione dignum nõ fuit referre qualiter completum ſit: quia (ſicut iam dictum eſt) non ita ſe deprimit ſanctæ ſcripturæ maieſtas, ut cuncta denarret uilibus ab re immorando perſonis.

Humilitas & timor ꝓphetarũ. Threñ. 3

Ars calumniatoris.

Non omnia enarrat ſcriptura. 3. Regũ vi. ti

FINIS LIBRI TERTII AMOS.

¶ Ruperti

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN AMOS PROPHETAM, COMMENTARIORVM LIBER QVARTVS.

Epilogus oñ-sionum.

MEmoriter tenendũ eſt q̃s uel quales ſibi factas oſtenſiões Prophe-
ta iã narrauerit. Prima eſt hæc: Oſtendit mihi dñs deus, & ecce fictor locuſtæ in principio germinantiũ ſerotini imbris & ecce ſerotin⁹ poſt tonſurã regis & cætera p̃ quẽ intelligim⁹ Aſſyrios qui trãſlatis decẽ tribub⁹ uſq; ad Hieruſalẽ aduerſus Iudã erant uenturi, & cuncta uaſtaturi in modũ tonſoris, ſiue nouaculæ caput & pilos pedũ barbẽq; uniuerſam radentis, ſicut Eſaias, quoq; p̃dixit. Secũda eſt hæc: oſtendit mihi dñs, & ecce uocabat iudiciũ ad ignẽ dñs deus &c. p̃ quæ intelligim⁹ Babylonios, qui erant uenturi, & ciuitarẽ Hieruſalẽ pariterq; domũ dñi igne conflagraturi. Tertia eſt hæc: Oſtendit mihi dñs, & ecce dñs ſtans ſuper murũ litũ, & in manu eius trulla cementarij &c. per quæ intelligimus deſolationẽ ultimã, quã fecerunt Romani, quæ nunq̃ recuperanda ſit ſecundũ uerba dicentis dñi. Ecce ego ponã trullã in medio populi mei Iſrael, nõ adiũciam ultra ſuperinducere eũ. ¶ Poſt iſtas malorũ oſtenſiones principalẽ quoq; malorũ eorundẽ cauſam oſtendi dignũ erat oſtenſione ſiue imagine propria: Hęc aũt cauſa auaritia eſt, radix olim malorũ qua infecti maxime Iudæi ad oẽ ſcelus proruentes tandẽ ad hoc peruenerũt ut dñm glorię crucifigerent, ob iſtã maxime cauſam: quia diſputabat contra auaritiã ipſorũ, comprobans illius generationis eſſe homines, qui domũ patris, quæ debuerat eſſe dom⁹ orõis, feciſſent ſpeluncã latronũ, iuxta Hieremiæ uaticiniũ. Seqtur ergo: L Hęc oſtendit mihi dñs, & ecce uncinus pomorũ. Et dixit: Quid tu vides Amos. Et dixi: Uncinum pomorũ Et dixit dominus ad me: venit finis ſup populũ meũ Iſrahel, non adiũciã vltra vt pertrãſeã eũ. Et ſtudebunt cardines tẽpli in die illa dicit dñs deus, multi morientur, oñi loco pjcietur ſilentium. ¶ Nimirũ dñ oſtenſo uncino pomorũ dicit dñs: uenit finis ſuper populũ meũ Iſrael, ſubaudiendũ eſt, propter unc inũ iſtũ ſiue propter illud quod ſignificat uncinus iſte pomorũ, Hanc aũt eſſe auaritiã (ſicut iã dictũ eſt) ſequentia declarant Seqtur emi. L Audite hoc qui cõteritis pauperes, & deficere facitis egenos terre, dicẽtes quãdo trãſibit meſſis, & venundabimus merces & ſabbatũ, & aperiem⁹ frumẽtũ, vt imminuam⁹ mẽſurã & augeamus ſyclũ, & ſupponamus ſtateras doloſas, vt poſſideamus in argẽto egenos, & pauperes p̃calciamentis, & quis quibas frumẽti uenundemus? ¶ Itemq; poſt aliqua. Vidi (inqt) dñm ſtantẽ ſuper altare, & dixit: Percute cardinẽ, & cõmoueantur ſuperliminaria. Auaritia emi in capite olm. ¶ Igitur dũ cauſam malorũ, quæ uentura erant, eſſe aſſerit auaritiæ crimen, mira & mirabiliter congrua ſimilitudine illã denotat, præoſtendens uncinũ pomorũ. Vncinũ, quo arboris rami attrahi ſolent ad carpenda poma, quæ manu attingi nõ poſſunt. Vnca profecto eſt auaritiæ manus, nec unq̃ niſi ad accipiendũ extenditur. Porrò homines aliquid habentes, ueluti rami ſunt, poma candida ſiue rubicunda, uiſuq; pulchra, & ad ueſcendũ delectabilia gerentes. Talib⁹ auaritia callide inſidiatur, cuiuſlibet artis uncinũ innectens, crebroq; cõuoluens ſilenter dũ timet audiri, ut & damnũ fiat pomo detracto, & tñ poſſeſſor non percipiat, donec iã ſatura to fure, damnũ ſuũ tarde reperiens gemat. Vera & conueniens in hac oſtenſione ſimilitudo, dũ & auaritiæ dolus uncino, & bona temporalia, circa quæ laborat auaritia, pomis aſſimulantur. Pomũ quippe res leuis eſt, maximeq; pueros mulcet, uiris aũt, & maxime ſanis pto minimo eſt. Sic nimirũ bona p̃ſentis ſeculi leuia ſunt, & eos quidẽ q̃ ſenſu paruuli ſunt, nimis oblectant, ſapientib⁹ aũt qui cœleſtia ſapiunt contemptibilia ſunt. Quotiens aũt Eccleſiaſtici uiri aĩam terreni homines attẽtauerint, ut ſibi conformẽ faciant, recte cõquerẽdo de illo dicas illud Dauiticũ. Poſuerũt Hrlm in pomorũ cuſtodiã. Et alibi, Sctũs uir, reſpiciens & enumerãs uacuos mẽſes ſuos. Dies mei (inqt) uelociores fuerũt curſore, fugerũt & nõ

Eſai. 7.

Auari maxime Iudæi.

CAP. VIII.

Infra. 9 Vncin⁹ pomorũ auaritiã deſignat.

Bona temporalia ſicut pomũ

Pſal. 78 Iob. 9:

uide

uiderunt bonũ, pertranſierũt quaſi naues poma portantes. Ad ſummũ ut perpendas bona omnia tẽporalia, quæ ſibi uncus auaritiæ ſitienter attrahit, recte ob uilitatẽ nomine pomorũ denotari, ſciendũ eſt, quia primus homo cupiditatis crimẽ, per qđ perijt, non per aurum neq; per argentũ, ſed per exiguũ pomũ admiſit. Nũc cœptã proſequamur literã. Quid (inqt) tu uides Amos? Vncinũ pomorũ. Paruã utiq; rem, ſed magni uides mali ſignũ. Significat nãq; (ut iã dictũ eſt) auaritiæ malũ, propterq̃d uenturus erat finis ſup illũ populũ. Hoc eñ ꝓtinus ait. Venit finis ſup populũ meũ Iſrael. Quis uel qualis finis? Profecto malus finis & quàm malus uel quali nomine ſit cenſendus, apud Danielem reperimus his uerbis, & poſt hebdomades ſexaginta duos occiditur Chriſtus, & nõ erit eius populus, q̃ eũ negaturus ẽ. Et ciuitatẽ & ſanctuariũ diſſipabit populus cũ duce uenturo, & finis eius uaſtitas, et poſt finem belli ſtatuta deſolatio, & deficiet hoſtia & ſacrificiũ, & in tẽplo erit abominatio deſolationis, & uſq; ad cõſummationẽ et finẽ ꝑſeuerabit deſolatio. Recte ergo cum dixiſſet, uenit finis ſuper populũ meũ Iſrael, nõ adijciam ultra ut pertranſeam eũ, cõtinuo ſubiunxit. Et ſtridebũt cardines tẽpli ĩ die illa dicit dñs deus. Quis eñ nõ audiuit ſtridore cardinũ illi⁹ tẽpli, id eſt, ſubuerſionẽ ciuitatis & ſanctuarij factã uincẽtibus Romanis? Porro q̃ pro illo auditu ſiue fama tãti excidij ſtridorẽ poſuit cardinũ templi, qđ decoris quantũ habet grauitatis? Quod uero addit multi moriẽtur, q̃ uerum ſit, teſtis eſt Ioſephus, qui tragediam illam deſcribens, mortuorũ multitudinẽ refert pene incredibilẽ. Deinde q̃ ait, in omni loco proijcientur ſilentiũ, idẽ ac ſi dicat. Etqui ſuperfuerint ex eis, ducti in omnes gẽtes captiui, a bieſti & ſilentes erũt, auctoritatẽ loquẽdi nõ habebunt: Chriſtũ, quẽ cõfiteri nolũt, palã blaſphemare nõ audebũt. ¶ At uero q̃d interpoſuit, nõ adijciã ultra ut pertranſeã eũ uidelicet populũ meũ, breuiter ſatis innuit, nihil iã ꝓdeſſe illis ritũ paſchæ ſui, ſiue immolationẽ paſchalis agni, cuius ſanguine poſtes ſuos ſignare cõſueuerãt. Olim hic idem dñs ita dixit. Erit aũt ſanguis uobis in ſignũ in ædibus, in q̃bus eritis, & uidebo ſanguinẽ, ac tranſibo uos, nec erit in uobis plaga diſperdẽs, quãdo ꝑcuſſero terrã Aegypti. Nũc aũt dicit ſup eundem populũ, nõ adijciã ut ꝓtrãſeam eũ. Etenim ex quo fuſus eſt ab eis ſanguis agni dei, ſanguis Chriſti filij dei, iã nõ recipitur apud deũ ſanguis agni illoq; bruti pecoris, ſed quæ ſignatæ ſunt ſigno ſanguinis Chriſti, ſignaculo crucis filij dei, ille ſunt domus Iſrael: ille autem populus, qui prius dicebatur Iſrael inter Aegyptios reputatur, quia nõ habet hoc ſignũ, & propterea nõ adijciam (inquit) ut pertrãſeam eũ, & ſubaudiendũ eſt, ſed ꝑcutiã ſicut olim terrã Aegyptiorũ ita & nũc omnẽ animã hominis increduli & malũ operãtis tam Iudæi, q̃ Græci, imò prius & durius Iudæi q̃ Græci. Hæc intelligẽs ꝓpheta in illo quẽ uiderat uncino pomorũ, & in his audierat uerbis dicẽtis, uenit finis ſup populũ meũ, annũciat ꝓtinus & dicit. ¶ Audite hæc quæ cõteritis pauperẽ, & deficere facitis egenos terræ dicẽtes. Quando trãſibit meſſis, & uenũdabimus merces: & ſabbatũ, et aperiemus frumentũ, ut inminuam⁹ menſuram, & augeamus ſyclũ & ſupponamus ſtateras doloſas, ut poſſideamus in argento egenos, & pauperes pro calciamẽtis, et quiſquilias frumenti uendamus? Hoc (inqt) audite qđ locutus eſt dñs ad me, oſtendẽs mihi uncinũ pomorũ. De uobis eñ ſermo eſt qui eſtis auari, q̃ hæc talia facitis, qui paupes diripitis in dolo, ſicut uncinus ob carpẽda poma ramuſculos attrahit. Dum eñ inhianter deſideeratis, ut trãſeunte, id ẽ cõſumpta meſſe, quæ pauperibus parata eſt poſſitis merces carius uenũdare, dũ deſideratis ſabbatũ adeſſe, id eſt ſeptimũ annũ, quo ſecũdũ legẽ ſabbatizat, nec licet ſeminare aut metere, ut tũc demũ repoſitũ aperientes frumentũ pro libitu ueſtro uendatis, minuentes menſurã, & augentes ſyclũ, id eſt prẽcium cõpulſo paupere per inopiam, ut ipſas quoq; frumenti ueſtri emat quiſquilias, & in mercimonio tam infœlici ſtateras quoq; ſupponatis doloſas: dũ inq̃ taliter efficitis, ut in argento poſſideatis egenos fratres ueſtros, uendũt eñ ſeſe uobis neceſſitate compulſi: & paupes factos poſſidetis pro calciamẽtis, id eſt pro prætio modico & leui, quãto uix calciamenta poſſint comparari, nimiũ uncino doloſo poma carpitis, & iccirco uenit ſuper uos finis qui dicitur uaſtitas, ſicut Daniel ait. Hæc eni agendo, nõ ceſſabitis donec Chriſtũ occidatis ꝓpter auaritiam ueſtram, quia contra illam ipſe diſputabit, & extũc erit ſuper uos finis, extũc inquam uſq; ad cõſummationem & finem deſolatio perſeuerabit. Vos inq̃ qui tales eſtis & talia facitis, audite hæc. Quid audiemus? Nimirum & illud quod iam dixi, quia mihi uncinum

Gene. 3

Finis malus ppli Iſrael. Dani. 9

Verus paſch inutile. Exo. 12

Roma. 2

Auaritia Iudæorum diuitum cõtra pauper.

Leui. 25

Dani. 9

cinum pomorum dominus oſtẽdit, in quo ſermo eſt de uobis, & hoc quod protinus dictu rus ſum, Quid eſt illud? Iurauit dominus in ſuperbia Iacob. Si oblitus fuero uſ, q̃ in finem omnia opera eorum. Nunquid ſuper iſto non commouebitur terra & lu gebit omnis habitator eius? Et aſcendet quaſi fluuius uniuerſus, & eijcietur, & de fluet quaſi riuus Aegypti. Et erit in die illa dicit dominus, occidet ſol in meridie, & tenebreſcere faciam terram in die luminis. Et conuertam feſtiuitates veſtras in luctum, & omnia cantica veſtra in planctum, & inducam ſuper omne dorſum veſtrũ ſaccum, & ſuper omne caput caluitium, & ponam eam quaſi luctum unigeniti, & no uiſſima eius quaſi diem amarũ. Ecce dies veniunt dicit dominus, & mittã famem in terrã, non famem panis neq̃ ſitim aque, ſed audiẽdi verbũ domini. Et commoue uebuntur a mari uſq̃ ad mare, & ab aquilone uſq̃ ad orientem circuibunt quereno
Sup .4 tes verbũ domini, & non inuenient. Hoc totum audite uos auari & rapaces, nõ in attra
Sup .6 ctione pomoꝝ, de qualibus iã dictũ eſt, uobiſmetipſis cõplacentes. Iurauit dominus. Hoc iã tertio dixi, quia iurauit dñs. Primo dxi, qa iurauit dñs deus in ſancto ſuo. Secũdo dixi, qaiu rauit dñs deus in aia ſua. Et ecce nunc tertio dico, qa iurauit dominus in ſupbia Iacob Trina iuramenti repetitio, ualida ueſtræ cõdẽnationis eſt cõfirmatio. Quale aũt eſt hoc iuramen
Quid eſt iurare in ſupbia Iacob. tũ, iurare dominũ in ſupbia Iacob? Siquidẽ iurauit dominus in ſancto ſuo, idem eſt ac ſi di cat, iurauit per animã ſuã i. p ſemetipſum. Porrò, q̃ nũc ait, iurauit domin⁹ in ſupbia Iacob, nõ recte ſic intelligit, ac ſi dicat, iurauit p ſupbiã Iacob. Quale eſt eñ iurare deũ p cuiuſquã ſuperbiã? Denicq̃ nec hominẽ iurare decet, imò nec licet, per cauſam ſiue rẽ indignã & ſan ctitati contrariam. Eſt ergo ſic intelligendũ, iurauit dominus in ſuperbia Iacob, ac ſi diceret
Pſal. 94 iurauit propter ſuperbiam Iacob. Sic & in pſalmo cũ dicit, Quadraginta annis offenſus fui generationi illi, & dixi, ſemp hi errant corde: & iſti non cognouerunt uias meas quibus iura ui in ira mea. Intelligendum eſt ac ſi diceret, iuraui propter iram meam: propterea quia me
Supbia deũ ex acerbat, non infirmitas. prouocauerunt ad iracundiam, non intrabunt in requiem meam. Sic (inquam) præſenti lo co cũ dicit, iurauit dominus in ſuperbia Iacob, ſi oblitꝰ fuero uſq̃ in finem omnia opera eo rum intelligendum eſt ac ſi dicat, iurauit dominus propter ſuperbiam Iacob, nõ obliuiſcar uſq̃ in finem omnia opera eorũ. ¶ Reuera nanq̃ ſuperbia cauſa eſt, cur dominus iuret, cur ſententiam ſuper peccatorem iuramẽto firmet, cuius ſimplex ſermo ueritas eſt. Exacerbat eñ ſuperbiendo peccator dominum ut iuret, iuxta illud in pſalmo. Exacerbauit dominum peccator, ſecundum multitudinem iræ ſuæ non quæret. Quàmdiu per ignorantiam quis peccat, quàmdiu per iuuentutem ſiue per infirmitatem quis delinquit, ingemiſcens, eo q̃ uideat aliam legem in membris ſuis repugnantem legem mentis ſuæ, & captiuum ſe ducẽ tem in lege peccati, quæ eſt in membris ſuis: nondum dominum exacerbauit, nondum do
Pſal .24 minus ſententiam ſuper illum iuramento firmauit. Iccirco Pſalmiſta ſpem habens, dicit: Delicta iuuentutis meæ & ignorantias meas ne memineris domine. Sola ſuperbia eſt, cu ius delicta dominus nõ uult obliuiſci, propter quam exacerbatus non quæret ſecundũ mul titudinem iræ ſuæ, id eſt, nõ requiret peccatorem, quia multum iratus eſt illi. Notandũ ue ro qualiter dicat, iurauit dñs in ſuperbia Iacob. Scimus nanq̃ quia Iacob ille patriarcha, cu
Gen.32 ius ſecundũ carnem erant uel ſunt iſti filij, magnæ fuit humilitatis, ſuperbiam uero non ha
Oſe. 12. buit. Alioquin, quomodo putamus illum potuiſſe cũ deo luctari, & inualuiſſe cum angelo
Exo.32. niſi per magnæ humilitatis uirtutem, quæ uera eſt fortitudo? Moſes quoq̃ quomodo de um tenere potuiſſet, dicentẽ: Dimitte me, niſi quia uirtute humilitatis confortabatur, ſtans
Pſal.105. (ſicut Pſalmiſta dicit) in confractione, id eſt, in nimia mentis humilitate in conſpectu eius?
Dere ſtabilis in filijs Iacob ſuperbia. Iacob ergo non ſuperbus, ſed humilis fuit, & inde cum deo ualide luctari potuit. ¶ Notan dus igitur (ut iam dictum eſt) modus dictionis, dum non dicit, iurauit domin⁹ in ſuperbia populi, de quo dixerat: Venit finis ſuper populum meum, ſed iurauit Dominus (inquit)
Gene, 27. 28. in ſuperbia Iacob. Breuiter nanque innuit, ualde eſſe incongruam, magnaque animaduer ſione dignam ſuporbiam in filijs hominis pauperis, qui tota uita ſua fuit humilis, qui ſuo fratri Eſau longe diſſimilis, cum ille foris ueneretur, ſimplex domi habitauit, qui ad im perium patris & matris, ut uxorem acciperet, peregre profectus in baculo ſuo lorda nem tranſiuit: qui non in lecto eburneo, ſed nuda humo decubans, lapidemq̃ ha bens

habens ſuppoſitū capiti, uiſionē magnā, ſcilicet ſcalā cœlos tangentē, & dñm ſcalæ innixū uidit, qui pro uxore ſemel et iterū ſeruiuit annis ſeptenis, & pro mercede de ouibus ſumēda ſex annis ſoceri gregē pauit: quiq; deinde cū duabus turmis regrediēs ciuitatē q; hic manen tem nō habēs, ſed futurā inquirens, peregrinus & aduena ſuper terrā de loco in locum iuit, fixis ac reflexis tentoriis, tandēq; in Aegyptū cū omni domo ſua deueniens, ſtansq; in con ſpectu Pharaonis, peregrinationem ſuam confiteri non erubuit, dies (inquiens) peregrina onis uitæ meæ centum triginta annorū ſunt parui & mali, & paſtores ouium ſumus ſerui tui, & nos & patres noſtri. In filiis inq; patres eiuſmodi, qui tam humiliter uixit, ſuperbia eſt ualde reprehenſibilis, imò & execrabilis. Et idcirco ſatis congrue iurauit dominus (inquit) in ſuperbia Iacob: breuiter innuens, q; grauiter dominus tulerit, qđ a patre tam humili tam longe ſuperbiendo degenerāſſent filij. Et quid iurauit? Si oblitus fuero (inquit) id eſt nullo modo obliuiſcar oīa opera eorꝝ, ſubauditur quecūq; fecerūt ex quo egreſſi ex Aegypto uitulū formauerunt, & adorauerunt. Nam licet tūc Moyſes tenuerit dominū, & placatus fuerit ne faceret malū, quod locutus fuerat aduerſus populū ſuum: tamē poſtmodū dixit. Ego autem in die ultionis uiſitabo & hoc peccatū eorꝝ. Extūc omnia quecūq; fecerūt non obliuiſcar opera eorꝝ: imò & à ſanguine Abel iuſti omnia uenient: ſuper impiā generatio nē eorꝝ. ¶ Ita iuramento p̄miſſo, quaſi q̄reres qualiter operꝝ illorꝝ memor eris, quę iuraſti te non debere obliuiſci, adhuc in ipſo feruore quo iurauit, interrogat, & dicit. Nūqđ ſup iſto nō cōmouebitur terra & lugebit omnis habitator eius? Ac ſi dicat. Nūquid operꝝ illorum recordatio leuis eſt adhibenda? Nūquid huic populi talia facienti parua debetur ira? Nōne merito reuelabunt cœli iniquitatē eius, & terra aduerſus eum conſurget? Vtiq; ſic fiet, quia ſic fieri iuſtū eſt. Iuraui & immutabilis eſt ſententia ut ſuper iſto uel pro cauſa iſta, q; ſuper bus factus eſt Iacob, commoueatur terra, cōmoueatur caput terræ Romanū imperiū & ad uerſus eū conſurgat, & ita cōmota terra, ubi mouebitur tanti imperij terrena poteſtas, luge bit omnis habitator eius, uidelicet, quia finxit ſibi timorē q; non poſſet habitare terram, niſi unus homo moreretur. Dixerūt enī. Si dimittimus eū ſic, uenient Romani, & tollēt noſtrū & locum & gentē. Iccirco lugebit omnis habitator eius, ſubauditur terræ, qđ & factū eſt in illa obſidione, ubi confluxerant multitudine incredibili, diuino illos ad pœnam iuditio tra hente. Vnde & congrue mox ſubditur. Et aſcendit quaſi fluuius uniuerſus, & adijcietur & defluet quaſi riuus Aegypti. Mirū nanq; hoc fuit, qđ uenturis Romanis ad obſidendam Hieruſalē, inſtante iam ſolemnitate paſchali, tantā in illo multitudo confluxit, fiduciā habēs in ma gna firmitate amplæ ciuitatis, ut recte dicat, et aſcendit quaſi fluuius uniuerſus ſub auditur habitator eius. Abundanter enim quaſi fluuius uenit, & muros ciuitatis confluēdo impleuit. Quia uero futurū erat, ut poſt innumerabilē mortuorū congeriem, ruptis & pa tefactis muris, reliqui caperent, & in omnes gentes ducerentur captiui: recte ſubiungit. Et eiçietur & defluet quaſi riuus Aegypti: Eiecti ſunt enī reſidui (ſicut iam dictū eſt) & p to tū orbem defluxerunt, qui quaſi fluuius cōfluxerant, putantes ſe intus poſſe tutos contine ri. Et quomodo defluxerunt? Quaſi riuus Aegypti inquit. Miro modo dictum, mirumq; innuit myſteriū. Noluit dicere quaſi Iordanis, q fluuius erat terræ illius populi, & obſeſſis indeq; in captiuitatē ducendis, multo uicinior, q; aliquis riuus terræ Aegypti. Quare? Vi delicet quia noluit ille populus eſſe ſicut Iordanis, noluit ſuſcipere ſacramentum baptiſmi Chriſti, qui baptizat⁹ eſt in fluēto Iordanis. Iccirco defluxit ſicut riuus Aegypti, nam ecce reuera Iudæi & apud deū & apud homines reputantur & ſunt ſicut Aegyptij, imo et uere Aegyptij, id eſt tenebroſi, quia corde ſunt excæcati. Vnde & protinus ſubiungit. Et erit in die illa dicit dñs, occidet ſol in meridiē, & tenebreſcere faciā terrā in die luminis. Quis enim eſt iſte ſol: niſi ſol iuſtitiæ Chriſtus, ſol uerus & æternus, qui in iſta die, in iſto tempore mū dum uniuerſum illuminauit, & quando cœpit iſte dies luminis, niſi quādo uiſitauit nos ori ens ex alto, ſol iſte, quē miro modo Maria, id eſt, maris ſtella peperit? Nox erat & ſtella con ſurgens de ſpiritu creatoris ſui concepit: cū parūula eſſet magnū ſolem peperit, & exinde eſt dies luminis: meridies autem, ex quo idem ſol exaltatus eſt à terra, et reſurgens à mortu is, in cœlum aſcendit. In iſto meridie ſiue die luminis, dominus terram, id eſt, Iudæam tene breſcere fecit, ut iam non dicātur aut ſint Iudæi, ſed Aegyptij, id eſt tenebroſi & cæci, quia

Gene. 46

Exo. 32
Mat. 24

Iohan. 11

Iudei nunc vt Aegyptij ſunt.

Sol Chriſtus in die lumin

ſol Chriſtus illis occidit, eo qđ non credant quod mortuus reſurrexerit: Huius obſcuratio-
nis & cæcitatis cordiũ illoꝝ ſignũ illud fuit, qđ meridiæ, id eſt hora ſexta dũ crucifixiſſent
illã, iſte diuinus ſiue cotidianus ſol obſcuratus eſt, & tenebrę ſup terrã factæ ſunt. ¶ Tantũ
ſcelus in feſtiuitate ſua, quæ dicitur phaſe, id eſt paſcha cõmiſerunt. Sequitur ergo & dicit
Feſta Iudeorũ luctũ conuerſa firmiter ſub eodem firmamento ſecundũ iuſtũ iudiciũ. Et conuertam feſtiuitates ueſtras in
luctũ, & omnia cantica ueſtra in planctũ, & inducam ſuper omne dorſum ueſtrũ ſaccũ, &
ſuper omne caput caluitiũ. Hoc ita planũ & notũ eſt, ut expoſitione nõ indigeat, quia feſti
uitates illoꝝ in luctũ conuerſæ ſunt, eo qđ in paſchali feſtiuitate ſua Chriſtum occidendo,
Luc. 2 Chriſti diſcipulos & matrẽ eius (iuxta quod p̃dixerat Symeon, Et tuã ipſius animã pertrã-
bit gladius) lugere fecerũt. Iccirco imminẽte (ut iã dictũ eſt) paſchali feſtiuitate obſeſſi luge
re ceperunt, cunctaſq; feſtiuitates annos lugubres habuerunt, et omnia cantica illorum, in
planctũ conuerſa ſunt. Tãta utiq; tũc miſeria fuit, ut nũq; meliorẽ cauſam habuerint indu
Planctus vnigeniti inconſolabilis. cendi ſaccũ ſup dorſum ſuũ, & decaluandi caput ſuũ, qđ facere conſuetum erat in luctu, ob
magni doloris inditiũ. ¶ Quod deinde ſubiũgit. Et ponã eã quaſi luctũ unigeniti, & nouiſ
ſime eius quaſi diẽ amarũ, inſanabilẽ fore denũciat dolorem, inrecuperabilẽ deſolationem.
Qualis eſt enim planctus unigeniti? Vtiq; inconſolabilis, qa cõſolatio nõ ẽ alterius filij illi cui⁹
unigenitus mortuus fuerit. Vnigenitus aũt Chriſtus eſt, nõ ſolũ deo patri, uerũ etiam ſyna
gogæ, cuius de carne carnẽ aſſumpſit. Mortuus eſt illi, ipſa nanq; mater crudelis eum occi-
dit, nec uult audire q̃ reſurrexerit, imo nec uult ſcire qđ ille Chr̃us ſit unigenitus dei. Porro
deus aliũ unigenitũ nõ habet, nec aliũ mittet, qa iſte unigenitus eſt. Iccirco luctus ſynago-
gæ, quæ unigenitũ occãdit, in æternũ inconſolabilis erit, quẽadmodũ & in Zacharia ipſe di-
cit. Et aſpicient ad me quẽ cõfixerunt, & plangẽt eũ quaſi unigenitũ, & dolebũt ficut dole-
Nouiſſima q̃ſi dies amarus. ri ſolet in morte primogeniti. Et nũc qdem ſuper eũ lugere nolunt, ſed futurũ eſt in nouiſſi
mo ut lugeant. ¶ Iccirco cũ dixiſſet, & ponã quaſi luctum unigeniti, continuo ſubiunxit, et
nouiſſima eius quaſi diem amarum. Nouiſſima nãq; ſunt ea quæ ſequũtur præſens ſeculũ.
In illis nouiſſimis promittit illis luctum, & ea fore quaſi diem amarum, id eſt uere diem ama
rum: quẽadmodum econtra, cũ dicẽt ſancti, facti ſumus ſicut conſolati, id eſt eſſe cõſtat acſi
Soph. 1. dicãt uere cõſolati. Eteñ ille dies in quo (ut iã dictũ eſt) uidebunt in quem confixerũt ſiue
aſpiciẽt ad eum quẽ confixerunt, uere illis amarus erit, ſicut alius propheta dicit. Vox diei
domini amara, & tribulabitur ibi fortis. Tunc diſſimulare nõ poterũt luctũ unigeniti, quẽ
nũc diſſimulant dicentes ad alterutrũ in malis ſuis. Tace & nõ recorderis nominis domini.
Interim miſeri ſunt ubiq; terraꝝ, neq; ullũ merẽtur reperire conſolationis uerbũ, ſicut olim
in Aegypto & in Babylonia, uel quotiens afflicti ſunt, cõſolationẽ inueniebant clamantes
ad dominũ. Hoc eſt quod cõtinuo dicit. Ecce dies uænient dicit dominus, & mittã famẽ in
terrã, nõ famẽ panis, neq; ſitim aquæ, ſed audiendi uerbũ domini. Et cõmouebũtur à mari
uſq; ad mare, & ab aquilone uſq; ad orientẽ circuibũt, querẽtes uerbũ domini, & non inue-
nient. Hoc mirũ eſt, & miſerabile, qđ ipſi, quoꝝ de terra panẽ ſcripturarũ nos aduenę meſ-
ſuimus & comedimus, famẽ patiuntur et ſiti pereunt, eſuriũt et nõ comedunt, ſitiunt et non
bibunt. Eteñ qđ amplius mirandũ eſt, ipſi panẽ hunc nobis deferunt, et circũferũt, & tamẽ
nõ inueniũt, ſicut in euãgelio myſtice ſignificatũ eſt, ubi maxima multitudine ueniente ad
dñm, cũ uellet illis dare ad manducandũ, erat ibi puer unus habẽs quinq; panes ordeaceos,
et duos piſces. Habebat et nõ mãducabat, portabat et non eſuriebat: ſed accepit ab illo Ie-
ſus et fregit, deditq; illis quos reficere uolebat. Sic deniq; Iudæi, quoniã ſunt ſenſu puerili,
neſcientes quid ferant, panẽ ferunt uerbũ dei, mente ieiuni, & ſecundũ aiam aridi, quia dñs
immiſit eis famẽ audiendi uerbũ dñi. Hoc inq̃ mirũ & miſerũ eſt, qđ onuſti uerbo domini
circueunt à mari. Athlanticõ uſq; ad mare Britãnicũ, idẽ a meridie ad occidentẽ, & ab aqui
lone uſq; ad orientẽ (quæ orbis terraꝝ quatuor plagæ ſunt) querẽtes uerbum domini & nõ
inueniunt. Videlicet quia cæci ſunt, iccirco idipſum quod portant uidere non poſſunt.
Excæcauit enim illos malitia ipſoꝝ. ¶ Quomõ aũt contingit eis, ut queꝝant, et nõ inueniant
cũ dñs dicat, querite et inuenietis, itemq; et qui quęrit inuenit? Quomodo iſtud cõuenit,
niſi quia nõ querunt ſicut eſt q̃rendũ, quia non in illo q̃runt in quo eſt querendũ. In Chro
qui q̃rit inuenit quod comedat ut nõ eſuriat, inuenit qđ bibat ut non ſitiat. Ideo dicit. Qui

uenit ad

uenit ad me nō eſuriet, & qui credit in me, non ſitiet unq̄. Itē. Si qs ſitit, ueniat ad me & bibat. At illi Chriſtū oderūt, cōſortiū nullū cū Chriſto habere uolūt. Quomō ergo inuenirent, q̄ miro mō ſine uerbo dei (qđ Chrūs eſt) uerbū dei quærūt? Mira q̄rentiū dementia, dū ita q̄runt uerbū dñi, ut uelint exurgere ſibi aliquē prophetā, dolētes, q̄ nō aliquā habeāt in homine gloriā, qui ſigna faciat, & uentura p̄dicet, ad ſatis faciendū cupiditati ipſorū, ut itē cōgregent, & in illā terrenā Hieruſalē redeant, nō iā lapideā, ſed aureolā atq; gemmatā, ſtām uanā nimiſq; auarā ſpem ſuā. Taliter eſurientes nunq̄ comedēt, taliter ſitientes non q̄ bibēt taliter quærētes uerbū dñi nunq̄ inuenīēt, ſed pro uerbo dñi ſpm̄ recipiūt erroris, pro Chriſto Antichriſtū ſunt recepturi. Sequitur. ¶ **In die illa deficient virgines pulchre tadolescentes in siti, qui iurant in delicto Samarie, & dicūt, viuit deus tuus Dan. & vivit via Bersabee. & cadēt, & non surgent vltra.** ¶ Quāuis paulo añ p̄miſſo, & emittā fame in terrā, ſtatim ſubiūxerit, nō famē panis neq; ſitim aquæ, ſed audiēdi uerbū dñi: tñ cū dicit, in illa die deficient uirgines pulchræ & adoleſcētes in ſiti, recte utrūq; intelligitur, ſcilicet tā fames panis & ſitis aquæ, q̄ fames & ſitis audiendi uerbū dñi. Nam & ſi nunc Iudæi quāuis captiui, panē habent & aquā, tūc utiq; nō habuerunt, quando (ſicut iam ſupra dictū eſt) ab hoſtibus circūdati ſunt in uindictam ſanguinis Chriſti. Tunc (inquam) corporaliter quoq; defecerunt uirgines adoleſcentes in ſiti, tanta tāq; mira defectione, ut mirū ſit ſi quiſq̄ calamitatē illam abſq; horrore animi perlegere poſſit. ¶ Verum quia fames & ſitis corporalis comparatione famis & ſitis audiendi uerbū domini, quæ fames uel ſitis animæ eſt, pro leui reputari debet, iccirco cū dixiſſet, Et emittam famem in terrā, ne putaretur hanc paruā uindictam famis corporeæ rependere illorū auaritiæ, Non famem (inquit panis neq; ſitim aquæ, ſed audiendi uerbū domini, ut ſit ſenſus, Non primū famem panis & ſitim aquæ immitto illis, ſed prima erit uindicta fames audiendi uerbū domini: fames autem panis & ſitis aquæ ſuperadijcietur eis. Narrat aūt uetus hiſtoria, tam latina q̄ Græca, & omnium gentium Barbararum, nihil fame durius, quæ ſæpe compellit obſeſſos humanis veſci carnibus & in ſuam ſæuire naturam ita ut nec parentes parcant paruulis liberis, ſicut nec illa infelix Maria pepercit, quæ in illa obſidione paruulum ſuum coxit & comedit. Quid igitur de fame dicendum eſt animarum, quæ poſt uitam præſentem procul dubio ſentitur, ſi hoc facit fames corporum? Vtraq; tunc oppreſſit populū Iudeorum, & nūc uſq; opprimit illa quæ deterior eſt fames & ſitis uerbi dñi. Quæ uel quales ſunt uirgines & qui adoleſcētes ita deficientes? Aut, Qui iurat delicto Samariæ, & dicunt, uiuit deus tuus Dan, & uiuit uia Berſabee. In illo tēpore quando hæc prophetabātur, uitulus aureus colebatur in Dan, quia terminus eſt terræ Iudaicæ, & ibant illic per uiā Berſabee, longo uidelicet itinere propter reges Iudæ, declinantes eos: quin & iccirco uitulos illos fecerat Hieroboā, ne aſcenderēt decem tribus ad orandū in Hieruſalem, reputans ne conuerteretur cor populi ad dominū ſuū regē Iuda. In tātam aūt uenerationem uenerat illis talis factura, ſcilicet facies uitulina, ut q̄modo ſolitū fuerat iurari, uiuit dñs deus, uerbi gratia, uelut cū Ionatas dixit, Viuit dominus & uiuit anima tua rex ſi noui, ſiue Helias, uiuit dñs deus, in cuius conſpectu ſto, ita uulgo iurātes iam dicerēt, Viuit dominus deus Dan, & uiuit uia Berſabee, per quā itur in Dan. Aureus erat ille uitulus, & inde facile perſuaderi poterat populo q̄ eſſet deus. Quare? Nimirū quia mentes eorū obtinuerant auaritiæ ſpūs, & iccirco apud cogtiationes eorū non parua res erat aurū, multoq; plus placebat aſpectus eorū tale metallum, quam mentibus deus eorum. Ergo deus illoꝝ erat aurum, deus illorū erat Mammon. Nunquid à tali ſcelere queunt immunes exiſtimari ſcribæ & phariſæi temporis illius, quo paſſus eſt dñs noſter, in quē ſanctoꝝ prophetaꝝ tota intentio tendit? Nōne illorū mentes maxime obtinuerat Mammon, & per eundē deū iurabāt, p quē & illi, dicētes: Viuit deus tuus Dan? Væ uobis (ait ipſe dñs) duces cæci, q̄ dicitis, qcūq; iurauerit p tēplū, nihil eſt: q aūt iurauerit in auro tēpli, debet: Nōne iſti deo præferebāt aurū? Qui em̄ iurat in tēplo (inqt) iurat in illo & in eo q habitat in ipſo: Ergo ſicut tēplo, ita & illi q habitat in tēplo, præferebāt aurū, dicēdo, quicūq; iurauerit per tēplū nihil eſt, q aūt iurauerit in auro tēpli debet. Igitur cū dicit, qui iurant in delicto Samariæ & dicunt, Viuit deus tuus Dan, non omittamus illos, qui in auro iurare docebant: quia uidelicet multo cupidius iſti aurum coluerunt q̄ illi patres eorum. Illi nanq; ic

Fames corporalis, quis quē eſt, ſed leuior multo quam ē fames animæ.

Iurare in deo Dan

3. Reg. 12

1 Re. 17 & 3. 17

Iudeorum deus: aurum

Mat. 23

circo colebant aurum, ne aſcendendo adorare in Hieruſalem diſcerent. Reuerti ad Dauid regem ſuum, iſti autem ut licentius poſſiderent aurum, per quod docebant eſſe iurandum magis q̃ per deum uel per dei templum, occiderũt uerũ Dauid, filiumq; Dauid, filium dei regem ſuum. Talis eorum deus eſt deus Dan, quod interpretatur iuditium, traxit em̃ illos ad iuditium æternum. Item talis illorũ uia eſt uia Berſabeæ, quod interpretatur puteus iura menti ſiue puteus ſacietatis, quia iurabant in auro, quo uolebant quidem, ſed non poterant ſaciari. ¶ Proinde cadent (inquit) & nõ ſurgent ultra, conſumpti fame ſupradicta, fame audiendi uerbum dei, ſicut comperimus ex his qui ſuper ſunt ex illis. Denicq; maxime his conuenit, quod ſanctus Iob dicit. Egeſtatẽ & fame ſteriles, qui rodebant in ſolitudine ſqualentes calamitate & miſeria, & mandebant herbas & arborum cortices, & radix iuniperorum erat cibus eorum. Qui de conualibus iſta rapientes, cum ſingula repperiſſent, ad ea cũ clamore currebãt. Nimirũ herbis & arboribus & radicis iuniperorum comparare poſſumus fabulas & genealogias eorum. Quotiens cum illis ſermonem conferimus, ſi qua de fabulis ac genealogijs occaſio incidit, ibi clamoſi atq; deſerti ſunt, & ueluti quippiam herbarũ ſiue corticum aut radicum iuniperi, de conualibus rapientes ad ſingula cũ clamore currunt dum aliquid nugarũ retexentes declamant, ſuoq; arbitratu magiſtri ſunt. Porrò ad enucleandum ſcripturæ ſenſum, ita egeſtate & fame ſteriles, ita ſqualentes & miſeri ſunt, ut nõ ſolum dolere, uerũ etiam admirari poſſimus imbecillitatem puerilis ſenſus eorum. Sequitur,

CAPVT. IX.

L Vidi dominum ſtantem ſuper altare, & dixit. ¶ Percute cardinem, & commouean tur ſuperliminaria. Auaritia enim in capite omniũ, & nouiſſimũ eorũ in gladio interficiam. Non erit fuga eius. Fugiet & nõ ſaluabitur ex eis qui fugerit. ¶ Adhuc depromitur & magis ac magis declaratur ſententia uindex contra ſupradictam ſuperbiam lacob, cum dicit. Auaritia em̃ in capite omniũ. Nam cũ auaritia de ſuperbia quoq; tractari teſtis eſt ſapiens uir, qui cum dixiſſet, auaro nihil eſt ſceleſtius, continuo ſubiunxit. Quid ſuperbis terra & cinis? Diuitiarum nãq; comes ſuperbia eſt. Iccirco Apl̃us diuitibus (inqt) huius mundi p̃cipe, non ſuperbe ſapere. Sed iã admirandæ huius uiſionis ſacramentũ ingredientes, literæ ordinẽ proſequamur. ¶ Vidi (inquit) dñm ſtantem ſuper altare. Magna uere uiſio, & magnæ rei ſignificatio extitit. Prophetico ſpiritu uidit & reuera futurũ erat, qd illi talis uiſio p̃oſtendit. Querimus ergo, ubi uel quãdo factũ ſit tale quid, cuius in ſignũ ſtãs dñs ſuper altare uideri debuerit. Querentibus aũt in toto Chr̃i Euangelio, uel in omni Euãgelicæ gratiæ ſacramento, nihil tam magnũ, nihil tã euidẽs, ſecundũ huius uiſionis proprietatẽ nobis occurrit, q̃ ſcẽma uel habitus dñi noſtri Ieſu Chriſti crucifixi. Crucifixus nãq; et ſacrificium pro nobis factus, ſuper altare crucis ſtetit, ſtatione difficili, ſtatione laborioſa ſibi, Diligenter animaduertendũ, nec unq̃ oculis mentis noſtræ debet abeſſe ſtationis illius ſpectaculũ. Pendebat & ſtabat manibus ad crucis cornua confixis, pedibus ligno ſuppedaneo per clauorũ ſixurã coherẽtibus in modũ ſtantis. Taliter ſtans ipſe hoſtia, crux uero altare erat. ¶ Propter talem eius ſtationẽ futurum erat, ut deſtrueretur illud Iudaicæ ſuphiæ templũ, iuſte, pfecto, qa taliter ſtanti crudeles inſultantes dicebãt. Vach qui deſtruis tẽplũ & in triduo illud reedificacas. Dixit ergo ita ſtans. Percute cardinẽ & cõmoucãtur ſuperliminaria. Cuicũq; dixerit ſiue uidenti hæc prophetæ ſiue angelo, nmirũ illa in uiſione percuſſio cardinis & cõmotio ſuperliminariũ certiſſime affuturũ ſignificabat templi extermiũ tanta percuſſione, tanta cõmotione, ut hodieq; admiretur orbis terrarum. ¶ Quam ob cauſam? Auaritia enim (inquit) in capite omniũ, cui uidelicet auaritiæ crudeliſſime fructus fuit auaris & impijs ſcelus iſtud, quod taliter dñm ſuper altare crucis ſtare fecerunt. Nã cũ quotidie diſputaret cõtra auaritiã illorũ, illud maxime cõcitauerat, eos, quod diutius nõ ferens ptinatiã auaritiæ, propter quã domũ patris domũ orationis, ſpeluncã fecerũt latronũ ſcripturã implæuit dicẽtẽt. Zelus domus tuę comedit me, mẽſas nũmulariorũ, cathedrasq; uendentium columbas cõuertens, factoq; de reſticulis, quaſi flagella cũctos ejiciẽs. Auaritia ergo in capite. i. in ſumma intentione omniũ, & idcirco percuſſo cardine & mortis ſuperliminaribus. i. deſtructo ſummo ſacerdotio, ſummis ſcribaq; phariſeorumq; ordinibus nouiſſimũ quoq; eorũ, id ẽ plebæiũ. in gladio interficiã, Nõ erit fuga eius. Circũdati nãq; erũt & coanguſtati undiq;. Quod & ſi fugerit, nõ ſalnabitur q̃ fugiet ex eis. L Si deſecẽderint

Ioha. 10

Fabulæ & genealogiæ Iudeo.

Eccl. 10

1. Tim. 6

Dñs ſtãs ſup altare, Chriſtus ẽ ſtans in cruce.

Mat. 27

Auaritia in capite oĩum.

Pſal. 68

Mat. 21.

vſque

vſq; ad infernum, inde manus mea educet eos. Et ſi aſcenderint vſq; ad cœlum, inde detrahã eos. Et ſi abſconditi fuerint in vertice Carmeli, inde ſcrutans auferam eos. Et ſi celauerint ſe ab oculis meis in profundo maris, ibi mandabo ſerpenti, & mordebit eos. Et ſi abierint in captiuitatem coram inimicis ſuis, ibi mandabo gladio, & occidet eos. Et ponam oculos meos ſuper eos in malum. Mirabiliter dominus, qui ſuper altare crucis ſtare habebat (ut iam dictum eſt) ſimul cũ præoſtenſione ſtationis illius omnipotentiã ſuã depromit, mira declamatione aſſerit, q̃ manus ſuas nullus inimicorũ eius effugere poſſit. Nunc ut uerba hæc melius perpendere queamus, ſimul recordemur illud, quod idem homo factus, iamq; paſſurus ſiue ſuper aram crucis ſtaturus dixit. Et ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia trahã ad me. Hoc illis dixit, qui iam illum in crucẽ leuare cogitauerant. Et quidem ſi ſolius gratiæ attractionem cogites, cum dicit, omnia traham ad me, ſubaudiendũ eſt utiq; electa. Si autem hoc attendas, q̃ per illam in cruce exaltationem filij hominis iudiciariam ſuper uiuos & mortuos accepit poteſtatem: accepit enim ſecundũ humanitatẽ, cui nihil deerat ſecundũ diuinitatem, cum dicat, omnia traham ad me, ſubintelligendum eſt attractione potentiæ, ut manus meas nullus ueſtrum poſſit effugere. Habens enim poteſtatẽ iudicium facere, ſedebo ſuper ſedem maieſtatis meæ, atq; omnes gentes congregabuntur ante me, & omnia electa ſtatuam ad dexteram, reproba uero ad ſiniſtram meã. Nimirũ, q̃ illic idipſum intelligendum eſt, & hic, uidelicet, q̃ nullus effugere poſſit manus huius domini, qui ſuper altare crucis taliter tamq; dolendo habitu, pendendo ſtetit, ſtando pependit. ¶ Si deſcenderint (inquit) uſq; ad infernũ &c. Iſta quinq; dixit, quorũ tria quidẽ impoſſibilia erant fieri, unũ impoſſibile non fieri, item q̃, unũ poſſibile fieri. Etenim ut anguſtiã fugiens homo uiuens, ad infernum deſcendat, ibiq; uiuat uita incolumi, impoſſibile eſt. Attamen dicit, Si deſcenderint uſq; ad infernũ, inde manus mea educet eos Item, impoſſibile eſt ut homo pennas uolucris aſſumat, & in cœlum uolet. Attamen dicit. Et ſi aſcenderint uſq; ad cœlum, inde detraham eos. Itẽ, impoſſibile eſt, ut homo in piſcem mutetur, & profundum maris ſubintret. Attamen dicit. Et ſi celauerint ſe oculis meis in profundo maris, ibi mandabo ſerpenti, & mordebit eos. Quid igitur per iſta quæ impoſſibilia ſunt contendit, niſi q̃ manus ſuas homo nuſquam effugere poſſit, cũ inde quoq; detrahere, uel illuc uſq; perſequi poſſet, quo nullus uiuens profugere poteſt? Vnum eorũ quę dixit, poſſibile eſt (ut iam diximus) fieri, ſcilicet aſcendere in uerticẽ Carmeli. Sed uide, quãta cum irriſione dicat, ſi abſconditi fuerint in uertice Carmeli. Valles enim & deſoſſa terrarum potius q̃ uertices montium captare ſolet, qui cupit abſcondi, ciuitas autẽ uel aliud quid in monte poſitum non poteſt abſcondi. ¶ Eſt tamen modus quidam in infernum deſcendendi, quo poſſit homo deſcendere, refuga nultus domini, ſcilicet cum deſperans à deo diabolo ſeſe maligno fœdere tradit. Nonnullos eiuſmodi fuiſſe in populo. Eſaias inſinuat, cũ dicit. Dixiſtis enim, Percuſſimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum. Flagellum inundans, cum tranſierit, non ueniet ſuper nos, quia poſuimus mendacium ſpẽ noſtram, & mendacio protecti ſumus. ¶ Item modo quodam quaſi in cœlum aſcenditur, cũ quis ſuperbiæ pennis ultra ſemetipſum eleuatur. Et modo quodam in profundũ maris intratur uidelicet ſectando curioſa, nimiasq; ſubeundo curas ſeculi huius. Quocunq; modo ſi ue illum ad inferna deſcenſum, ſiue illum aſcenſum ad cœlum, ſiue demerſionẽ illam in profundũ maris intelligas illud Dauidicum ſemper decantandum eſt, Quo ibo à ſpiritu tuo, & quo à facie tua fugiã? Si aſcendero in cẽlum tu illic es, ſi deſcendero ad infernũ ades. Si ſumpſero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris. Etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. ¶ Eſt etiã quidã àbſcondendi modus in uertice Carmeli, uidelicet ſecundũ nomen ipſum Carmeli, quod interpretatur ſcientia circumciſionis. Cũ enim inimici Chriſti quaſi ſcienter diſputant & contendunt de circumciſione carnis, ut uideantur rationabiliter repellere à ſe fidẽ euangelij: ecce abſconditi ſunt in uertice Carmeli: ſed inde ſcrutans auſert eos Chriſtus, dũ ſcrutando ſcripturas nos Chriſtiani falſos illo eſſe conuincimus. ¶ Vltimũ eorũ quæ dicta ſunt: Et ſi abierint in captiuitatẽ coram inimicis ſuis, impoſſibile erat non fieri, nec enim ipſi dimittere poterant, quin abierint ducti in omnes gentes captiui. Ibi (inquit) mandabo gladio, & occidet eos. Hoc ſæpe factum eſt, ut ex his,

Iohã. 12. Omnia trahã ad me.

Matt. 5.

Eſa. 28.

Pſal. 138.

Duplex mors Iudæorum in captiuitate.

Ro.13 qui diſperſi ſunt Iudæis cædes plurima fieret, dño utiq; mãdante gladio, cui⁹ in arbitrio gla
di⁹ ois eſt, qa nõ eſt poteſtas, niſi à deo. Quod deinde ſubiungit, & ponã oculos meos ſuper
eos in malũ & non in bonũ, modis duobus iam dictis perficit, dũ mandat ſerpenti & mor
det eos inuiſibiliter morſu malo, qui æterna mors animæ eſt, dum mandat gladio & occidit
Pſal.62. eos occiſione uiſibili, quæ corporalis mors eſt. Vtrunq; hoc intelligimus, & in pſalmo dũ
dicit: Tradentur in manus gladij, Romanorũ: & ſecundũ animã partes uulpiũ, id eſt, mali
gnorum ſpirituũ ſunt. Et ſecundũ animã quidẽ oẽs, quoniã impœnitentes ſunt, morſu ſer
pentis moriuntur, & partes uulpiũ ſunt: ſcdm corpus uero nõ de omnibus gladio manda
Ro.11 tũ eſt ut occidat eos, quia p̃ter hoc, ꝙ reliquiæ ſaluandæ ſunt, etiã memoriæ & honori Chri
Pſal.58. ſti prodeſt uita & diſperſio illorũ, quemadmodũ ipſe dicit in pſalmo: Deus oſtendit mihi ſu
per inimicos meos, ne occidas eos, ne quãdo obliuiſcantur populi me. Diſperge illos in uir
tute tua. Multũ em̃ Chriſtum colentibus confert hoc, ꝙ Chriſti inimici Iudæi inter eos ui
uunt. Secum nanq; libros baiulant, in quibus inueniũtur cũcta, de quibus confirmamus fi
dem Chriſtianam: nec dicere poteſt quis, ꝙ noua doctrina ſit, dũ antiquam proferimus au
thoritatem ex libris quos habent illi. Sequitur. ⌊ Et dominus deus exercituũ. qui tan
git terrã ⁊ tabeſcit, ⁊ lugebunt omnes habitãtes in ea. Et aſcendet ſicut riuus om
nis ⁊ defluet ſicut fluuius Ægypti. Qui ędificat in cœlo aſcenſionẽ ſuã, ⁊ faſcicu
lum ſuũ ſuper terrã fundauit. Qui vocat aquas maris, ⁊ effundet eas ſuper faciem
terre, dominus nomẽ eius. ⌋ Quia dixerat ibi mandabo gladio & occidet eos ualde con
Dominus exer uenienter de illo propheta ſubiunxit, & dñs deus exercituũ, ſubauditur, ipſe eſt, qui hoc fe
cituũ, Chriſtus ſactuꝝ dicit, qa profecto mandare poteſt gladio, qui dñs exercituũ eſt, qui non unũ tm̃, ſed
multos exercitus habet, quia uidelicet Aſſyriorũ atq; Chaldæorũ, præſertim & Mædormu
Græcorũ atq; Romanorũ, & omnium gentium exercitus ſeruierunt, & ſeruiunt ei, quam
uis neſcientes, ut uidelicet regnũ aliud alio ſuperueniente deſtruatur, iuſto eius iudicio, ſicut
poſtmodũ dicturus eſt, ecce oculi dñi dei ſup regnũ peccãs, & cõterã illud à facie terræ. Cũ
ergo dicit, & dñs deus exercituũ, ſubditur ipſe eſt, mirari te nõ uult, ꝙ dixerit ſe gladio man
Mat.26 dare, qui qñ ſtetit (ut iã dictũ eſt) ſuper altare, i. patibulũ crucis, gladiũ nullũ oſtendit, nec ſal
tem patrẽ rogare uoluit, ut quod facere poterat plusq; duodecim legiones angelorũ exhibe
Alij bene, alij ret ſibi. ¶ Quod protinus ſubiungit: qui tangit terram & tabeſcit, in utranq; partẽ, ſcilicet in
male tabeſcũt. bonã & malam intelligi p̃t, quia poſtq; à terra exaltatus eſt, alij tangẽtes illũ ſalui facti ſunt,
alij perierunt. Siquidem tangentes illi pauci ex Iudæis, multi ex gentibus tabeſcentes, & cõ
puncti corde, pœnitẽtiã egerint, itẽq; multi, tã Iudæi q̃ gentiles, male tabeſcẽtes & inuiden
Pſal.118 tes, euãgelio Chriſti tangẽte, id eſt, percutiente illo tã in aĩa q̃ in corpore perierũt & pereũt
Pſal.111. Etem̃ tabeſcere tã in bona q̃ in mala ſignificatione poni nõ eſt dubiũ. In bona ut illic, tabeſ
cere me fecit zelus meus, qa obliti ſunt uerba tua inimici mei. In mala ut alibi, pcti õr uidebit
Mat.5 & iraſcetur, dẽtibus ſuis fremet & tabeſcet. ¶ Itẽ qđ ſequit, & lugebũt oẽs habitãtes in ea, ſi
militer in utrãq; partẽ recte intelligitur. Nã q cõpuncti corde pœnitẽtiã egerũt: bonũ luctũ
Sup.8. habuerũt, iuxta illud. Beati q lugẽt: qm̃ ipſi cõſolabũtur. Qui uero pœnitentiã nõ egerunt
maxime Iudæi, malũ luctũ habuerut, uidelicet de quo ſuperius dictũ eſt. Et cõuertã feſtiui
tates ueſtras in luctũ: & oĩa cantica ueſtra in planctũ. ¶ Itẽ qđ ſequitur: & aſcẽdet ſicut riuus
ois, & defluet ſicut fluuius Aegypti, in utranq; partẽ diuidẽdũ eſt. Nam aſcendere bonũ,
defluere malũ eſt. In his q pœnitentiã egerũt, fides euãgelij, gſa ſpũs ſancti de fonte Chriſto
Defluunt cæri procurrẽs, ſicut riuus aſcẽdit: in his, q impœnitẽtes fuerũt uelſunt, maxime in Iudæis, cũcta
monię Iud: carnaliũ cærimoniarũ uanitas & inutilitas defluit, & eſt ubiq; cõtemptibilis, nullusq; iã uer⁹
dei cultor illas ſuſcipit. Defluit (in quã) ſicut fluuius Aegypti, quia ucꝫ nõ utcũq; cõtẽnun
tur cærimoniæ carnalis Iudaiſmi, ſed ita, ut quicũq; illas exercẽt, reputẽt & ſint uelut Aegy
ptij. i. tenebroſi: & oĩno rubri maris, qđ eſt baptiſma Chri, trãſitu indigni. In his quoq; q ex
Mat.22. gentib⁹ crediderũt iſtæ prophetię uerſiculus ſic implet, ut qđ ualde timendũ eſt, multi uoca
ti, pauci uero ſint electi. Nã qa pauci electi ſunt, recte dicitur, & aſcẽdet ſicut riuus omnis, q
ucꝫ riuus minor eſtq; fluuius: & quia multi ſunt uocati, q nõ pertingũt ad electiõis aſcenſum
Ephe.1 recte ſubiungitur, & defluet ſicut fluuius Aegypti. ¶ Ex ipſis qui aſcendunt ſicut riuus (ut
iam dictũ eſt) cõpletũ propoſitũ dei in ædificationẽ eccleſiæ Chriſti, quod eſt corpus eius,

plenitudi

plenitudo eius, cuius ipse caput est, sicut Apl'us dicit. ¶ Recte ergo subiũgitur, q ædificant in cœlo ascẽsionẽ suã. Ascẽsio nãq; riui cẽs. i. electiões, spũalem ex ipso grã habẽtis, ascẽsio ipsius est. Qđ eñ illuc ascenderũt tribus tribus dñi, nõ ascẽdentiũ facultas, sed gratia uocantis agit. Et nemo ascẽdit in cœlũ nisi qui descẽdit de cœlo filius hois q est in cœlis. Et apostol⁹ cũ dixisset, q descẽdit ipse est & q ascẽdit super oẽs cœlos, ut impleret oĩa, & ipse dedit quidẽ quosdã apostolos, quosdã aũt ꝓphetas, alios ueroeuãgelistas, alios aũt pastores & doctores, ita sentẽtiã cõpleuit ad cõsummationẽ sanctoꝝ in opus ministerij, in ædificationẽ corporis Christi. Pulchre ergo dictũ est, q ædificat ascensionẽ suã in cœlo, quia ucꝫ ascensus sanctoꝝ corporis Christi ædificatio est: & ꝙ mẽbra sequũtur ascendẽdo, gratia capitis est ꝓeuntis, qđ solũ propria uirtute ascẽdit. ¶ Et fasciculũ suũ (inqt) sup terrã fundauit. Nimirum quando Christus in cœlũ ascẽdit, paruũ apostolorꝝ numerꝝ in terra reliquit, & eos dẽ missio sancto dilectionis spiritu, quasi in fasciculũ ligauit, uinculo charitatis, & unitate fidei, & eiusmodi fasciculũ fundauit, id est, in fundamento posuit, & super illũ ecclesiã suã ꝙdificauit. ¶ Deinde & de gentibus nõnullos tanta impleuit ubertate cœlestis gratiæ & uerbo doctrinæ, ut secundũ apostolorum imitationem possent ecclesiã Christi instruere. Hinc protinus subiungit. Qui uocat aquas maris, & effundit eas super faciẽ terræ. Maris nanq; nomine interdũ gẽtilitas significatur, ut illic. Propterea nõ timebim⁹ dũ turbabitur terra, & trãsferũt mõtes in cor maris. Hoc eñ hũc habet sensum. Nõ timebim⁹ tribulatiões futuras q̃ tunc erunt, qñ turbatis & repellẽtibus uerbũ dñi Iudæis, quibus primũ oportebat p̃dicari euãgeliũ, transferentur apostoli in mediũ gentiũ. Itaq; qui uocat aquas maris, & effundit eas sup faciẽ terræ, idẽ est ac si dicat, q homines gentiles salsas & insipidas habẽtes aquas secularis scientiæ surſum uocat & cœlestia facit sapere, constituitq; doctores, ut tã loquẽdo q̃ scribẽdo cõpluant terrã ecclesiæ. Quis hæc tanta & talia facit? Dñs (inquit) nomẽ eius, quia reuera nõ posset talia facere, nõ posset de mortuis resurgens, in cœlo ascensionẽ suã ædificare, nisi esset dñs. Iccirco & Dauid cũ dixisset: Iter facite ei, q ascendit sup occasum, cõtinuo subiũxit, dominus nomẽ illi. Hoc Iudæi multũ grauiter tulerũt, qđ gentiles uocati & recepti sunt, inuidentes saluti illorꝝ, Exempli gratia, ita ut Petro dicerent. Quare introisti ad uiros p̃putiũ habẽtes? Et multa his similia. Recte ergo sequitur. L'Nũquid non ut filij Aethyopum uos estis mihi filij Israel ait dñs? Nunquid non Israel ascẽdere feci de terra Aegypti, & ꝓPalestinos de Cappadocia, & Syrios de Cyreno. Ecce oculi dñi dei sup regnũ peccãs, & conterã illud a facie terre. JAc si dicat. Quid gloriamini uos Iudæi de proprietate dei, & gẽtibus derogatis? An Iudæoꝝ deus tm̃? Nõne & gẽtiũ? Imò & gentiũ sicut Aethyopes, ita & uos mihi estis, nec magis aut minus propinqui: quia sicut Iudæos, ita & Aethyopes ego creaui. Q̃ si in hoc gloriamini, & propter hoc uos potius q̃ alias gẽtes ad me ptinere iactatis, qa feci uos ascẽdere de terra Aegypti. Nunqd propter hoc alterius naturæ siue cõditionis q̃ cæteri homines estis? Nẽpe & Palestinos de Cappadocia, & Syros ascendere feci de Cyrene. Nõ ergo erigamini in superbiã, ꝙ uos de Aegypto eduxerim, & quasi peculiarẽ populũ meũ, Pharaoni seruire nõ passus sim: neq; arbitremini, ꝙ propter hoc solis uobis debeat regnũ dei, qa ucꝫ & in hoc seculo Aethyopes, Palestinos, Syros, atq; Iudæos, distãtes locis atq; corporibus, mortalitatis lege sociati, & ꝑ arbitrio meo seruos meos huc illucq; cõmitto, & in uniuersas ꝓuincias trãsfero, & in illa cẽlesti Syon, cuius fundamenta sunt in mõtibus sctis, similiter oẽs siue ex omnib⁹ gẽtibus quoscũq; fides cõmẽdauerit, cõgruis mãsiõib⁹ collocet, ficut per Psalmistã dicit: Memor ero Rab & Babylonis: scientẽ me. Ecce alienigenæ & Tyrus & populus Aethiopũ, hi fuerũt illic. Econtra, ficut æquali cõditiõe oẽs sunt facti, ita quicũq; peccauerint, æquali iudicij mel sententia puniẽtur, & oĩa absq; discretiõe personarꝝ impia regna subuertã. Nã ecce (inqt) oculi dñi sup regnũ peccans, & cõterã illud à facie terræ. Quod aũt uel cuius gẽtis regnũ tantũ peccauit, q̃ illius quæ ꝓphetas occidit, & ipm̃ prophetarꝝ dominũ crucifixit? Ne ergo in superbiã erecti, peccatores ex gentibus ad fidẽ uenientes repellendos esse cẽseatis, quia Iudæi nõ minus q̃ Græci, imò primũ siue magis q̃ Græci, irã & indignationẽ, tribulationẽ & angustiã sunt recepturi, quicũq; nõ acqescũt ueritati, ita ut regnũ q̃q; illorꝝ tẽporale destruatur, et ẽrã à facie terræ cõterã illud. L Verũtamẽ cõterẽs nõ cõterã domũ Iacob dicit dominus

Coloſ.1. Pſal.121. Iohã.3 Ephe.4

Pſal.45

Pſal.67

Act.11

Rom.9

Pſal.86

dominus. Ecce enim mandabo, & concutiã in omnibus gentibus domũ Iſrael, ſi cut concutiuntur in cribro, & non cadet lapillus ſuper terrã. In gladio morientur omnes peccatores populi mei qui dicũt, non appropinquabit & non ueniet ſuper nos malũ. ¶Certã & q̃ falli nõ poſſit ſuã deus cõmẽdat prouidentiã, dũ p̃miſſo, ecce oculi dñi dei ſup regnũ peccãs & cõterã illud à facie terræ ſubiũgit, uex conterẽs nõ conterã do mũ Iacob. Idẽ eñ eſt ac ſi dicat. Cõterã quidẽ domũ Iacob in reprobis, ſed nõ cõterã in ele ctis. Impoſſibile nanq; eſt dũ cõteritur regnũ Iudaicũ cõtritione Romanæ uirtutis, dũ occi dũtur, dũ diſpgũtur in oẽs gentes captiui, perire deo quenq̃ ex illis q̃s p̃ſciuit & p̃deſtinauit. Rom.11 Nõ eñ regnũ uel gentẽ illã ſic cõtriuit, ut nullũ ex illa ſaluũ eſſe uelit. Hinc Apoſtol⁹ dicit. Nunqd reppulit de⁹ populũ ſuũ? Abſit. Nã & ego Iſraelita ſum ex ſemine Abrahæ de tri bu Beniamin. Nõ reppulit deus plebẽ ſuã quã p̃ſciuit, &c. Pulchra ualde ſimilitudine ip̃m myſteriũ innuit, de q̃ Apoſtolus: Nolo eñ (inqt) uos ignorare frẽs myſteriũ hoc, ut nõ ſitis uobiſmpſis ſapiẽtes, qa cęcitas ex parte cõtigit Iſrael, donec plenitudo gẽtiũ intraret. Pulchra (inq̃) ſimilitudine idip̃m ꝓphetatur hic dicendo. Ecce eñ mãdabo & cõcutiã in oñibus gẽ tibus domũ Iſrael, ſicut cõcutitur in cribro, & nõ cadit lapillus ſup terrã. Cuncta tribulatio ſiue anguſtia, q̃ coanguſtati & cõtribulati Iudæi, in oẽs gẽtes ſunt euẽtilati ac diſperſi, uelut cõcuſſio cribri extitit: qũo ſi puluerulẽta collapſi muri cribro cõgeſta cõcutiãtur, ut puluere in terrã cadẽte ſoli remaneãt lapilli in opus reſtauratiõis cõſerendi. Vnde p̃miſſo in gladio moriãtur oẽs pc̃ores populi mei, q dicũt, nõ appropinquabit & nõ ueniet ſup eos malũ, cõ tinuo ſubiungit. In die illo ſuſcitabo tabernaculũ Dauid quod cecidit, & reedifica bo aperturas muroꝝ eius, & ea que corruerãt inſtaurabo & reedificabo eũ ſicut in diebus antiquis, vt poſſideãt reliquias Idumee & oẽs nationes, eo q̃ inuocatũ ſit ſuper eos nomẽ meũ dicit dñs faciẽs hec. ¶Quẽ eñ ſenſum hæc habeãt, apoſtoli pro Act.15 bant, ubi quæſtiõe ſuſcitata, cur hoĩes ex gẽtib⁹ Paulus & Barnabas abſq; circũciſiõe & ob ſeruãtia ſabbati ſuſcepiſſent. Petrus reſpondit ut debuit. Cuius ſniam probãs Iacobus hæc locutus eſt. Viri frẽs audite me, Symon narrauit quẽadmodũ primũ deus uiſitabit ſumere ex gẽtibus pp̃lm noſe ſuo, & huic cõcordãt uerba prophetaꝝ, ſicut ſcriptũ eſt. Poſt hæc re uertar & reædificabo tabernaculũ Dauid quod cecidit, & diruta eius reædificabo, & erigã illud ut reqrant cæteri hoĩm dñm, & oẽs gentes ſup quas inuocatũ eſt nomẽ meũ, dicit dñs faciens hæc. Notũ à ſeculo eſt dño opus ſuũ. ¶Igitur domus Iſrael quæ cõcutitur in cribro Domus Iſrael nunc ruinoſa eſt. 3.Reg.19 ruinoſa domus & collapſum tabernaculũ eſt: quia dñs ſtans ſuper altare, i. in ara crucis appẽ ſus, ab illis ſicut iã ſuperius dict ũ eſt) percuti iuſſit cardinẽ ut cõmouerentur ſuperliminaria, & lapilli refidui, quoꝝ nullus cecidit ſup terrã, reliquiæ ſunt, de qbus Apoſtolus cũ præmi Rom.11 ſiſſet, ſed qđ dicit Heliæ reſponſum diuinũ, Reliqui mihi ſeptẽ milia uiroꝝ, qui nõ curuaue runt genua añ Baal, ſic ergo (inquit) & in hoc tpe reliqæ ſcđm electionẽ gratiæ ſaluæ factæ ſunt. Porrò pc̃ores eiuſdẽ populi oẽs in eo ſunt pc̃ores, quod dicũt, nõ appropinquabit, & nõ ueniet ſup nos malũ, & iccirco in gladio morientur inquit. Ergo nõ parui criminis eſt di cere, nõ appropinquabit, & nõ ueniet ſuper nos malũ: cũ deus uel ſpũs ſanctus dicat per os prophetaꝝ, appropinquabit & ueniet ſuper uos malũ. Veraciter crimẽ hoc eſſe magnũ an tiquo & nimis dolendo exemplo eſt comprobatũ. Nam deus dixit. In quocunq; die come Gene.3 deris ex eo, morte morieris. Ecõtra ſerpẽs, Nequaq̃ (inquit) morte moriemini. Itaq; q p ſer pentẽ dixit, nequaq̃ moriemini, cũ de⁹ dixiſſet, moriemini: idẽ ſpũs malign⁹ p os pſeudopro phetaꝝ dicebat, nõ appropinquabit & nõ ueniet, cũ ſpũs ſanctus per ꝓphetas ſuos diceret appropinquabit, & ueniet ſup uos malũ. Proinde ipſi quidẽ pſeudoprophetæ ſerpenti ſimi les, & maledictione digni ſunt: peccatores aũt, q magis credũt pſeudoprophetis q̃ prophe tis dñi, tã iuſte in gladio moriũtur, q̃ iuſte Adam ſiue mulier eius, pro eo q ſerpẽti magis q̃ Duplex gladi⁹ deo credidit, ſententiã excepit, ut de paradyſo expelleretur. Gladiũ aũt hic nõ ſolũ Romano rum intelligimus, quia ucꝫ eo nõ oẽs peccatores illius populi mortui ſunt, ſed potius gladiũ inuiſibilẽ, qui pcutit interiora oĩs impœnitentis animæ, quẽ Pſalmiſta metuens. De gladio Pſalm. 143 (inquit) maligno erue me. Ecce in die iſto, q dies ſalutis eſt & tempus acceptabile, ſuſcitatur illud tabernaculũ Iacob quod cecidit, quia pro Iudæis incredulis ponuntur gentiles credul 1.Pet.2 tanq̃ lapides uiui ſuper fundamentũ uiuorum apoſtolorum & prophetaꝝ, & hoc modo re

ædificatur uerus Dauid, lapis angularis ſicut in diebus antiquis, id eſt, nõ ex operibus legis, ſiue cærimonijs carnis, ſed ex fide, per quã Abrahã iuſtificatus eſt, per quã Noe cõplacuit, p quã Abel plurimã deo hoſtiã obtulit: & poſſidẽt nũc poſteri huius Dauid reliquias Idumææ & oẽs nationes, ſine acceptiõe perſonarũ, eo q̃ inuocetur nomẽ dñi ſup eos. Vbi eñ inuocatio nois dñi, nulla eſt diſtinctio Iudæi & Græci. Et ut ſcias, qa quicqd audiſti ſtabile & ratũ eſt, nec infectũ remanere poteſt, nõ alius, ſed ipſe, dicit dñs, faciẽs hęc. Quæ ſunt hęc Quæ nũ nobis oſtẽdis, dicẽdo, faciẽs hæc? Nimirũ ſtans ſup altare, & pcutiẽs cardinẽ & ſu perliminaria cõmouẽs, in gladio interficiẽs oẽs, quorũ in capite auaritia eſt, tangẽs terrã ut tabeſcat, & lugere faciens oẽs habitãtes in ea, ædificans in cœlo aſcenſionẽ ſuã, & faſciculũ ſuũ ſuper terrã fundans, uocans aquas maris & effundens eas ſuper faciẽ terræ, & cõterens regnũ peccans & concutiens in omnibus gentibus domũ Iſrael, ſuſcitans tabernaculũ Dauid, id eſt, eccleſiam ſuam (ipſe eſt eñ uerus Dauid) & reliquias Idumææ poſſidẽs, id eſt, de terrenis & terrena ſapientib⁹ hominibus cœleſtes faciẽs, cuius dixiſſe feciſſe eſt. Sequitur.

Ecce dies veniunt, dicit dñs: & comprehẽdet arator meſſorẽ, & calcator vuę mittẽtẽ ſemen: Et ſtillabũt montes dulcedinẽ, & omnes colles culti erũt. Et conuertã captiuitatem populi mei Iſrael, & edificabunt ciuitates deſertas & habitabunt in eis. & plantabunt vineas & bibent vinũ earũ. Et facient hortos, & comedẽt fructus eorũ. Et plãtabo eos ſup humũ ſuã, & non euellã eos vltra de terra ſua, quã dedi eis dicit dñs deus tuus.

Ecce finis loquẽdi in hoc propheta uide qualis ſit. Si ſolũ reſpicias literæ corticẽ, uile eſt & exiguũ, qd à glorioſo & magno deo promittitur, quia bonis & malis cõmune eſt, & bonis quidẽ nõ magnopere curandũ, nõ magna ſolicitudine quærendũ malis aũt cõcupiſcibile, quorũ deus uenter eſt, de qualibus Apoſtolus: Eſca (inqt) uentri, & uenter eſcis, de⁹ aũt & hũc & illã deſtruet. Si aũt corticẽ diſcutias, quẽadmodũ hic idẽ propheta ſycomeros uellicabat, & ſub utilitate literæ p̃cioſum, i. ſpũalem ſenſum requiras: glorioſum eſt & p̃clarũ qd deus gloriæ promittit in hac ſermonis cõſummatione ſperãtib⁹ in ſe qd oculus nõ uidit, qd auris nõ audiuit, qd in cor hominis nõ aſcẽdit. Dicit aliqs. Quę fuit neceſſitas, ut maxime in calce ſermõis talis promereť litera, q̃ maxime carnales mulceat? Videlicet qa ſic expediebat, ut pueros illos, apud quos ſeruãda erat ſancta ſcriptura, ſeduceret ſeductione bona, propter eos, quib⁹ proficere habebãt myſteria, q̃ cõtinentur in prophetis ſuo tẽpore reuelanda. Eſt eñ ſeductio bona, qua nõ ſolũ reprobus, uerũetiam probus aliquis, neſciens diuinis conſilijs obſequium præſtat, in tantũ ut Hieremias dicat: Seduxiſti me dñe, & ſeductus ſum: fortior me fuiſti, & inualuiſti. Idem eñ eſt ac ſi dicat: Propoſueram ego tacere de huiuſmodi: tu aũt, ut tacere non poſſem, motũ quaſi impatientis animi, id eſt, zelũ bonũ & fortẽ impegiſti. Sequitur nãq; poſtmodũ & dicit, Et dixi. Nõ recordabor ei⁹, neq; loquar in noie illius. Et factus eſt in corde meo quaſi ignis exeſtuans: clauſusq; in oſſibus meis & defeci ferre nõ ſuſtinẽs. Ecõtra pueris & carnalibus iſtis dicamus, qui ſcripturas ſanctas nunq̃ cuſtodiſſent, ſi uim illarũ intellexiſſent. Seduxit uos dñs, & ſeducti eſtis, fortior uobis fuit & inualuit. Si eñ ita locutus fuiſſent in prophetis, ut nihil boni ſonare uideret litera uobis peſſimis, iraſceremini cõtra ſpũm propheticũ, quẽadmodũ iratus eſt rex ueſter Achab contra Micheã prophetã dicens ac Ioſaphat regẽ Iuda. Nunquid nõ dixi tibi, quia non prophetat mihi bonũ, ſed ſemper malũ? Ita irati ſanctã ſcripturã ſuccenderetis, ſicut fecit rex Sedechias: q cũ legerentur ſibi uerba Hieremiæ, lectis iam tribus pagellis aut quatuor, ſcidit uolumẽ ſcalpello ſcribæ & proiecit in ignẽ qui erat ſuper aſtulam, donec conſumeretur omne uolumen igni q erat in Arula. Bonũ ergo fuit uos ſeduci tanq̃ pueros, & ſic repromitti ſpũalibus ſpũalia, ut putaretis uobis carnalibus promitti carnalia: qualia ſunt hæc, ut arator meſſorem, & calcator uuæ mittentẽ ſemen cõprehendat: ſicut per bonã temperiẽ fieri ſolet, dũ ſtatim poſt meſſem impletis horreis ad ſufficientiã præſentis anni: ſubſequens arator ſemen iaciat in ſpem futuri, nec mora ulla intercedente uindemiæ tempus ſit, quam non ſinat uuarum maturitas ultra deferri. Hęc eñ carnaliter intelligentes, uobiſmet ipſis blandimini dicentes. Vobiſ ipſis poſt aduerſa rurſus proſpera promitti, cum impœnitentes ſitis. Et per hanc quidem occaſionẽ ſcriptura ſancta penes uos hactenus ſeruata eſt, & ſeruatur: Vos autem interea captiui & diſperſi eſtis, & in peccato ueſtro moriemini.

Ephe. 2. Hebr. 11

1. Cor. 6

Eſai. 64

Duplex ſeductio bona malaq;

Hiere. 20

Iudæi volebãt ſibi ꝓphetari bona carnalia.

3. Regũ vlti. Hiere. 36

Nun

Nunc tandem literam hanc diſcutientes, ſenſum quæramus, qui intrinſecus latet. Ecce (inquit) dies ueniunt dicit dominus, & comprehendet arator meſſorem, & calcator uuæ mittentem ſemen. Iſti dies iam uenerũt, ſicut teſtatus eſt ipſe dominus ad diſcipulos ſuos loquens & dicens. Ecce dico uobis, leuate oculos ueſtros & uidete regiones, quia albæ ſunt iam ad meſſem, & qui metit, mercedem accipit, & congregat fructum in uitam æternam: Vt & qui ſeminat ſimul gaudeat & qui metit. In hoc enim eſt uerbum uerum, quia alius eſt qui ſeminat, & alius qui metit. Ego miſi uos metere quod non ſeminaſtis. Alij laborauerunt, & uos in labores eorum introiſtis. Breuiter dicendũ, quia qui laborauerunt & ſeminauerũt patriarchæ & prophetæ: qui autem in labores illorum introierunt, apoſtoli ſunt. Patriarchæ nanq; laborando, id eſt, peregrinando, & de gente in gentem, & de regno ad populum alterum pertranſiendo, ſeminauerunt, id eſt promiſſiones beati ſeminis futuri (quod eſt Chriſtus) accipere meruerunt: ipſum autem oculis ſuis non uiderunt, tantummodo ſpe inhiantes: & per hoc ſeruientes in modum arantium & ſeminantiũ: Apoſtoli aũt præſentẽ Chriſtum eundem beatis oculis uiderunt, & receperunt eum in modum metentium. Propterea dixit illis: Beati oculi qui uident, quæ uos uidetis. Dico enim uobis, ꝙ multi prophetę & reges uoluerunt uidere quæ uos uidetis, & non uiderunt, & audire quæ auditis, & non audierunt. Igitur quod nunc ait: & comprehendet arator meſſorẽ, idem eſt, ac ſi dicat, patriarchę ſimul & apoſtoli gaudebunt in ſemine Abrahæ quod eſt Chriſtus, in quo promiſſam pariter accipiant benedictionem, ut quemadmodum dicit, & qui ſeminat ſimul gaudeat & qui metit. Neq; enim ſic apoſtoli in labores eorum introierunt, ut eos excluderent: ſed ecce ſimul gaudent, & illi qui ante aduentũ eius ſeminauerunt, & iſti qui in adnentu eius meſſuerunt. ¶ Porrò calcator uuæ, qui comprehendit mittentem ſemen, idem eſt qui & meſſor, & mittens ſemen, idem eſt qui & arator. Nam (ſicut iam dictum eſt) anteriores patres ſancti & arantes & mittentes ſemen fuerunt: Apoſtoli uero & meſſores & calcatores uuæ ſunt: meſſores quia præſens Chriſtus maturum fuit illis frumentum: calcatores uuę, quia muſtũ ſancti ſpiritus de illo ſumpſerunt: uel quia paſſioni eius præſenti aliter communicantes, calicem eius biberunt. ¶ Et ſtillabunt (inquit) montes dulcedinem, & omnes colles culti erũt. Montes idem apoſtoli ſunt, propter excellentiam meritorum', qui per totum mundũ dulcedinem pacis & remiſſionis peccatorum ſtillauerunt: prædicando in nomine Ieſu Chriſti pœnitentiam & remiſſionem peccatorum. Iſti autem audientes: & audiendo iuſtificati, tã q̃ colles bene culti, fructum bonum reddiderunt. Et conuertam (ait) captiuitatem populi mei Iſrael, id eſt, ſoluam uincula peccatorum, & diruam erroris & ignorantię carcerem, quę uera captiuitas erat, in qua detinebamur nos qui nunc dicimur & ſumus Iſrael. ¶ Quod deinde ſubiungit. Et ædificabunt ciuitates deſertas, & habitabunt in eis, & plantabunt uineas & bibent uinum eorum, expoſitione iam non indiget, cum uideamus ubiq; terrarũ per deſertum gentilitatis, quæ prius à deo deſerta fuerat, ſurrexiſſe Chriſti eccleſias, quæ & ciuitates propter fidei firmitatem & uineæ propter ſpei, quæ non confudit, hilaritatem, & horti propter charitatis delicias recte dicuntur, in quibus habitant qui uerbo illas ædificauerunt, unde bibunt uinum lætitiæ, qui præceptis illas informauerunt, unde comedunt fructus, q conſilijs prouexerunt: quia ſicut qui metit, ita & qui ædificat huiuſmodi ciuitates & qui plãtat huiuſmodi uineas, & qui facit eiuſmodi hortos, mercedem accipit, & congregat fructũ in uitam æternam. Vnde & ſequitur. Et plantabo eos ſuper humum ſuam, & non euellam eos ultra de terra ſua quam dedi eis. Humus nanq; quam dedit ſanctis ſuis paradyſus delitiarum eſt, in quo primum hominem poſuit. Quia ergo in Adam omnes humũ ſiue terram illam perdiderunt, & exortes facti ſunt regni cœlorum: per aduentum autem Chriſti itа recuperauerunt, ut amplius non perdant: recte cum dixiſſet, & plantabo eos ſuper humũ ſuam, protinus addidit: & non euellam eos ultra de terra ſua quam dedi eis, uertitq; ſe ad aurẽ cuiuſlibet noſtrum gratulabundus dicendo, dicit dominus deus tuus.

Iohan. 4 Aratores, patriarchæ: meſſores apoſtoli.

Pſalm. 104

Lucæ, 10

Calcator uuæ

Eccleſiæ Chriſti dicuntur, ciuitates, vineę, & horti.

FINIS LIBRI QVARTI ET VLTIMI IN AMOS PROPHETAM.

PRROLOGVS RVPERTI IN ABDIAM prophetam.

QVartus in ordine duodecī prophetarū Abdias est. Hic ille esse perhibetur, q in libro Regū loqtur ad Heliā, & nūc dicis mihi: Vade dicdomino tuo, adest Helias. Cūq recessero à te, spūs dñi asportabit te in locum quē ignoro, & ingress⁹ nūciabo Achab, & nō inueniēs te, interficiet me Seru⁹ aūt tuus timet dñm ab infantia sua. Nūqd nō indicatū est tibi dño meo, qd fecerī cū interficeret Iezabel ꝓphetas dñiqd abscōderi de ꝓphetis dñi centū uiros quinq̄genos, & quinq̄genos in spelūcis & pauerim eos pane & aq̄? Dicit etiā hic fuisse terti⁹ ille princeps quinq̄genarius, cui pepcit Helias dicēti. Hō dei noli despicere aīam meā, & aīam seruorū tuorū q mecū sunt. Ecce descēdit ignis de cœlo, & deuorabit duos principes quinq̄genarios primos, & quinq̄genos q cū eis erāt. Sed nūc obsecro ut miseriaris animæ meæ. Postmodū relicto Ochoziæ regis ministerio factus Heliæ discipulus prophetauit, qui etiā morte propria obīt sepultus cū patribus suis in sebaste ciuitate, ubi & Heliseus propheta, & Iohannes Babtista uenerabiliter requieścūt. Igit qa cētū ꝓphetas aluerat, accepit gratiā ꝓphetalē, & de duce exercitus, dux ecclesiæ factus est. Vnde recte & ꝓbabiliter in euāgelio sno loqtur dñs noster. Et q recipit ꝓphetā in noīe ꝓphetæ, mercedē prophetæ accipiet. Etem q̄ uere dicat præcedēs in isto exēplū ꝓbat, q pro eo ꝙ paruū prophetarū gregē tūc pauerat in Samaria, fact⁹ & ipse propheta, nūc in toto orbe Christi pascit ecclesias. ¶ Et hoc notādū ꝙ sicut in actibus Ap̄lorū, q prim⁹ martyrio coronandus erat, diuino quodā prēsagio uocatus est Stephanus, qd interpretat corona tus: ita isti, q taliter dño seruire talēq̄ seruitutis mercedē recipere habebat, uocatus est Abdias, qd interpretat seruus dñi. Accedamus ad hunc seruū dñi, & audiamus qd per eū dicat ipse, q p sanctos prophetas locut⁹ est, spūs dñi, nō dubitātes, quod quāuis uersuum supputatione paruulus propheta sit, sensibus tamen sit magnus, id est, totus spiritualis.

Abdias fuit tēpore Heliæ 3. Regū. 18

Mat. 10.

Abias seruus dñi

Ezech. 1

1. Regum. 9.

FINIS PROLOGI IN ABDIAM.

RVPERTI ABBATIS TOVITIENSIS IN ABDIAM PROPHETAM, COMMENTARIORVM LIBER VNICVS.

VIsio Abdie. Quæ uisio dicit Abdiæ, uisio est dei, id ē, quā deus Abdiæ ostēdit: Vñ & Ezechiel: Apti sunt (inqt) cęlizet uidi uisiōes dei. Propterea q nūc ꝓphetę dicūtur olim dicebāt uidētes eo ꝙ uiderēt dei uisiōes. Nā in libro Re. ita legim⁹: Olim in Israel sic loq̄bat, unusquisq̄ uadēs cōsulere deū: Veni te & eamus ad uidentē. Qui em̄ propheta dicitur hodie, uocabat olim uidēs. Visiones aūt hæc differūt ꝙ alibi monstrāte deo, significatiuæ uidētur imagines, q̄les maxie uiderūt iā dict⁹ Ezechiel et Daniel: alibi sine imaginib⁹ diuinæ suo mō ut dētur & ꝓcipi ūt locutiōes, quē admodū hic de semetipso dicit, Visio Abdiæ, & tn̄ nullā se similitudinē siue imaginē narrat uidisse. Et de ista quidē uisiōis qualitate nō dubiū ē, sanctos prophetas certū habuisse uisum siue intellectū, spū sancto in ipsis loquēte: de illa uero qualitate uidēdi, qua præmonstrabātur imagines, illud sciēdum: qa nō statim intellectus sequebat uisum, sicut de semetipso testatur Daniel. Cū em̄ uidisset quatuor bestias grandes de mari ascendentes, accessi (inquit) ad unū de assistentibus, & ueritatē quærebā ab eo de omnibus his. Itē, cū uidisset arietē cornibus uentilantē cōtra occidentē & contra aquilonē & contra meridiē & aduersus eū currentem hircū, qui habebat cornu insigne inter oculos suos, postmodū subiunxit. Cū uiderē ego Daniel uisionē & q̄rerem intelligentiā, ecce stetit in conspecto meo quasi species uiri: & audiui uocē uiri inter Vlai & clamauit & ait, Gabriel fac intelligere istam uisionē. Hęc dicit dominus deus

Duplices uisiones.

Dani. 7. 8

T ad Edom

Edō, Eſau, & Seyr, tria noīa res una.

ad Edom. Auditu audiuimus a dño, & legatū ad gētes miſit. Surgite & cōſurgamus aduerſus eum in prelium. ¶ Edom ipſe eſt Eſau, qui & alio noīe dicitur Seyr. Cui aūt uocatus ſit Edom, hiſtoria prodit dicens Coxit aūt Iacob pulmentū. Ad quem cū uenisſet Eſau de agro laſſus, ait. Da mihi de coctione hac ruſa, quā obcauſam uocatū eſt nomen eius Edom. Edom quippe interpretatur rufus, & eſt nomen hoc gulæ eius monimentū, eo quod pro coctione ruſa uendiderit primogenita ſua. Attamē idem colore quoq; ruſuerat ſicut ſcriptū eſt. Qui primus egreſſus eſt, rufus erat, & totus in morē pellis hiſpidus. Vnde notandū q̄ nō naturæ accidēs color reprehenſibilis iudicatus eſt, ut ꝓpter hoc tali uocabulo denotaret & diceret Edom p̄ſertim cū & ſanctus Dauid rufus fuerit, ſed animi uitium & immoderatus ruſę coctionis appetitus meruit, ut nois eiuſmodi hereditatē ſortiretur. ¶ Quid aūt genus illius Edom tūc tēporis agebat, uel in quo merebatur, ut cōtra illū ut ſio tā dura prophetæ ſiue ſermo dñi demōſtraretur? Valde nāq; dura eſt, ſicut ex tota ſerie lectionis huius manifeſtū eſt. Si tēporū illorū geſta reuoluimus, conſtat qa federatus erat Iſraeli Edom, intātū ut cū Ioram filio Achab, ſub q̄ iſte Abdias pauerat ꝓphetss dñi pergeret ad prælium contra Moab. Quid igitur ſup hoc aīaduertēdū, niſi qa uerba uiſionis huius, cū nō hominis, ſed ſpūs ſancti ῡba ſint, ſpūaliter pēſanda ſunt? Edom quippe (quod interpretatur rufus, ſiue ſanguinolētus) nō ſolus iſte homo fuit Iſaac et Rebeccę filius, ſed oēs is qui cūq; uitiū eius imitatur, ſectando gulā, & fraternū gerēdo odium, ſicut ille feciſſe non ignoratur. Si hoc ita nō eſſet, Aplus nequaq̄ diceret his, qui utiq; ſecundū carnē, q ex Eſau, qui & Edom, ſed ex Iacob geniti fuerant. Contemplantes ne quis deſit gratiæ dei, ne qua radix amaritudinis rurſum germinans impediat & per illū inquinētur multi, ne quis fornicator, aut profanus ut Eſau, qui propter unā eſcam uendidit primogenita ſua. ¶ Itaq; ſi uerba uiſionis rite perpendas, quæ nulla teſtatur hiſtoria digne: & ſicut propheticā cōdecet tubam, cōpleta eſſe in illo Edom, itēq; recolas, qualis fuerit rerum ſtatus in Iſrael, quo tp̄e prophetauit hic Abdias, dubitare non debes, quin ſub nomine Edom uiſio ſit contra carnalē Iſrael. Tunc ēm regnante Achab & impia Iezabel cœperūt occidi prophetæ dñi, ita ut diceret Helyas. Domine dereliquerūt pactū tuum filij Iſrael. Altaria tua deſtruxerūt & ꝓphetas tuos occiderūt gladio, & relictus ſum ego ſolus & q̄runt animā meā. Nimirū qui occidebantur, & ipſe Helyas qui fugiebat, cæteriq; de quibus ait dominus, reliqui mihi ſeptem milia uirorum, quorū genua nō ſunt curuata ante Baal, ipſi ſunt Iacob & Iſraelitæ, qui aūt occidebant eos, ipſi erant Edom, utpote opere perpetrātes odiū quod mēte cōceperat ille, cuius propter imitationē filij ſunt, dicēs in corde ſuo. Veniēt dies luctus patris mei, ut occidam Iacob fratrē meū. Aloquin quomodo ſtabit illud, quod in hoc propheta, cū premiſſum eſſet ut intereat uir de monte Eſau, ſubiūctū eſt, propter interfectionē, & propter iniquitatē in fratrē tuū Iacob? Nam ille Eſau ſiue Edom quē Rebecca peperit, oderat quidem ſemper Iacob pro benedictione qua benedixerat ei pater: ſed nō interfecit eū. Hi aūt, q ex Iacob ſecundū carnē geniti, odium imitati ſunt Eſau, fratres ſuos interfecerunt: nec deſtitērūt interficiendo, donec ipſum interficerent Chriſtū. ¶ Quod ſi q̄ras, quæ fuerit neceſſitas, ut ſignificarētur noīe Edom, cū poſſent manifeſtius exprimi nominibus aliis quæ propria uiderentur Iudaicæ ſiue Iſraeliticæ gentis, nos ad hæc dicimus, qa nimis incauti & indiſcreti fuiſſet hominis, nudo ſermone proprijsq; uocabulis declamare perditionē gentis, apud quā ſolā oportebat interim propheticas uiſiōes & in omnes ſanctas ſcripturas cōſeruari; donec glorificato Ieſu & dato ſpiritu per totū mundū diffunderētur, per linguas omniū gentiū, & clareſcerēt aperto credentiū ſenſu ad intelligēdū. Nunc iā textū uiſionis huius ingrediamur. Premiſſo, hæc dicit dominus ad Edom, ſtatim ſubiungit. Auditum audiuimus à dño: & legatū ad gentes miſit. Hæc ex ſua cęterorūq; prophetarū ꝑſona interloquitur, priusq̄ narrare incipiat, quę nā ſint ea quę dicit dñs ad Edom. Sic Lucas in actibus Apoſtolorū ꝑmiſſo, exurgens Petrus in medio fratrū dixit, priusq̄ ea narrare incipiat, quæ Petrus dixit, ipſe ex ſua perſona interpoſuit. Erat autem turba hominū ſimul fere centū uiginti. Itaq; quaſi q̄reret quis tu quomō uel unde ſcis, quid dicat dñs ad Edom? A dño (inquit) audiuimus auditū nos prophetę, qui fere oēs loquimur cōtra Edom. Et ipſe miſit. i. certiſſime miſſurus eſt legatū ad gentes qui dicat. Surgite & cōſurgamus, aduerſus eū in prælio, legatus iſte

Gen. 25

Queſtio

Reſponſio.

Heb. 12.

carnalis Iſrael dicitur Edum.

3. Regū. 19.

Gene. 27

cur obſcurę ſcripſit ꝓpheta

Actu. 1

iſte Chriſtus eſt miſſus ad gentes & deſideratus gẽtibus, ſicut in Aggeo ſcriptũ eſt: Mouebo omnes gẽtes & ueniet deſideratus cũctis gentibus. Legatus iſte nõ ſic ad gentes miſſus dicitur, ut ꝑ ſuã ipſe ꝑſonã ad gentes uenerit, aut uenire debuerit, quippe qui in Iudęa conſummatus eſt, & ꝑagendũ ad gentes ſuæ legationis officiũ, ſuis Apoſtolis impoſuit, ſicut unus ex eis Paulus dicit. Pro Chr̃o ergo legatiõe fungimur, tãq̃ deo exorante ꝑ nos. Obſecramus pro Chriſto: reconciliamini deo. Legati huius uerba ſunt hæc O uos gentes: ſurgite & conſurgamus aduerſus Edom in pręliũ. Nimirũ hoc & corporaliter factũ eſt, quando ex Romano imperio conſurrexerũt gentes ad excidiũ Iudæorũ: & nũc uſq; fit. Dum credentes ex gentibus contra illos uerbo ueritatis dimicant, tela ſumentes ex armario ſcripturarũ ſanctarũ. Hunc auditũ nos à dño audiuimus qui legatũ illum expectamus & recipimus: Edom autem, qui illum nõ recipit: imò qui illum occidit, ſicut & ante & poſt illum prophetas & ſapientes & ſcribas interfecit, quos ille miſit, audiat alia quæ dominus ad eum dicit. Quæ ſunt illa? ⌊Ecce paruulũ dedi te in gentibus, contẽptibilis tu es valde.⌋ Quale initiũ eorum, qui dicũtur ad iſtũ Edom. Paruulũ (inquit) dedi te in gentibus. Poteſt quidem paruulus in bono interdũ accipi, ſed nõ hic. Sequitur em̃. Cõtemptibilis tu es ualde. Ergo paruulũ dedi te. i. inuidũ eſſe oſtẽdi te, de q̃ recte dixerit alia ſcriptura, paruulũ occidit inuidia. Inuides em̃ gentibus, quia uidelicet comparatione tui magnæ effectæ ſunt gentes Chriſtũ ſuſcipientes, & ob hoc in fide patris Abrahæ recte gloriantes. Hinc eſt illud. Ego ad æmulationẽ uos adducã in nõ gentẽ in gentẽ inſipientẽ, in irã uos mittã. Aemularis em̃ & inuides gentibus uidens impletũ eſſe in eis illud propheticũ. Inuentus ſum à nõ q̃rentibus me, palã apparui his qui me nõ interrogabant. Cũ ita ſis paruulus, cõſequẽter & recte contẽptibilis tu es ualde, ſubauditur propter interfectionẽ et propter iniquitatẽ et fratrem tuũ Iacob, quã poſtmodũ dicturus ſum, ꝙa uidelicet inuidiſti ut paruulus, occidiſti ut inuidus. Iccirco nãq; ita cõtẽptibilis es, ut ſis ueluti Cayn uagus & profugus ſuper terrã, eiectus a facie dñi: quia ſicut ille fratrẽ ſuũ Abel, ſic & tu Chriſtũ & prophetas eius per inuidiã occidiſti. Iccirco (inq̃) contẽptibilis es ualde, nõ ſolũ deo, uerũ etiã hominibus, inter q̃s captiuus & diſpũſus teneris, notã habens tui ſceleris ipſam captiuitatẽ ac diſperſionẽ, quæ tuã iniquitatem latere non ſinit. Nimirũ ut ita contẽptibilis fieres, ꝓcedens culpa ſuperbiæ cauſa extitit. Dico ergo. ⌊Superbia cordis tui extulit te, habitantẽ in ſciſſuris petre exaltantẽ ſoliũ ſuum, qui dicis in corde tuo, quis detrahet me in terrã. Si exaltatus fueris vt aquila, & ſi inter ſydera poſueris nidũ tuũ, inde te detrahã dicit dñs.⌋ Et quidẽ ille alter Edom cuius odiũ tu imitaris, qui ſecũdũ carnẽ diceris Iacob, ita ut litera ſonat in petris habitat. Nã omnis auſtralis regio Idumæorũ de Eleutheropolim uſq; petrã & Zailam (hæc eſt em̃ poſſeſſio Eſau) in ſpecubus habitat: ſed tu qui omnia, quæ de Eſau dicũtur, in peius imitaris, in alia petra gloriaris, in alterius petræ habitas ſciſſuris. Quæ eſt illa petra? Tuus ſecundũ carnẽ pater Abraham. Hinc nãq; Eſaias. Attendite (inquit) ad petrã unde exciſi eſtis, & ad cauernã laci de qua ꝓciſi eſtis: Abraham & Saram uolens intelligi. Subiungit em̃ protinus & dicit. Attendite ad Abraham patrẽ ueſtrũ, & ad Sarã, quæ peperit uos. In ſciſſuris illius petræ tu habitas, & inde ſuperbia te extulit: uerbi gratia dum dicis. Semen Abrahæ ſumus, pater noſter Abraham eſt. Hæc et huiuſmodi ſuperbia te extollente dicis, ſcilicet ſuperbiendo contra petrã illam, quæ in fundamento poſita & Abraham & cæteros oẽs ſanctos, qui petræ ſiue lapides uiui, propter fidẽ dici merentur, portat. ¶ Nec uero dixi aut dico, te in petra, ſed in ſciſſuris petræ habitãtem extolli. Scidiſti nanq; petram illam, id eſt carnẽ Abrahæ ſciſſuris inreparabilibus, & tũc quãdo decem tribus ſcindente Hieroboam ſciſſæ ſunt à domo Dauid, qui poſſidebat hæreditatẽ benedictionis, q̃ poſt Abraham & Iſaac, ſimplex Iacob benedici meruit, ut de ſemine eius Chriſtus naſceretur: & hinc quãdo negaſti filiũ Dauid, filiũ dei dicens, non habemus regẽ niſi Cæſarem. ¶ Sic habitans in ſciſſuris petræ, exaltaſti ſoliũ tuũ, magis eligens noĩari ſuper te regnũ Romanũ, ſiue nomen Cæſareũ q̃ regnũ ſiue nomẽ pauperis Chriſti: cuius regnum nõ de hoc mũdo, ſed de cœlo eſt. Nimiꝝ fruſtra deciperis, dicẽs in corde tuo, quis detrahet me in terrã. Deniq; ſi exaltatus fueris ut aquila, & ſi inter ſydera poſueris nidum tuum, inde te detraham dicit dñs. Exaltare nũc ut aquila, & inter ſydera ꝓone nidũ tuũ, uerbi gꝝa dicẽdo, nos

Legat⁹ miſſus ad gentes chriſtus

Paruul⁹ hic id eſt inuidus. Iob. 5.

Petra Iudæorũ caro Abrahæ

Sciſſuræ illius petræ

ex fornicatione nõ ſumus nati, unũ patrẽ habemus deũ, qui uolatus animi ſuperbientis nimis eſt altus, ego uero inde te detraham, falſum cõprobando & cõuincendo, ꝙ nõ deus pater tuus ſit, ſed ex parte diabolo tu ſis, cuius deſideria facere uoluiſti. Sequitur. L Si fures introiſſent ad te, ſi latrones per noctem, quomodo conticuiſſes? Nonne furati eſſent ſufficientia ſibi? Si vindemiatores introiſſent ad te, Numquid nõ ſaltem racemos reliquiſſent tibi? Quomodo ſcrutati ſunt Eſau, inueſtigauerunt abſcondita eius? ¶ Grauiſſima irriſio, dicere illi cuius oia fures ſcrutati ſunt, & abſcõdita quoq; inueſtigauerunt, ſi fures introiſſent ad te, qũo cõticuiſſes? Quiſnã ita debet irrideri, niſi is qui ualde eſt cõtemptibilis ita uanus, ut cum à furibus dormiens oĩno ſpoliatus ſit, hoc ipſum adhuc neſciens ꝙ dormiuit, iactitet ꝙ prouidus ſit: & furis aduentũ toto prius menſe olfacere poſſit? Vt manifeſtior ſit huiuſce irriſionis modus: exemplũ undecũq; ſumamus. Ethnicus in fabula Therentiana, dũ cõtra fratrẽ ſtomachat, eoq; filium perdat, finendo illũ amoribus uacare, taliter à ſeruo irridetur. Tu (inquit) quantus quantus, nihil niſi ſapientia es. Ille futilis ſomniũ, Sineres uero illũ tu tuũ faceret hæc? Ille reſpondẽs ait. Sinerẽ illũ? An nõ ſex totis menſibus prius olfeciſſem ꝙ ille quicq; inciperet? Et ſeruus pertinaciter deludẽs, uigilãtiam (inquit) tuã tu mihi narras? Tanꝙ diceret, Nõ opus eſt ut mihi narres, noui eã quia filius à te uigilanter cuſtoditus eſt hactenus ne amaret: At ille uidelicet filius, quẽ pater uanus tantopere ſe cuſtodiſſe iactabat, amori cuiuſdã pſalteriæ totus deditus erat: ſed amoris famã aius in ſe tranſtulerat. ¶ Sed omiſſis iã nugacibus exẽplis, ueniamus ad rem, ac demonſtremus, qui fures qui ve latrones ad iſtũ Edom introierunt. In pſalmo, gẽtes omnes iuſſę plaudere manibus, & iubilare deo in uoce exultationis: elegit nobis (aiunt) hæreditatem ſuam, ſpeciem Iacob quẽ dilexit. Hæc dicendo ſpũs ſanctus ad hiſtoriã mittit nos. Sicut eñ Eſau ſiue Edom, qui prior natu erat à deo reprobatus eſt, & Iacob dilectus: ſic Iſraeliticus populus, qui prius quadã familiaritate deo acceptus erat, poſtmodum reiectus eſt: Gentes uero quæ nullã eius cognitionẽ prius habuẽrant, eius benedictionẽ receperunt. Nimirũ illic Iacob, & hic gentes recte fures dicuntur: nõ pro ſuo uitio, ſed pro illius ſiue illorum improprio: quibus in mortifera negligẽtia dormiẽtibus primitiua ſublata ſunt. Quis eñ ut interim ſecundum hiſtoriam dicamus Rebeccam, & Iacob fures in illo facto dicere dubitet: præſertim cũ dicat ipſe Iſaac pater, uenit germanus tuus fraudulenter, & accepit benedictionẽ tuam? Eadem ratione Iacob dicatur fur, qua dicitur fraudulentus. Amplius dicimus quia dominus ipſe furi ſeſe aſſimulat dicendo. Si ergo non uigilaueris, ueniam ad te cito tanquã fur & neſcies qua hora ueniã ad te. Notũ utiq; eſt, quia ſic dicitur, nõ in reprehenſionẽ ueniẽtis, ſed in ſubſannationem dormientis. Itaq; & quando (ſicut iam dictũ eſt) uenit germanus fraudulenter, & accepit benedictionẽ, conſcia & cooperante matre Rebecca, tunc fures introierunt ad Edom: & quando contingente in Iſrael cæcitate, ſubintrans plenitudo gentiũ tulit neglectã à Iudæis benedictionẽ, id eſt Chriſtũ, nihilominus, imò p amplius fures introierũt, imò introire nõ deſinũt ad Edom. ¶ Diximus de furibus, de latronibus quid dicemus? Siquidẽ utrunq; dixit: ſi fures introiſſent ad te, & ſi latrones per noctẽ. Nomen latronis nuſquam in ſcripturis recolimus ſimilitudinem gerere alicuius boni. Nam furi quidem (ut iam dictum eſt) dominus ſeſe aſſimilauit: latroni autẽ nunquam uel ipſe uel plus aliquis aſſimilari debuit, cũ ſit nomen crudelitatis. Ergo gentes in Chriſtũ credentes, & credendo incredulum & crudelem Edom, ſcilicet Iudaicum populũ ſupplantantes: fures fuerunt ſicut Iacob, qui ut benedictionem acciperet, fraudulentur ueniti latrones autẽ ſcribæ & phariſæi, qui latrocinando ſuam exercentes auaritiam, animas trucidaueruut eiuſdẽ populi. Nam reuera ſi latroues nõ fuiſſent: nequaquam dominꝰ præmiſſo, quia ſcriptum eſt, Domus mea domus orationis uocabitur, diceret in eos, uos autem feciſtis eam ſpelũcam latronũ. Nonne illic præ latrocinando in templo & agendo prædã de populo, ad hoc peruenerunt, ut animas illorum trucidarent, ſuadendo, ut Chriſtum interficerent? Nonne hoc ſuadendo, introierunt latrones per noctem? Obduxerunt enim miſeris nimiam deceptionis caliginem, ita ut cum eſſent latrones, uiderentur eſſe conſultores. Dixerunt etenim Si dimittimus eum, ſic omnes credent in eũ. Et uenient Romani, & tollent noſtrum locum & gentem. Ad hęc unus ex ipſis, Cayphas, Pontifex illius anni, Vos, inquit, neſcits quicq;

nec

Irriſio.

Pſal. 46

Iacob & gentes quõ dicũt fures Gene. 27

Apoc. 3.

Rom. 11

Latrones ſcribæ & phariſæi

Matt. 2

Iohã. 11

nec cogitatis, quia expedit uobis, ut unus moriatur homo, & nõ tota gens pereat. O ſuauiſ ſimũ conſultorẽ, crudeliſſimũ latronẽ. Ad hæc conticuit ille Edom, id eſt, acquieuit ſequẽs crudele cõſiliũ. Nã ab illo die cogitauerũt ut interficerẽt dñm Ieſum. Recte igitur cũ irriſione, & ioco amariſſimo dicitur in eũ. Si fures introiſſent ad te, ſi latrones p noctem, quomodo cõticuiſſes? Hoc emamarius dicitur, & acerbius ſonat, q̃ ſi diceretur admirando, dũ fures introirent ad te, dũ latrones per noctẽ, quomodo cõticuiſti? ¶ Item qd ſequitur, nonne furati eſſent ſufficientia ſibi: multo uehementius eundẽ Edom percutit, q̃ ſi ita diceretur, furati ſunt ſufficientia ſibi. Hoc de gentibus ſupradictis Iudæos ſupplantantibus, ſecũdum typũ qui in Iacob præceſſit, Recte dicat ſpũs propheticus, quia furati ſunt ſufficientia ſibi, id eſt, ea tm̃ tulerunt Iudæis, q̃ ad ſalutem ſufficiant ſibi. Neq; eñ holocaſtomata arietum, & adipem pinguium, & ſanguinum uitulorũ & agnorum & hircorũ: neq; neomeniam & ſabbatum, & feſtiuitates alias, & Kalendas, cæteraſq; carnales cærimonias fures iſti furari dignati ſunt, imò reſpuerunt & arbitrati ſunt ut ſtercora, ſufficere ſibi credentes fidem & iuſtitiam, ſecundum quod ſancti Apoſtoli ſcripſerunt eis. Viſum eſt enim ſpiritui ſctõ & nobis, nihil ultra imponere uobis oneris q̃ hæc neceſſaria, ut ab immolatis ſimulachrorum, & ſanguine & ſuffocato & fornicatione, & ea quæ uobis fieri nõ uultis, aliis ne feceritis. A q̃bus cuſtodientes uos bene agetis. Nimirũ tale hoc eſt quale eſt, uineã introire, & racemos diligenter colligendo ſola folia relinquere. ¶ Iccirco conuenienter adhuc proloquẽs, ſi uindemiatores (inquit) introiſſent ad te, nunquid nõ ſaltem racemum reliquiſſent tibi? Deniq; uineam domini fuiſſe Iſraeliticam gentem paſſim ſcriptura concinit, exempli gratia illud in Eſaia. Cantabo dilecto meo canticum patruelis mei uineæ ſuæ. Vinea facta eſt dilecto in cornu, filio olei, & ſepiuit eam, & lapides elegit ex ea, & plantauit eam electam, & cætera uſq;, uinea enim domini exercituũ domus Iſrael eſt. Nunquam ſic à uindemiatoribus de meſſa fuit alicuius hominis uinea inſenſibilis, quomodo iſta domini uinea uiuens et ſenſibilis deſpoliata eſt à furibus iſtis. Vindemiatores quippe quãuis diligentes ſint, nõnunquam ſaltem racemum inter folia latentem relinquunt. At uero fures iſti ſæpedicti, ſcilicet gentiles ad fidem uocati, & uineam legis & prophetarum ingreſſi, totum rapuerunt, nihilq; præter folia literæ occidentis reliquerunt illi tacenti et dormiente Edom. Nullum omnino iam habent reliquum uiuificantis ſpiritus racemũ. Inde admirando percunctans, et percunctando admirans dicit. Quomodo perſcrutati ſunt Eſau, inueſtigauerunt abſcondita eius, ſubauditur, fures iſti qui ad eum introierunt? ¶ Quę autem erant abſcondita illius, uidelicet Iudaici populi, qui (ut ſæpe iam dictum eſt) nomine et operibus præfiguratus eſt Edom ſiue Eſau? Quæ (inquam) erant illius abſcondita, niſi ſpiritualia legis et prophetarum ſacramenta, qualia congrue ſignificari potuerunt ueſtibus Eſau ualde bonis, quas apud ſe Rebecca domi habebat? Multum ſcrutati ſunt, miro modo abſcondita Eſau fures iſti inueſtigauerunt, quando legem et prophetas ſpiritualiter intelligentes, pelliculis quoq; hœdorum manus et colli nuda protexerunt. id eſt, priorum operum ueteris q; ſuperbiæ manifeſtam confeſſionem facientes, pœnitentiam egerunt. Iſta ſunt abſcondita Eſau, iſta ſunt ualde bona ueſtimenta eius, quæ Apoſtolus commemorans, quorũ (inquit) adoptio eſt filiorũ et gloria & teſtamentum & legislatio & obſequium et promiſſa, quorum patres ex quibus Chriſtus ſecundum carnem, qui eſt ſuper omnia deus benedictus in ſecula. Hæc omnia ſcrutati ſunt & inueſtigauerunt, & ad ſemetipſis tranſtulerunt. Sequitur. **Vſq; ad terminum emiſerunt te omnes viri fœderis tui, illuſerunt tibi, inualuerunt aduerſum te viri pacis tue, qui comedunt tecum. ponent inſidias ſuper te.** Grandis reatus extitit hic Edom, quod multos fœderatos habuit, grandis offenſio carnali Iſraeli, quod totiens cũ profanis gentibus fœdus pepigit, prohibente domino in lege ac dicente. Non inibis fœdus cum eis, neq; ſociabis cum eis coniugia, quia ſeducent filium tuum ne ſequatur me, & ut magis ſeruiat dijs alienis, iraſcetur q; furor meus, & delebit te cito, ita factum eſt. Commixti ſunt inter gentes et dederunt opera eorum, & ſeruierunt ſculptilibus eorum, & factum eſt illis in ſcandalum. Hoc faciendo et perſeuerando, ad hoc uſq; peruenerũt, ut Romanæ gentis imperio nimis ultronei ſe ingerentes atq; dicentes: non habemus regem, niſi Cæſarem, Chriſtum dei filium regem ſuum crucifigerent. Multi per diuerſa temporũ curricula

Furari ſunt ſufficientia ſibi.

Iudæis in uinea ſolũ folia relicta ſunt.

Abſcõdita Eſau.

taliter fœderati fuerunt huius Edom, quibus dū similis esse contendit, prophetas & ipsum dominū prophetarū occidit. ¶ Porro illusores ueraciter, falso aūt uiri pacis, de quibus nūc (ait) illuserūt tibi, inualuerūt aduersum te uiri pacis tuæ, qui comedūt tecū, ponent insidias super te, sacerdotes fuerunt, maximeq; Annas & Caiphas, qui multo pernitiosius illi populo illuserūt, suadendo ut peterent dimitti sibi Barrabā, & crucifigi Christū, q̄ olim illuserant Hieroboam & sacerdotes eius, fabricando uitulos aureos ut illos colerent, & regē suū Dauid derelinquerent, ostendentes uitulorum pulchras effigies, ac dicentes, isti sunt dñi tui Israel. Comedebat eñ cū illo infelici Edom, & suam, de illo explebant auatiam, & ut licaret eis comedere prædamq; de populo facere, iccirco sic illuserūt, iccirco insidias super eum posuerūt, Illusorō maximus iam dictus extitit illusor Caiohass Expedit (inquiens) uobis, ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. ¶ Notanda interim diligenter dictionis huius ce qualitas, quia nō dixit, insidias ponent sub te uel contra te, sed insidias (inquit) ponent super te. Nimirū satis edici non potest, q̄ nequissima sit illusio, q̄ pertinacesin illudēdo insidię, quando is qui suadet ut decipiatur, cum calliditate suasionis magnitudinē quoq; habet potestatis, sicut habuit idem Caiphas & principes alij, qui suaserunt turbis. Superbia etenī plebe superiores, scelerato populo erant sceleratiores, ad suadendū callidi, & ad prouocandum factiosi. Iccirco contra illos spūs propheticus per Esaiam dicit. Propter hoc audite uerbum domini uiri illusores, qui dominamini super populum meum, qui est in Hierusalem. Dixistis enī. Percussimus fœdus cū morte, & cum inferno fecimus pactum, &c. ¶ Huiusmodi fœderati siue uiri pacis usq; ad terminum emiserunt te. Cuius usq; ad rei terminum illum emiserunt? Nimirū usq; ad terminum benedictionis, extra terminos promissionis, quæ ad Abraham facta est secundū hæc uerba. In semine tuo benedicētur omnes gentes, & in Isaac uocabitur tibi semen. Extra terminos illius tantæ hereditatis uiri fœderati. Viri illusores illum emiserunt, qa uidelicet iniqua confœderatio illorū causa extitit, ut emitteretur extra tantū uidelicet bonū nec reputaretur in semine, quia non erat ex fide. Nonne illum priorem Edom siue Esau talis causa emisit usq; ad terminū, ut nō sequeretur benedictionem, ut non remaneret intra terminos hæreditas, quam illi tanq̄ primogenito, pater Isaac præscribere deliberat? Nam quia fœderatos habere uoluit homines seculi, iccirco exterminatus est extra fines supernæ benedictionis. Sic enī scriptū est. Esau uero quadragenarius duxit uxores Iudith filiam Beheri, Aethei, & Besemath filiā Elom eiusdem loci, quæ ambæ offenderant animū Rebeccæ. Nonne offensus animus Rebeccæ indignū iudicauit filium benedictione, qui sicut prius primogenita sua propter escam uenditerat, sic & postmodū uxores ducens alienigenas cōcupiscentiæ seruiuit, quia benedictionem seminis. Abrahæ contempsit? Nominatus quippe esse & in terra roborari appetens, peccatorū se affinitatibus immersit; super quibus præcauens Abrahā seruum fidelem astrinxerat iuramento, ut non accipias (inquiens) uxorem filio meo de filiabus Chanenæorū, inter quos habito. Sed nec illud prætereundū quod uidens idem Esau, quod pater suus benedixisset Iacob, probans quoq; quod non libenter aspiceret filias Chanaan pater suus, iuit ad Ismahelem & duxit uxorem absq; his quas prius habebat Malalehel filiā Ismahel filij Abrahā sororem Nabaioth. Nimirū hoc erat illi magis ac magis usq; ad terminū emitti & foras eiici, quod eiecto Ismaheli taliter se consociauit. Sic enī Sara locuta fuerat. Eijce ancillā & filium eius. Non enī erit hæres filius ancille cū filio meo Isaac, & sic factū fuerat. Secundum hanc similitudinem (ut iā diximus) propter fœderatos suos accidisse carnali Israeli Apl'us testis est, q ad Galathas scribēs. Sed qūo, inquit, tunc is q secundū carnē natus fuerat, persequebat eū qui secundū spiritū, ita & nūc. Sed qd dicit scriptura? Eijce ancillam & filiū eius, Nō enī hæres erit filius ancille, cū filio liberæ. Nimirū & Ismahel & Esau, qui secūdum carnē nati, pſecuti sunt Isaac & Iacob, qui nati sunt secūdū spm̄ typū ptulerūt carnaliū Iudæorū, qui spiritualē Israelem persequi & occidere non destiterunt, donec ipsi emitterentur, ut iam dictū est, usq; ad terminū. Sequitur. **Nonne est prudentia in eo: Numquid non in die illa, dicit dominus, perdam sapientes ex Idumea, & prudentiā de monte Esau? Et timebunt fortes tui a meridie, ut intereat uir de monte Esau. Propter interfectionem & propter iniquitatem in fratrem tuum Iacob operiet te confusio, & peri-**

Viri pacti tui Annas & Cayphas.

Yxores Esau.

bis in

bis in ęternum. ¶ Cũ ad ipſum Edom fieret ſermo propheticus uſq; ad hunc locum, quicõ meduntur tecũ, ponent inſidias ſuper te, auditorẽ quoq; attentũ eſſe & in admirationẽ excitari uolens ſuper his quæ dicebãtur, repente cõuerſus dicit de eodẽ Edom. Non eſt prudentia in eo. Vere nõ eſt in eo prudentia qui iam dictas ſuper ſe poſitas nõ cauit inſidias, ſed ſauit inſidiantibus, ſicut imprudens, ſicut improuidus, bona ergo non eſt in eo prudentia. Cęterũ iam dicti inſidiatores eius male prudentes fuerunt, ſicut in eoſdem per alium prophetam dictũ eſt. Væ qui ſapientes eſtis in occultis ueſtris, & coram uobiſmetipſis prudentes Item. Sapientes ſunt ut faciant mala, bene aũt facere neſciunt. Cũ igitur dixiſſet, nõ eſt prudentia in eo, qm̃ eſt prudentia ſiue patientia quædã non bona, quæ rectius dicitur malitia, continuo ſubiunxit. Nunquid non in die illa, dicit dominus, perdam ſapientes ex Idumæa de monte Eſau? Deniq; ſapientia ſiue prudentia, quæ merito perdenda iudicatur, malitia ſiue ſtultitia eſt. Scriptum eſt em̃. Perdam ſapientiam ſapientum, & prudentiam prudentũ reprobabo. Hoc apud beatũ Iob ſcriptũ eſt. Cuius ſcripturæ cũ meminiſſet apoſtolus, continuo dixit. Nonne ſtultam fecit deus ſapientiam huius mundi? & in alio dicit: Nam prudẽtia carnis mors eſt. Itẽ: Quoniã ſapientia carnis inimica eſt deo. Hæc iccirco dicta ſint, qm̃ alia prudẽtia eſt, quã conqueritur non eſſe in illo Edom, ſcilicet bona, & alia quã ſe proditurũ eſſe dicit de monte, id eſt, de ſuperbia eius, ſcilicet mala, quæ uero nomine dicitur malitia ¶ Simul notãdũ quod cũ dicit, nunquid non in illa die perdã ſapientes ex Idumæa: de futuro tempore ſeſe uaticinari ſatis indicat, quãuis hactenus uerbis præteriti temporis uſus fuerit. Ecce uidemus, ecce mirantes legimus, legẽtes miramur in hiſtorijs plusq̃ tragicis, q̃ terribiliter ſemetipſos iudicio domini perdiderũt ſapiẽtes & prudẽtes illi, id eſt malicioſi, quiſe cundũ exemplum Eſau fratrẽ ſuum ſimplicẽ Iacob odientes, illos, qui uere ſapientes erant & prophetæ, perſequuti ſunt & occiderunt, tandẽq; ipſum dominũ, fratrẽ ſuum ſecundum carnẽ effectum, diu tentantes, ut eum caperẽt in ſermone, ad ultimum tale conſiliũ ſapiẽtiæ ſuæ reppererunt, ut eum ſuſpenderẽt in ligno, maledictũ illum eſſe uolentes propter hoc. Sciebant em̃ praue ſapientes & peruerſe prudẽtes, ſcriptum eſſe in lege, quia maledictus à deo eſt qui pendet in ligno. Veruntamen ubi ſcriptum hoc eſt, ſi uere ſaperent, ſi uere prudentes eſſent, illud quoq; ſapuiſſent quia maledictũ nõ facit pęna, ſed culpa. Proinde ipſam legis ſententiam ponere non pigeat. Quando peccauerit homo quod morte plectendum eſt, & adiudicatus morti, appenſus fuerit in patibulo, nõ permanebit cadauer eius in ligno ſed in eadem die ſepelietur: quia maledictus à deo eſt qui pendet in ligno, & nequaquã cõtaminabis terram quam dominus deus tuus dederit tibi in poſſeſſionem. Non tantũ dixit, quando appenſus fuerit homo in patibulo, quod pœna eſt, ſed etiam præmiſit culpã, quãdo peccauerit homo quod morte plectendum eſt. Hoc illi ſapientes & prudẽtes non uiderunt aut uidere uoluerunt, quia nimirum non erat illoꝝ ſapientia quæ illuminat, ſed malitia, quæ excæcat, ſicut ſcriptum eſt. Hæc cogitauerunt & errauerunt: excæcauit em̃ illos malitia eorum: & neſcierunt ſacramenta dei. Perdã igitur (inquit) in illa die ſapientes & prudentiam de monte Eſau, id eſt, Iudæos terrena ſapientes, & ſecundum ſimilitudinem Eſau ſuperbientes cõdemnabo ſicut Eſau, ut cõprobentur inſipientes, nõ utcunq; ſed ita ut ferre nõ poſſint lucẽ ſapientiæ. ¶ Nã hoc eſt quod rurſus ad ipſum cõuerſus ſermo propheticus & timebunt fortes tui à meridie ut intereat uir de monte Eſau. Meridies hoc tempus gratiæ eſt, ex quo ſol iuſtitiæ Chriſtus in altũ aſcendit, ſuæq; diuinitatis radios, id eſt, ſpiritus ſancti dona diffundens, mũdũ illuminauit & calefecit. Vnde Pſalmiſta, In ſole (inquit) poſuit tabernaculũ ſuũ, & ipſe tanq̃ ſponſus procedẽs de thalamo ſuo, Exultauit ut gygas ad curendã uiam, à ſummo cœlo egreſſio eius, Et occurſus eius uſq; ad ſummũ eius, nec eſt qui ſe abſcondat à calore eius. Ab iſto meridie ſic timent fortes huius Eſau, ut præſiguratum ẽ quando ſplendida facta facie Moyſi ex conſortio ſermonis dei: uidentes Aaron & filij ei⁹, timuerunt prope accedere. Sic (inquam) timent iſti fortes, id eſt, luminis rebelles, de qualibus in pſalmo ſcriptum eſt. Et irruerunt in me fortes. Timor eorum malignus eſt, utpote q ex inuidentia procedit. Inuident enim charitati ſolis huius æterni, & quicquid de gloria eius audiuit, contra ſe putant dictum, qui talem extinguere uoluerunt. Inde ſit, ut intereat uir de monte huius ESAV, qui dum lumen refugiunt, eunt in interitum uiri in ſuis uiribus

Eſa. 5
Hier. 4

Duplex prudẽtia.

Hiſtoria de Iudæis plus quã tragica.

Lex de pendẽte in ligno.

Meridies, tempus gratiæ. Pſal. 18

cõfidentes, in monte ſuperbiæ caput attollentes, nec iam dici merẽtur uiri, ſed potius mu
lieres, iuxta quod in Eſaia dicit idẽ dñs: Populũ meũ exactores ſui ſpoliauerũt, & mulieres
dominatæ ſunt eius. ¶ Peccatũ huius Eſau manifeſtius ſermo propheticus exprimit, cũ p
tinus dicit. Propter interfectionẽ & iniquitatẽ in fratrẽ ſuum Iacob, & peribis in æternũ. Si
Eſa. 3. Iudæi imitati ſunt Eſau ad illas tantũmodo duas reſpicimus perſonas, q̃ ꝑ ꝓpriis nominibus iſtis priores nuncupatæ
ſunt, Iacob & Eſau, litera nõ ſtabit: qa uc3 Eſau fratrẽ ſuũ Iacob odio quidẽ habuit, ſed non
etiã interfecit. At uero de carnalib⁹ filiis Iſrael ſiue Iudæis notũ nimis eſt, qa fratres ſuos ꝑ
phetas dñi & ipſum dñm ſecundũ carnẽ fratrẽ ſuũ interfecerũt, & propter hoc confuſio o
peruit eos, & peremit in æternũ. Non tantũ quia interfecerunt, ſed quia in ſurgentem crede
re noluerunt. Valde quippe notandum eſt, q̃ non dixit hoc ſolum propter interfectionem,
ſed addidit, & propter iniquitatẽ in fratrem tuũ. Nulli deniq; nocuiſſet ſcelus interfectionis,
ſi non perſeueraſſet & iniquitas incredulitatis. Igitur (ut ſæpe dictũ eſt) hic nomen Eſau ſi
ue Edom cunctos ſignificat imitatores illius primi: & nomẽ Iacob cunctos illius ſequaces,
Pſa. 136 quẽ ille odio habuit. Cuncta quæ in iſtũ crudelẽ Edom hæc prophetia declamat uentura,
concedit Pſalmiſta ut fiant, qa iuſtũ eſt, dũ uoce imprecãtis dicit. Memor eſto dñe filiorum
Edom in die Hieruſalẽ, qui dicũt, exinanite exinanite uſq;, uſq; ad fundamentũ in ea, id eſt
qui ſemetipſos inuicẽ cohortantes atq; inflãmantes in odiũ eoꝝ qui cœleſtia ſapiunt, dicũt
Euacuate & auferte illa q̃ ſunt nobis uel moribus noſtris cõtraria, & hoc uſq; ad fundamẽ
tũ, id eſt, uſq; ad finem, ut omnes credãt in morem noſtrũ. Hoc eſt quod illi improperat ſer
mo præſens, cũ protinus ſubditur. ℣ In die cum ſtares aduerſum eum, quando capie
bant alieni exercitũ eius, & extranei ingrediebantur portas eius, & ſuper ℟ Hieruſa
lem mittebant ſortẽ, tu quoq; eras quaſi vnus ex eis. ℣ Regnantibus Achab in Sama
3. Reg. 1. ria, & Ioſaphat in Hieruſalẽ, quo tempore hic Abdias abſconditos prophetas dñi pauerat,
2. Para. 20. tale quid feciſſe legimus hunc Edom, Congregati nanq; ſunt filij Edom cum filijs Moab
& filijs Ammon, ut pugnarent contra Ioſaphat. Verũtamẽ tũc neq; ceperũt exercitũ eius
ut uoluerũt, neq; ingreſſi ſunt portas Hieruſalẽ, Nãq; orante Ioſaphat ac dicẽte: nũc igitur
dñe ecce filij Ammon & Moab & mons Seyr nitũtur eĩcere nos de poſſeſſione, quã tra
didiſti nobis, factoq; ſermone dñi ſup Ihazihel filiũ Zachariæ leuitã dicentẽ O Iuda & Hie
ruſalẽ nolite timere, cras egrediemini, & dñs erit uobiſcũ, filij Ammon & Moab cõſurrexe
runt aduerſum habitatores mõtis Seyr, ut interficerẽt & delerẽt eos. Cũq; hoc opẽ ꝑpetraſ
ſent etiã in ſemetipſos uerſi mutuis cõcidere uulneribus. Itaq; ueraciter quidẽ, qñ capiebant
alieni exercitũ Hieruſalẽ ſiue capere uolebãt, alieni (inq̃) & extranei, ſc3 filij Moab & Am
mon, Edom q & Seyr erat quaſi unus ex eis, ſed (ſicut iã dictũ eſt) neq; ceperũt neq; ingreſ
ſi ſunt portas Hieruſalẽ. ¶ Proinde totã uiſionẽ hãc propheticã qñ ſpũalis eſt, ſpiritualiter
Carnalis Iſrael ſpũalẽ ſp ut ex trane⁹ ꝓſecut⁹ẽ (ut ceptũ eſt) ꝑſequamur, qa (ſicut ſæpe iã dictũ eſt) carnalis Iſrael ſpũalẽ perſequens fratrẽ
ſuũ Iſraelẽ, & ꝓphetas dñi occidẽs, ipſe eſt Edom. Et reuera quãdocũq; ceperunt alieni ex
ercitũ eoꝝ, qui ueraciter Iſraelitæ fuerũt uel ſunt, qñcũq; extranei ingreſſi portã ſup Hieru
ſalẽ mittebãt ſortẽ, ipſe Iſrael carnalis erat quaſi unus ex eis, imõ peior atq; infeſtior q̃ unus
quilibet ex eis. Primũ circa ipſa tẽpora, quibus iſte ꝓphetauit, alieni, id eſt, Syri præliebant
aduerſus Iſrael, regib⁹ Benadab & Azael, ſed multo ſceleratius agebãt intra ipſum Iſrael ip
ſiq; ſpũaliter dici merẽtur filij Edõ. Dñe (inq̃t Helias) ꝓphetas tuos occiderũt, & altaria tua
deſtruxerunt, & relictus ſum ego ſolus, & quærunt animam meã. Deinde uſq; ad euange
lica tempora, quotienſcunq; alieni ſiue extranei ceperũt ſiue ingreſſi ſunt portas Hieruſalẽ,
uc3 quando uenerunt Babylonij, & poſt illos Antiochus, & portas eius non ſolũ ingreſſi
ſunt, uerumetiã propter teſtamentũ deiperſeuerantes multos occiderunt, uiri iniqui ex ipſo
Iſrael extiterunt, qui amplius q̃ gentiles pernicioſi fratribus fuerũt. Teſtis eſt tribulatio Hie
remiæ, quẽ Babylonij ſeruauerũt, & ſuæ gẽtis hoies tribulauerũt, teſtis Machabæoꝝ affli
1. Macha. 7 ctio, quibus uiri iniq; ex Iſrael maximeq; impius Alchimus amplius q̃ Græcoꝝ aliqs nocu
erũt. Poſt hæc tã ſacra euãgelia, q̃ apoſtoloꝝ actus teſtant, q̃ ueriſſime dictũ ſit cõtra iſtũ E
dom, i. carnalẽ Iudæũ, tu quoq; eras quaſi unus ex eis, ſ. alienis ſiue extraneis gentib⁹, quib⁹
& Chriſtũ tradidit ad illudẽdũ & flagellandũ & crucifigendũ, & Chriſti diſcipulos ubiq;
odioſos facere cõtendit, ſeditiões cõcitando, & turbas inflamando quocũq; ibant prædicã
tes Chriſti

tes Christi Euangeliũ. Fecerunt etm̃ hoc Iudæi tamdiu, q̃ diu licuit eis, q̃ diu gens & loci eorum stetit. At uero diuinitas prouida (sicut alibi scriptum est) precauens in futuꝝ deleui eos, & exterminauit per excidiũ Romanoꝝ, & desolatæ sunt ciuitates eoꝝ absq; habitatore, & domus sine homine, & terra derelicta est deserta, ut auferretur eis uocandi & seuiẽdi facultas, quibus esset pertinax & insatiabilis uoluntas. Hoc certissimũ habens in isto ꝓpheta spiritus ueritatis, protinus constantissime dicit. ⌊ Et non despicies in die fratris tui in die peregrinationis eius. Et non letaberis sup filios Iuda, in die perditionis eorũ, & nõ magnificabis os tuũ, in die angustie, neq; ingredieris portam populi mei, in die ruine eoꝝ neq; despicies, & tu in malis eius, in die vastitatis illiꝰ, & non emitteris aduersum exercitum eius in die vastitatis illius, neq; stabis in exitibus vt interficias eos qui fugerint, & non claudes reliquos eius in die tribulationis ⌋ Ad illud q̃d paulo ante dixerat, ꝓpter interfectionẽ, & propter iniquitatẽ in fratrẽ tuum Iacob, opiet te cõfusio & peribis inæternũ, cõiungitur, & nõ despicies in die fratris tui. Miro aũt modo hæc oĩa, quæ nequissima sunt, iste Edom fecisse affirmat, cũ factuꝰ esse negatur. Quid eñ nequius, pegrinũ, nõ qualẽcũq;, sed peregrinũ fratrẽ suũ displicere in die peregrinationis eius. Lætari in ꝑditiõe eius, magnificare oñes in angustia eius, ingredi portas eius subsiliendo in ruinas eius, despicere eũ in malis eius, stare in exitibus ut fugientẽ interficiat siue claudat reliquos eius. Cũ sapientiæ sit edictũ, sup inimici siue odientis ruina nõ esse gaudẽdũ, qs nõ uideat q̃ ueraciter supra sit dictũ, nõ est prudentia in eo, qui talẽ cõtra fratrẽ gerit animũ? Igitur uersa uice insultet illi is, qui in prophetis loquitur, spiritus sanctus: irrideat eũ & subsannet qui habitat in cœlis dñs, dicẽs: Et nõ despicies, nõ lætaberis, nõ magnifica bis os tuũ. &c. Quẽ eñ despicere potest hic Edom. i. terrenus scilicet Iudæus, qui tã despicabilis est in toto orbe, sicut eidẽ supra dictũ est, ecce paruulũ te dedi in gentibus, contemptibilis tu es ualde? Perdidit locũ & gentẽ, quẽ si nõ perdidisset despicere, & os suũ magnificare, imò & interficere non desisteret, sed utiq; captiuus est. ¶ Nũc diligenter animaduertẽdũ quot uel quãtis nominibus, cũ dixisset in die fratris tui, diem eundẽ descripsit & illustrauit. Septẽ quippe dies uni diei subordinauit, dũ premisso nõ despicies in die fratris tui, subiũgit in die peregrinationis eius, in die perditionis, in die angustiæ, in die ruinæ, in die uastitatis, itemq; in die uastitatis, in die tribulationis. Nimiꝝ septenario numero multitudinẽ cunctarum significat miseriaꝝ siue tribulationũ, quas sustinet frater ille simplex, & lenis siue mitis, & humilis corde: quicunq; uiuit secundũ exemplũ Christi, quicunq; uiuit in hoc die uel tẽpore peregrinus in præsenti seculo, quod septem diebus uoluitur. Hunc eundẽ numerum tribulationum apud beatum Iob legimus. In sex (inquit) tribulationibus liberabit te, & in septima tanget te malum. Septenario quippe (ut iam dictum est) numero tribulationum significatur uniuersitas, quas in hoc seculo sancti patiuntur: quaꝝ septima id est ultima, cuius q; electi tribulatio certã consolationem habet: sicut in conditione seculi septimus dies uesperam non habet, Diem igitur fratris quem Edom persequitur, septiformiter distinctum legentes, non frustra factũ arbitremur, qui ciuitatem hic manentem, nõ habẽs peregrinatur: quia animã suã perdit propter deum, siue propter Christũ, ut inueniat eam, qui angustiatur spem habens, quia stabit in magna constantia aduersus eos, qui se angustiauerũt: qui ruinã paties præsentiũ bonoꝝ, pacienter sustinet, propter spem futurorum: qui despicabilis uidetur, in uastitate sua errando in solicitudinibus in montibus, & in speluncis & in cauernis terræ ut testimonio fidei probatus inueniatur: qui item uastitate quadã desertus uidetur, dum occiditur, & respiciens ad dexterã siue ad sinistrã, & non inuenit à quo defendatur: qui fugit & non inuenit qui occurrat uel apud quẽ possit latere securus. Poterat dicere sed & talis dies fratris tui, dies peregrinationis eius, dies ꝑditionis, quæ uera tibi uidetur perditio, dũ perdit animã suã, ut inueniat eã, non diu permanebis. Hoc inq̃ dicere poterat, & q̃ uis non dixerit tñ subaudiendũ est. Sequitur eñ. ⌊ Quoniã iuxta est dies domini super omnes gentes. ⌋ Hic quoq; cũ dicit, super omnes gentes, subaudiendũ est, & primũ super te. Nã protinus sequitur. ⌊ Sicut feciſti, sic fiet tibi, retributionem tuam cõuertet in caput tuum ⌋ Ac si dicat. Interim antequã finiatur dies peregrinationis fratris tui, antequàm ueniat super omnes gentes ille magnus dies domini, scilicet dies iudicij, tu hic in isto seculo

Nequissima Edom, contra fratrem suum.

Prouer. 24

Septẽ noiaꝰ dies.

Iob. 5.

Sapien. 5

uindicta g

uindictam recipies publicam, audientibus, uidentibus, atq; admirantibus gentibus cunctis ut deſpicere iam non poſſis, imò deſpicabilis ſis: & omni populo Chriſtiano peregrinante, & anguſtiam patiente, licet claudatur & interficiatur, ualde contemptibilior ſis. Poſt hanc priuatam atq; propriam portionem tuam, communem ſortieris uindictam cũ gentibus cæteris in illa (quæ iuxta eſt) die domini, die iudicij, die amara, die tribulationis & anguſtiæ, die calamitatis & miſeriæ, die tenebrarum & caliginis, die nebulæ & turbinis, die tubæ & clangoris, ſicut propheta Sophonias dicit. Quibus ſex enunciationibus illius diei tam terrificis, ſi præcedentem coniungas, qua dicit, uox diei domini amara, tribulabitur ibi fortis, ecce totidem uicibus, id eſt, ſepties declamatam habes diem uindicis domini in conſolationem huius fratris, cuius diem, in quo tribulatur, ſepties iſte declamauit. Quapropter quoniam iſte, de quo loquimur, Edom & primum ſingularem ſiue priuatam perpeſſurus erat ultionem à gentibus Romanis, & deinde uniuerſalem cum cæteris gentibus in die iudicij, pulchre dictum eſt, ſicut feciſti ſic fiet tibi: & deinde repetitum, retributionem tuam conuertet in caput tuum. Quid enim eſt dicere, ſicut feciſti ſic fiet tibi: niſi ſecundum merita tua retribuet tibi? Attamen addidit retributionem tuam conuertet in caput tuum, quia uidelicet huius Edom terreni & ſanguinolenti, qui Chriſtum & Chriſti prophetas occidit, duplex eſt retributio, duplex contritio, ſecundum & alium prophetam, qui cum dixiſſet. Induc ſuper eos formidinem, ſubauditur, qua formidauerunt, dicentes, ne forte ueniant Romani & tollant noſtrum & locum & gentem, ut fiat eis ſicut formidauerunt, non contentus hac ſola retributione, & æternam adhuc intendens eiſdem incredulis atq; impœnitentibus, & duplici inquit, contritione contere eos domine deus meus. Hoc dicto ad iſtum Edom, conuertitur ad eos, de quibus & propter quos loquebatur, qui primum ab iſto, & deinde à cæteris gentibus tribulantur, & dicit eis, confirmando quod dixerat in conſolatione eorum, quoniã iuxta eſt dies domini ſuper omnes gentes. **Quomodo enim bibiſti ſuper montem ſanctũ meũ, bibent oẽs gentes iugiter, ⁊ bibent, ⁊ abſorbebunt, ⁊ erunt quaſi non ſint.** Hæc ſi adhuc ad ipſum Edom dicuntur, hunc ſenſum habent. Sicut enim ſuper montem ſanctum meum Syon bibiſti, atq; in perditione ſiue ruina filiorum Iuda lætatus es: ſic oẽs gentes uerſæ contra te bibent, & de malis tuis ſatiabuntur. Si autem ad ipſos, qui (ut ſupra dictum eſt) tribulantur ab impijs in hoc ſeculo in conſolationem ipſorum dicta intelligere malumus, ſenſui noſtro ſuccurrit illud ex Eſaia. Eleuare (inquit) eleuare: conſurge Hieruſalem, quæ bibiſti de manu domini calicem iræ eius, & uſq; ad fundum calicem ſoporis bibiſti & potaſti uſq; ad fæces. Et ſubinde. Ecce tuli de manu tua calicem ſoporis fundum calicis indignationis meæ, Non adijcies, ut bibas illum ultra, & ponam illum in manu eorum qui te humiliauerunt. Igitur quomodo bibiſtis uos omnes, quorum de perditione inimici lætati ſunt, ſiue tu frater qui deſpiceris, qui & diceris Hieruſalem. Hæc eſt uniuerſa generatio quærentium dominum, quomodo (inquam) bibiſti, permittente deo affligi, ſic bibent omnes gentes perſecutrices: æquam, imò duplam computationis uiciſſitudinem recipientes, ſicut in Apocalypſi pronunciatur contra Babylonem, quæ iſtarum gentium uniuerſitas eſt: Redditi ſicut ipſe reddidit uobis, & duplicate duplicia ſecundum opera eius: in poculo quo miſcuit uobis, miſcete illi duplum. ¶ Bene ergo cum dixiſſet hic, quomodo bibiſtis ſuper montem ſanctum meum, id eſt perſequutionem paſſi eſtis propter nomẽ meum bibent omnes gentes, addidit iugiter: quia uidelicet non tam de retributione temporali, q̃ de æterna ſermo eſt, & hoc ipſum repetitur atq; amplificatur, dicendo, bibent, & abſorbebunt, & erunt quaſi non ſint. Duplum enim (ut iam dictum eſt) miſcebitur illis: quia uidelicet durum & amarum ſanctis poculum miſcuerunt: ueruntamen tantũ corpus occiderunt Ipſis autem ita miſcebitur, ut & corpus, & anima mittantur in gehennam. Ita non quomodocunq; bibent, ſed totum damnationis iudiciũ (quod eſt in calice iræ domini) ore patulo & grandi abſorbebunt uſq; ad fundũ. Cũ hoc euenerit, tunc erunt quaſi non ſint. Erunt enim per ſubſtantiam quidẽ, ſed non erunt per ullam poſſibilitatem. Nam perſequi ultra non poterunt, regno dei nullum facient ſcandalũ. Econtra, ſanctoꝝ uera & felix erit eſſentia. Vnde protinus ſequitur. **Et in monte Syon erit ſaluatio, ⁊ erit ſanctus.** Mons Syon ille glorioſa eſt ciuitas Hierlin cęleſtis, de q̃ Dauid: Fũdamẽta (inqt) in mõtib' ſctis, gloriosa dicta-

Sopho. 1.

Duplex retributio & cõtritio luęis debet

Hier. 17

Eſai. 51

Apoca. 18

dicta sunt de te ciuitas dei. In illa Syon erit saluatio, & erit sanctus, ipse uidelicet Christus q̄ Psal. 86
est salus & saluator eius. Quomodo erit in ea iste sanctus? Multum bene, multum feliciter
quia permanebis in sempiternū particeps naturæ eius q̄ est cōditor siue fundator eius, sicut
in psalmo memorato scriptū est. Et homo natus est in ea. Et ipse fundauit eā altissimus. Illā
esse saluationis Syon eius incommutabilitas erit, quia uidelicet & de ipsa ciuitate Syon, siue Psal. 121
Hierusalem alibi scriptum est, cuius participatio eius in idipsum, & ipse sanctus dicit. Ego Exo. 3
sum q̄ sum. Aduersa nimirū hæc est oppositio, qa gentes sic erunt quasi nō sint: sanctus aūt
erit, & saluatio ciuitas eius erit, tali essentia quæ nullis casibus subiacebit. nullū finem habe-
bit. ¶ Et possidebit domus Jacob eos, qui se possederant, & erit domus Jacob ig-
nis, & domus Joseph flamma, & domus Esau stipula, & succendentur in eis, & de-
uorabunt eos, & non erunt reliquie domus Esau, quia dominus locutus est. ¶ Mi Edom nomen
ra inuectione sermo propheticus nomen Esau, qui & Edom, persequitur. Prius contra illū pessimū hȝ in
loquebatur, & paulisper cæteras quoq; pronunciata damnatione gentiū, rursus nunc in il scripturis
lum inuehitur. Malæ nimis memoriæ est in scripturis sanctis hoc nomen Edom plusq̄ ali- Psal. 136
cuius cæterarū gentium. Exempli gratia, in psalmo cū dicit Dauid. Super flumina Babylo
nis illic sedimus & fleuimus per Babylonem gentes omnes uolens intelligi, quarum in me
dio omnes sancti ciues regni dei, dū in corpore uiuunt, tenētur captiui, q̄uis tibi acerbius so
nare uidetur, utrū illud quod uniuersaliter de Babylone, an id quod singulariter de Edom
cōqueruntur? Deniq; & Babylone siue ad ipsam Babylonē nuntior sermo est. Super flumi
na Babylonis illic sedimus & fleuimus, Itēq;. Filia Babylonis misera, beatus q̄ retribuet tibi
retributionē tuā quā retribuisti nobis. At uero de isto Edom nō ita parce aut suauiter con-
quæstio deprompta est. Saucius animus dolorē suū acerrimū nō ferens, suspiriū de profun-
do suscitat, uocēq; altius in cælū subleuat ad eū, q̄ solus laborē & dolorē cōsiderat. Memor Ge. 27. & 37
esto (inquiens) dñe filiorū Edom in die Hierusalē. Acerbius nāq; fertur uulnus, quod à fra
tre (unde cōsolatio cōtra cæteros sperari debuerat) infligitur. Sic Iacob, quādo illū in per-so
na sua persequebatur germanus suus Edom: sic Ioseph quando à fratribus suis uenditus est
sic sancti prophetæ & apostoli qñ à cōtribulibus suis Iudæis pſecutionē passi & occisi sunt: Hæretici, falsi
sic Christiani catholici, qú ab hæreticis, falsis utiq; fratribus, tribulantur amarius atq; acer- fratres.
bius patiuntur, q̄ cū ab exteris gentib⁹, cū quibus nullā generis aut professionis habent cō-
munionē, infestātur. Hinc est illud. Quoniā si inimicus maledixisset mihi, sustinuissem uti- Psal. 54
q̄. Et si is qui oderat me, sup me magna locutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo: Tu
uero homo unanimis &c. Nūc ordinē prosequamur. ¶ Et possidebit (inquit) domus Iacob
eos q̄ se possederant. Ista possessio nō in bonū intelligitur eorū q̄ possidentur. Sequitur enim
Et erit domus Iacob ignis, & domus Ioseph flāma, & domus Esau stipula, & succēdetur in
eis, & deuorabit eos. Male ergo suo possidebūtur, uidelicet quomodo stipulā possidēt ignis
& flāma. Talis possidentiū eminentia potestas iudiciaria est. Deniq; in iudicio persecuto-
res suos fratres falsos cōsument sancti omnes, quorū exēplaria prima fuerūt patriarcha Ia-
cob & filius eius Ioseph, in eo q̄ alter eorū pſecutionē passus est ab ipso fratre, qui nomine &
re fuit Esau: alter uero à fratribus suis, qui nō quidē nomine, sed & re & imitatione fuerunt
Esau. Quomō isti possederūt Iacob, id est, dei seruos: isti inquā, scilicet pſecutores, falsi fra-
tres, quorū prima (ut iā dictū est) exemplaria fuerūt, ille Rebeccæ primogenitus Esau & il-
li fratres Ioseph? Videlicet crudeli inuasione possederūt eos, suo tēpore Iudæi, & suo tēpo-
re hæretici: Habendo potestatē occidēdi, & de ciuitate in ciuitatē pſequēdi eos. Possidebit Domꝰ Iacob
ergo eos domus Iacob. i. seruorū dei uniuersitas, possessione cōdigna, nō ut eis utātur: sed ut
illi confundantur, & ad iudicium oris eorum igni perpetuo tradantur. Hoc est em̄ quod
ait: Et erit domus Iacob ignis, & domus Ioseph flamma, & domus Esau stipula: quæ nimi
rum ualde congrua confirmatio est. Nam quia ignis flammam genērat, Iacob qui genera
uit ignis, & Ioseph, qui ab illo generatus est, flamma dicitur, ipse autem Esau: qui in terra
radicatus est, secundum infirmam partem benedictionis, dicente patre, in pinguedine ter-
ræ & in rore cœli desuper erit benedictio tua: stipulæ comparatur, cuius uiror omnis per-
transit, & species emarcuit, & ad nihil utilis est, nisi ut tradatur igni. Sicut omnes sancti
ueteris testamenti recte dicantur ignis, & omnes sancti noui testamenti, ex quo uenit

Christus

Christus, cuius figurã Ioseph tenuit, recte uocẽtur flãma: nã persecutores eor̃, similes Esau erunt stipula, & succẽdentur in eis: & deuorabunt eos, & non erunt reliquiæ domus Esau, quia dominus locutus est. Ob magnũ sententiæ firmamentũ ita conclusit, quia dñs locutus est, ut subaudias, cuius locutio uel sermo ueritas est:: & qđ loqtur, infectũ esse nõ p̃t, quẽadmodũ ait ipse, futur̃ prænũcians iudiciũ. Cœlũ & terra transibũt, uerba aũt mea nõ transibunt. Sequitur. Et hereditabunt hi qui ad austrum montem Esau, & qui in campestribus ꝓ Philistijm, & possidebunt regionem Effraim. & regionẽ Samarie, & Beniamin possidebit Galaad & transmigratio exercitus huius filiorum Israel omnia Chananeor̃ usq; ad Sareptham, & transmigratio exercitus huius Hierusalem, que in Bosphoro est possidebit ciuitates Austri. Et ascendent saluatores in montem Syon, iudicare montem Esau, & erit domino regnum. ¶ Cũcta hæc iuxta literam adimpleta esse, nulla testatur historia, uidelicet ꝙ carnalis Israel siue Iudæus post hanc prophetiã possederit montẽ Esau, sed nec uel istud uel cætera quæ sequũtur tãta eẽ potuerũt (si tamen unq̃ acciderũt) ut dignatus fuerit spũs sanctus ea prænũciando, propheticam implere tubã toto orbe audiendã. Maxime de eo quod ait, & transmigratio exercitus huius filior̃ Israel possidebit omnia Chananæor̃ usq; ad Sareptham, si simplicem sequamur literã stare non potest: quia uidelicet certũ est, ꝙ nunq̃ acciderit, neq; accidere debuerit, ut captiuitas decẽ tribuũ, quæ tunc imminebat, qua in Assyrios transmigrauerũt, reuocaretur & omnia Chananæor̃ possideret. Neq; enĩ contrarius sibi esse poterat spũs propheticus, ut in isto promitteret qđ in alio denegasset, scilicet in Osee dicendo, uoca nomẽ eius absq; misericordia, quia nõ addã ultra misereri domui Israel, sed obliuiõe obliuiscar eor̃, & domui Iuda miserebor, id est, filios Iuda de Babylonia captiuitate post annos septuaginta reuocabo. Sed nec transmigrationẽ Hierusalẽ in Bosphoro usq; fuisse legimus, quæ regio est maris septentrionalis, ut secundũ literam: & transmigratio Hierusalẽ, q̃ in Bosphoro est, possidebit ciuitates Austri. ¶ Cuncta ergo, quia spũalia sunt, spũaliter examinantes, promissionũ istarũ primo numerũ consideremus, quia septẽ sunt. Prima est, & hæreditabunt hi qui ad austrũ montem Esau. Secunda, & qui in campestribus Philistijm: Tertia, & possidebũt regionẽ Effraim, & regionẽ Samariæ: Quarta, & Beniamin possidebit Galaad: Quinta, & trãsmigratio exercitus huius filior̃ Israel omnia Chananæor̃ usq; ad Sareptha: Sexta, & transmigratio Hierusalẽ, quæ in Bosphoro est, possibebit ciuitates austri: Septima, & ascendent saluatores in montẽ Syon: iudicare montẽ Esau. Istæ septẽ salutares atq; cõsolatoriæ promissiones laudẽ dñi cõplent, dicendo, & erit dño regnũ. Erant aũt superius totidẽ, i. septẽ dies miseriar̃, cõscriptæ aduersus hũc sæpedictũ p̃secutorẽ fratris Edõ ubi p̃misso, & nõ despicies in die fratris tui: subiũcta est septiformis descriptio diei eius, dicẽdo, in die peregrinatiõis eius, in die peregrinatiõis, in die angustiæ, in die ruinæ, in die uastitatis, in die tribulationis eius, qa uc3 descriptio diei taliter cõpleta est, qm̃ iuxta est dies dñi. Igitur quẽadmodũ illic in septenaria repetitione diei, i. tẽporis, quo sancti in hoc mũdo peregrinãtur, uniuersitatẽ intelligimus malor̃ q̃ patiuntur: ita & hic in istis septẽ promissionibus uniuersitatẽ ꝑpendimus cõsolationũ, quibus à dño inter oẽs uel post oẽs pressuras cõsolantur. Et iste promissiones fiunt aduersus eundem Edom, id est, Iudaicũ populũ, interfectorẽ fratris, scilicet dñi & sanctor̃ prophetar̃. ¶ Ille nanq; propter causas multiplices, quamuis consimiles, dicitur hic, & Esau, & Philistijm, & Effraim, siue Samaria, & Galaad, & Chanaan: ipsi autem sancti similiter, propter causas multiplices, id est, gratiarum diuisiones, & habitare ad austrũ dicuntur, & esse in campestribus, & nominatur Beniamin, & exercitus filior̃ Israel & Hierusalẽ, cuius transmigratio fit Bosphoro, & saluatores, quibus pro re nomẽ suum cõmunicet Iesus Christus, summus & unicus saluator. Dicamus ergo, & hæreditabit (inquit) qui ad austrũ montẽ Esau uerus Iacob, i. supplantator Iudaici populi, qui dicitur Edom siue Esau, ad austrũ, quẽ sancti spũs gratiã intelligimus, habitat: ille aũt in monte se subrigit, dum iustitiã suã uolens statuere, iustitiæ dei non est subiectus, secundũ similitudinem germanorum illorũ, quorũ alter, uidelicet Iacob, domi cũ Rebecca matre habitabat, quæ sancti spiritus gratiam significat: alter uero, scilicet Esau, in montibus & saltibus se exercebat, uir gnatus uenandi, & homo agricola. Quomodo ille cũ matre habitans, benedictionẽ hæredi-

Mat. 24

Osee. 1.

Septem promissiones.

Rom. 10

Gene. 27

uit &

uit & primogenita fratris: ita Christi discipuli sancti spiritus secuti gratiã hæreditauerũt ab latũ Iudæis regnũ dei, ut facerẽt fructus eius, sicut in euãgelio prędixit eis ipse dñs. ¶ Proin de ad austrũ habitare dicũtur. i. ad meridiẽ, per quẽ sapiæ clara lux intelligit. Sequit: Et qui in cãpestribus Phyliſtiim, subaudit, hæreditabũt. Ipsi q in noie Esau denotãtur, & in mõte superbiæ sunt, uolẽdo iustitiã suã statuere, sicut iam diximus, recte & Phyliſtiim dicũtur ꝓ eo ꝙ à gratia exciderũt dũ ex operibus legis & sine fide Christi sese iustificari arbitrãt. Phyliſtiim nãq; potione cadentes interpretãtur: Dñs eñ miscuit illis, uidelicet Iudæis, spiritum uertiginis. Dando illis (ut Apl'us meminit) spiritũ cõpunctionis, oculos ut nõ uideãt: & aures ut nõ audiãt, & facta est mensa eor̃ corã ipsis in laqueũ & in retributionẽ & in scandalũ ¶ Porro in cãpestribus habitantes hi sunt humiles, qbus pro humilitatis gratia datus est intellectus ut intelligãt scripturas. & spiritualiter intelligẽdo nõ de sua, sed de dei confidãt iustitia. Isti ex fide iustificati obtinẽt Phyliſtiim secundũ mistică uictoriã Dauid, qui Phyliſtęũ percussit, mittẽdo unũ de quinq; lapidibus in frontẽ eius, per quẽ uidelicet unũ lapidẽ una fides Iesu Christi figurat, in qua sola iustificamur, quæ & in quinq; libris Mosi mystice & figuratiue prædicat. ¶ Et possidebunt, ait, regionẽ Ephraim & regionẽ Samariæ. Ephraim, ex qua tribu Hieroboam scidit Israel à domo Dauid, & uitulos aureos pro deo colendos instituit. Hoc etiã loco scribarũ & phariseorũ cætus recte intelligat, qui populũ aduersus uerũ Dauid Christũ filiũ dei concitauerunt, & mendaciũ suum cõtra ueritatẽ euãgelicę fidei excogitare nõ destiterũt. Similiter Samaria. quoniã ab eodẽ Hieroboam in peccatũ illud seducta regnũ habuit diuisum, cõtra regnũ Dauidicũ: Diuisum signficat à Chro ppl'm Iudaicũ, sic à senioribus & principibus sacerdotũ seductũ: qũo seduxit Samariã ille de tribu Ephraim rex Hieroboam. Regionẽ igitur Ephraim & regionẽ Samariæ possidebũt. i. malitiã tam principum q̃ populi superabũt habẽtes sanctũ consiliũ spiritũ, ad destruẽda cõsilia quæ cõtra dñm cogitauerũt, & eosdem in die iuditij cõdemnabũt. Et Beniamin possidebit Galaad. Galaad mõs ad quẽ septimo die ꝓfectiõis è Charris Iacob ꝓfugus uenit, à q̃ mõte & ciuitas in eo cõdita uocabulũ sortita ẽ. In illa maxime idolatria regnabat Vnde & in Osee scriptũ est Galaad ciuitas operantiũ idolũ supplantata sanguine, & quasi fauces uiroꝝ latronum. Porro Beniamin interpretat filius dextrę. Igitur Beniamin possidebit Galaad. i. sancti habẽtes spm̃ fortitudinis nõ solũ Iudaicã pfidiã, sed & cũctos idolatras iuste iudicabũt, cõtra q̃s fortiter usq; ad mortẽ certauerũt. Et trãsmigratio exercitus huius filioꝝ Israel omnia chananæoꝝ usq; ad Sareptã. Filij Israel filij ꝓmissiõis oẽs electi sunt illius prioris ppl'i, quorum Israel patriarcha, q& Iacob scdm carnẽ pater extitit, q̃ꝝ apostoli fuerunt optimi: Chananæi uero, scdm hoc ipm̃ nomẽ qđ est Chanaan & interptat motus eoꝝ, hi sunt qui moto pede ꝑ superbiã ceciderũt, etiã si ex eadẽ carne orti sunt, testãte dño cũ dicit in ꝓpheta: Pater tuus Amorræus & mater tua Cæthea. Amorræus nãq; & Cætheus filij Chanaan fuerũt: Iudęi aũt scdm carnẽ filij Israel sunt, & tamẽ Iudæo ꝑ ꝓphetã illud improperat. Porro Sarepta oppidũ est Sydonioꝝ, q & ipsi Chananæi sunt in uia publica situ: ubi quondã uidua pauit Heliã. Cui' uidelicet uiduæ misteriũ in schola eccl'iæ Chri notũ est, in eo qđ ait: En colligo duo ligna ut ingrediar & faciã panẽ mihi & filio meo. Itaq; trãsmigratio (inquit) exercit' hui' filioꝝ Israel. i, Apostoli Chri ueracit filij Israel, populũ suũ, populũ Iudaicũ se reppellẽtẽ relinquẽtes, & ad gẽtes trãsmigrãtes Chananæos q se dicũt Iudæos cõdẽnabũt, & eoꝝ iudices erũt: gẽtib' aũt salutẽ administrabũt, ita ut ipleat ꝑ eos illđ ꝙ in illa uidua Sareptana fuit pfiguratũ, sicut & dñs terribiliter in nuẽs, ore ꝓprio locut' est. In ueritate dico uobis: multæ uiduæ erãt in diebus Heliæ in Israel qñ clausum est cœlũ annis tribus & mensibus sex & ad nullã illaꝝ missus ẽ Helias, nisi in Sareptã Sydonię ad mulierẽ uiduã. Ecce & nũc & usq; ad finẽ seculi Helias, qđ interptat de' meus. s. dñs Iesus Chrus, apud istã uiduã pascitur & pascit hydriã farinæ eius. i. modicũ sciæ qđ per naturã habere poterat gẽtilitas, multiplicãdo ꝑ spm̃ sciæ spiritualis, & coquẽdo ꝑ mysteriũ crucis, cuius sacrm̃ meditat, ꝓfecto duo ligna colligit, & uitalẽ de scripturis panẽ facit. ¶ Et trãmigratio Hierusalẽ, quæ in Bosphoro est, possidebit ciuitates austri. Hierusalẽ in scripturis nõ ignotũ est significare eccleſiã quæ est ciuitas cœlestis. Huius nimiꝝ maxima portio fuit à uero sole remota in errore gẽtilitatis añ aduentũ saluatoris, & iccirco recte intelligit ꝑ transmigrationẽ q̃ in Bosphoro est

Mat. 21 Ad austrũ habitare.

Per Ephraym scribæ & phariſæi denotãt

Filij Israel, filij promiſſionis, chananæi.

Bosphorus enim (sicut iam superius dictū est) regio est maris septētrionalis: quo trāsmigratio nē terrenæ Hierusalē fuisse abductam nulla scriptura meminit: Possidebit ergo ciuitates au
Saluatores Apostoli. Iacob. § stri. i. meridiei, q̄d nūc uidem⁹ fieri, dū plenitudinē ueri luminis & caloris possidēt, q pri⁹ erāt absq; notitia dei, obscuri & frigidi: q̄d tale est: ac si de septētrione trāsferant homies ad meridiē ciuitates lucidas habitaturi, ppitio deo, qui sola gratia, & pietate sua gētes uisitauit. ¶ Et ascēdēt saluatores in montē Syon, iudicare montē Esau: Saluatores recte dicūt, hi p quorū ministeriū cōuersi peccatores saluātur, iuxta q̄d Apl̄us Iacobus dicit: Quoniā q cōuerti fecerit peccatorē ab errore uiæ suæ, saluabit animā eius à morte. Hoc maxime post Christum Apl̄i fecerūt, p quorū p̄dicationē gētes ab errore uiæ suæ cōuersæ sunt. Saluatores igit sunt & ipsi ascēdēt in mōtē Syon, iudicare mōtē Esau. i. sedebūt sup sedes duodeci, iudicātes duodecim trib⁹ Israel, q uidelicet carnalis Israel (ut sæpe diximus) ppter hoc ipm q̄d infidelis & psecutor est fratris, dicit & est Esau: Illoq; mōs, in quē ascēdēt Syon dr, & eminētia uirtutū est. Huius aūt Esau mons superbiæ tumor ē. Illius expectatio iudicij plena timoris est. Et erit dño regnū: dño (inquā) cuius hæc oia dona sunt: q̄d sancti sic hæreditabūt, sic possidebūt sic iudicabūt: & post iudicabūt: & post iudiciū in regno æterne mēsæ eius pticipes erūt, iuxta illud fidele ei⁹ pmissū: Et ego dispono uobis, sicut disposuit mihi pr̄ me⁹, ut edatis & bibatis su (p mēsā meā in regno meo.

ABDIAE LIBRI FINIS.

PROLOGVS RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN IONAM PROPHETAM.

In scripturis & pphetis de us inuenitur.

ANima q̄ Chr̄m q̄rit, intētionē suā cur illū quærat hac uoce deprimit. Quis mihi det te fratrē meū, sugētē ubera mr̄is meæ, ut inueniā te foris & deosculer, & iā me nemo despiciat? Magnæ em̄ despectiōis sibi cōscia, suoq; iuditio multū despicabilis ac despecta p hūc solū se nobilē & inclytā fieri cōfidit, si talē dilectū inuenire, apprehendere, & deosculari meruerit: nō tātū in t⁹ in secreto cōsciētiæ cubiculo: uerū etiā foris, i. ita ut adamicos quoq; dilecti illius pueniat, q̄ illū uiderit, q̄ agnouerit q̄d in eū crediderit, q̄d eū dilexerit. Dēiq; iā tūc despicabilis esse nō pōt in oculis dei patris, incōspectu amicoꝝ, uidelicet angeloꝝ & hominū sctōꝝ. Vbi aūt uel illa quærit, aut quærere debet, ubi ille inuenitur aut inuenire potest, nisi in scriptura? maximeq; prophetica, quæ utiq; uerbum domini est? Ibi q̄ritur & inuenitur: quia profecto, qualis sit ille dilect⁹, Prophetę testantur. ¶ Et in alijs quidem citius, in alijs difficilius inuenitur. In Iona uero quem nunc ingredi cupimus manifestissime claret, quod miraculum in illo celebratū fuerit præconium eius. Ipse enim ore proprio dixit, & totus orbis audiuit. Sicut fuit Ionas in uentre ceti tribus diebus & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. ¶ Igitur & hunc Prophetam tanto alacrius ingrediamur, quanto clarius atq; pulchri⁹ in eo Christi testimonium nouimus, quem in scripturis legis & Prophetarum quærere propositum habemus. Obsecrātes, ut q typus est saluatoris, & tribus diebus ac noctibus in uētre cæti moratus præfigurauit domini resurrectionem: nobis quoq; feruorem obtineat sanctiq; spiritus gratiam secundum hoc ipsum nomē suum, quod est Ionas: interpretatur enim columba. Et quis nesciat sæpe in scripturis per columbam sancti spirit⁹ gratiam significari? maxime quia super Dominum nostrum idem spiritus sanct⁹ in specie columbæ apparuit. ¶ Cæterum totum hunc prophetam ad intelligentiam referre saluatoris, quod fugerit, q̄d nauim ascendens naulum dederit, quod dormierit: laboriosum, & ut ante nos dictum est, sudoris est maximi. Veruntamen quanto difficilius, tanto & pulchrius fieri posse speramus, cooperante secundum beneplacitum suum digito dei. Labor attentus splendida de obscuris mysteria Christi proferre tentabit.

Ionis typus saluatoris.

Intētio authoris.

FINIS PROLOGI.

Rupert

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN IONAM PROPHETAM COMMENTARIORVM LIBER PRIMVS.

ET factũ est verbũ dñi ad Jonã filiũ Amathi, dicẽs: Surge, uade in Niniuẽ ciuitatẽ magnã, & ꝓdica in ea, qa ascẽdit clamor malicie eiꝰ corã me. ¶ Mirẽt fortasse grãmatici qd ꝑ cõiũctionẽ sic incipit: Et factũ ẽ uerbũ dñi, cũ de Isa nihil ꝓcesserit. Nos aũt si causam attẽdimus, cur Ionas ad gẽtes missus sit ꝓdicare illis, nõ miramur. Nã nõ solũ bñ: uerũetiã mirabiliter & grauiss. sonat auribꝰ nostris initiũ huiusmodi. Quæ eñ causa extitit? Illa nimirũ: qã filij Israel ꝓphetas dñi nõ audierũt. Tot ꝓphetę missi sunt, tot mirabilia facta sunt, totiesꝓnũciata ẽ illis captiuitas propter multitudinẽ peccatoꝝ nec unq̃ pœnitẽtiã egerũt. Neq; eñ saltẽ uniꝰ regis tpe uitulos aureos colere cessauerũt, & ne unus qdẽ ex oĩbus regĩbus decẽ tribuũ recessit à peccatis hieroboã qui peccare fecit Israel. Vt de cæteris taceã, Helias missus in sermone & spiritu dñi mira multa fecit, & nequaq̃ effecit ut relinquerent uituli illi, licet ꝓpter signa tandẽ hoc obtinuerit ut sciret populꝰ ꝙ Baal nõ eẽt deus, clamaretq; Dñs ipse est deus, dñs ipse est deus. Successit illi discipulus Heliseus qui & pro hac intentione ut populum reuocaret plura q̃ ille fecerat uolens signa facere. Obsecro (inquit) ut fiat spiritus tuus duplex in me, factũq; est qd petiuit: Nam si rite numeres, Helias quidem octo, Heliseus uero sedecim signa fecit: & hoc duplum fuit. Post hæc mortuꝰ ẽ & sicut ante mortem ita & post mortem eius uitulorꝝ cultus in Israel perseuerauit. Mirabatur autem dominus, & tedebat eum super Israel, sciens quod si ad gentes mitteret, multo faciliores ad credendũ eas inueniret. Vnde ad quendam illorum taliter locutus est: Fili hominis uade ad domũ Israel, & loqueris uerba mea ad eos. Non enim ad populũ profundi sermonis & difficilis linguæ tu mitteris ad domũ Israel, neq; ad populos multos, & profundi sermonis & ignotæ linguę, quorꝝ nõ possis audire sermones, & si ad illos mitterem te ipsi audirent te: Domus autem Israel nolunt audire te, quia nolunt audire me. Experimẽto illud comprobari decebat, quod taliter dominus in uituperationẽ Israelis gentes de facilitate audiendi & credendi præferebat. Ad huius experimenti misterium electus est hic Ionas, cuius post mortem Helisei, taliter scriptura libri regum mentionem fecit. Ipse uidelicet Hieroboam filius Ioas filij Iehu regis Israel restituit terminos Israel ab introitu Hemath usque ad mare solitudinis, iuxta sermonem domini dei Israel, quem locutus est per seruum suum Ionam filium Amathi prophetam. Igitur dum per conjunctionem incipit, dicendo: Et factum est uerbum dñi ad Ionam: ad ea nos mittit quæ iam diximus: ut sit sensus: Filij Israel non audierunt quæ præceperat dominus, mittẽs ad eos in manu seruorũ suorꝝ Prophetarꝝ, sed indurauerunt ceruicem suam, & tradiderunt se ut facerent malum coram domino et irritarent eum, & idcirco factum est uerbum domini ad Ionã. Surge (inquiẽs) & uade in Niniuen ciuitatem magnam, & prædica in ea, quatenus in comparatione gentiũ damnabilis Israel amplius ostenderetur. Et iccirco iuditium domini tradentis uel traditurι illos in captiuitatem irreprehensibile cõprobaretur Niniuitis pœnitentiam agentibus, filijs autem Israel in ipœnitentia persistentibus. ¶ Hic Ionas dicitur filius Amathi. i. ueritatis. Tradunt eñ Hebræi hunc esse filium uiduæ Sareptanæ, quem Helias Propheta mortuũ suscitauit, matre postea dicente ad eum. Nunc cognoui quoniam uir dei es tu, & uerbũ domini in ore tuo uerum est. Et ob hãc causam etiam ipsum puerũ sic uocatum filium Amathi. Amathi eñ in nostram linguã ueritatẽ sonat. Et ex eo quod uerũ Helias locutus est, ille qui suscitatus ẽ filius esse dicitur ueritatis. ¶ Porro ꝙ ait dominus: Quia ascendit clamor malitiæ eius corã me, hoc ipm ẽ q̃d in Genesi dr: Clamor Sodomæ & Gomorrhæ mltiplicatus ẽ. Et ad Cayn Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. ¶ Nũc tã q̃niã Ionas iste missus ad Niniuẽ typus est saluatoris mittendi ad gẽtes dicendum est, quãdo ubi uel quomodo factum sit ad eum uerbum dñi, qui utiq; ipse secundum diuinitatem uocatur & est uerbum dñi. Si quęris ubi

Cur à coniunctione incipiat

Propter duritiam Israelis Ionas ad gentes missus.

Verbum qũo ad Christũ factum sit. Mat. 3

ubi, nimirū ad fluēta Iordanis. Si q̄ris quādo, vcz p̄dicāte Iohāne, et baptizāte baptiſmū pe-
nitētiæ. Si q̄ris quō, utiq; apertis cęlis, & deſcēdēte in eū ſpūſc̄ō in ſpecie colūbæ ſimulq; p
ſonāte uoce patris. Hic ē filiꝰ meꝰ dilectꝰ in q̄ mihi bñ cōplacuit. Tūc (inq̄) & talit factū ē ad
eū uerbū dñi, quē admodū & ipſe ore ꝓprio cōfirmauit. Veniens q̄ppe Nazareth ubi erat
nutritꝰ itrauit ſcdm cōſuetudinē ſuā die ſabbati in ſynagogā, & ſurrexit legere, & traditꝰ ē
Lucæ. 4 illi liber Eſaię ꝓphetæ. Et ut reuoluit librū, inuenit locū ubi erat ſcriptū. Spūs dñi ſup me, ꝓ
pter q̄d unxit me, euāgelizare paupibꝰ miſit me, p̄dicare captiuis remiſſionē p̄dicare annū
dñi acceptū: & hæc ſcriptura (in q̄t) hodie impleta eſt in auribus ueſtris. Vnde q; ſpūs ſanc-
tus ſuper eum in ſpecie columbæ deſcēdit: pulchre ipſo quoq; nomine figurauit eum Io-
nas: Interpretatur enim columba (ut iam dictum eſt) interpretatur etiam dolens. Quę nimi
rum interpretatio & ipſa nihilominus ad myſterium pertinet: quia ipſe eſt quē Eſaias uirū
dolorū prænunciauit, & ſcientem infirmitatem: ſubiūgēs: Veꝝ languores noſtros ipſe tu
Eſai. 53 lit, & dolores noſtros ipſe portauit. Ab ipſo baptiſmo pœniten tiæ quem ſuſceperat ieiuniū
ingrediens, & deinde p̄dicando & pſecutiōes ſuſtinendo pœr itentiā continuans, & ꝓ no-
Matt. 4 bis dolens, & dolores noſtros uſq; ad patibulum crucis portauit. ¶ Nunquid aūt neſciebat,
Chriſtꝰ & ſi ad gentes mitte- batur, voluit tamen primū Iudæis annun ciare euāgeliū. quibus pauperibus euangelizare, quibus captiuis remiſſionē mitteretur p̄dicare? Nūqd ne
ſcire poterat quod ad gentes pertineret ſuæ prædicationis officium quod ſcire et prænūtia
re Prophetæ potuerint? & nouiſſimus ille Symeon, qui dixit eum ſalutare domini paratum
ante faciem omnium populoꝝ. Lumen ad reuelationem gentium. Attamen ad gentes tūc
ire uoluit imo & diſcipulos ne irent, prohibuit dicens: In uiam gentium ne abieritis. Et mu-
lieri Chananeæ clamanti poſt ſe non cito reſpondit: ſed tantūmodo Iudæis prædicauit: ex
cepto quod in Samaria duos dies manſit. Sequitur ergo. ¶ Et ſurrexit Ionas vt fugeret
in Tharſis a facie domini. Dure quidem ſonat, neq; ſaluatori conuenire uidetur quod
Fuga Ionę pia & placēs deo. dicitur, ut fugeret Ionas à facie domini: Sed ſi fugientis intentionem conſideres nec in ipſo
Propheta ualde eſt fuga reprehenſibilis, quia non eam infidelitas ſed pietas fecit. Condole-
bat enim pio affectu, ſuæ, id eſt. Hebrææ genti, eo quod in condemnationem eius mitteretur ad prædicandum Niniuitis, ut in comparatione Iſraelis iuſtificarent Aſſyrij: & in com
paratione Aſſyrioꝝ condemnatus Iſrael perpetuæ traderetur captiuitati. Non gentiū ſalu
tem oderat, ſed ſuæ gentis damnationem timebat, atque idcirco fugiens non multum deo
diſplicebat, imo propter pietatis magnitudinem ualde complacebat. Magis diſplicere po-
tuiſſet ſi non doleret, ſicut Moſes non diſplicuit dicendo: Aut dimitte eis hanc noxiā, aut ſi
nō facis, dele me de libro quē ſcripſiſti. Nec Apoſtolus optando eſſe anathema à Chriſto,
pro fratribus ſuis: ſic & iſte taliter fugiendo non diſplicuit, quod maxime rerum exitus cō-
probauit. Quis enim omnium prophetarū tāto glorificatus eſt miraculo, tā mirabili Chri
ſti mortem atq; reſurrectionem præſignauit exemplo? Igitur quod illis nō ualde uituperabiliter fecit fugiendo à facie domini: Chriſtum dominum laudabiliter feciſſe aliquo mode
res manifeſta innuit. Nam hic non quidē per inobedientiam unq̄ fugit, ſed pietatis affectu
condemnationē ſuæ gētis ad ſps refugit. Teſtes ſunt illæ lachrimæ quas fudit, uidēs ciuita
tem & flens ſuper illam, atq; dicens: Quia ſi cognouiſſes & tu, &c. Teſtis (inquā) ille eſt fle
tus q̄ ueraciter iudicium diuinitatis quod ſuæ genti imminebat, refugere uoluiſſet humani
Chriſtus ex duabus naturis duas etiā habuit voluntates tatis affectu. ¶ Nouit enim & noſſe debet Chriſtiana fides, quod in uno eodemq; Chriſto
ſicut duæ ſunt naturæ, altera diuinitatis, altera humanitatis: ita & duæ erant uoluntates ſiue
operationes. Voluntas diuinitatis erat relinquere Iudeam, & tradere Hieruſalem in manꝰ
hoſtium. Voluntas erat humanitatis ut liberaretur ſua gens uel ciuitas Hieruſalem, & tam
miſerabile nō pateretur excidiū. Illa iuſta, hæc uolūtas erat pia. Porro diuinitatis uoluntatē
præcedere, humanitatis autem ſublequi conueniebat. Obediens ergo concedens, cum di-
Matt. 27 xiſſet: Mi pater ſi poſſibile eſt tranſeat à me calix iſte, nolens gentem ſuā propter mortis ſuę
ſcelus interire, ſubiunxit protinus. Veruntamen non ſicut ego uolo, ſed ſicut tu. Et iterꝝ: Pa
ter mi, ſi non poteſt hic calix tranſire, niſi bibam illum, fiat uoluntas tua. ¶ Igitur Ionas iuſſꝰ
Tharſis mare dicitur genera liter. prædicare in Niniue, fugit in Tharſis, id eſt, in mare Tharſis. Nanq; generaliter mare dici-
tur, ut illic: In ſpiritu uehementi conteres naues Tharſis. Chriſtus autem ad hoc natus, &
Pſal. 47 cum Deus eſſet homo factus, ut eſſet ipſe expectatio gentium, & ſaluator eorum, Iudæoꝝ

fluctū

fluctibus se tradidit, qui propter crebras seditionum tempestates, amplus q̃ ulla gens mari similes poterant reputari. Neuter eorꝝ. s. neq; Ionas, neq; Christus salutem gentibus inuidit, sed utercq; gentis suæ condemnationem imminere condoluit. ¶ **Et descendit in Joppen, & inuenit nauim euntem in Tharsis, & dedit naulum eius, & descendit in eam, vt iret cum eis in Tharsis a facie domini.** ¶ Ioppen portum esse Iudææ in Regũ quoq; & Paralipomenon libris legimus: ad quem Hyram rex Tyri ligna de Libano ratibus transferebat, quæ Hierusalẽ terrestri itinere peruehe rentur. Iuxta regiõis naturã, de mõtanis & arduis ad Ioppen & cãpestria ueniens, recte descendisse dicitur: & notanda fugitiui & timidi festinatio. Non locum fugæ otiose elegit, neq; eñ ad certũ fugere cupiebat locũ, sed primã arripit occasionẽ nauigãdi quolibet ire festinãs. Scdm hãc similitudinẽ dñs noster synagogam introiẽs quondã speciosam. Hoc eñ nomen Ioppe interp̃tatur speciosa, nauim sibi. i. euãgelicæ prædicatõis scolã instituit. Illius nauiculæ remiges duodecim Ap̃li fuerũt, qui bus & dedit naulũ. i. dona gratiarꝝ. s. uirtutẽ & potestatẽ sup oñia dæmonia, & ut lãguores curarẽt: promisitq; regnũ cœlorꝝ, ut ingressi mare. i. inquietum populũ Iudæorꝝ, per ciuitates & castella circueũdo, & euãgelizãdo fortiꝰ remigarẽt. Illud q̃q; ad hoc myster iũ pulchre alludit, qđ plerosq; illorꝝ qbus eiusmodi naulũ dedit de puppibus uocauit. Erãt eñ piscatores, & ad hoc uocauit eos, ut mutato remigio de piscatoribus pisciũ faceret piscatores hoim Igitur passibilis adhuc & infirma caro nondũ fortiter obediebat: quia uoluntatẽ diuinitatis de repellenda Iudæa gentibusq; assumendis exequi tardabat: & sicut iam dictũ est super ciuitatẽ ruituram flebat. Sed didicit (ait Apostolus) ex his quæ passus est obedientiã. Namq; passionẽ cõsummatus, talis effectus est, ut fortiter obediret, nullũq; iam dolorẽ siue cõpassionem extũc: nisi solis pœnitẽtibus impendere põt: qppe cum ante passionẽ suã super impœnitẽtes fleuerit, nũc impios in iferno ardẽtes siccis oculis uidet. Qualia pati, uel qualiter ex his quæ pateret obedientiã discere haberet, præsens mystice præsignauit historia. **Dominus autem misit uentũ magnũ in mare, & facta est tẽpestas magna in mari, & nauis periclitabatur conteri. Et timuerunt naute & clamauerunt ad deum, & miserunt uasa que erant in naui in mare, ut alleuiarentur ab eis. Et Jonas descendit ad interiora nauis. & dormiebat sopore graui.** ¶ Quãtũ ad historia, & oipotẽtia domini, q̃ aduersante nihil securũ est, & nautarꝝ timiditas, & ꝓphetę magnanimitas describit: qnõ tẽpestate nõ periculis cõturbatur, eundem & in tranquillo & imminente naufragio animũ gerẽs. Denicq; alij clamant ad deos suos, uasa proiiciunt, nititur unusquisq; quod potest, iste tam quietus est & securus animiq; tranquilli, ut ad nauis interiora descendens, somno placido perfruatur. Veruntamen quod dormit, non securitatis est sed mœroris. Nam & Apostolos legimus in passiõe domini præ tristitiæ magnitudine somno fuisse depressos. ¶ Porro iuxta cęptum mysterium turbatio maris siue magnitudo tempestatis, & periclitatio maris, Iudaicę sunt seditiones & persecutiones, & uniuersæ domini passiones. Timor nautarum, timor est Apostolorum: & dormitio Ionæ, magna est tranquillitas diuinæ in Christo patientiæ, qua semetipsam continens fortitudo maiestatis, humanitatem suam suosq; discipulos periculis eximere distulit. Quod ut amplius perpendere delectet, simul admemoriam reuocandum est: quia ipse Dominus Deus noster in sua persona quodam tempore nauiculam ascẽdit, & secuti sunt eum discipuli eius, & motus magnus factus est in mari, & timuerũt discipuli, ipse uero dormiebat. Et hic & illic motus maris uim persecutionis, & dormitio taciturnitatem patientiæ eius significauit: quam non ferentes, in nostra tribulatiõe dicimus: Exurge, quare obdormis Domine. Alibi quoq; cum itidem nauicula iactaretur fluctibus: legimus eum ad discipulos uenisse ambulando supra mare: quo miraculo significabat, quod potenter superaret easdem passiones suas. Nunc rem secundum ordinem literæ persequamur. ¶ Dominus (inquit) misit uentum magnum in mare, & facta est tempestas magna in mari. Quis ille uentus fuit qui turbas Iudæorum quasi mare turbauit, nisi spiritus seductionis, q illos in odium Domini nostri concitauit? Ille intus eos perflauit, ut aduersus eum fremerẽt, & semetipsos seditõibus turbarent, Sed quomodo eiusmodi uentum dominus misit? Iusto uidelicet iudicio: qa suo illos sancto spiritui semper restitisse cognouit. Nonne propter eã dem causam ad decipiendum Achab regem Israel misit spiritum mendacij? Dixit enim:

Ioppe. 3. Reg. 2. 2. Par. 2

Somnus Ionæ ex magno mœrore obrepsit.

Matt. 26

Ventus in mari.

3 Reg 22

Quis decipiet Achab regem Iſrael, ut aſcendat in Ramoth Galaad? Et dixit unus uerba huiuſcemodi, & alius aliter. Egreſſus eſt igitur ſpiritus, & ſtetit coram domino, & ait: Ego decipiam illum. Cui locutus eſt dominus. In quo? & ille ait Egrediar, & ero ſpiritus mẽdax in ore omnium Prophetarũ eius: Et dixit dñs: Decipies & prævalebis. Egredere & fac ita. Quomodo tunc miſit ſpiritum mendacij ad decipiendum illum, qui cum uxore ſua Iezabel occiderat prophetas domini, ſic ſpiritum malum miſit quo cõcitarẽtur Iudæi. Sicut mare uento ſolet moueri ut aduerſus dominum fremerent, & menſuram patrum ſuorũ implerent: dicit aliquis. ¶ Ergo ne ludæos dominus tam malos eſſe fecit, aut tam malos eſſe uoluit ut occiderent Chriſtum filium dei? Non utiq; malos illos fecit, aut malos eſſe uoluit, ſed cũ mali eſſent, facultatẽ malitiæ complendæ illis per miſit. Sic & de Pharaone oportet intelligi. Non enim illum Deus malum eſſe fecit, ſed cum malus eſſet in regem illum excitauit, ut in ipſo oſtenderet fortitudinem ſuam, id eſt, ut de nota perſona daret exemplũ quàm bene poſſet deijcere hominum ſuperbiam. Itaque ſicut quærenti: Cur deus Pharaonem cum eſſet malus excitauerit in Regem, recte reſpõdetur. Idcirco ut in ipſo oſtenderet fortitudinẽ ſuã. Ita quærenti: Cur Iudæos cum eſſent mali permiſerit habere poteſtatẽ occidẽdi Chrm: recte reſpondetur, ut in illorũ ſcelere terminaret iram ſuam ulciſcendo ſuper genus humanum in Chriſto, in quo poſuerat iniquitates omniũ noſtrũ. Igitur uentus magnus quẽ miſit dominus in illud mare, id eſt, in illum populũ amarum & profundæ malitiæ ille immũdus ſpiritus eſt, de quo ait Chriſtus eodem loco, ubi tentantibus & ſignum quærentibus, reſpondens non eſſe ſignum illis dandum niſi ſignum huius Ionæ: hæc interlocutus ẽ. Cũ immundus ſpiritus exierit ab homine ambulat per loca inaquoſa quærens requiem, & nõ inueniens, dicit: Reuertar in domũ meam unde exiui. Exierat enim de populo illo, quãdo in monte Synai legem accepit: reuerſus eſt in eum, quando uidens Filiũ Dei dæmonia ejciẽtem blaſphemauit, dicens: In Beelzebub principe dæmoniorũ ejcit dæmonia. Iccirco tũc dixit: Cũ immundus ſpiritus exitis ab homine & cætera. Illa reuerſio dicentis: Reuertar in domũ meam unde exiui: Talis miſſio fuit domini, qualis loco uel tẽpore ſupra memorato, quando ſpiritui mendacij dicenti: Ego decipiã Achab ſic, & ſic ipſe reſpondit. Decipies & prævalebis. Egredere & fac ita. Eodẽ (inquã) modo dicenti: Reuertar in domũ meã unde exiui, & faciã nouiſſima illius peiora prioribus: dixerit iuſtus iudex Dñs. Reuerteris & prævalebis: ſiue, Reuertere & fac ita. Nã eo quod ueritatẽ carnis non receperũt ut ſalui fierẽt, idcirco miſit in mare illud uentũ eiuſmodi: idcirco miſit & mittet illis Deus operationẽ erroris (ut Apoſtolus ait) ut credant mendacio, & iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, ſed conſenſerunt iniqtati. ¶ Et facta eſt (inquit) tẽpeſtas magna in mari, & nauis periclitabatur conteri, Propter nauigationem Ionæ facta eſt in mari tẽpeſtas magna. Propter prædicationẽ Chriſti facta eſt in populo Iudæorũ commotio magna. Hinc eſt accuſatio illa tumultuantiũ atq; dicentiũ. Commouit populum docens per uniuerſam Iudæã, incipiens à Galilæa uſq; huc. Nauis periclitabatur conteri, & nautæ timuerũt. Euangelica doctrina à contradicentibus & blaſphemantibus ſæpe impetita eſt & Apoſtoli in timore fuerunt. Et illi quidẽ Deum uerũ adhuc neſcientes, ad Deum ſuũ clamauerũt: Apoſtoli aũt in ipſa periclitatione inter blaſphemias Iudæorũ Chriſtũ filiũ Dei confeſſi ſunt. Et interim idẽ nautæ mittebant uaſa quæ erant in naui in mare, ut alleuiarẽt ab eis, id eſt, omnia quę in hoc ſeculo haberi poſſunt uel concupiſcibilia ſunt, negligebant, contẽnebant atq; abjiciebãt: ut magis eſſent liberi atq; expediti ſecundũ conſilium dicentis: Nolite portare ſacculũ, neque peram neque calceamenta, neque duas tunicas habeatis. At ipſe dormiebat, quia cũ eſſet omnipotens, ſuã omnipotentiã continebat, neque Iudaicæ tẽpeſtatis ulciſcebatur iniurias. Sequitur ergo. ¶ Et Ionas deſcẽdit ad interiora nauis, & dormiebat ſopore graui. Quomodo cũ in tanta inquietudine quiet' dormire potuiſſet, niſi quia in figura contingebat illi, & dei nutu agebatur ut dormiret? Deniq; futurũ erat (ut ſicut iam dictũ eſt) inter tempeſtates Iudaicas dominus noſter cum eſſet fortiſſimus deus ualde patienter ſeſe haberet, quod dormire quodãmodo eſt. Ille ſopor recte dicitur grauis, quia nimirum graue fuit Apoſtolis, graue eſt & nobis, illum qui cuſtos Iſrael eſt dormire in aduerſis, dum tam blaſphemias illatas nomini ſuo, q̃ preſſuras, quas in hoc mundo habent eius, non citius compeſcit. ¶ Et acceſſit

Tẽpeſtas magna in mari.

Lucæ. 23

Dormire ſopore graui.

ad cũ

ad eum gubernator, & dixit ei: Quid tu sopore deprimeris? Surge, invoca deum tuum, si forte recogitet deus de nobis, & non pereamus. ¶ Gubernator ut naturale est unum quemq; in suo periculo de alio plus sperare, cum deberet uectores timidos consolari, cernens discriminis magnitudinem excitat dormientem, & arguit improuidæ securitatis, commonetq; ut ipse quoque pro uirili portione deprecetur deum suum. Hic Petri Apostoli typus est. Ille enim dicēte domino: Quem dicunt homines esse filiū hominis? Itēq; Vos autem quem me esse dicitis? Respondens ante cæteros, uel primus inter cæteros. Tu es (inquit) Christus filius dei uiui. Et pro hoc merito sic inter cæteros Apostolos in ecclesia, quomodo inter cæteros nautas gubernator, siue proreta præeminet nauicula. At ille talis designatus à domino dicente: Beatus es Symon Bariona, & cætera. Cū protinus idem dominus cœpisset ostendere discipulis suis: quia oporteret eum ire in Hierosolymā, & multa pati à senioribus, & scribis, & principibus sacerdotum, & occidi, & die tertia resurgere: assumens eum cœpit increpare illum, dicens, Absit à te Domine propitius esto tibi, non erit tibi hoc. Hæc nimirum dicens: quasi gubernator Ionam cur dormiret, increpabat: quia dominū pati prohibebat, suadens ut sua potius uirtute tanquā uigilans uerteretur: utpote dei filius potens & fortissimus. Sequitur. ¶ Et dixit vir ad Collegam suum: Venite, & mittamus sortes, vt sciamus, quare hoc malum sit nobis, & miserunt sortes, & cecidit sors super Jonam. ¶ Nouerant illi naturam maris, & tanto tempore nauigantes, sciebāt tempestatem uentorumq; rationes. Et utiq; si solitos, & quos aliquādo experti fuerant, fluctus uidissent consurgere, non cum sorte authorē naufragij quærerent, & per rem incertā certū cuperent deuitare discrimen. Nec statim debemus sub hoc exemplo sortibus credere uel illud de actibus Apostolorum huic testimonio copulare, ubi sorte Matthias in Apostolatum eligitur, cum priuilegia singulorum non possint legem facere cōmunē. ¶ At uero iuxta cœptam tropologiam, quotiens aduersus Christi nauiculam Christiq; discipulos, mundanorum consurgit tempestas fluctuum, talis sors & taliter mittenda est, ut sciat unusquisq; cuius causa malum illud sit, uel quę sibi causa sit patiendi: Potest enim esse ut in persecutione Christiani nominis non tam ipse Christus q̄ aliud quid in intentione uel conscientia repositum sit. Propter quod patiatur homo qui Christianus dicitur, & undantibus fluctuet aduersis. Quod si ita non esset, nequaq̄ Paulus diceret. Et si tradidero corpus meū ut ardeat, charitatem autē non habuero, nihil mihi prodest. Potest etiam euenire ut in Christū credens, quis pro suo malefacto patiatur quid ab infideli. Hinc Petrus ait: Melius est bene facientes si uelit uoluntas dei pati q̄ male faciētes. Item: Nemo uestrū patiatur quasi homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorū appetitor. Beata illa conscientia, in qua testimoniū habet quis quod patiatur ut Christianus: q̄ patiendi uel passionis causa sit ei Christus. Tūc reuera cadit sors super Christum, sicut cecidit super Ionam, q̄ ipse seruentiū esset causa fluctuum. Talem conscientiā sancti habebant Apostoli inter Iudæos procellosos. Exempli causa: Quando dixit Thomas ad condiscipulos: Eamus, & nos moriemur cum illo. ¶ Et dixerunt ad eum: Indica nobis, cuius causa malum istud nobis sit. Quod est opus tuum? que terra tua? & quo vadis? vel ex quo populo es tu? ¶ Notanda breuitas, quæ apud insignem Poetam placere solet uerbis istis. Iuuenes quæ causa subegit. Ignotas tentare uias? quo tenditis? inquit. Qui genus? unde domo pacem ne huc fertis an arma? Interrogatur persona, regio, iter, ciuitas, ut ex his cognoscere, & causa discriminis. Indica (inquiūt) nobis, cuius causa malum istud sit? quid operis agis? De qua terra? de quo populo proficiscaris, quo abire festines? ¶ Porro dominum nostrum non solum sui nautæ, id est, Apostoli sui secretis percunctationibus sciscitabantur, ut scirent: uerumetiam publicis tumultibus aduersarij eius eadem percunctati sunt, ut uiderent quis esset, quid operis ageret, unde eēt, quo tenderet. Cum enim diceret eis: Si non credideritis, quia ego sum, moriemini in peccato uestro: Dicebant ei: Tu quis es? item cum diceret. Adhuc modicum tempus uobiscum sum, & uado ad eum qui misit me. Quæretis me & non inuenietis, & ubi sum ego uos nō potestis uenire. Dixerunt ad semetipsos. Quo hic iturus est, quia non inueniemus eum? Nunquid in dispersionem gentium iturus est, & docturus gentes? Sed & genus eius proteruę quęsierunt, cum eo dicente: Et testimonium perhibet de me qui misit me pater, dixerūt

Vbi

Gubernator Petri typū gerit.

Matt. 10

Sortibus nō credendum. Act. 1

Sors qñ & q̄liter mittenda Christianis.

Christus de eo mibus illis, de quibus & Ionas interrogatus est.

Vbi eſt pater tuus? Nihilominus quæſierunt. Quod eſſet opus eius cum eo dicente: Hoc eſt, opus dei ut credatis in eum quem miſit ille, dixernnt. Quod ergo tu facis ſignum, ut uideamus & credamus tibi? quid operaris? Sed & Pilatus audito ſermone dicentium: Nos legem habemus, & ſecundum legem debet mori, quia filium dei ſe fecit. Ingreſſus prætorium iterum dixit ad eum: Vnde es tu? Attamen ante interrogauerat & audierat quod de Herodis poteſtate, id eſt, homo Galilæus eſſet. Si ergo illi quos myſtice per tumentes maris fluctus intelligimus, interrogauerunt eum quis eſſet, quod opus eius, quę terra eius, quo iret, uel quo iturus eſſet: quantomagis hæc interrogaſſe conſtat Apoſtolos familiares & collaborantes illi in remigio ſiue nauigatione euangelij, quibus, ut euangelium refert, ſeorſum loquebatur de regno dei. Sequitur ergo. ℒ Et dixit ad eos: Hebræus ego ſum, & dominum deum ego timeo, qui fecit mare & aridam. ❡ Multum quippe ad myſterium pertinet, quod non dixit: Iudæus aut Iſrahelita ſum ego, quæ nomina ſcilicet Iudæi & Iſraelitæ diſcordia diuiſerat, quæ per Hieroboam ſcindentem decem tribus á domo Dauid acciderat, ſed dixit: Hebræus ego ſum. Hebræus nanq; tranſitor interpretatur. Et hoc nomẽ qualde Chriſto congruit, qui non uenit in hunc mundum ad manendum, ſiue ad regnandum, ſed ad pertranſeundum tanq; uiator, non habens hic manentem ciuitatem aut regnũ ut tranſiret, & tranſeundo ſalutis opus miniſtraret, quemadmodum de ſemetipſo tanq; de alio dicit, & tranſiens miniſtrabit illis. Et euangeliſta: Sciens (inquit) quia uenit hora eius, ut tranſeat ex hoc mundo ad patrem. ¶ Et deinde dicit: Et dominũ deum cœli timeo, nihilominus humanitati eius congruit, quia ipſe eſt de quo Propheta prædixit. Et replebit eum ſpiritus timoris domini. Vere timore ſancto timoratus & reuerentiſſimus extitit, timore qui & uere humilitas debet dici & eſtimari, Huius timoris, id eſt, humilitatis magiſterium profitetur ipſe dicendo: Diſcite á me, quia mitis ſum & humilis corde. ¶ Simul notandum in Propheta, quod non dixerit: Et dominum deum cœli ego fugio, ſed ego timeo. Licet eñ fugeret à facie domini, nequaq; tamen deum fugit aut fugere uoluit. Aliud nanq; eſt fugere dominum, aut fugere à facie domini. Semper malum eſt uelle fugere dominum, & eos eſt maxime, qui illum oderunt, licet effugere non poſſint ſicut ſcriptum eſt: Dextera tua inueniat omnes qui te oderũt, fugere autem à facie domini, id eſt, refugere ſententiam, uel tremendum propoſitum dei, poteſt interdum qui deum diligit, quemadmodum iſte, qui refugiebat adminiſtrare prophetale officium ad condemnationem ſuę gentis. Quò autem pertinuit tali in articulo dicere, qui fecit mare & aridam: præſertim illum qui à facie domini fugiens, ierat in mare, relinqueus aridam? niſi ut oſtenderet ſe certam ſecundum rationem de omnipotentia creatoris habere fidem uel ſententiam, quamuis ſecundum carnis affectum fugitans declinare tentaſſet impendentẽ ſuæ genti pro meritis iram? Sic & dominus noſter ſine dubio rationalẽ habens animã ſecundũ ipſam rationẽ, ſciebat inſitæ ſibi diuinitatis iuſtã eſſe ſententiã q̃ ſaluari gentes, & derelinqui cenſebat Iudæã, q̃uis per humanitatis affectũ gentes differens æmularetur Iudæã, ita ut fleret ſup eã. Et ille quidẽ fluctibus circundatus, & illa tẽpeſtate correptus: dñm deũ (inqt) ego timeo: ipſe aũt Chriſtus ex his q̃ patiebatur, diſcens obedientiã, ſicut mandatũ dedit mihi pater (inquit) ita facio, ſubiungens protinus ſurgite eamus, quod idẽ erat ac ſi diceret (utpote cęleſtibus ſemper myſterijs intentus) qñ ſic eſt uoluntas patris, Iudæa relicta ad gentes tranſeamus. ℒ Et timuerunt uiri timore magno, & dixerunt ad eum. Quid hoc feciſti. Cognouerant enim quod a facie domini fugeret, quia indicauerat eis Ionas. ❡ Hyſtoriæ ordo prępoſterus eſt: Quia eñ poterat dici, nulla cauſa timoris fuit, ex eo quod eis confeſſus eſt, dicens: Hebræus ego ſum & dominum deũ cœli ego timeo, qui fecit mare & aridam, ſtatim quod iccirco timuerũt: quia indicauerat eis ſe domini fugere conſpectum, & eius non feciſſe præcepta cauſantur & dicunt: Quid hoc feciſti? Id eſt, ſi times dominum, cur fugis? Si tantæ prædicas potentię quem colis, quomodo putas te eum poſſe euadere? Sic & Apoſtoli Chriſti non ex hoc timere habebant, quia dicebat: Quis nam ipſe eſſet, niſi etiam dixiſſet eis: quod ueniſſet dare animã ſuã redemptionẽ pro multis, quaſi quiſugiſſet à facie domini: quod ipſe quidẽ in ſua perſona, nunquàm (ut ſuperius iam dictum eſt) inobedienter fecit: ſed fecerunt illi, quorũ ipſe ſuper ſe peccata tulit, propter quos oportebat eum pati uel mori. Cum enim audiſſent

Adam

Hebræi aptę nomen hic q̃ Iudæi aut Iſraelis. 3. Reg. 12

Eſa. ii.

Fugere dominum, & á facie domini differe. Pſal. 20

Adam & uxor eius uocem domini dei deambulantis in paradiſo ad aurã poſt meridiẽ abſconderunt ſe à facie domini dei in medio ligni paradiſi. In Adam (inquit) Apoſtolus oẽs peccauerunt, & iccirco recte dicas: quia omnes in eodem à facie domini ſe abſconderunt: Chriſtus autem non quidem in anima peccauit, aut ſeſe abſcondit, ſed eorũ qui in illo peccauerunt, & in illo ſeſe abſconderunt à facie domini, ſuper ſe (ut iam dictũ eſt) peccata tulit. Hoc Apoſtolis ſuis indicauit, quod oporteret ipſum mori, & animam ſuam dare redemptionem pro illis, & iccirco tiruerũt, tam propter ſemetipſos, q̃ propter eum, quia cum eſſent adhuc infirmi, nõ erant ad moriendum pro illo parati. Sequitur ergo. ¶ Et dixerunt ad eum: Quid faciemus tibi, & ceſſabit mare a nobis? Quia mare ibat & intumeſcebat. Et dixit ad eos: Tollite me, & mittite me in mare, & ceſſabit mare a uobis. Scio enim, quia propter me tempeſtas hec grandis eſt ſuper vos. Et remigabãt viri vt reuerterentur ad aridam & non valebant, quia mare ibat & intumeſcebat ſup eos. ¶ Secundum hanc enim ſimilitudinem nautarum, ſic timentium & talia dicentium, quis nõ uideat, pios egiſſe aut dixiſſe Apoſtolos, quãdo mare ibat &, intumeſcebat ſuper eos, id eſt quando turba impacabiliter ſeditioſa dominum quærens circundabat illos? Videntes eñ ait Lucas, quod futurum erat domine inquiunt, ſi percutimus in gladio? Et percuſſit unus ex illis ſeruum Pontificis, & amputauit auriculam eius dextram, uidelicet Petrus, cuius hic in nauclero ſimilitudinem intelligimus. Reſpondens autem Ieſus ait: Sinite huc uſq;. Et apud alium euangeliſtam: Conuerte (inquit) gladium tuum in locum ſuum. An putas, quia non poſſum rogare patrem meum, & exhibebit mihi plus quàm duodecim legiones angelorum? Quomodo ergo implebuntur ſcripturæ? Sed & paulo ante dixerat: Ecce uenit hora, & iam uenit, ut diſpergamini unuſquiſque in propria, & me ſolum relinquatis. Nimirum hæc & cætera huiuſmodi ſimilia ſunt ſermoni, quem hic Ionas mira magnitudine dixit: Tollite me, & mittite me in mare, & ceſſabit mare à uobis. At illi remigabant, ut reuerterentur ad aridam: nam etiam in gladio (ſicut iam dictum eſt) percutere cœperant, ut cum ipſo Domino ſimul euaderent turbam illam, & non ualebant, quia mare ibat, & intumeſcebat ſuper eos. Paucis enim fortiores erant qui perſequebantur eos, præſertim ipſo propter quem tempeſtas grandis erat, ſponte patientiã exhibente: quia neceſſaria mundo eius paſſio uel mors. ¶ Et clamauerunt ad Dominum, & dixerunt: Queſumus Domine ne pereamus in anima viri iſtius, & ne deſuper nos ſanguinem innocentẽ quia tu domine quemadmodum voluiſti, feciſti. Et tulerunt Ionam, & miſerunt in mare, et ſtetit mare a feruore ſuo. Et timuerunt viri timore magno, & immolauerunt hoſtias Domino, & vota vouerunt. ¶ Clamor iſte nautaram, dolor ſiue luctus & fletus eſt diſcipulorum. Quando neceſſario tulerunt Ionam, & in mare miſerunt: tunc clamauerunt, quia quando conſummata ſunt omnia, & corpus eius permiſſum ſuſcipientes ſepelierunt, doloris ſui uoces emiſerunt, primo centurione (ſicut Euangelium refert) dicentes Vere hic homo iuſtus erat, & uere homo hic filius dei erat: omnesq; noti eius qui ſtabant á longe, & mulieres quæ ſecutæ eum erant à Galilæa, omnisq; turba eorum qui percutientes pectora ſua reuertebantur: hæc quodammodo dicebant: Quæſumus domine, ne pereamus in anima uiri iſtius & cætera. Sed & in eo, quod relicto eo, diſcipuli omnes fugerunt, dominum in mare miſerunt: quia dimiſerunt, quia ſolum reliquerunt. Quodita dimiſerunt infirmitatis: quod autem ſepelierunt, fuit officij. Vtrolibet modo completum intelligis, cõgrua ſimilitudo iſtorum, uidelicet, Apoſtolorum in illis nauigantibus præceſſit, qui laborauerunt quantum potuerunt: remigauerunt, quantum ualuerunt, Et quia nihil proficiebant, tandem triſtes & gementes, Prophetã in mare miſerunt. Et mare quidem ſtetit à feruore ſuo, ſed uiri timuerunt timore magno, id eſt, ſatiati Iudæi, ſcelere ſuo, ceſſauerunt perſequi diſcipulos. At illi propter magiſtrum & dominũ ſuum, fuerunt in dolore maximo. Et immolauerunt (inquit) hoſtias domino, & uotum uouerunt. Hoſtias immolauerunt Apoſtoli, hoſtias pœnitentiæ & confeſſionis cum luctu & lachrimis, & ipſi hoſtiæ ſunt facti uiuentes: præcipueq; Petrus, qui illum negauerat, deflendo ipſam negationem. Hoſtiã immolauit in euangelio (quod ſcribitur ſecundũ Hebræos) Iacobus frater ipſius domini, quã do deuouiſſe fertur ſe nõ manducaturũ panẽ, niſi prius uideret eum à mortuis reſurgentẽ:

Et præpara

Geneſ. 3

Rom. 5

Luc. 22

Matt. 26

Euangeliũ ſecundũ Hebreos

CAPVT. II.

¶Et præparauit dominus piſcem grandem, vt deglutiret Jonam. Et erat Jonas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus.¶ Piſcis iſte ſiue uenter piſcis huius, au thore domino cor terræ, id eſt, ſepulchrum ſignificat: Dixit em̃: Sicut fuit Ionas in uentre ceti tribus diebus & tribus noctibus, ita erit filius hominis in corde terræ, trib⁹ diebus & tri bus noctibus, ita erit filius hominis in corde terræ, tribus diebus & tribus noctibus. Quam uis ergo dicat ipſe Ionas in oratione ſua. De uentre inferi clamaui, & exaudiſti uocẽ meã.

Venter inferi, cor terræ.

Sic inde intelligimus, & ſic intelligendum eſt, quod nõ infernum quo anima deſcendit, ſed ſepulchrum quo corpus reconditũ eſt, uenter piſcis ſignificet. Quod ſi per cor terræ infer num quis intelligendum eſſe contendat, eo quod profunda, ſiue inferiora terræ credãtur in ferius eſſe, iuxta quod de Datham & Abyron, quos terra ſorbuit ibidem ſcriptum eſt: De ſcenderuntq; uiui in infernum, operti humo, reſpondeat: Quomodo anima domini, tribus diebus & tribus noctibus in inferno fuiſſe credenda ſit, cũ potius eadẽ die, qua de corpore emiſſa eſt, confracto inferno, paradiſum introierit: iuxta quod ipſe latroni confitenti dixit: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiſo. Igitur præparauit dominus piſcem grandẽ ut deglutiret Ionam, id eſt, prouidit, ut dominicum corpus in terra, q̃ grandi uentre morien tes cunctos ſuſcipit homines, paratam haberet ſepulturam. Quomodo uel quando præpa rauit? Equidem inſpirando Ioſeph iuſtum, quatenus eum ſepeliret, hoc præparauit. ¶Sed

Lex de pendẽte in ligno.

eſt aliud præclarius, in quo huius rei præparationẽ admireris, uidelicet decretũ, ſiue autho ritas ſanctæ ac myſticæ legis. Quando (inquit) peccauerit homo, quod morte plectendum

Deuteronomij 21.

eſt, & adiudicatus morti appenſus fuerit in patibulo, nõ permanebit cadauer eius in ligno, ſed in eadem die ſepelietur: quia maledictus à deo eſt qui pendet in ligno, & nequaquàm contaminabis terram tuam quam dominus deus tuus dederit tibi in poſſeſſionem. Proui dentiam dei taliter decernentis, ſatis digne non poſſumus admirari. Per hoc enim legis de cretũ ſcribæ & phariſæi miro modo decepti ſunt in ſua malitia, ut dominum noſtrũ uere & ſingulariter benedictũ, putarent maledictũ fieri pro tali genere mortis, & capti ſunt, ut uel lent nollent, ſepultura non careret ipſe quẽ inſatiabili odio ſunt perſecuti. Decepti, inq̃, ſunt quia legentes maledictus à deo qui pendet in ligno, non attenderunt quod præmiſſum eſt: quando peccauerit homo, quod morte plectendum eſt. Hoc em̃ præmittendo ſacra & iu ſta lex maledictũ aſtruit, nõ ex pœna eſſe, ſed ex cauſa ſiue culpa. Ipſi aũt æſtimari uoluerũt,

Vtilitas ſepulturæ Chriſti.

quod maledictũ faceret talis pœna. ¶Quæ aũt poſcebat cauſa ſiue utilitas ut taliter deus fi lio ſuo Ieſu Chriſto ſepulturã prouideret? Illa nimirũ ut ſicut anima eius ad inferos deſcen do, animas omniũ electorũ eriperet, ita corpus eius in terra ſepultum, corporibusq; perdẽ ſepulturam ſociatum, reſurrectionis gratiam illis afferret, reſurgẽdo in primis, ut cætera cor pora ſequerentur, quod futurum eſt. Magno itaq; & uenerando conſilio de ſepeliendis o mnibus crucifixis data eſt lex, dicendo hæc quę prędicta ſunt, ut dum omnes ſepelirentur, unus crucifixus ſepultura non careret. Sed in eadem (inquit) die ſepelietur. Quam ob cau ſam? Quia maledictus (inquit) à deo eſt, qui pendet in ligno. Dure quidem ſonat, enuntia

Maledictus à deo, ſolus Chriſtus eſt.

tio maledicti, ut ipſe qui uenit benedictus in nomine domini, maledictus dicatur cum præ ſcripto legis, ſed ſi rite perpendas quod additũ eſt à deo, magna ſuauitas latet in uerbo aſpe ro. Longe enim aliud eſt eſſe maledictũ à deo, & aliud eſſe maledictum à ſuo peccato. Nã quicunq; damnatione maledicti ſunt, non à deo maledicti ſunt, licet eos deus ipſe aliquan do maledictos eſſe prænunciauerit, ſicut Cain, cui dixit quidẽ: Nunc igitur maledictus eris

Gen. 4

ſuper terram, ſed non dixit: maledictus es à me, ſiue ego maledico te. Talium nanq; maledi ctio, peccatum ipſorũ eſt. Peccatum autem non eſt à deo. Vnus ergo & ſolus dominus no ſter Ieſus Chriſtus maledictus à deo fuit, quia maledicta, id eſt, peccata omniũ noſtrũ ſuper ſe tulit, & hoc à deo: Dominus enim (inquit Eſaias) poſuit in eo iniquitates omniũ noſtrũ. ¶Quare ergo (inquis) in lectione Apoſtoli ſic habemus: Chriſtus nos redemit de maledi cto legis, factus pro nobis maledictũ, quia ſcriptum eſt: Maledictus omnis qui pendet in li gno? Vbi ſcriptũ hoc eſſe meminit, non habetur omnis, & econtrario quod illic habetur à deo eſt, in Apoſtolo non inuenis. Sed eſt ſciendum, quia non ſecundũ Hebraicam ueritatẽ

Reſponſio.

ſed ſecundũ uulgatam tunc apud Græcos ſeptuaginta interpretum tranſlationem teſtimo nium poſuit, & hoc neceſſario, quia uidelicet nimis importunum fuiſſet demonſtrare, tunc

aliquid

aliquid corrigendum esse scripturis, quando ueritatem dei grecis incipiebat commẽdare dẽ scripturis, & gratiam Christi, qui ut in gentibus benedictionem daret, maledicti opinionẽ sustinuit apud Iudæos, male intelligentes decreta bonæ & sanctæ legis. Igitur (inquit) in ea demdie sepelies cũ, & non contam inabis terrã tuam quã dominus deus tuus dederit tibi in posse ssionẽ. Quæ est illa terra, quã dominus deus nobis in possessionẽ dedit, nisi caro Christi, quã (ut iam dictũ est) sepeliri sanctæ legis author spiritus curauit? Nam terra quam calcamus, quomodo magis sepulto, & in suo sinu suscepto, q̃ in sepulchro crucifixi cadauere cõtaminaretur. Illud potius corpus contaminatur. i. pro cõtaminatione & immunditia sua abiicitur, cui merito contingit, ut nõ sepeliatur, sicut de quodã pro parte uindictæ dictũ est sepultura asini sepelietur. Hæc iccirco prolixius dicta sunt, ut præparatã legis authoritate sepulturã Domino nostro monstraremus, secundum illam præparationem mysticam, siue figuratiuam, de qua sic dictum est: Et præparauit dominus piscem grandem, ut deuoraret Ionam. Illa præparatio, id est, decretum legis, uiã fecit alteri præparationi, cuius Ioseph uir iustus minister esse meruit, de qua uidelicet præparatione sic Euangelia referunt. Erat autẽ in loco, ubi crucifixus est, ortus, & in orto monumentum nouum, in quo nondũ quisquam positus fuerat. ¶ Et erat Ionas in uentre piscis tribus diebus, & tribus noctibus. Hoc quæritur, quomodo secundum hunc typum tres dies & tres noctes dominus in corde terræ fuerit, cum hora nona diei parasceues emisso spiritu sepultus, prima sabbati media nocte surrexit. Ad quod dicendum idem est quod à sanctis patribus est iam dictum: quia totũ à parte intelligimus, ita ut ex eo quod in parasceue mortuus est unam diem supputemus & noctẽ & sabbati alteram: tertiam uero noctem, quæ diei dominicæ mancipatur, ad alterius diei referamus exordiũ. Nec uero incongrue secundum tropum qui dicitur synecdoche, in tali re totum à parte intelligimus. Dixit enim adhuc uiuens mortalis cum mortalibus. Et iam nõ sum in mundo, & hi in mundo sunt, & ego ad te uenio. Cum essem cum eis, ego seruabã eos in nomine tuo. Quãcunq; causam dicas, siue intelligas propter q̃ ueraciter dixerit: quia iam in mundo non erat, propter eandem causam consequenter intelligis: quia iam in uentre cæti erat. Erat autem iam uespera, siue nox illum diem præcedens, qua crucifixus, mortuus, & sepultus est. Recte ergo totus ille dies parasceues cũ præeunte nocte sepulturæ deputatur, quia uidelicet ab illa uespera, siue hora, qua factus in agonia siue cum morte agonizans, traditus & comprehensus est, quicquid de illo uel circa illum actum est, quicquid passus est, descendere fuit in uentre ceti, tre in cor terræ, & quippe cum secundum cor suum de illo facerent, illi qui intendebant non cœlo sed terræ, nõ cessaturi donec occisus traderetur terræ. De sabbato & præeunte ipsius nocte, nulla est quæstio quin toto die illo quieuerit in sepulchro. Tertij diei media nocte surrexit, sed non fuit creditum quod resurrexisset usq; ad uesperam eiusdem tertij diei, quando stans in medio discipulorum suorũ dixit eis, pax uobis. Proinde & ille dies connumeratur duobus cæteris, ut tres dies sint, & uerũ est, quod de semetipsa ueritas dixit. Sicut fuit Ionas in uentre ceti tribus diebus, & tribus noctibus, ita erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. ¶ Hic illud quoq; nõ preterire libet, quia si ab ore qua spiritum tradidit computes usq; ad horam qua surrexit, id est, usq; ad medium noctis, inuenies quia tam in quantitate horarum, q̃ in quantitate dierum, ternarius fulget numerus sacer & uenerabilis. Nona quippe hora spiritum tradidit, & restabant horæ tres eiusdem diei. Quæ coniunctæ noctis & diei sequentis horis uiginti quatuor & illius qua surrexit, noctis medio, id est horis sex, nimirum faciunt triginta tres, qui in nũero ambo sunt ternarij, alter decenus, alter uero singularis. Item in annis eodẽ modo, idẽ numerus considerãdus est: quia uidelicet is in quo passus est, annus eius tricesimus tertius erat, anno ætatis suæ tricesimo baptizatus ẽ, anno p̃dicatiõis suæ tertio passus est. Quid sibi uult talis uel tanta obseruatio numeri ternarij, in dispensatione sanctæ eius humanitatis? Triginta nanq; annis, qui numerus (ut iam dictũ est) ternarius decenus est, secretus uixit, & tertio suæ p̃dicationis anno passus est, triginta tribus horis exanimis iacuit, & tertia die resurrexit. Veneramur tẽpoꝝ obseruationẽ ineſſe nõ dubitãtes mysterij dignitatẽ, qđ & si totũ, ut est cõprehendere nõ possumus, illud tñ occurrit, quo nõ minime delectamur: quia ucꝛ ſcꝰ ẽ Trinitati patri, & filio, & spũi ſcto, quẽ offendit Adã primus, semetipm ad satis faciendũ p nobis

Hier. 22

Iohan. 19

Quæstio de tribus christi in sepulchro.

Iohan. 17

Ibidem. 20

Mysteriũ numeri, scilicet, triginta tres.

Peccatū Adæ.

nobis offerebat iſte Adam ſecundus. Ille nanq; factus cooperante ſimulq; quodāmodo ſtudium uenerabiliter adhibente omnipotentia totius trinitatis ad gloriā ſuā, ſecundū hæc uerba, faciamus hominē ad imaginē & ſimilitudinē noſtrā, ſic offendit. ut propoſitā dei contemneret ſimilitudinē, perdendo fidem, amittendo ſpem, non habendo charitatē. Fidē quippe perdidit, qui ſerpenti magis q̄ deo credidit, ſerpēti dicēti, nequaq̄ morte moriemini, magis attendit q̄ deo dicenti, in quocunq; die comederitis ex eo morte moriemini. Spem amiſit qui peccati conſcius ad latebras confugit, ut abſconderet ſe à facie domini. Charitatē nō habuit, qui requirentē ſe, & arguentē deum à ſe ſuperba defenſione reppulit. Sic ille offendit ſanctam trinitatem, & dei perdidit ſimilitudinem, hic autē ad hoc uenerat, ad hoc homo natus erat, ut ſuſcepta à deo humanitas, homini ſanctam placaret trinitatē, & in hominib⁹ reformaret dei ſimilitudinem. Delectet ergo, quod ſatiſfaciens diuinitati in omnibus ſupradictis ternariū numer⁹ obſeruauit. ¶ Adde q̄ adhuc pulcherrimū eſt, quia tribus idē dominus noſter paſſionibus eſt conſummatus, & flagellis cæſus, crucifixus, lancea tranſfixus, inter duos latrones ipē tertius pro latrone Barraba cōmutatus. Merito ergo placata trinitas ſuam confeſtim generi humano faciē cœpit oſtendere, eductis omnibus de regione tenebrarum qui uenturi huius fidem habentes ex hac uita migrauerant, & prædicari uoluit nobis reſiduis ut baptizaremur in nomine patris, & filij, & ſpūs ſcti. Nunc cætera perſequamur.

Gene. 3

Pſal. 90
Eſai. 58

L Et orauit Jonas de uentre piſcis ad dominum deum ſuum, & dixit. Clamaui, de tribulatione mea ad dominum, & exaudiuit me. ⌋ Quod dixit & orauit Ionas ad dominum deum ſuum de utero piſcis, & dixit: Intelligimus eū poſtq̄ in utero piſcis ſoſpitem ſe eſſe ſenſerit, non deſperaſſe de domini miſericordia, & totum ad obſecrationē eſſe conuerſum. Deus enim qui dixerat de iuſto, cum ipſo ſum in tribulatione, & cum inuocauerit me dicā ad eum, adſum, adfuit ei. Et dicere poteſt: quia exauditus eſt, in tribulatiōe dilataſti me

Oratio Ionæ.

& orauit (ingt) Ionas. Si Ionas domini typus eſt, & ex eo, quod tribus diebus & tribus noctibus in utero ceti fuit, paſſionē eius indicat, debet & oratio illius typus eſſe dominicæ orationis. Proinde primo ſecundū ipſius Ionæ, deinde ſecundū perſonā ſaluatoris hanc oratiō nē pertractemus. Clamaui de tribulatiōe mea ad dñm, & exaudiuit me. L De uentre inferi clamaui & exaudiſti uocē meam. ⌋ Non dixit, clamo, ſed clamauit: nec de futuro precatur, ſed de præterito gratias agit, indicans quod eo tempore quo præcipitatus in mare uidit cętū, & tantā corporis molem, & immanes rictus aperto ore ſe ſorbere, domini recordatus ſit, & clamauerit uel aquis cedentibus, & clamore inueniente locū, uel toto cordis affectu, q utiq; in auribus dei clamor eſt magnus, clamauerit ei, qui ſolus nouit corda hominum, qui

Exo4
Rom. 8

loquitur ad Moſen, quid clamas ad me, cum utiq; nil ante hanc uocē clamaſſe Moſen ſcriptura cōmemoret. De huius mundi clamore & Apoſtolus: clamātes (inquit) in cordibus ueſtris abba pater. Ventrē inferi, aluū ceti præ magnitudine eius dicit. L Et proieciſti me in profundum, in cor maris, & flumen circundedit me. ⌋ Coniunctionis per quā ſic dicit, & proieciſti me, hic eſt ſenſus. Me clamante exaudiſti uocē meā, & cū exaudires, nihilo minus proieciſti me in profundū, ſubauditur, ut ad maiorem uirtutis tuæ gloriam eriperes me: quia rurſus uidebo templū ſanctū tuum. Proieciſti me in profundum, & nō ſolum in profundum, quod potuiſſet fieri, uel eſſe prope littora, uel non longe ab arida, ſed in cor maris, id eſt, in medio maris. Nā cor animalis in medio eſt: & iccirco per methaphorā cor maris intelligimus mediū maris. Et flumen (ait) circundedit me, id eſt, inūdatio maris fluens ac refluens undiq; uallauit me. Hoc ipſum repetens, dicit. Omnes gurgites tui, & fluctus tui ſuper me tranſierunt. ⌋ Tuos aūt gurgites, & tuos fluctus dico, nō ſolum quia tu feciſti eos, ſicut ſupra dixerā, & dñm deū ego timeo, qui fecit mare & aridā, uerūetiā qui nec eos mouiſti propter me, nec intumeſcere iuſſiſti ſuper me. L Et ego dixi: Abiectus ſum a conſpectu oculorum tuorū, ueruntamen rurſus uidebo templum ſanctum tuum. ⌋ Notandum quod non tunc primum dicere, ſed dixiſſe ſe aſſerit, abiectus ſum à conſpectu oculor⁹ tuor⁹, ueruntamen rurſus uidebo templū ſanctū tuum. Conſtat ergo quod quādo in mare mittebatur, in illa tribulatione ſecundū multitudinē dolor⁹ eius, & conſolationes dñi lætificauerunt animā eius, prophetica illi gratia ſeſe infundente abundātius atq; clemētius, ut ſciret qm̄ de tam profunda abiectione adhuc mirabiliter ſubleuaretur, & adhuc uiuens

Cor maris.

uens inter uiuentes ueniret ad templū domini cū hostijs & muneribus, cōpetentes gratias mirabili deo relaturus. Quod in illa se dixisse asserit, cōfirmat in uētre ceti his uerbis. ¶ Circūdederūt me aque vsq; ad animā meā, abyssus vallauit me, pelagus cooperuit caput meū: Ad extrema montiū descendi, terre vectes concluserūt me in eternū: Et subleuabis de corruptione uitam meā, dñe deus meus. ¶ Cunctis istis declamationibus, qbus rē uerissimā ueraciter astruit: Circundederunt me aquæ usq; ad animā meā: abyssus uallauit me, pelagus operuit caput meū: Ad extrema montiū descēdi, terræ uectes concluserūt me. Cunctis inq̄, istis declamationibus subiūgendo: Et subleuabis de corruptione uitā meā: competenter altissimo deo dat gloriā, plenissime sciens, & fideliter astruens: quia quæcūq; uult ille potens est & facere, & quia possibile est apud eum quod apud homines impossibile erat in æternū. Nā propter impossibilitatē hominū, cū dixisset, & terræ uectes circūdederūt me, addidit, in æternum: & propter possibilitatē dei subiunxit: Et subleuabis de corruptione uitā meā, pariterq; addens cū blandientes affectu, domine deus meus. Corruptionē, de qua subleuari sperat animā suā, uterū ceti dicit, in quo naufragia dirigebantur inter quæ potuisse hominē seruare, magna est gloria diuinæ omnipotentiæ. Quēadmodū & illud: quod tres pueri missi in caminū æstuantis incēdij, in tantū illesi fuerūt, ut ne uesti- Danie. 3
menta quidē eorū odor ignis attingeret, & multa alia quæ supra naturā, à dño naturę facta sunt. Quàm dulce, q̄ salubre est homini qui post continētis uitæ tranquillitatē, tentationū fluctus incidit, & fortassis pudicitiæ naufragiū passus, opus peccati tanq̄ rictus uel in utrem ceti incidit, ppheticæ huius orationis remini sci, ut eadē fide, simili cordis contritione, tam humili pietatis affectu, dño deo suo blāditur, qui solus aquas cōsiderat circundantes, et usq; ad animā intrantes, aquas passionū carnaliū & humani cordis abyssum, pelagus cūcupiscētiæ, uimq; sæuientis & bullientis naturæ, & angustias animæ siue conscientiæ, quæ cum infirma sit per semetipsam nō potest euadere, ut respiret & resumat aures salubres castitatis & pudicitiæ, cupiditatibus, uel prauis amoribus cōclusa uelut qbusdā uectibus terræ. Sequitur. ¶ Cū angustiaret in me anima mea, dñi recordatus sum, ut ueniat ad te oratio mea, ad templū sanctū tuū. ¶ Hoc quod iā supra diximus planè hic astruit, qa uidelicet, hora uel momento, quo mittebat in mare, dixerit, aspiratus gra spūs pphetici, abiectus sum ab oculis tuis, uerūtamē rursus uidebo templū sanctū tuū. Hoc nāq; est, quod nūc ait, cum angustiaretur in me anima mea, domini recordat' sum, ut ueniat ad te oratio mea, ad templū sanctū tuū. Et considerandū quod nouo genere oratio fiat pro oratione, dū precat ut oratio sua conscēdat ad templū dei, Et in hoc magnæ fidæi firmitas animaduertēda est. Fidei firmitas in Iona.
Circundatus aquis, uallatus abyssо, coopertus pelago, cōclusus uestibus terræ: nō dubitat aut interrogat utrum orationē suam possit deus audire, utrū auris eius illic possit adesse, & de uentre ceti, quid sibi dicatur auditu percipere, sed certū habens penes se, qa dū nihil usq; latere potest, orat fideliter, ut orationi deū tantis tamq; profundis angustijs ad se erumpere gestienti, uiam ipse faciat, uenientē ipse suscipiat. Magna hæc fides, magnū meritū habet, coram deo honoribilis est, quia docta siue erudita est sanctāq; scientiam habet. Quid ēn? Verbum, fides, verbū bonū.
Nonne oratio fidelis de boni uerbi radice pcedit? Vbi aūt uerbū radicatū, siue unde natū est nisi de corde dei patris, qui, ut fides catholica firmiter tenet, uerbi boni genitor est, uerbi æterni quod & ipsum deus est? Vbicūq; ergo cōclusus hom o siue hominis spūs, ibicūq; fuerit coangustatus, siue inferni, siue terræ uectibus, si apud se habet uerbū fidei, dū orat, non potest nesciri, quinimò ipso fidei, uerbo uiscera dei, cor pris altissimi fortiter tangit, unde est origo uerbi boni. Nos ergo ex eo quod ait, cū angustiaretur in me anima mea, dñi recordatum sum, hāc eruditionē capiamus, ut nouerimus eo tēpore, quo deficit anima nostra, & à corporis compage diuellitur, nō nos debere alio cogitationē uertere, nisi ad eum qui & in corpore, & extra corpus noster est dñs, quia sic nostra oratio perueniet ad templū sanctum eius, ad ipsam altitudinē cœli cuius immensitas magna domus, et sanctū est templum eius. Hoc facere possunt, hanc fidē penes se in illo mortis articulo illi habere uel retinere queūt, qui in corpore uiuentes ueritatē dilexerūt, Econtra qui mendatiū diligūt, in illa hora magnitudine horroris præfocati, uerbū bonum inuenire non possunt. Vnde & protinus sequitur. ¶ Qui custodiūt vanitates, frustra misericordiā suam derelinquūt: ¶ Non dixit

Eccl.1 Cudoſtire uanitates.

qui faciunt uanitates, uanitas quippe uanitatũ, & cia uanitas, ne dãnare uediretur uniuerſos & cũcto generi hũano denegare miſericordiã, ſed qui cuſtodiunt uanitates ſiue mendaciũ, qui tranſierũt in affectũ cordis, q uanitates nõ ſolũ faciũt, ſed ita cuſtodiũt, quaſi diligãt & putẽt ſe inueniſſe theſaurũ. Miſericordiã (inqt) ſuã derelinquũt. Licet offenſa ſit miſericordia, quã nos ipm poſſumus intelligere deũ, deus em meus miſericordia mea, inquit Pſalmiſta, tn eos q cuſtodiũt uanitates nõ derelinquit, nõ deteſtatur, ſed expectat ut redeãt, illi uero ſtãtẽ miſericordiã, & ultro ſe offerentẽ ſpontẽ propria derelinquũt. L Ego aũt cũ uoce laudis immolabo tibi quecũq; uoui, reddã pro ſalute mea dño. ¶ Senſus iſte eſt: Ego aũt & ſi uanitatẽ feci, nõ cuſtodio illã, ſed potius uotũ uoueo tibi, uotũ corrigẽdi, uotũ obediendi & pgendi quocũq; iuſſeris, & hãc obedientiã immolabo tibi in uoce laudis, hæc uota pro ſalute mea dño. Vanitas quippe fuit, qd te ꝓcipiente, ut irẽ in Niniuen ciuitatẽ magnã, & ꝓdicarẽ in ea, ꝓoccupaui ut fugerẽ à facie tua in Tharſis, metuẽs ne condemnaretur Iſrael impœnitẽs, pœnitentiã à gente Niniue, & affectũ gẽtis meæ ꝓferens uoluntati tuæ; ſed hanc ipſam uanitatẽ, nõ cuſtodiã, id eſt, in hac intẽtione nõ pſiſtã, preſenti uexatione cõmonitus, q; tua uoluntas ſequẽda ſit magis q; carnis affectus. Infelix Iſrael tantis tãq; crebris malis flagellat⁹, adhuc uanitates cuſtodit ptinaciter, colẽdo uitulos aureos, q; Hieroboã fecit artifex uanitatis, nullius qppe regis fui, tpe aliquo à pctis ſuis receſſit, & hoc agendo miſericordiã ſuã dereliquit. Ego aũt adhuc illi cõdolens, uanũ habui conſiliũ, ut à facie tua fugerẽ, ſed nũc in tribulatione hac, uanitatem illã nõ cuſtodio, intentionẽ huiuſmodi abijcio. Q; ſi nõ facerem, miſericordiam meã fruſtra derelinquerẽ: fruſtra, inquam, quia nullũ exinde fructũ cõſequerer, neq; is, propter quẽ fugi à facie tua, refuga dei ſui Iſrael. Igitur miſericordia mea cõſequẽter me nõ derelinquat, quã ego miſericordiã nõ derelinquo, q; non niſi derelinquẽtes ſe derelinquere cõſueuit, & nõ, niſi impœnitẽtibus, unquam ſe abſcondit. L Et dixit dominus piſci, et euomuit Ionã in aridã. ¶ Magnũ hoc opus, & teſtimoniũ euidẽs bonitatis, & omnipotẽtiæ dei, qui aurẽ ſuã illuc uſq; inclinauit, & qd in uẽtre ceti ageretur, qd fides loqueret, qd oratio moliret, audiuit & appendit, dixitq; & dicere potuit piſci, ut euomeret Ionã, & hoc utiq; nõ in aquã, ubi periclitaret, ſed in aridã, ubi ſeruaretur. Dixit hoc plane nõ motis labijs, q; nõ habuit, neq; uoce elemẽtari, ſed illo uerbo, p qd & cetũ, & ipſum mare fecit. Illius uerbi uirtute preſſus uenter beluæ, prophetã reddidit, qũo & ubi ipſum uerbũ uoluit. ¶ Nunc iã ad dñi noſtri Ieſu Chriſti perſonã, iuxta propoſitum, reuertentes, hanc ipſam orationẽ, ſecundũ ipſum reuoluamus, quia (ſicut iã diximus) hæc oratio prophetæ orationis eius typus eſt. Clamaui de tribulatione mea ad dñm, & exaudiuit me. Apoſtolũ in primis loquentẽ audiamus. Qui in diebus (inquit) carnis ſuæ preces ſupplicationeſq; ad eũ qui poſſit ſaluũ illũ facere à morte, clamore ualido et lachrymis offerens exauditus eſt pro ſua reuerẽtia. Dicat ergo Chriſtus, clamaui, qa reuera clamore ualido cũ lachrymis clamauit. Vnde clamauit? De tribulatione mea (inqt) de uẽtre inferi. Duo dixit, de tribulatione et de uentre inferi. Tribulatio fuit illi anguſtia paſſionis, & de qua clamauit ita ut Euãgeliſta refert, qa poſitis genibus, factus in agonia, prolixius orauit, & factus eſt ſudor eⁱ⁹ ſicut ut guttæ ſanguinis decurrẽtis in terrã. Ab illa hora uſq; dũ clamãs uoce magna ſpiritũ traderet, clamore ualido clamauit. Venter inferi, deſcẽſus eius ad inferos fuit, totaq; abſconſio ſiue depreſſio corporis eius q; diu in ſepulchro iacuit. Equidẽ de tribulatione bq; clamauerit, ab hominibus præſentialiter auditũ eſt. Dixit em inter alia quæ audita ſunt ex ore clamantis: Heli, heli, lamazabatani, hoc eſt, Deus meus, deus meus, ut quid dereliquiſti me? Et in cõſummatione tribulatiõis clamãs dixit. Pater, in manus tuas cõmendo ſpm meũ. Porrò de uentre inferi, quid clamauerit, audiri non potuit à quoq; mortali, ſed anteq; ipſe in hũc mundũ ueniret, ſpũs eius ſanctus in ſancta ſcriptura prædixit, quid clamaturus eſſet, ſicut et illa quæ, ſicut iã diximus, clamãs auditus eſt: deus meus deus meus, ut quid dereliquiſti me: et, pater in manus tuas cõmendo ſpiritũ meũ. Deniq; pſalmus ille: Dñe deus ſaluti meæ in die clamaui et nocte corã te: Intret in cõſpectu tuo oratio mea, &c. uſq; ad finẽ ciuſdẽ pſalmi. uerba ſunt clamoris eius de uẽtre inferi, poſtulãtia celebrẽ glorificationẽ reſurrectionis, qd ſine dubio prudẽs lector aduertit. Igitur de tribulatiõe mea (inqt) clamaui ad dominũ, ſubauditur, pro tranſgreſſoribus exorans, ut nõ peterẽt: Et exaudiuit me, ut uidelicet.

Oratio chriſti. oratiõe Ionæ præfiguratur.

Correctio & cõfeſſio Ionæ.

Pſal. 87

ꝓpter

propter passionẽ meã solueretur peccatũ p̃uaricationis Adæ, & omnia delcnĩ peccata credentiũ in me. De uẽtre inferi clamaui, & exaudisti uocẽ meã, subauditur ut nõ derelinqueres in inferno aiam meã, nec dares sanctũ tuũ uidere corruptionẽ. Et ꝓiecisti me in profũdũ in cor maris, & flumẽ circudedit me. Oẽs gurgites tui, & fluctus tui sup̃ me transierunt. Sensus iste est. Secundũ rei ueritatẽ exaudisti me, & secundũ ẽstimationẽ hominũ ꝓiecisti me, iuxta Psalmũ p̃memoratũ, æstimatus sum cũ descẽdentibus in lacum, & iuxta alterius psalmi uersiculũ: Tu uero reppulisti, & despexisti, distulisti Christũ tuũ. Hoc eñ uidebatur illis, qui insultantes & capita sua mouentes dicebant: Confidit in deo, liberet eũ nunc si vult. Itaq; secũdũ æstimationẽ illorũ proiecisti me, in profundũ, in cor maris, id ẽ, in omne quod uoluerũt de me facere seditiosi Iudæi similes mari, & flumen circũdedit me, uidelicet affluens tribulatio, qua non parcẽtes affixerunt me. Illi omnes gurgites tui, illi oẽs fluctus tui, quos passus sum, super me transierũt, id est sine dubio transibũt, neq; eñ permanebunt, sed celerẽ finẽ habebũt. Tui nãq; fuerũt gurgites, tui fluctus, quia uidelicet nõ in ipsorum qui me afflixerũt, sed in tua potestate erat, q̃usq; inundarẽt sup̃ me fluctuantes insaniæ illorũ: Et ego dixi: Abiectus sum à conspectu oculorũ tuorũ, ueruntamen rursus uidebo tẽplũ sanctũ tuũ. Sicut iã dixi: quia: proiecisti me in profundũ, ita nunc repetens, & ego dixi ingt, Abiectus sum à conspectu oculorũ tuorũ, subauditur secundũ æstimationẽ illorũ, sed secũdũ rei ueritatẽ, rursus uidebo templũ sanctũ tuũ, id est, ego aia q̃ descẽdi ad inferos, rursus ingrediar et resumã corpus meũ, qđ est templũ sanctũ tuũ, iuxta illud: Soluite templũ hoc & tribus diebus excitabo illud. Hoc aũt inquit Euangelista, dicebat de tẽplo corporis sui. Videmus factũ, credimus, propter quod & loquimur, adimpletũ, qa gurgites tui deus, gurgites mortalitatis, & omniũ fluctus miseriarũ quascũq; induxisti super nos, propter p̃uaricatoris Adæ peccatũ, super eũ transierũt, & finẽ habẽt, & ipse rursus uidit templũ sanctum tuũ, id est resumpsit corpus, quod principaliter est templũ sanctũ tuũ, & nunc in medio ecclesiæ est, quæ & ipsa secũdariè dicitur, & est templũ sanctũ tuũ: & nunc in gaudio uidet illud templũ sanctũ tuum: Quẽadmodũ dixerat: Iterum autẽ uidebo uos, & gaudebit cor uestrũ. Vbi aũt uel in quo dixerit, qđ nũc se dixisse me morat his uerbis & ego dixi: Abiectus sum à conspectu oculorũ tuorũ, Psalmista iam ante hunc Ionã in quo idem Christus loquitur, prædixerat in persona ipsius. Ego aũt dixi in excessu mentis meæ, proiectus sum à facie oculorũ tuorũ. Nam qđ ait ego dixi in excessu mentis meæ, idem est ac si dicat, ego præuidi in ꝓfunditate intellectus, q excedit intelligentiã omnis creaturæ, subiungens, ideo exaudisti uocẽ orationis meæ, dũ clamarẽ ad te, qđ & in isto p̃missum ẽ, de uẽtre inferi clamaui, & exaudisti uocẽ meã, siue clamaui de tribulatiõe mea ad dñm, & exaudiuit me. ¶ Interea cõsiderare ꝓulchrũ est, quũ itẽ in alio loco dicat ipse. In die tribulationis meæ clamaui ad te quia exaudisti me. Maiorẽ ꝓpe habet uim in sensu taiis dictio clamaui ad te quia exaudisti me, quàm si ita dictũ esset, exaudisti me qa clamaui ad te. Deniq; oẽs sancti idcirco exauditi sunt, qa clamauerũt, iste aũt sanctus sanctor̃ solus est qui ueraciter dicat clamaui qa exaudisti me. Ipse ẽ eñ electus ex milibus, qui solus iccirco uenit in hunc mũdũ clamare pro omnibus, quia sciuit qđ pro sua reuerẽtia foret exaudiendus. Hoc ipe in Psalmo innuẽs, p os ꝓphetæ loquitur. Holocaustũ & pro peccato non postulasti, tũc dixi, ecce uenio. Et ẽ sensus: Cũ ego intelligerẽ qđ illa de brutis animãtibus sacrificia nolles, qđ nullus ex omnibus iustis de peccato ad plenũ satisfaceret, tũc dixi, ecce uenio, sciẽs sine dubio futurũ esse qđ satisfacientẽ pro omnibus & clamantẽ audires me. Hinc est qđ clamãs magna uoce ad monumẽtũ Lazari, nõ orat exaudiri se, sed pater, inquit, gr̃as ago tibi qñ exaudisti me, ego aũt sciebã qa semp̃ me amasti, me audis, Breuiter aũt concludendũ est, qa solus iste est, qui dicat clamaui ad te, quia exaudisti me, sanctus aũt quilibet dicat, quia clamani ad te exaudisti me. Sequitur: Circundederunt me aquæ usq; ad animam meam abyssus uallauit me, & pelagus cooperuit caput meum, ad extrema montiũ descendi, terrę uectes conclusẽ runt me inæternum, & subleuabis de corruptione uitam meam domine deus meus. Quoniam in typo Christi propheta eius, & passus est & precem fudit, perpulchrum est singulas uoces istas ostendere prolatas, secundum ordinem passionis Christi, ficut actuum passionis eiusdem ordo processit. Circũdederunt me, inquit, aquæ usq; ad animã meam. Nimi-

Psal. 15.

Psal. 87

Matth. 27.

Corpus christi templum sanctum dei.

Solus christũs uere dicit.

Iohan. 11

rum quãdo colligerũt pontifices & phariſæi conſilium dicẽtes. Quid facimus, quia hic ho
mo multa ſigna facit &c. atq; ab illo die cogitauerũt ut interficerẽt eũ, tunc circundederũt
eum aquæ uſq; ad animã, quia mortis eius quaſi iudiciariã præfinierũt ſententiã. Abyſſus,
inquit, uallauit me. Iudas enim qui tradebat eum cum accepiſſet cohortem, & à pontifici
bus & phariſæis miniſtros, uenit cũ laternis, & facibus & armis, tunc utiq; dominũ noſtrũ
abyſſus uallauit, abyſſus uidelicet iniquitatis, tenebroſum machinãs ſecretũ, ſecundum qđ
& ipſe iudicans dicit: Sed hæc eſt hora ueſtra & poteſtas tenebrarũ & pelagus cooperuit
Mat. 26 caput meũ. Profecto quando principes ſacerdotum dicente: Adiuro te per deũ uiuũ, ut di
cas nobis, ſi tu es Chriſtus filius dei? Reſpondit, tu dixiſti. Et propter hoc cõclamauerũt dicẽ
tes: Reus eſt mortis, & expuerũt in faciẽ eius, & colaphis eum cederũt, & palmas et in faci
em dederũt, tũc pelagus caput eius operuit. Ad extrema montium deſcẽdi, Veraciter qñ
ad petitionẽ dicentiũ: Tolle tolle, crucifige eum, & non hunc dimittas nobis, ſed Barraban
& inter ſceleratos reputatus eſt, & medius duorũ latronum crucifixus eſt, tunc ad extrema
Eſa. 53. ſiue nouiſſima montiũ deſcendit, ita ut ueraciter de illo propheta prædixerit. Non eſt ſpeci
es ei neq; decor, & uidimus eũ, & nõ erat aſpectus, & deſiderauimus eũ deſpectũ, & nouiſ
ſimũ uirorũ. Terræ uectes cõcluſerũt me inæternũ. Reuera qñ cõuenerunt principes ſacer
dotũ & phariſæi ad pilatũ dicentes: Iube ergo cuſtodiri ſepulchrũ eius uſq; ad diem tertiũ,
ne forte ueniant diſcipuli eius & furẽtur eũ, & illo dicente: Habetis cuſtodiã, ite cuſtodite
ſicut ſcitis. Illi abeũtes munierũ ſepulchrũ, ſignãtes lapide cum cuſtodibus, tũc terræ uectes
cõcluſerũt eũ inæternũ ſecundũ æſtimationẽ illoꝝ, qui gauiſi ſunt ſup eo, non putantes qđ
reſurgeret, ſed quod periret nomen eius inæternũ. Hoc erat falſum gaudiũ, & uana ſpes illo
rum. Porrò ſecundum rei ueritatem futurum erat, ut non uideret caro eius corruptionem.
Ait ergo: Et ſubleuabis de corruptione uitam meã dñe deus meus .i. concluſum uectibus
terræ, oppreſſum ſignato lapide reſurgere facies me tu qui es dñs & deus meus, cuius ego
ſeruus & creatura ſum, ſecũdũ formã ſerui, ſecundũ humanitatem, cuius exanmie corpus
uectibus terræ concludi potuit. Sequitur: Cũ anguſtiaretur in me anima mea, dñi recorda
tus ſum, ut ueniat ad te oratio mea, ad templũ ſanctum tuũ. Anguſtiam animæ ſuæ uerbis
patẽtibus ipſe indicauit dicẽs: Triſtis eſt anima mea uſq; ad mortẽ. Amplius aũt ſudor eius
Lucæ. 22. anguſtiã animæ eius pateſecit, qui iuxta alium euangeliſtam factus in agonia, dum prolixi
us oraret, ſudorem emiſit, & factor eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in ter
rã. Tũc, ingt, dñi recordatus ſum, in eo uidelicet, ut conſilio ſiue ppoſito diuinitatis poſt po
nerem ſenſum, uel affectum carnis dicẽdo, ueruntamẽ nõ mea uoluntas, ſed tua fiat. Quæ
nã illa uoluntas erat? Vt ueniat, inquit, ad te oratio mea, ad templũ ſanctũ tuum. Hoc uole
bas tu, ut per paſſionem meã gẽtes ſaluarem, quemadmodum in perſona mea ſpũſſanctus
per os Dauid prelocutus eſt dicẽs: Domin' dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui
te, poſtula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionẽ tuos terminos terræ.
Hoc erat beneplacitũ coram te ut taliter poſtularem, imò ego ipſe & ſacrificium, & oratio
pro gentibus moriendo fierem. Iudæos autem quamuis cognatos ſiue contribules meos p
humanitatis affectu illis non præferrem, imò relinquerẽ. Quare? Nimirum quia gentibus
pœnitentiã agentibus, iſti inpœnitentes permanẽt, & hoc eſt, quod cõtinuo Sequitur. Qui
cuſtodiunt uanitates, fruſtra miſericordiam ſuam derelinquunt. Quomodo Iudæi uanita
tes cuſtodierunt? Vere multo labore, & mira obſtinatione, cuius cũ indicia multa ſint, hæc
duo tantum proteſtimonio commemorare, ad præſentem pertinet locum. Poſtquàm illũ
occiderunt, ſolliciti fuerunt munire ſepulchrum, ſignantes lapidem cũ cuſtodibus, cauſam
iſtam fingentes ne forte ueniant diſcipuli eius & furentur eũ. Veraciter aũt hoc intenden
tes, quod & ſi poſt tres dies reuiuiſceret, ſicut recordabantur eũ prędixiſſe, non poſſet pro
dire lapide oppreſſus, & ſicut hic habemus, uectibus terræ cõcluſus. Deinde cum quidam
de cuſtodibus ueniſſent in ciuitatem & nũciaſſent principibus ſacerdotũ, omnia quæ facta
fuerant, illi congregati cum ſeniorĩbus conſilio accepto, pecuniã copioſam dederunt mili
tibus dicentes. Dicite quia diſcipuli eius uenerunt nocte, & furati ſunt eum nobis dormiẽ
tibus. Ita laborauerunt cuſtodire uanitatem ſuam, ut etiã pecuniã darent copioſam, propter
uanitatem cuſtodiendã, ut in mẽdacio detinere poſſent ueritatem dei. Quæ uanitas magna
eſt, &

est & maior, q̄ ut uerbis eā quis possit cōsequi. Hoc ergo facientes, misericordiā suā relique-
runt, id est, grām remissionis peccatorꝝ, sperauerūt. ¶ Vnde notandū, quia nō dixi, qui faci-
unt uanitates, frustra misericordiā suā derelinquent. Neqꝫ em̄ aditū misericordiæ perdidis-
sem, pro eo qꝺ occidendo Christū, uanitatē fecerunt, nisi etiā permanendo in incrudelitate,
suāqꝫ perfidiā ponēdo contra fidē euāgelij, uanitates custodissent. Proinde multo melius di-
ctū est, misericordiā suā derelinquerūt, q̄ si dicas, misericordia sua illos dereliquit, qa uideli-
cet misericordia nullum derelinquit, sed eā derelinquūt oēs custodes uanitatis, oēs defenso-
res perpetratæ iniquitatis. ¶ Illud quoqꝫ nō prætereundū, qđ dicendo derelinquent miseri-
cordiā, addit suā, quia uidelicet propheticus (ut iā tractauimus de Iudæis) sermo est, quorū
Chrūs primū misericordia est. Eorꝝ em̄ adoptio est filiorū, ut ait Apostolus, & gloria & te- Ro. 9
stamentū, & legislatio, & obsequiū, & promissa, quorū patres & ex quibus Christus secun-
dum carnē, qui est sup omnia deus benedict⁹ in secula amē. Igitur Iudæi uanitates custodi-
endo idē uerbū dei repellēdo, & indignos uitæ æternæ semetipsos iudicando, misericordiā
suā dereliquerūt, & misericordiā nō derelinquentē, imò uisitantē eos repulerūt, tēpus uisita-
tionis suæ cognoscere nolentes, nō misericordiā sempiternā, sed gloriā teporalē quærētes.
¶ Sed uide adhuc qa dicturus misericordiā suā derelinquēt, p̄misit frustra. Neqꝫ em̄ saltem
hoc seruare potuerūt, qđ occidendo Christū, sibimet reseruare putauerūt, scilicet locū & gē
tē imò & lucrosum tēpli uel sacerdotij sui priuilegiū, pro q̄ cōtra oēs gētes spū superbiæ ni-
mis elati, nomē magnū & grande emolumētū tanq̄ peculiaris unius dei populus capiebant
de toto orbe terrarꝝ. Nō est factū secundū spem illorꝝ, sed sicut ipsi uerbū dei repellendo, ut
iā dictū est, indignos uitæ æternæ, semetipsos iudicauerūt, ita etiā felicitate p̄sentis uitæ in-
digni iudicati sunt, ut caderēt in ore gladij: & amisso loco ducerētur in oēs gētes captiui. E-
go aūt in uoce laudis immolabo tibi, quæcūqꝫ uoui reddā pro salute mea dño. Illi aūt mise- Psal, 56
ricordiā suā derelinquūt, sed propter eos misericordiæ laus & gloria minor nō erit. Nā ego
in uoce laudis immolabo tibi, linguas alias pro linguis eorū acquirā, ut cātēt tibi, sicut alibi
scriptū est: Propterea cōfitebor tibi in populis, & psalmū dicā tibi in gētibus. Quæcūqꝫ uo-
ui reddā pro salute mea dño, id est, ita gentes notitia tui nominis instruā, ita tuæ dilectionis
igne accendā, ut uota multo plura q̄ unq̄ Iudæi uouerūt, pro salute sua uoueant & reddant
Hæc ita dicit ut obediēs, quippe ut Apl's ait, didicit ex ijs q̄ passus est, obedientiā. Siquidē Heb, 5
passionibus & ipsa morte eruditus est ad impossibilitatē, qui eatenus possibilis pro carnis af-
fectu fl euerat sup gentē suā, sicqꝫ immitatus est cūctis affectibus eiusmodi depositis, ut pa-
ratā uoluntatē haberet, relinquere illis domū suā, & desertā, & cōuerti ad gentes. Eius taliter Psal, 107
eruditi uox illa per Psalmistā deprompta est: Paratū cor meū deus, paratū cor meū, cātabo
& psallā in gloria mea. Nā qđ protinus sequitur: Exurge gloria mea, exurge psalteriū & ci-
thara, uox est patris siue diuinitatis, carnē de sepulchro suscitans. Vnde & in hoc propheta
in typū eius cōtinuo subiunctū est: Et dixit dñs pisci, & euomuit Ionā in aridā. Dixit enim
dñs terræ et morti, et hūc dñm nostrū Iesum Christum qui erat mortuus, reddidit ad uitam Act, 2
solutis inferni doloribus, iuxta quod impossibile erat teneri illum ab illo.

¶ Finis libri primi in Ionam prophetam.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN IONAM PROPHETAM. COMMENTARIORVM LIBER II.

IAm in typū domini nostri Iesu Christi, qui (ut supra memorauimus) secun-
dum apostolum didicit ex his quæ passus est obedientiam, Ionas quoque do-
ctus erat per tribulationis magnitudinem obediendum esse imperio cœlesti,
& ad hoc promptam gerebat uoluntatem, uoto astrictus in u entre ceti, sicut
& ipse indicat, dicendo: Quæcunque uoui, reddam pro salute mea domino
Hoc uotum prospiciens dixerat dominus pisci, et euomuit Ionam in aridam. His enarratis

ſequitur ſcriptura & dicit: ¶ Et factum eſt uerbum domini ad Jonam ſecundo dicẽs
CAP. III. Surge et uade in Niniuen ciuitatem magnam, et predica in ea predicationẽ quam ego loquar ad te. ¶ Magna inſtãtia clemens deus Niniuitarum quęrebat pœnitentiam, quam utiq; ſciebat, tanquàm deus omnia ſciens, audita prædicatione nõ defuturam. ¶ Sed
Queſtio. dicit aliquis: Quare dominus, non ſolum Niniuitarũ, ſed omniũ gentium deus, magis de Niniuitis, quàm de cæteris gentibus curauit. Poterat em̃ fieri, ut aliæ quoq; gentes conuerterentur ad pœnitentiam, ſi prędicatores miſiſſet illis deus, ſicut per ſemetipſum teſtatur ip-
Mat. 11. ſe dei filius. Væ tibi, inquit, Corozaim, uæ tibi Bethſaida, quia ſi in Tyro & Sidonæ factæ eſſent uirtutes, quæ factæ ſunt in uobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiã egiſſent. Item quia ſi in Sodomis factæ fuiſſent uirtutes, quæ factæ ſunt in Capharnaum, permanſiſſent forſitan uſq; in hanc diem. Quare ergo Tyro & Sydoni, Sodomis quoq; prædicatorem,
Reſponſio. aut prophetam nullum miſit, ſicut hunc Ionam tantopere ad Niniuitas ire cogit, cum & illas gentes ſicut & Niniuitas ad pœnitentiam conuerti poſſe præſcierit? Nunquid illos ſaluos fieri noluit, & idcirco nullũ ad eos miſit? Videtur nanq; hoc conſequi, quod eos ſaluos eſſe noluerit, quoniam teſtimonium perhibet illis, quod pœnitentiam fuiſſent acturi, ſi prædicatores miſiſſet eis, quod non fecit. Sed econtra dicit Apoſtolus, quia vult omnes homines ſaluos fieri. Formoſa quæſtio, quæ & noſtris maxime tẽporibus ſollicitauit quàm plurimos. Proinde præſenti loco pauliſper immorandum eſt. Primo dicendum, quia cũ dicit dominus de illis, quia ſi factæ fuiſſent uirtutes in eis, olim in cinere & cilicio pœnitentiam egiſſent, quibus utiq; non procurauit, ut fierent uirtutes eiuſmodi, non eſt cõſequens ut dicas, quia noluit illos ſaluos fieri, ſed hoc tantum, quia de pœnitentia illorum non curauit.
Quæ pœnitẽcia ad ſalutem ſufficit. Eſſet quidem conſequens, ſi omnis pœnitentia ad ſalutem ſufficiens eſſet, nunc aũt nõ ita eſt, ille nãq; ſolũmodo pœnitentiæ tenor ad ſalutẽ perducit, cum iccirco quis pœnitentiam agit, quia iudiciũ uniuerſale & cœlorũ regnum futurum eſſe credit, à quo excludendi ſunt & in gehennã mittẽdi peccatores. Cũ ergo quis idcirco pœnitentiã agit, ut mala æterna euadat, & bona conſequatur ſempiterna, fidelis iudicatur, & per fidem agendo pœnitentiã, ſaluatur. Nulli ex omnibus, quos ad talem pœnitentiã conuerti poſſe præſciuit, deus unquàm prædicatores mittere ſeu noticiam ueritatis oſtendere neglexit. Eſt alia pœnitentia ſiue pœnitendi intentio, cum quis iccirco pœnitentiam agit, ut præſentia tantũ ſiue præſentis ſeculi mala effugiat, bona retineat fidem aut curam non habens futurorũ atq; æternorũ bonorũ ſiue malorum. Si exempla requiras, talis pœnitentia fuit Achab, qui ſolũmodo de ſanguine Naboth, quem interfecerat ipſe, & Iezabel uxor ſua pœnitentiã egit, quia pro illo conminatus fuerat illi dominus per Heliam dicens: Ecce ẽgo inducam ſuper te malum, & demetam poſteriora tua, & dabo domum tuam, ſicut domum Hieroboam filij Naboth filij
3 reg. 21. Achia: Propter hoc ſcidit ueſtem ſuã, & operuit cilicio carnem ſuam ieiunauitq; & dormiuit in ſacco, & ambulauit demiſſo capite. Iccirco fic egit, ne regno priuaretur temporali. Huius intentionis pœnitentia ſi multũ ſtudioſa ſit, adipiſci meretur quod intẽdit, ſicut prædictus Achab, de quo tunc dominus ad Heliam dixit: Nõne uidiſti Achab humiliatũ cõ-
3. Regũ. 15 ram me? Quia ergo humiliatus eſt mei cauſa, nõ inducam malum in diebus eius, ſed in diebus filij ſui inferam malum domui eius. Quod ſi ſegnior ſit, & à ſummis, ut ita dixerim labijs præferat, peccaui nil proficit, queadmodum Saul dixit qdem ad Samuelem, peccaui, quia præuaricatus ſum ſermonẽ domini, ſed nũc porta quæſo peccatum meũ, & reuertere mecũ ut adorem dominum, ſed nõ obtinuit. Ait em̃ Samuel: Non reuertar tecũ, quia ꝓiecisti ſermonẽ dñi, & proiecit te dñs ne ſis rex ſup Iſrael. ¶ Porrò prior ille & melior pœnitẽtiæ modus, quo nõ propter tẽporalia bona, ſed propter ipm̃ deũ, & futuri ſeculi fidẽ de peccato qs cõpũgitur, interdũ abſq; magno ope ſiue labore, in prima cõfeſſione ſuſcipitur, ex empli gr̃a, ut Dauid, q cũ dixiſſet ad Nathan, peccaui dño, ſtatim audiuit, Dñs q̃q; trãſtulit
Reſolutio huius q̃ſtionis. peccatũ, tuum, nõ morieris. ¶ Igitur cum de Tyro & Sidone, Sodomis q̃q; dicit dñs, quia ſi factæ fuiſſent uirtutes in illis, olim pœnitentiã egiſſent in cilitio & cinere, ſiue pmãſiſſent forſitan uſq; hodie, ne aliquẽ ſuſpitio perturbet, quod eos ſaluari noluerit, & iccirco uirtutes in illis non fecerit, ſciendum eſt duplicẽ eſſe modum, ſiue intentionem pœnitendi, id eſt aliud eſſe cum pro metu mali temporalis ſiue præſentis: aliud cum pro fide regni dei pœ-

nitẽ

nitentiam quis agat. Et iniuſti quidem ſunt uel fuerunt, qui pœnitentiam egiſſent non niſi pro emolumento temporali, ſicut egiſſent (ut ait dominus) Tyrij uel Sidonij. Iniuſtiſſimi autē qui neq; propter temporalia, neq; propter æterna mala euitanda pœnitentiam egerūt: quales erant Iudæi, quibus & gehennā ignis æterni & excidiū quod facturi erant Romani cōminabatur dominus, & pro neutro ad pœnitentiam conuertebantur. Iccirco Tyrij atq; Sydonij, Sodomitæ quoq; ueraciter quidē iniuſti, ſed cōparatione illorū iuſtificātur: ita dū taxat, ut nō ſaluentur, ſed ut ſit eis remiſſus. Quid tandē de iſtis, id eſt, de Niniuitis dicemus, quibus hūc prophetā dominus ad prædicandū tantopere mittere curauit? Nunquid pro fide regni dei pœnitentiā erant acturi? Non utiq;, ſed pro metu tēporalis excidij. Vnde & in primo tempore ad hāc prædicationē pœnitentiā egerunt, & ueniā conſecuti ſunt. Poſtea uero mala ſecuritate recepta, in priſtinis uitijs perſeuerātes dei in ſe prouocauerūt ſententiā, & Aſtiaxa rege Medorū regnāte, apud Iudæos Ioſia ſubuerſi ſunt: Quod ſciēs Tobias ait ad filiū ſuū: Prope erit interitus Niniuæ, nō eñ excidet uerbū dñi, qđ locutus eſt Ionas propheta. Et ſubinde: Video eñ quia iniquitas eius finē dabit ei. Proinde excepto myſterio, q̄ in pœnitentia Niniuitarū recte plurimū delectamur: Signū quippe fuit pœnitentię gentiū ſecundū deū, ualentis ad cōſequendū regnū cœlorū: Excepto (inquā) hoc myſterio, nihil ē in quo cæteris gentibus Niniuitas pœnitentes p̄feramus, aut p̄ferre debeamus: Nā cęteræ quoq; gentes ſimiliter, id eſt, pro temporaliū rerū intentione, pœnitentiā agere potuiſſent, teſtante dño, qui de Tyro & Sydone p̄dictā ſententiā locut⁹ eſt. Quōd ſi q̄ritur adhuc cur eiuſmodi experimentū cōtra impœnitentē Iſrael, de Niniuitis potius q̄ de cæteris gentibus dare cōplacitū eſt deo, & oſtendere, qđ in cōparatione Iſraelis iuſtificati eſſent, quippe qui neq; pro temporaliū, neq; pro æternorū metu malorū pœnitentiā ageret, uitulosq; aureos deſereret, breuiter dicendū eſt. Niniue ciuitas magna metropolis Aſſyriorū erat. Intendebat aūt deus iuſtitia tradere Iſrahelē in manus Aſſyriorū, qđ & factū eſt anno nono Oseæ. Cœpit eñ Salmanaſar rex Aſſyriorū Samariā, & tranſtulit Iſrael in Aſſyrios. Tranſlatus q̄ eſt Iſrael (ait ſcriptura) de terra ſua in Aſſyrios, uſq; in diē hanc. Præmōſtratū ergo erat cōparatione Iſraelis iuſtificatos eſſe Aſſyrios, ne uideretur de⁹ ſupplātare iudiciū, tradēdo in man⁹ illorū Iſraelē, q ſe profitebatur peculiarē eſſe dei populū. Iniuſtū nanq; calūniatorib⁹ uideretur, ut Aſſyrijs in terra ſua potēter cōſiſtentibus, Iſrael dei populus de terra ſua transferetur, & in ciuitatibus Aſſyriorū ꝑpetua captiuitate detineretur. Cauſa igitur rationabilis data eſt, q̄ ſcz Aſſyrij, ſaltē pro amore terræ ad pœnitentiā conuerti poſſent, qđ de Iſraele diu fruſtra tentatū fuerat, & huius cauſæ experimentū, p miniſterium Ionæ quæſitū, & inuētū eſt. Porrò ad fidē futuri regni dei ſuſcipiendā, tā iſti q̄ illi nimis erāt imparati, & iccirco neq; manifeſti Iſraeli ſiue Iudæis, neq; ullo modo Aſſyrijs cæterisue gentibus tūc illud oportebat prædicari. ¶ Nunc ad ordinē prophetiæ reuertamur, ſacramentū dominicæ reſurrectionis in ſequentibus præ oculis habentes, cuius in antecedentibus paſſionis myſterium ſpectabamus. Et factū eſt uerbū domini ad Ionā ſecundo dicens: Surge & uade in Ninineē ciuitatē magnā, & prædica in ea prædicationē, quā ego loquar ad te. Non dicitur prophetæ, quare non feciſti quod tibi fuerat imperatū, ſed ſufficit ei naufragij & deuorationis ſola correptio, ut qui imperantē non ſenſerat deū, intelligeret liberantē. De domino noſtro homine Ieſu Chriſto, in quo cū ſit deus, humanitas laborauit, illud notū eſſe debet, quia cum poſt mortis laborē in ſepulchro quieſceret, ſecūdo, uerbū dñi ad eū factū eſt, ut ad prædicādum ſurgeret. Primo nāq; (ut ſuperius tractauimus) uerbū domini ad eū factū fuerat, dum baptizaretur à Iohanne, q̄n uiſus eſt ſuper eū ſpūs ſanctus in ſpecie colūbæ, & impletū eſt illud Eſaiæ: Spiritus domini ſuper me, eo q̄ unxerit me dominus, ad euangelizandum pauperibus miſit me, &c. Et illud quidē ipſe de ſemetipſo teſtatus eſt dicēdo, quia hodie impleta eſt hęc ſcriptura in auribus ueſtris. Illud aūt, quod ad eū in ſepulchro quieſcentē, factum uel dictū eſt uerbū, nō ipſe eodē modo recitauit, ſed nihilominus notū eſt ex pſalmo iam ſupra memorato, ubi uox patris taliter dicit. Exurge gloria mea, exurge pſalterium & cithara ſubauditur ad cōfitendū mihi in populis, ad pſallēdū mihi in nationibus. Nā protin⁹ pſona, filij ſcđm corpus in ſepulchro iacētis reſpōdens, exurgā (inquit) diluculo, ſubiūgitq;, cōfitebor tibi in populis, & pſallā tibi in nationibus, quod nimirū eſt prædicare in Niniue ciuitate magna

Iudæi omnib⁹ iniuſtiſſimi.

Niniuitæ.

Tobiæ. 14

Niniuitæ iuſtiores q̄ Iſrael carnalis.

Myſterium reſurrectionis chriſti.

Verbū dñi ad chriſtū.

Pſal. 107

magna. Prædicationē quā loquitur diuinitas, antiquā habēs cōsiliū de saluādis populis siue rationibus sanctæ scripturæ testātur. Et surrexit Jonas, & abijt ad Niniuen ciuitatem magnā, iuxta verbū domini. Et Niniue erat ciuitas magna, itinere triū dierū. Et cœpit Jonas introire in ciuitatē itinere diei vni⁹, & clamauit & dixit. Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur. Iuxta literā, Niniue ciuitas magna erat, & tāti ambitus, ut uix triū dierū posset itinere circūiri. At ille præcepti & superioris naufragij memor, uiam triū dier⁹ unius diei festinatione compleuit, quanq; & ita possit intelligi, quod in tertia tantū parte urbis prædicauerit, & ad reliquos confestim prædicationis sermo peruenerit. Quod ex eo maxime perpēdi pt, quod protinus subiungitur. Et crediderunt viri Niniuite in domino, & predicauerunt ieiunium, & vestiti sunt saccis, a maiore vsq; ad minorē & puenit verbū ad regē Niniue. Nō dixit, & puenit Ionas, sed puenit uerbū ad regē Niniuæ. Et quis super hoc dubitet quod fama tantæ rei pedibus prophetæ uelocior fuerit, præsertim cum ille toto die ingrediens clamaret, & clamando utiq; paucis in ipso primo introitu innotesceret? Videtur ergo facilitas Niniuitar⁹ ad pœnitentiam in eo commendari, quod antequā Ionas perueniret ad regem Niniuæ, præueniente fama uerbi dñi, ille crediderit. In mysterio quoq; amplius sensus iste placebit. ¶ Niniue quoq; ciuitas magna itinere trium dier⁹, mundus iste est, siue orbis notissima⁹ triū partiū, scilicet, Asiæ, Europæ, & Africæ. Hunc orbem terra⁹ trifidū Christus Iesus post passionem & resurrectionē suā, introiuit itinere diei unius, id est, illustrauit illustratione dei unius, ut gentes quę multa falso⁹ portenta deo⁹ sectabantur, unū deū cognoscentes, ab errore suo liberarētur. Nō quidē in persona sua ad gentes profectus est, sed in apostolis suis, in quibus ipse utiq; loquitur, quos cū mitteret, dicens: Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti: hoc quoq; dixit: Et ecce ego uobiscū sum omnibus diebus usq; ad consummationē seculi. Igitur ipse ad Niniue, i. ad gentes uenit, quia ueraciter cū illis est, & in ipsis loquitur, quos ipse misit. ¶ Adhuc (inquit) quadraginta dies, & Niniue subuertetur. Et est sensus: Adhuc tempus pœnitentiæ uobis gentibus datū est, & hoc tēpus in sua potestate posuit deus, qđ impletū fuerit, cōsummabitur mūdus, & p ignē iudicabitur. Numerus quippe quadragenarius pœnitētialis est. Nā & Moses quadraginta dieb⁹ in mōte Syna, & Helias fugiens Iezabel, quadraginta diebus ieiunauit, & ipse dūs uerus Ionas, missus ad prædicationē mundi quadraginta diebus ieiunans, hæreditatē nobis ieiunij quadragenarij dereliquit, ut p singulos annos sacramētū eius paschale celebraturi, adesum corporis & potū sanguinis eius p tot dies præparemur. Itaq; adhuc quadraginta dies & Niniue subuertetur, id est, adhuc tēpus pœnitentiæ breue datū est gentibus, post qđ iam non erit tempus, sicut & Apocalypsi sua Iohannes angelum fortē de cœlo descendentē, qui est Christus, ipse dei filius, cū iuramēto firmasse testatur, & angelus (inqt) quē uidi stantē super mare & sup terrā, leuauit manū suā ad cœlū, & iurauit per uiuentē in secula seculorū, quia tempus amplius nō erit, sed in diebus uocis septimi angeli cū cœperit tuba canere, consummabitur mysteriū dei, sicut euangelizauit per seruos suos prophetas. Mysteriū dei cōsummabitur, Niniue subuertetur, mundus per ignē iudicabitur, homines impij cum diabolo & angelis eius in ignē æternū mittentur, tempus pœnitentiæ non erit amplius. Talis uel tantæ rei prædicatio clamor utiq; est, & fragor omni aures habenti terribilis, ita ut nihil sit terribilius hoc auditu, quemadmodum & ille senserat, qui ita loquitur. Reuelatur enī ira dei de cœlo super omnē impietatē, & in iustitia hominū, eorū qui ueritatē dei in iniustitia detinēt. Bene ergo & hoc ad mysteriū pertinet, quod Ionas introiens ciuitatē clamasse dicitur, quia Niniue subuertetur. Et crediderūt uiri Niniuitæ in dominū, & predicauerunt ieiunium, & uestiti sunt saccis à maiore usq; ad minimū. Et peruenit uerbū usq; ad regē Niniuæ. Et surrexit de solio suo, & abiecit vestimentum suum a se, et indutus est sacco et sedit in cinere et clamauit et dixit: In Niniue ex ore regis et principum eius dicens. Homines et iumenta et boues et pecora non gustent quicquam, nec pascātur, et aquam non bibant, et operantur saccis homines, & clament ad dominum fortitudine, et cōuertatur vir a sua via mala, et ab iniquitate, que est in manibus eorum: Quis scit si conuertatur, et ignoscat deus, et reuertatur a furore ire sue, et non pereamus? Res

Niniue typus mundi,

Math: vl

Dies: 40, dies pœnitentiæ,

Exod, 24, 34, 4, Reg, 19, Nath, 4

Apo, 10,

Samaria meretrix. Hæc omnia ſic uaticinatur propheta, ut doleat uerę eſſe, & imperfectũ remanere non poſſe quod loquitur, Vnde & protinus ſequitur. ¶ Super hoc plangam & ululabo, vadam ſpoliatus & nudus, faciam planctũ velut draconum, & luctũ quaſi ſtrutionum, quia deſperata eſt plaga eius, quia venit uſq; ad Iudã, tetigit portã populi mei uſq; ad Hieruſalem. ¶ Hoc, ſicut litera ſonat, recte intelligitur, quod ucꝛ plãgens, & ululans propter inſtantẽ populi ſui captiuitatẽ, ueſtimentis quoq; ſpoliatus & nudus incederit, internum animi dolorem, habitu quoq; corporis indicans, ſiue captiuandoꝝ miſeriam, quod ad Eſaiam quoq; feciſſe legimus ex precepto domini, dicentis: Vade & ſolue ſaccum de lumbis tuis, & calciamentum tuum tollede pedibus tuis, ac deinceps, ſicut tam bulauit ſeruus meus Eſaias, nudus & diſcalciatus, trium annorum ſignum & portentũ erit ſuper Aegyptum, & ſuper Aethiopiam, ſic minabit rex Aſſyriorum captiuitatem Aegypti & tranſmigrationem Aethiopiæ. ¶ Quod deinde ſubiungit, faciam planctum uelut draconum, & luctum quaſi ſtrutionum, ualde dolenter pronunciat, quod luctus & planctus ſuus pro populo illo nequaquam ſit profuturus ſiue exaudiendus. Quis enim draconibus terribili ſibilo perſonantibus, quando uincuntur, aliqua miſeratione compatitur? Quis ſtrutionibus oua ſua in puluere derelinquentibus miſereatur, cum ipſe ſibimet, uel naturæ ſuæ non miſereatur? Quod aũt populus ille dignus fuerit huiuſmodi ſimilitudine, aliæ quoq; ſcripturæ teſtantur. Nam Hieremias in lamentationibus, Filia (inquit) populi mei crudelis quaſi ſtrutio in deſerto. Et Iohannes Baptiſta: Genimina uiperarum, quis oſtendit uobis fugere à uentura ira? Igitur faciam planctum uelut draconum, & luctũ quaſi ſtrutionum, i. planctũ nulla cõmiſeratione dignũ, & luctũ nulla conſolatione deliniendum. Nam & ſi dolent dracones, nõ pium habent gemitum qui cõpaſſionẽ prouocet, ſed iræ ardentis tumultum, quẽ caueri oportet. Similiter & ſi mœrent ſtrutiones, crudelitas innata permanet, nec ad naturalẽ curã ſiue diligentiã poſteritatis inanis ſtultitia flecti poteſt. ¶ Quare hoc dicis? Quia deſperata eſt, ait, plaga eius, quia uenit uſq; ad iudã, tetigit portam populi mei uſq; ad Hieruſalem. Iccirco ſic loquor, quia ſpes miſericordiæ à domino, ſiue ſoluendæ captiuitatis decem tribuum nulla eſt, dicente ipſo per aliũ prophetã. Quia non addam ultra miſereri domui Iſrael. Vſq; ad Iudã uenit & tetigit portã populi mei uſq; ad Hieruſalẽ, quod factũ eſſe, & regũ & Eſaiæ libri teſtantur. Aſſyrius quippe uaſtata Samaria, ueniet etiã in Hieruſalẽ, eo tempore quo Rapſaces miſſus eſt inſultans. Et tunc quidem non deſperata fuit plaga Iuda, ſiue Hieruſalẽ, ſicut plaga Iſrael, ſiue Samariæ: Nam egreſſus angelus domini, percuſſit in caſtris Sennacherib, centũ octogintaquinq; milia, ſed poſt modum á Chaldæis & Hieruſalẽ ſubuerſa, & populus eius in Babylonẽ ductus eſt. Amplius aũt poſterius in manibus Romanoꝝ plaga eiuſdẽ Hieruſalẽ deſperata eſt, & magis plagati ſunt Iudæi, ducti in omnes gentes captiui, quoniã decẽ tribus tunc Aſſyrius abduxit. Sequitur. ¶ In Geth nolite nũciare, lachrymis neploretis. In domo pulueris puluere vos cõſpergite. ¶ Ac ſi dicat, Hoc ad cumulum miſeriaꝝ uobis accidit, quod patientibus uullus cõpatitur, cũ offenſo deo, cũctis quoq; gentibus ſitis odioſi. Propterea dixit: Faciã planctũ quaſi draconũ, quia ſicuti quando dracones ſiue ab elephantis ſiue ab hominib⁹ uincũtur, & ob hoc ingenti ſibilo ꝓſonant, nullus hominũ accurrit ad hoc, ut de nece illoꝝ doleat. Habẽt etiã dracones & homines naturales inter ſe inimitias. Ita dũ uos ab hoſtibus capiemini, nulla ex uicinis gentibus erit quæ cõdoleat, nulla quin de malis ueſtris gaudeat. Amplius aũt gaudebit Geth Paleſtinæ urbs, unde fuit Goliath & fratres ei⁹, q ceciderũt in manu Dauid & ſeruoꝝ eius, & iccirco plus cæteris in miſeria ueſtra gaudẽdo ſemetipſam cõſolabitur. Nolite ergo nũciare in Geth, imò optate, qđ impoſſibile eſt, ne audiat illa ueſtras clades, neq; lachrymis ploretis, qa ueſter fletus gaudiũ & riſus eius erit. Diſſimulate fletũ, nec in ſingulꝰ dolor erũpat, ne aduerſarij gratulẽtur. Nolite foras exire, ſed in domo puluеris puluere uos aſpergite, In domo ruente, cinere ruinaꝝ uoſmet aſperſos tantũ uoſipſi cõſpicite. Hęc quidẽ tanq; cõſulendo dicit, uerũtn uerba hæc nõ rationis ſunt, ſed doloris, q ſæpe rationẽ nõ admittit. Nam quantũcunq; diſſimulent, lachrymasq; teneant captiui, impoſſibile eſt ut calamitas eoꝝ aduerſarijs maxime uicinis, ut erãt Phyliſtijm, ignota ſit. Nec moratur iudex, ſcilicet diuinitas, certã de pectore & ore prophetæ dare ſententiã, quæ hoc modo denotat:

Eſa.20

Thren.4
Lucæ.3

Oſee.1

4.Reg.18.

2.Reg.21

Habitatio pulchra, Samaria.

¶Transite vobis habitatio pulchra, confusa ignominia.¶ Habitationē pulchrā, Samariā appellat, quippe quæ in pulcherrimo atq; uberrimo Iudææ loco sita est. Dixit ergo adeā: O tu q̄ habitas in regione uberrima, q̄ cōfusa es ignominia, transi, & in captiuitatē ducere, iudiciū portans ignominiæ tuæ, cōfestimq; ad nos cōuertitur & dicit: ¶Nō est egressa que habitat in exitu:¶ Quod utrū de eadē habitatiōe pulchra. i. de Samaria, an certe de Hierusalē dicat, de qua uersu sequēti manifeste loquitur, incertū est. Sed si de Samaria dicitur, hic sensus est: Nō est egressa q̄ habitat in exitu. i. in ipsis Assyriæ captiuitatis foribus sita est. Et statim ut mota fuerit de finibus suis, hostilē terrā ingredit. Verū quātūcunq; uicina sit nō satis liquet, quō ipsa q̄ trāsire iubetur, & transit congrue dicatur, q̄ nō egressa sit. Si aūt de Hierusalē hoc dictū placet intelligi, sensus iste est. Vos trāsite iā habitatores habitationis pulchræ, sc̄z Samariæ, Hierm aūt hac uice nō egreditur, q̄ tn̄ habitat in exitu. i. cuius egressio siue transmigratio iā quidē paratur, sed paululū differtur, uc̄z Ezechia, simulq; Esaia propheta, deo supplicātib⁹, suisq; p̄cibus eā retinētibus, dictū q̄ est hoc scdm similitudinē alicuius egressuri, iāq; in ostio stantis, cuius egressio certa quidē est, sed retardatur aliquibus ex causis. Clarū hoc est respicienti, q̄ tūc quidē Hierusalē liberata est de manu Assyrioꝝ qui decē tribus captiuauerāt, sed postmodū Chaldæis tradita, & in Babylonē ducta est. De qua uc̄z Hierusalē protinus sequitur. ¶Planctū vicina domus accipiet a vobis que stetit sibimet, q̄ infirmata est in bonū, que habitat in amaritudinibus, q̄ descēdit malū a domino in portā ¶Hierusalē, tumultus quadrige stupozis habitātis Lachis:¶ Nā illa q̄ interim stetit sibimet Hierusalē est, q̄ (ut iā diximus) tūc egressa nō est, domus aūt uicina, imò cognata eius Israel erat. i. decem tribus, cuius planctū accepit à uobis ò habitatio pulchra, cui dictū est. Transite uobis. i. abite captiui. Accepit (inq̄) planctū, & ad suū traxit instrumentū ut infirmaretur. i. coram deo humiliaretur, & iccirco stetit, qa infirmata est in bonū q̄ habitat in amaritudinibus. Quā infirmitatē bono ipsius habitā, & has amaritudines eius scriptura libri Regū, siue Esaiæ ꝓphetæ manifeste testātur. Cū em̄ trāslatis decē tribus, Sennacherib rex Assyrioꝝ ascendisset sup oēs ciuitates Iuda munitas, & cepisset eas, misisset q̄ Rapsacen de Lachis in Hierusalē ad blasphemādū deū uiuentē, & exprobrādū clamosis uocibus. Audiēs Ezechias per nuncios ingredientes ad se sciscis uestibus, scidit & ipe uestimēta sua, & obuolutus est sacco, & intrauit in domū dñi. Et misit Eliachim, q̄ erat sup domū, & Sobnā scribā, & seniores de sacerdotibus opertos saccis ad Esaiā filiū Amos prophetā, & dixerūt ad eū: Hæc dicit Ezechias. Dies tribulatiōis & correptiōis & blasphemiæ dies hæc: quia uenerūt filij usq; ad partū, & uirtus nō est parturienti, &c. Taliter infirmata est, & adeo habitauit in amaritudinibus, ut assimilaretur parienti uirtutē in partu nō habēti pro eo, quia descendit malū à dño in portā ipsius Hierusalē. Et tumultus quadrigæ stuporis habitanti Lachis, quæ ciuitas erat in tribu Iuda, quā & cœperat Sēnacherib, unde & set uos suos misit ad Ezechiā, cuius quadrigæ tā multæ erant, ut recte dicantur, quadrigæ stuporis. Malū illud à dño descendisse dicit: quia uc̄z non uenisset Sennacherib, nisi iudicio ut permissione domini. Quod ipse quoq; scire gestiens, eademq; scientia nimiū abutens, non parū de suo mēdaciter adiecit: Dixit em̄: Nunquid sine domini uoluntate ascendi ad locū istū, ut demolirer eū. Dñs dixit mihi: Ascende ad terrā hanc, & demolire eā. Descēdisse aūt illud malum in portā Hierusalē congrue dicit, quia nunciꝰ Sennacherib per quos talia mandauerat, uenientes Hierusalē steterunt iuxta aquæ ductū, piscinæ superioris, quæ est in uia agri fullonis, uocaueruntq; regē. Egressus est aūt ad eos Eliachim filius Helchiæ præpositus domus, & Sobnas scriba, & Ioæ filius Asaph à commentarijs. Sed non est egressa (iuxta hic propheta) quæ habitat in exitu, subauditur, quamuis clamaret Rabsaces. Hæc dicit rex magnus rex Assyriorum, facite mecū quod uobis est utile, facite mecum benedictionē, & egrediemini ad me, &c. Habitat quidē in exitu (ut iā dictū est) quia uicina erat Babylonia captiuitas, sed tunc egressa non est, nec ipse ingredi permissus est, dicēte dño per Esaiā. Nō ingredietur urbē hanc, nec mittet in eā sagittā, nec occupabit eā clypeus, non circundabit eā munitio, &c. Sequitur. ¶Principiū peccati est filie Syon, q̄ inuenta sunt in te scelera Israel. ¶Propterea dabit emissarios super hereditatem Beth, domum mendacij in deceptionem regibus Israel. Adhuc heredem adducam tibi, que habi-

4. Regū. 19. Esai, 37

Hierusalē infirmata in bonū.

Lachis

Vbi supra

tas in

tas in ☞Mareſa, vſq; Adollam veniet gloria Iſrael. ¶Nomina hæc ſunt ciuitatum in tribu Iuda: Lachis, Mareſa, & Adolla. Porrò, Geth Paleſtinæ (ut iã dictũ eſt) urbis uocabulum eſt. Veruntamen totus hic locus obſcurus eſt, propterea, quia nihil rei geſtarũ ex eis ſcriptura refert in illo aduentu Aſſyrioꝝ, niſi quod cũ cæteris urbibus cõmune eſt, quia aſcendit rex Aſſyrioꝝ ad uniuerſas ciuitates Iuda munitas, & cœpit eas, excepto q̃ de Lachis Rapſacen miſiſſe legitur in Hieruſalẽ ad regẽ Ezechiã, cũ manu graui. Itaq; quicq; nihil ſuffragatur de ſcripturis, q̃ locũ hũc ſplendidiorẽ reddere poſſit, nihil eſt amplius qđ lector exigere poſſit, q̃ ipſa beati Hieronimi dicta dubie pertractãtis, & quaſi nauicula, ut fatetur ipſe, inter ſaxa, & acutiſſimos ſcopulos pro poſſe regentis. Venient igitur (inq̃t) ☞Lachis urbs idolis dedita, & ad te quadrigæ & equites Aſſyriorum, quia & in te inuenta ſunt ſcelera Iſrael, & tu fuiſti principium Idololatriæ in Iuda. Per te em̃ quaſi per portã impietas decem tribuũ migrauit Hieruſalem. Non ſolum aũt per Lachis tumultus ueniet quadrigę ſed & ſuper Geth metropolim Paleſtinæ (de qua ſupra dixerã) in Geth nolite annunciare. Mittet em̃ Aſſyrios iatrunculos ſuos, quos uocat emiſſarios, & poſſidebit domũ Idololatriæ urbẽq; mẽdaciũ, quæ in ſupplantationẽ fuit regibus Iſrael. Quod aũt ſequitur. Adhuc hæredẽ adducã tibi, quæ habitas in Mareſa, pulchre alluſit ad nomẽ. Quia em̃ Mareſa hæreditas dicitur, aduentũ in eã hoſtiũ pro hæredibus appellauit, & uſq; Adollã urbẽ Iudæ uenier Mareſa, i. hæreditas, quæ glorioſa eſt in urbibus Iſrael, ut ubi dicitur, gloriæ, genitiuus caſus ſit numeri ſingularis huius gloriæ, & nõ ntũs pluralis hæ gloriæ. Vel certe ita intelligamus: Captiuitas Iſrael quæ euenit Lachis, & Geth, & Mareſa, uſq; Adollam quoq; ueniet expreſſiuſq; legendum eſt gloria Iſrael, ut per antiphraſin ignominia uel uaſtitas ſentiatur. Nunc idẽ quod paulo ante dixerat, tranſite uobis, habitatio pulchra cõfuſa ignominia uerbis alijs rurſus edicit. ¶**Decaluare & tõdere ſuper filios delitiarũ tuarũ, dilata caluitiũ tuũ ſicut aquila, quoniã captiui ducti ſunt ex te.** ¶Et illic tranſite cũ dicit, hoc eſt ſine dubio trãſibitis, & hic, decaluare & tõdere, & dilata caluitiũ tuũ, idẽ eſt ac ſi dicat: Decaluaberis & tõdeberis, & caluitiũ tuũ dilatabis. Verũtñ cũ dicit: ſicut aquila breuiter alios pro alijs filijs reſtituendos ſignificat, ut uel ipſe propheta, uel quilibet alius ſpũaliter intelligens, in ipſa, p̃ qua dolere poterat decaluatiõe & tonſione Iſraelis conſolatione nõ careat. Qũo em̃ uel ad quod decaluatur, ſiue caluitiũ dilatat aquila? Nimiꝝ certo tempore cũ ſenuerit, uetères pennas amittit, & remanet in plumis, ſed nouis renaſcentibus, ipſa iuueneſcit. Vnde & Pſalmiſta, Renouabitur (ait) ſicut aquilæ iuuentus tua. Ergo ſpũs illud propheticus myſtice innuit, qđ pro filijs delitiaꝝ, i. pro filijs carnalis Iſrael, qui & à fide exciderũt & de terra ſua captiui mox traducendi erant, alij nõ filij carnis, ſed filij promiſſionis, & fidei ſub rogandi forent, atq; ita rurſus iuueneſcens Iſrael tanq̃ aquila renouata, plumis ac pennis floridis ornata in cœlũ uolaret, qđ nãc fit, & uſq; in finẽ ſeculi fieri nõ deſinit, renaſcẽtibus ex omnibus gẽtibus fidelibus, tanq̃ nouis plumis, & carnalibus filijs tanq̃ ueteribus plumis in oẽs gentes ꝑpetua captiuitate diſperſis. Sequitur. ¶**Vę qui cogitatis inutile, & operamini malum in cubilibus veſtris. In luce matutina faciunt illud, quoniã cõtra dñm eſt manus eoꝝ. Et cõcupierũt agros & violẽter tulerũ, domoſq; rapuerunt, & calumniabantur virũ & domum eiꝰ, virũ & hereditatẽ eiꝰ. Ideirco hec dicit dñs: Ecce ego cogito ſuper familiã iſtã malum, vnde nõ auferetis colla veſtra, & nõ ambulabitis ſuperbi qñ tempus peſſimum eſt.** ¶Hactenus dixerat, q̃ propter ſcelus Iacob, & ꝓpter pcta̅ domus Iſrael tradẽda eſſet Samaria, malũq; deſcenſurũ à dño in portã Hieruſalẽ, & oẽs populos terrãq; & plenitudinẽ eius ſcire optauerat iuſtitiã dñi, ſic in populũ quõdã ſuũ uindicantis, ſed nõ dixerit modũ ſceleris ſiue peccatoꝝ, i. utrũ taliter peccaſſent, ut irã tantam merito ſuſtinere deberent. Vt ergo amplius iuſtitia dei manifeſtetur, & ipſi eſſe inexcuſabiles cognoſcantur: Væ (inquit) qui cogitatis inutile, & operamini malũ in cubilibꝰ ueſtris, ſtatimq; ad auditores conuerſus, in luce ait matutina faciunt illud, quoniam contra dominũ eſt manus eoꝝ, &c. Modum peccati illoꝝ in eo maxime exprimit quod ait: In luce matutina faciunt illud, quoniã contra dominũ eſt manus eoꝝ. Quid enim eſt in luce matutina, niſi ac ſi dicat: nõ in ignorantia? Et quid eſt, quoniam contra dominum manus eoꝝ niſi ac ſi dicat: non ex infirmitate, ſed ex ſuperbia, uel (ſicut Pſalmiſta dicit) quaſi ex adipe

Caluitiũ aq̃le

Pſal. 102.

CAP. II

pro

prodijt iniquitas eorũ. Hic nanq; modus peccati eſt deterrimus, cũ quis nõ per ignorantiã, nõ per infirmitatẽ, ſed ſcienter per ſuperbiã peccare cognoſcitur. Deniq; ſi per ignorantiã quis peccat, ſi per infirmitatẽ delinquit, adhuc uenia proxima eſt illi. Vnde Pſalmiſta firmiter tenẽs anchorã ſpei: Delicta (inqt) iuuẽtutis meæ, & ignorãtias meas ne memineris. Iuuẽtutẽ pro infirmitate poſuit, qa ucꝫ iuuẽtus ipſa magna carnis infirmitas eſt. Porrò peccator ſuperbus dñm exacerbat, & dñs (ſicut ait idẽ) ſcdm multitudinẽ iræ ſuæ nõ quæret, i. pereũtem nõ requiret, ueniam illi non offert, quia multum iratus eſt. Væ igitur tibi ò Hieroboã, de cuius peccatis nunc maxime agitur, ubi prẽmiſſum eſt, in ſcelere Iacob omne iſtud & in peccatis domus Iſrael. Tu enim peccare feciſti Iſrael, & iccirco tu ſolus ſufficis, ut (exempli gratia) uenias ad mediũ pro omnibus, quibusùe minatur, quia cogitant inutile, & operantur malum in cubilibus ſuis, in luce matutina, id eſt, ſcienter uel cũ conſilio & quaſi ſapienter faciunt illud, qm̃ contra dominũ eſt manus eorũ. De te nanq; ſic manifeſte ſcriptura teſtatur. Dixitq; Hieroboam in corde ſuo: Nunc reuertetur regnũ ad domũ Dauid, ſi aſcenderit populus iſte ut faciat ſacrificia in domo dñi in Hieruſalẽ, & cõuertetur cor populi huius ad dñm ſuũ Roboã regẽ Iuda, interficientq; me & reuertẽtur ad eũ. Et excogitato cõſilio fecit duos uitulos aureos, & dixit eis: Nolite ultra aſcẽdere in Hieruſalẽ. Ecce dij tui Iſrael q eduxerũt te de terra Aegypti. Hoc inutile cogitaſti: inutile (inquã) qa non profuit tibi, imò pernoxiũ, qa plurimũ nocuit tibi. Niſi enim iſtud cogitaſſes, melius & diutius regnare potuiſſes, qa ſic per prophetã dixerat dñs ad te. Si igitur audieris omnia q̃ præcepero tibi & ambulaueris in uijs meis, & ero tecũ, & ædificabo tibi domũ fidelẽ, quã ædificaui Dauid, & tradã tibi Iſrael. Quia uero cogitaſti hoc, nõ ſolũ cogitando, & faciendo, nõ confirmaſti regnũ tibi, uerũetiã nimis infeliciter te & thronũ tuũ deturbaſti, ſcdm uerba eiuſdẽ domini per eundem prophetã dicẽtis, quia ſic feciſti: Ecce ego inducã mala ſuper domũ Hieroboã & percutiam de Hieroboam mingentem ad parietẽ, & clauſum, & nouiſſimũ in Iſrahel, & mundabo reliquias domus Hieroboam, ſicut mundari ſolet ſimus uſq; ad purũ. Qui mortui fuerint de Hieroboã in ciuitate, comedent eos canes, qui autem mortui fuerint in agro uorabũt eos aues cœli, quia dñs locutus eſt. Ergo nimis inutile fuit qđ cogitaſti, & iccirco omniũ illorũ exemplũ merito fieri debuiſti, qui ſimiliter inutile cogitant & operantur malũ in cubilibus ſuis. Qui nã ſunt illi? Nimirum omnes qui eiuſmodi ſunt, ut non ab aliquo inducantur, ſed proprio de corde malũ confingunt, & adinueniunt de ſemetipſis, utpote malicioſi, quod te feciſſe ſcriptura manifeſte redarguit dũ dicit: Dixitq; Hieroboam in corde ſuo, &c. Vnde & alius propheta cũ de uitulo tuo loqueretur: Ex Iſrael (inquit) ipſe eſt, artifex fecit illũ. Tu es ille artifex notiſſimus inter omnes artifices, qui malum operantur uel operati ſunt in cubilibus ſuis, i. adinuenerunt de cordibus ſuis, qui in luce matutina, i. cum deliberatione non ignoranter, ſed ſcienter (ut iam dictũ eſt) faciunt illud, quod ex eo maxime probatur, qm̃ contra dominũ eſt manus eorũ, id eſt, quoniã peccatũ ſuum, dũ redarguuntur, fortiter defendunt quod feciſti tu, qui redargutus per prophetam extendiſti manũ tuã contra dominũ, ſicut ſcriptũ eſt. Cunq; audiſſet rex ſermonẽ hominis dei, quem inclamauerat contra altare in Bethel, extendit manum ſuam de altari dicens: Apprehendite eum, & exaruit manus eius, quã extenderat contra eũ, nec ualuit retrahere eã ad ſe. ¶ Huiuſmodi ut contra dominũ, ita & contra fratres & proximos, quibus prẽualent impie fortes, & fortiter impij ſunt. Vnde & protinus ſubiungit. Et concupierunt agros, & uiolenter tulerunt domoſq; rapuerunt, & calumniabantur uirum & domum eius, uirũ & hæreditatẽ eius. Taliũ quoq; quod uæ illis ſit, unus pro exemplo ſatis eſt, uidelicet Achab rex Iſrael, qui concupiuit uineã Naboth, & quia noluit eam dare, calumniatus eſt cũ uxore ſua uirum eundem & hæreditatem eius. Calumnia fuit eiuſmodi: Sumite (inquit) duos uiros filios Belial contra eum, & falſum teſtimoniũ dicant. Benedixit Naboth deũ & regem, & ducite eũ & lapidate, ſicq; moriatur, & ita factũ eſt. Talia fuerunt ſcelera Iacob, & talia peccata domus Iſrael, cuius inter reges iſti duo Hieroboã & Achab, cũ uxore ſua Iezabel notiſſimi in ſceleribus ſunt, quoꝝ à peccatis neq; reges neq; populares receſſerũt, imò uſq; adeo tandẽ in peius progreſſi ſunt, ut cõtra ipſum dñm Chriſtũ cogitarẽt inutile, & operarentur malũ, ita uirum eiuſmodi calumniarentur & hæreditatem eius, dicentes cum uidiſſent eum: Hic eſt hæres, occidamus

Pſal. 24

Væ tibi Hieroboam.

3. Reg. 12.

Malicioſi

Violẽtia regũ Iſrael cõtra ꝓximos ſuos.

Mat. 21.

Occidamus eum, & noſtra erit hæreditas. Væ igitur illis. Nam iccirco hæc dicit dominus. Ecce cogito ſuper familiam iſtam malum, unde non auferetis colla ueſtra, & non ambulabitis ſuperbi, quoniã tempus peſſimũ eſt. Videmus ita factũ, quia uidelicet decẽ tribus iugũ Aſſyriæ poteſtatis ſubierunt, de quo auferre colla ſua, nec potuerunt nec poſſunt, tribus autẽ Iuda in Babylonẽ ducta, rurſus quidẽ de illa captiuitate collũ ſuũ abſtulit, ſed rurſum captiuantibus Romanis collum ſuũ iã erigere uel ſuperbi ambulare nõ poſſunt, ſunt enim contemptibiles coram omnibus hominibus, tempuſq; paſſionũ eſt illis, máxime pro ciuitate qua ſunt excæcati. Sequitur. ¶ In die illa ſumetur ſuper vos parabola, & cãtabitur canticũ cũ ſuauitate dicentiũ: De populatione vaſtati ſumus, pars populi mei cõmutata eſt. Quõ recedit a me, cũ reuertatur, qui regiones noſtras diuidat? Propter hoc non erit tibi mittens funiculum ſortis in cetu domini. ¶ Senſum ſcripturæ ſenſum uerũ quærere, & indagare cupientes, ſyluaticæ uenationũ recordamur, quæ in uſu quinã canes ueraciter uenatici ſint cõprobantur. Nã qui eius naturæ, uel ſagacitatis nõ ſunt, ut uenationis infatigabili dilectione trahantur, mox ut ſpinetis, aut paludibus, aut ſcopulis, uel rupibus offenſi fuerint, fugientẽ capreã aut hinnulũ ceruoſ; ſegnes obliuiſcuntur & ad domeſtica cubilia uacui reuertũtur. Qui aũt canes ingenui uel naturalit̃ ſunt uenatici, nullius difficultatis offenſiõe ſuperantur, ſed eunt ꝓniciter ꝓaſpera, ꝓ inuia, q̃ ſemel aſpecte uenationis delectabili odore trahuntur, quaſi morituri niſi capiant, miſerabiliter gemebundi niſi apprehendãt. Si canes dñi ſumus, ſenſus ueritatis in ſanctaſ; ſcripturaſ; ſylua denſiſſima uenatio nobis eſt. Currimus ut cõprehendamus, & tunc læti ſumus, tũc coram illo lętari geſtimus, ſi inter oẽs literæ difficultates pſeueranter intẽti, ſenſum bonũ & utilẽ, q̃ lectorẽ ædificat, & uelut conuiuam oblectet reportamus. Capitulum præſens ſecundũ ſaltuum ſam dictã ſimilitudinem, difficile eſt adeo, ut propter difficultatem eius dicat beatus Hieronymus, & ſtudioſus ſenſuum tractator, & fidelis literæ interpres. Si quis aũt in lege domini die ac nocte meditatus, maius habuit ſtudiũ, maius ingeniũ, ocium, gratiamq; & poteſt de præſenti capitulo probabilius aliquid dicere, nõ ſperno, non inuideo, quin potius cupio abeo diſcere quod ignoro, & libenter me diſcipulum profitebor, dũmodo doceat, & non detrahat. Nihil em̃ tam facile, q̃ ocioſum & dormientem de alioſ; labore, & uigilꝝs diſputare Hæc ille pro difficultate dixit præſentis capituli quo ſic per hũc prophetam, dictum eſt. In die illa ſumetur ſuper uos parabola, & cantabitur canticum cum ſuauitate dicentiũ. De populatione uaſtati ſumus, &c. ut ſupra. Reddiderat autem hunc ſenſum. Sicut enim mala operati ſunt contra dominum, ſic mala captiuitatis perpetua ſuſtinebũt, & in tantam ueniẽt anguſtiam, ut omnia eorum cantica, & pſalmi uertantur in luctum, nihilq; aliud nouerit loqui populus, niſi hoc de populatione uaſtati ſumus, ſiue miſeria miſeri facti ſumus. Terram quippe repromiſſionis, quæ prius duabus & ſemis tribubus ſorte diuiſa fuerat, trans Iordanem Moyſen mittente funiculum, & poſtea ab Ieſu Naue tribubus reliquis diſpertita. Hęc gentibus Romano menſore diuiſa eſt. Et nemo fuit qui prohiberet, quin potius cum uniuerſas obtineant nationes, nullus eſt in Iudæis qui antiquum priſtina libertate poſſideat ſtatum. Hæc ergo cum dicit, & cum plura ſimilia diuerſis in locis, hiantem atq; latrantem canem auditorem reddit, ut ſicut in pleriſq; ſic & in præſenti loco ſeipſum adhuc ſubeſſe ſentiens, quantumuis fugientem uelut capream aut ceruoſ; hinnulum nõ ceſſet inſequi. ¶ Dicimus itaq; quia dies illa, ſiue tẽpus peſſimũ, in quo parabolã ſuper illos ſumendã, cãticũq; cũ ſuauitate cantandũ ꝓdixit, tempus præſens eſt. Nũc em̃ ſuper illos parabolã ſumpſimus ucz ex quo Apoſtolus ſic præſcripſit ut diceret. Hæc aũt omnia in figura contingebant illis. Nimirum quod & corpora illorũ in deſerto proſtrata ſunt, qui rubrum mare tranſierãt & in Moſe baptizati fuerãt in nube & in mari, & illud quod decem tribus à domo Dauid ſciſſæ ſunt, & in Aſſyrios captiuate abierunt, & illud quod Hieruſalem ciuitas ſancta Chaldaico igne cõflagrata eſt, & Iuda in Babylonẽ tranſmigrauit, parabola magna, parabola ſuper oẽs illos ſumpta nobis eſt. ¶ Denicq; ſcdm horum ſimilitudinẽ damna eccleſiæ, quæ de multitudine credentiũ, ſiue nomine tenus Chriſtianoſ; frequenter acciderunt, mater eccleſia conſiderat, & ad correctionẽ ſiue ad cõſolationẽ filiorum parabolas eiuſmodi ſæpius reſitat, ſiue cũ falſi fratres qui eandem profiteri fidem uidẽtur, propter malos mores æternæ

promiſſionis

Exẽplũ à canibus uenaticis.

Difficultas huius capituli.

Cãtica Iudęorum in luctum verſa.

Ioſue. 14

Vituli aurei hæreticorum.

promiſſionis terra indigni æſtimantur, quaſi in deſerto proſternũtur, ſiue cũ manifeſte hæretici fidei ueritatẽ abdicantes, ueraciter ſeſe ſcindunt à domo Dauid, & impioꝝ dogmatũ uitulos fabricantur, quaſi aureo fulgore nitidi ſermonis, ad ſimplices decipiẽdos ſemper intenti. Quid de Babylonica captiuitate dicã? Nunquid ſolũmodo parabola nobis eſt, & non etiam ſuaue canticũ? Deniq; quoties cantamus: Super flumina Babylonis illic ſedimus & fleuimus, dũ recordaremur tui Syon, &c. cãticũ cantatur ſuper illos ſumptũ, & nobis congruũ, qui reuelatos in Chriſto habẽtes oculos in illa captiuitate, q̃ tũc per Nabuchodonoſor uni populo accidit, uniuerſalẽ intelligimus captiuitatẽ humani generis q̃ per diabolũ euenit in tranſgreſſione primi hominis. Et taliter cãtare, eſt dicere, de populatiõe uaſtati ſumus, qũ uerũ eſt, ita ut etiã ueraciter dicamus: morte mortui ſumus. Nã in Adam oẽs moriuntur.

Pars populi mei commutata eſt.

¶ Quod aũt ſubiungitur: pars populi mei cõmutata eſt, propius ad quempiã de gente illa electũ & ſanctũ, uerbi gratia, ad Apoſtolũ pertinet, cuius populus ſcdm carnem Iudaicus populus eſt. Nã illius populi ſui quæ pars fuerit, exprimit his uerbis: Quorum adoptio eſt filioꝝ, & gloria, & teſtamentũ, & legiſlatio, & obſequiũ, & promiſſa: quoꝝ patres, & ex q̃bus Chriſtus ſcdm carnẽ, qui eſt ſuper omnia deus benedictus in ſecula, Amen. Dicat ergo, ſiue idẽ Apoſtolus, ſiue quilibet alius ex illo populo ſctũs & uerus, pars populi mei cõmutata, id eſt, tota dignitas Iudæis ablata, & gentibus data eſt. Quod dũ dicitur, & ſit, ſumitur ſuper eos etiã in illa parabola, de duobus fratribus, Iacob & Eſau, quia uidelicet ſecũdũ rem illoꝝ corporaliter geſtam, ſit hoc ſpirituale myſteriũ, dũ ſpũalia primogenita Iudæoꝝ commutata, id eſt, ſupplantatori populo gentiũ data ſunt. Nimiꝝ talis aſſumptio parabolæ uel cantici, digna eſt p̃ſenti, p̃conio ſp̃us prophetici, quia magna eſt, & ad illã ptinet aſſumptionẽ, de qua cũ loq̃retur Apoſtolus: Quæ (inquit) aſſumptio, niſi uita ex mortuis? Dicit aũt huiuſmodi parabola cũ ſuauitate dicentiũ: Vere nãq; ſuaue eſt hmõi cãticũ, eis dũtaxat q̃ dicũt, & dicere ſciũt: Nã ecõtra illis ſup quos dicitur, ſcdm eiuſmodi parabolã, nimis amarũ eſt tormẽtũ. Vbi aũt dicitur: cõmutata eſt pars populi mei, ut ſequẽs uerſiculus cohæreat, ſũbaudiendũ eſt eiulãtis, atq; dicẽtis: Qũo recedet à me, cũ reuertatur q̃ regiones nr̃as diuidat? Sicut eñ prædictus Eſau, magno clamore irrugiens, & eiulato magno flens: iuſte (inq̃t) uocatũ ẽ nomẽ eius Iacob, ſupplãtauit eñ me en altera uice: primogenita mea antetulit, & nũc ſcdo ſubripuit bñdictionẽ meã. Sic populus Iudaicus credẽtẽ ex gẽtibus populũ, iã altera uice cõtra ſe reuerſum eẽ, & nõ deſiſtere, uidẽs dolet & torqueꝫ, dicitq;: Qũo recedet à me cũ reuertat̃ q̃ regiões nr̃as diuidat? Regiões nãq; Iudæoꝝ in eo reuertentes diuidim⁹, q̃ guſtata dulcedine primogenitoꝝ q̃ añ tulim⁹. i. p̃dicatiõe euãgelij, quã ſuſcepim⁹, iteꝝ ſuccingimur, & oẽs ſcripturas eoꝝ, legẽ & prophetas, & pſalmos inuadim⁹, Chriſto regiões iſtas metiẽte ac diuidẽte. i. ſenſum nobis apiente, ut intelligam⁹, optaret nos Iudæus recedere ſaltẽ cõtentos primogenitis. i. uerbo euãgelij, qđ oportebat illũ primũ loqui, ſed nõ deſiſtimus, niſi oẽs (ut iã dictũ eſt) ſcripturas rapiẽtes, ſpoliatos illos, & ab omni ueritate nudos eſſe oñdamus. Cũ igitur ſcdm eiuſmodi parabolã popul⁹ iſte ſit Eſau, q̃ & añ primogenita & ſcdo uniuerſas æternæ bñdictionis regiões p̃didit, recte mox dicitur illi: Propter hoc nõ erit tibi mittẽs funiculũ ſortis in cetu dñi. Et eſt ſenſus. Q̃m tu ò populo carnalis, q̃ te ſemen Iacob eſtimas, talis effect⁹ es, ut recte de te talis parabola ſumpta ſit, & cãticũ q̃ decãtaris, q̃ ſis Eſau, q̃ ſit multitudo incredula, q̃ q̃uis mare trãſierit, pſtrata eſt in deſerto, nec terrã promiſſionis intrauit, q̃ ſis illa turba, q̃ ſcidit ſe à domo Dauid, & uitulos aureos fecit, propter hoc nullus de tuo cetu cõputabitur inter eos, q̃ uocati ſunt à dño ut promiſſionẽ accipiant æternæ hæreditatis. Sequitur. L Me loquamini loquentes, nõ ſtillabit ſuper iſtos, nõ cõprehẽdet cõfuſio, dicit dñs domus Iacob. Nunquid abbreuiatus eſt ſp̃us dñi, aut tales ſunt cogitationes eius? Ordo uerboꝝ eſt. O domus Iacob, dñs dicit: Ne loquamini loquẽtes, nõ ſtillabit ſup iſtos, nõ cõprehẽdet eos cõfuſio. Ne loq̃mini loquentes, nũq̃d abbreuiatus eſt ſp̃us dñi, aut tales ſunt cogitatiões. ¶ Porro, q̃ ſenſus ſit q̃tidiano experimẽto ferè p̃doceri poſſumus. Quoties nãq; illis logmur dicẽtes: cõdemnari oẽm hominẽ in Chriſtũ nõ credẽtẽ, nec Iudæũ p̃tinere ad ſalutẽ Chr̃o incredulũ, iuxta illud: q̃ aũt increꝺulus eſt filio, nõ uidebit uitã, ſed ira dei manet in eo, quãto magis q̃q; de ſcripturis antiquorũ hus iſtud comprobari nitimur. Tãto bellicoſius ſcutũ cõtra arripiũt, ſcutũ cordis ſibi faciũt

Reſponſiones Iudæorum cõtra nos.

Rom. 11.

Gen. 27

Iohan. 3.

magnitu-

magnitudinem patrum ſuorꝫ, dicentes, impoſſibile eſſe, ut condẽnetur genus illorꝫ, & iſtud quoq; dicunt: Nunquid mẽdax eſt deus, aut mutabilis eſt deus? Nũquid ſicut homo diuerſis uoluntatibus uariatur, ut olim circuciſionẽ, nunc aũt baptiſmũ ſubire debeamus, ut olim firma uerit nobiſcũ pactũ & cum patribus noſtris, & nunc ad inimicitias conuerſus ſit? Nimirꝫ ſicut nunc de iudicio futuro, ita & tũc quando prænũciabãt Prophetæ aduẽtum Aſſyriorꝫ, ſiue Chaldæorꝫ, & in captiuitatem ituꝝ eẽ propter peccata populũ illũ, totum quod dicebatur repellebant, & incredibile eſſe uolebant, impoſſibile eſſe decertabãt taliter derelinqui, q ſanctũ populũ, & ſanctã progeniẽ patrũ ſanctorũ, locum ſanctũ, templũ pulchrũ & glorioſum. Dicebant ergo ſcdm uerba hæc: nõ ſtillabit ſuper iſtos, & non comprehendet eos cõfuſio. Nũqd abbreuiatus eſt ſpũs dñi, aut tales ſunt cogitatões eius? dicebãt (inquam) mendaces & blaſphemos eſſe Prophetas, imo nec prophetas ſed audaces dici debere Sycophãtas, q auderẽt dicere, qđ ſtillare deberet ira de cœlo ſup Abrahæ filios, ſup genus Iſaac, ac ſuper ſtirpẽ Iacob, qđ gentẽ ſic magnificatã & honoratã comprehẽderet cõfuſio, quod tam breuis diceretur eſſe ſpiritus dñi, ut tam cito pœniteret eum ſuper bonis quæ promiſerat illis, & quod tales, id eſt, tam mutabiles diceretur habere cogitatiões deus, qui eſt incommutabilis. Siqdem aiebant, homines iſti nõ quierunt pacem populi huiꝰ, ſed malũ. Hæc ergo intuẽs Propheta, imò per Prophetã dñs, ne inqt loquamini, loquẽtes uerba huiuſcemõi. Quid eñ? ¶Monne uerba mea bona ſunt, cum eo qui recte graditur? Et ecõtrario, populus meus in aduerſarium conſurrexit.¶ Ac ſi dicat: Vt quid talia loquimini, & quaſi pro me æmulamini, declamãdo quod ego ſim deus fidelis, deus patiẽs & longanimis, quod nõ eſſem, ſi ſtillaret à me malũ ſup uos, ſi comprehẽderet uos confuſio? Nonne et cũ iſtud uobis fecero, nihilominus uerba mea, cũ quo eſſe debent, cũ eo ſunt bona & proſpera. Et quis ille eſt, niſi is q recte graditur? Nimirũ econtrarto debẽt eſſe dura, & aduerſa cum eo qui nõ recte graditur, qui in cõtrariũ cõſurrexit, quod fecit populus meus. Conſulite ipſam, quẽ ſuſcepiſtis legẽ, & ipſa reſpondebit uobis quales inter me & uos cõditiones fuerint. Exempli gratia: Cuſtodi ergo præcepta, & cęrimonias, atq; iudicia, quę ego mando tibi hodie ut facias. Si cuſtodieris & feceris ea, cuſtodiet dñs deus tibi pactũ & miſericordiã quã iurauit patribus tuis: En (inquit) propono in cõſpectu ueſtro hodie benedictionẽ & maledictionẽ, benedictionẽ ſi obedieritis mãdatis dñi dei ueſtri: maledictionẽ, ſi nõ audieritis mãdata dñi dei ueſtri. Ecce aũt populus meus mandata mea nõ cuſtodiuit, ſed in cõtrariũ conſurrexit. Nunc ergo exigere poteſt aut debet, ut cum eo uerba mea bona ſint, ut eſſe debent cum eo q recte graditur, & nõ potius maledictionẽ ſubire, ſicut in conditionalis legis decreto continetur? Ad hæc tanꝫ ſi quęreret populus in quo mandatis dñi nõ obedierit, ſed potius in aduerſariũ cõſurrexit, protinus ſubſequitur, & dicit: ¶Deſuper tunicam pallium ſubtuliſtis, & eos qui tranſibãt ſimpliciter, conuertiſtis in bellum. Mulieres populi mei eieciſtis de domo deliciarum ſuarum, a paruulis eaꝝ tuliſtis laudem meam in perpetuum: Surgite & ite, quia non habetis hic requiem. Propter immunditiam eiꝰ corrumpetur putredine peſſima.¶ Cauſas reddidit, ex quibus cõuincitur populus, quod in aduerſariũ cõſurrexerit. Oportebat aũt cauſas eſſe uniuerſales. i. ad uniuerſum populum pertinẽtes, qm̃ nõ de uno homine, quod in aduerſariũ cõſurrexerit, ſed de uniuerſo populo dictũ eſt, per apoſtrophen ad uniuerſum populũ deſuper tunicã palliũ ſuſtuliſtis, & cætera oñia uerbis præteriti tẽporis, quod nõ uideret adeo eſſe conueniẽs, ſi tantũmodo de quotidianis loqueretur iniurijs ſiue rapinis. Igitur ubi quando & qũo populus dñi ita in aduerſariũ cõſurrexerit, ut deſuper tunicã palliũ ſuſtulerit, & cætera hæc faceret de ſanctæ ſcripturæ rationibus proferendũ eſt, & nihilominus quis ille fuerit cuius deſuper tunicã palliũ ſuſtulerunt. ¶Hoc facere cupientes, primũ quærim̃ quid rationis fuerit, quod Achias Propheta loquẽs cũ Hieroboã in ſermone dñi de regno, pallio nouo quo idut̃ erat, rem ipſam taliter ſignificauit, ut ſcinderet illud in duodecim partes: tolle (inqt) tibi decẽ ſciſſuras. Hæc 3.Reg.11.
eñ dicit dñs deus Iſrael: Ecce ego ſcindã Regnũ Salomonis de manu eius, & dabo tibi decem tribus. Profecto p palliũ ſuũ regnũ Iſrael ſatis manifeſte ſignificauit, atq; idcirco factũ illud hic in præſenti loco cũ dicitur, deſup tunicã palliũ ſuſtuliſtis, nos animaduertere facit, quia cœleſtis gratia puero ſuo Dauid, quaſi palliũ ſupp tunicã dederat Iſrael & Iudã ut ſup

Tunica, regnũ Iuda, Pallium, regnũ Iſrael.

2.Reg.15 utrũq; regnaret. Prius quasi tunica induerat illum, quando regnum dedit ei primum super Iudam solũ. Septem qppe annis regnauit in Hebrõ sup domũ Iuda, priusq̃ regnaret super oẽm Israel. Quando uero uenerũt uniuersæ tribus ad Dauid in Hebron, & unxerunt eum regẽ sup se, cum iam septẽ annis (ut diximus) regnasset sup domũ Iuda, tunc dñs eidem Dauid, sup tunicã palliũ quoq; addidit. Et congrue sicut per Israelẽ palliũ, sic & per tunicã domus Iuda intelligitur: quia uidelicet sicut tunica propius hæret corpori q̃ palliũ, sic tribus Iuda ꝓpinquior q̃ cæteræ trib⁹ fuit ipsi Dauid, nã ipse ex illa tribu extitit. Igitur o populi me⁹ si quæritis cur dixerim, & econtrario populus meus in aduersariũ consurrexit, ecce dico uobis: quia desup tunicã palliũ sustulistis. i. uosmetipsos semini Dauid ademistis, uosipsæ decẽ tribus ab ipo recessistis, ut à me quoq; recederitis sicut & fecistis. Nam relicto altari & templo meo, spretis ꝓmissionibus seminis quod est Christus, quæ dictæ sunt ad Dauid, uitulos aureos: quos fecit Hieroboam, coluistis, & colere nõ destitistis: Hoc agentes siue agere iam dudũ intendẽtes, eos qui transibãt simpliciter cõuertistis in bellũ. Qui nam erãt illi? Nimirũ ipe Dauid & uiri eius, uiri fortes imò fortissimi, & quantũ fortes, tantũ simplices. i. bona fide & simplici corde cum deo & hominib⁹ ambulantes. Illos (inquã) conuertistis in bellũ, constituentes sup uos regem Absalon aduersus patrem suum, & illo mortuo, rursus sequentes Saba filium Bochri. Iam tũc pene desuper tunicã palliũ modo iam dicto, sustulistis: quia uidelicet buccinante Seba & dicente, nõ est nobis pars in Dauid, ne ꝓ hæreditas in filio Isai, separatus est oĩs Israel à Dauid, & ita sine pallio parumper remansit in sola tunica: quia soli adhæserunt ei contribules sui uiri Iuda Peccauerat nãque in Vriam, & iccirco laborabat, subtrahente dño ad breue tempus pacem uestram, nõ tamen auxilij sui gratiam: quia citius illo ꝓpitio, ita recepit pallium sicut & tunicã. i. Israelem sicut & Iudam. At ubi peccauit filius eius Salomon, nõ in unũ hominẽ, sicut ipe Dauid in Vriam, sed in ipm deũ colendo deos alienos ꝓpter mulierũ concupiscentiam, tunc infirmata est domus Dauid, & uos præualuistis tollere illi pallium, nec enim uobis resistere potuit. Quare? A me enim (inquit dñs) factum est uerbum hoc, id est, iudiciũ hoc uidelicet ut nõ posset resistere domus Dauid exigẽtibus peccatis, ut dimitterem uos secundum desideria cordis uestri. Notanda proprietas dictionis: quia sic est dictum, ut eos qui transibant simpliciter, conuertistis in bellum. Trãsire nãq; sanctorũ & electorũ est, qui manentem hic ciuitatem non habent, sed futurã inquirũt secundum nomen Hebreorũ, de quibus Dauid tam fide q̃ carne ortus est. Hebræi nãq; latine dicuntur transitores. Eiusmodi fuerunt Dauid, & Ezechias, & Iosias, & cætera domus Dauid fidelis, intra quam & domũ Hieroboam, sicut scriptura refert, semper bellum fuit. Iuxta quam similitudinẽ nunc usq; semper bellũ est, & erit usq; in finem seculi, inter eos q̃ in præsenti seculo animũ figunt, & eas qui ad æterna futuri seculi bona transire satagũt Igitur & eos, inquit, qui transibant simpliciter conuertistis in bellum, & in illo bello malũ obtinuistis triũphũ. Quomodo? Mulieres, inquit, populi mei eiecistis de domo deliciarũ suarũ, & à paruulis earum tulistis laudem meam imperpetuum. Quæ nam erant mulieres populi mei, nisi homines infirmiores in uobis, qui populus meus esse debuistis? Quæ autem erat domus deliciarũ eiusmodi mulierũ, nisi domus mea in Hierusalẽ, dom⁹ orationis in qua invocabatur nomen meum. De illa domo uos mulieres illas eiecistis, id est, infirmiores & pauperes, quibus præualuistis, sicut mulieribus solent uiri prevalere. Eiecistis inquam, uidelicet tenendo, & teneri cogendo illud edictum Hieroboam: Nolite ultra ascendere in Hierusalẽ sed ite ad adorandum uitulum usq; in Dan. Ita eiẽciẽdo mulieres à paruulis earũ tulistis laudem meam imperpetuũ, id est, ignorantem & errantem multitudinẽ, fecistis in malo perseuerare, ut nunq̃ recederent à peccatis Hieroboam. ¶ Notanda hic trina distinctio peccantium, quam in sanctis scripturis adnimaduertere solemus, ita ut eorũ qui ꝓ ignorantiã, et eorũ qui per infirmitatem, & eorũ qui ꝓ superbiam peccant. Nam qui ꝓ supbiã peccãt, ipsi sunt contra quos maxime inuehitur, sic incipiendo, & ecõtrario, populus meus in aduersariũ cõsurrexit. Qui autem per infirmitatem peccatis consentiunt ipsi sequenti loco denotãtur, dicendo: Mulieres populi mei eiecistis de domo deliciarũ suarũ. Porro qui per ignorãtiam delinquunt, ipsi sunt de q̃bus ait: A paruulis earũ tulistis laudem meam imperpetuũ. Omnes pariter inexcusabiles sunt, & illi fortes uiri simpliciũ debellatores, qui fortiter despoliauerũt, & illæ

Scissio regni ꝓpter peccatũ Dauid & Solomonis.

Heb.13

Reg.12

Trina distinctio peccantiũ

& ille mulieres quæ cum uiri esse deberẽt, effœminatos tali in periculo animos habuerũt, timendo homines plusq̃ deum, & illi paruuli sensu qui scientiã dei non habuerunt, & oẽs pariter una sententia feriuntur, quam protinus depromit, dicens. Surgite, & ite: quia nõ habetis hic requiem. Quod cum dicit: subaudiẽdum est illud, quod notissimũ est & esse debet, propter peccata Hieroboam, uel quia non recessistis à peccatis Hieroboam qui peccare fecit Israel, ut sequens uersiculus propter immunditiam eius, neq; præsens est nominatiuus casus quem requirit, hoc tertiæ personæ uerbum corrumpetur. Nõ utiq; accidit hoc per imperitiam siue incuriam eloquentis, sed per naturam & seueram indignationem prophetici spiritus infame nomẽ execrantis, & superfluum esse iudicantis, in libro suo scribere uocabulũ, quod toties historia sacra denotauit dicendo de singulis regibus Israel, non recessit à peccatis Hieroboam, qui peccare fecit Israel. Itaq; propter immunditiã eius, subauditur Hieroboam quem tu o lector qũo ignorare potes: eius, inquàm, qui peccare fecit Israel, put redine pessima corrumpetur, ipse q in immũdicitiã eiꝰ suscepit Israel? Vide ergo ut sanctæ scripturæ sis familiaris ac domesticus, & tunc animaduertis, q̃ familiariter ad te conuersus spũs propheticus q dixerat, fugite & ite: quia non habetis hic requiem, dicit tibi propter immũdiciam Hieroboam corrũpetur Israel putrudine pessima: Quam ꝓpter immũdiciam? Nimirum propter uitulorum cultũ, qui magna est immundicitia eius q fecit eos. Si eñ de uno uitulo quẽ fecerãt in deserto ueraciter dictũ est. Vidẽs ergo Moses ꝓpm quod esset nudatꝰ spoliauerat eñ eũ Aaron propter ignorantiã sordis, quanto magis de duobus recte dicitur propter immũditiã eius q illos fecit? Igitur propter immunditiã eius, propter non dños, sed uitulos eius: quia factus est immundus, Israel corrũpetur, nõ qualicũq;, sed pessima putredine. i. nõ sola corpoꝛ quæ non imminet captiuitate: sed animaꝛ quoq; abiectõe, & irreuperabili damnatõe: quia pœnitentiã noluerunt agere His dictis ex imperio dñi, statim ex affectu ꝓprio subiũgit: L Vtinã nõ eẽm vir habẽs spm̃, & mẽdaciũ potꝰ loquerer. J Non eñ absq; dolore, sine misericordia, sine cõpassione circa genus suũ esse poterat homo dei, q̃uis cõtra eos inueheretur in sermone dñi zelo tam uehementi, ficut nec Apl'us cũ aduersus idipm genus suũ uehemẽter, inueheretur, declamãdo & æcitatẽ eius, ita ꝓlocutꝰ est. Veritatẽ dico in Christo nõ mentior, testimonium mihi perhibente conscia mea in spiritu sancto, qm̃ tristitia est mihi magna, & cõtinuus dolor cordi meo. Nam quo pondere statim ibidẽ subiungit: optabã eñ ego ipse anathema esse à Christo ꝓ fratribus meis q sunt cognati mei scdm carnẽ meam, qui sunt Israelitæ. Eodẽ & iste: utinã (inqt) nõ eẽm uir hñs spm̃, & mendaciũ potius loquerer. Nempe q facit hoc, anathema est à deo, utpote pseudoprophe-ta loquens de corde suo nõ qđ deus inspirat: sed qđ mẽdacij pr̃ diabolus serpẽs antiquus insibilat. Ad hæc dñs respondet: L Stillabo tibi vinũ in ebrietatẽ. & erit, super quem stillatur populus iste J Ac sic dicat: Non erit ita, ut tu nũc optabas: sed tibi stillabo ut nũc usq; stillaui, nõ aquã mendacij sicut pseudo prophetis: sed uinũ ueritatis sicut uatibus sanctis, & hoc usq; in ebrietatẽ, & usq; quo tu inebrieris, & tacere nõ possis: sed loquaris ex abũdantia cordis, & sup quẽ stillat uere ꝓphetię pluuia, ppꝰ est iste ꝓquo tu doles, & quantumuis doleas, iste ẽ, iste (inquã) putredine pessima, sicut ꝓphetasti, corrũpi habet. Hmõi dolor cõsolatione dñi dignus est. Seqtur ergo, dicitq; & ipsi & p ipm cæteris humiliũ seruorũ suorum consolator dñs. L Congregatione congregabo Jacob, totum te in vnum conducã, reliquias Jsrael pariter ponam illum quasi gregem in ouili, quasi pecus in medio caularum, tumultuabuntur a multitudine hominum. Ascendet enim pandens iter ante eos, diuident et transibunt portam, et egredientur p eã, & transibit rex eorũ coram eis: at dominus in capite eorũ. J Profecto liquet uerba consolatoria hæc esse, ut nõ doleat Iacob siue Israel. i. quicunq; de illo Patriarcha sancto scdm carnem natus, scdm fidẽ quoq; filius eiꝰ, quemadmodũ iste Propheta dolens dixerat: utinã mendacium loquerer. i. utinam nequaq̃ scdm prophetiam meã tanta Israheliticæ multitudinis amissio fieret. Vtinã cæcitas in Israel nõ contingeret. In eodem istũ spũs consolator, in quo & Apl'us, q dum loco supra memorato dixisset: quia cæcitas ex parte contigit in Israel: subiunxit, donec pleni tudo gentiũ intraret, & sic oĩs Israel saluus fieret. Illa plenitudo gentiũ hic dicitur Iacob. i. supplantator, dicendo congregatione congregabo Iacob, totũ est. Nã reliqæ Israel, q̃ ut idẽ

Immũdicia Israel, vitulo cultus. Exo. 32

Rom. 9

Rom. 11

Apoſtolus ait: ſecũdũ electionẽ gratiæ ſaluæ factæ ſunt, manifeſte hic ſequentibus uerbis exprimuntur, in unũ conducã reliquias Iſrael. Et eſt ſenſus: Iacob, id eſt, ſupplãtatorẽ ex gẽtibus populũ cõgregãs, & reliquias Iſrael conducẽs, unũ efficiã cœtũ, ut in unitate ſint habendo unã fidẽ, & unũ ſpiritũ, ut nulla ſit diſtinctio pro carnis origine, ſed oẽs tã Iudæi q̃ Græci filij ſunt Iſrael, & filij Abrahæ, & indeferenter reputẽtur in ſemine. Hoc eſt, q̃d ad hucrepetens pulchra exornat ſimilitudine. Pariter (inquit) ponã, illũ quaſi gregem in ouili, quaſi pecus in medio caularũ. Idẽ uidetur eſſe quaſi gregẽ in ouili, & quaſi pecus in medio caularũ, ſed nõ ſine cauſa repetiuit: quia uidelicet nunc q̃dem eſt unus grex & unũ ouile, ſed aliunde grex Iudaici, & aliunde uenit grex gentilis populi. Nam ipſe paſtor oim dixit. Et alias oues habeo, quæ nõ ſunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & uocẽ meã audiẽt, & fiet unũ ouile & unus paſtor. Igitur & reliquias Iſrael quaſi gregẽ in ouili, & plenitudinẽ gentiũ, quaſi pecus in medio caũlaꝝ pariter ponã: & pariter (inquã) id eſt, habẽtes unã fidẽ, & unum ſpm̃, ita ſimpliciter obedientes unicæ regulę ueritatis, ſicut manſuetæ oues ſubditæ ſunt paſtori. Nec uero parua multitudo erit: ſed tumultuabũtur ait à multitudine hoim, quia uidelicet oues iſtæ homines ſunt, & homines hi tam multi erũt, ut magnũ & publicũ per orbẽ terraꝝ faciãt diuinæ laudis tumultũ, cũ magno tumulto cœlũ herbidũq̃ paſcẽdo cõpleãt paradiſum. Quod cũ factũ fuerit, nec tu Michea, nec aliquis Prophetaꝝ ſiue Apoſtoloꝝ dolorẽ aut triſtitiã habebit de amiſſione filioꝝ Iſrael carnaliũ. Talis uel tanta cõgregatio, qũo uel per quã facienda foret exponens: aſcendit cm̃, inquit, pandens iter ante eos, diuident, tranſibunt portã, & egrediẽtur per eã tranſibit rex eoꝝ corã eis, & dñs in capite eorum. Iſte pandens iter, iſte rex & dñs tranſiens corã eis, ipſe eſt, q̃ loco iam prælibato in Euãgelio dicit: Ego ſum paſtor bonus. Qũo iſte aſcendit, pandens iter ante eos? Cũ, inquit, proprias oues emiſerit, ante eas uadit, & oues illũ ſequũtur: quia ſciunt uocẽ eiº. Qũo ante eas, niſi patiendo pro illis, relinquẽs exemplũ patiendi, & aperiens aditũ paradiſi? Aſcendet ergo, inquit, ſubauditur in crucem & exaltabitur à terra bonus paſtor, ponẽdo aĩam ſuã pro ouibus ſuis, aſcendet ſuper occaſum. i. ſuper mortẽ, reſurgẽdo mortẽ q̃ppe calcabit, & aſcẽdet ſuper cęlos cęloꝝ, & ſedebit ad dexterã patris, pandẽs iter ante eos, uidelicet ut eo perueniat humilitas gregis, quo præceſſit celſitudo paſtoris. ¶ Sic illo pandẽte iter, extunc diuidẽt & tranſibunt portã, & egredientur per eã, illã uidelicet portã, de qua Pſalmiſta. Hæc, inq̃t, porta dñi, iuſti intrabunt per eam: Quæ nã hæc eſt porta niſi ipſa eadẽ paſſio Chriſti, extra quã nulla eſt porta, nulla eſt uia, qua in uitã quis poſſit ingredi? Portã illã quã fecit in latere crucifixi lancea militis inundationẽ illam ſanguinis & aquæ, quę inde profluxit. diuidẽt, ait, & tranſibunt & egrediẽtur per eã: nimiꝝ ſcdm diuiſionẽ maris rubri, per quã tranſierũt filij Iſrael, merſo pharaone cum curribus & equitibus ſuis. Hanc ita diuidere oportet, ut unum eundemq̃ Chriſtũ, cuius in morte babtizati ſumus, deũ & hominem credẽtes, & naturam utrãq̃ certa diſcretõe dinoſcẽtes, impaſſibilẽ, q̃dẽ ex diuinitate: paſſum aũt ſemel ex humanitate cõfiteamur firmiterq̃ teneamus. Ita diuidentibus, & trãſeuntibus: trãſibit, inquit, rex eoꝝ coram eis, q̃d iam factum eſt: trãſiuit emm̃ ex hoc mundo ad patrem, & dñs in capite eorum: quia uidelicet dñs nomen eſt illi, & ipſe caput: ipſi aũt membra ſunt, ille rex & iſti populus: ille paſtor, & iſti oues paſcuæ eius. De iſto tranſitu atq̃ egreſſu per portam hanc, ipſe loco iam dicto loquitur: Per me ſi quis introierit, ſaluabitur, & ingredięt & egredięt, & paſcua inueniet. Ingreditur emm̃ quis, dum fidẽ ſuſcipiendo fit ouis huiº paſtoris, & ingredit dũ uitã p̃ſentẽ finit, & tũc paſcua iuenit uitæ ętęrnæ, uitę imarceſſibilis. Sed & hoc ibidẽ dicit: Oẽs quotquot uenerũt, fures ſunt & latrones. Itẽ. fur nõ uenit niſi ut furet, & macłet, et perdat. Hoc eſt, q̃d Propheta dicturum illum certiſſime eſſe ſentiens, quaſi iamdixerit, protinº ait: Et dixit audite principes Iacob, & duces domus Iſrael: Nunquid non veſtrum eſt ſcire iudicium, & odio habetis bonum, & diligitis malum? Qui uiolenter tuliſtis pelles eorum deſuper eis, & carnem eorum deſuper oſſibus eorum. Qui comederunt carnem populi mei, & pellem eorum deſuper excoriauerunt, & oſſa eorum confregerunt & conciderunt, ſicut in lebete, et quaſi carnem in medio olle. ⌋ Poſtq̃ decẽ tribuum peccata declamauit, et detrimentum carnis Iacob, quod contigit in illis tã animaperditis, q̃ corpore in captiuitatẽ irreuocabilẽ, abductis, conſulatus eſt ex promiſſione regis et domi

Ioan. 10

Pandens iter Chriſtus eſt.

& domini noſtri, de quo nobis nũc ſermo fuit, rurſus ab altero exordio incipiẽs peccata Iudæ & Hieruſalem depromit, & pœnam prædicit, quam ſimili fine concludit, ſicut ſequens ſcripturæ ſeries oſtendit. Præmiſſo nãq; propter hoc cauſa ueſtri. Sion quaſi ager arabitur, & Hieruſalem quaſi aceruus lapidum erit, protinus de Chriſto ſubiungit: Et erit in nouiſſimo die, erit mons domus domini præparatus in uertice montiũ & cętera. Igitur dum prę miſſo, pariter ponam illum quaſi gregem in ouili, & quaſi pecus in medio caulæ, dominũ aſcendentem & iter pandentem dixiſſe, & ſubiungit: Audite principes Iacob, & duces domus Iſrael, ſubintelligendum eſt, falſo principes, & falſo duces, nam ueraciter fures, & latrones. Nam & illud quod ſequitur: nunquid non ueſtrũ eſt ſcire iudicium, qui odio habetis bonum & diligitis malum, melius daret quanti uel q̃ grauiſſimi ſit ponderis, ſi ad eiuſdem ſermonis reſpiciamus initium, quod tale eſt. In iudicium ego ueni in hunc mundũ, ut qui non uident, uideant: & qui uident, cæci fiant. Sic incepti ſermonis cauſa erat, qđ Phariſæi, quos ipſe interdum duces cæcos appellauit, illum à natiuitate cæcum, quem ipſe illuminauerat propter teſtimonium ueritatis, foras eiecerãt, & extra ſynagogam eſſe fecerant. Cũ ergo ſic incepiſſet, in iudiciũ ego ueni in hunc mundũ, ut qui non uident, uideãt: & qui uident cęci fiant: illis contradicentibus. Nunquid & nos cæci ſumus, uerbis ſubſequentib⁹ dignos eſſe illos cæcitate comprobauit, & nondum quidem uideri ſibimetipſis quod eſſent cæci, ſed mox futurum eſſe, ut eor̃ tanq̃ furum & latronum eruerentur oculi. Sequitur em̃: Amen amen dico uobis, qui non intrat per oſtium in ouile ouium: ſed aſcendit aliunde, ille fur eſt & latro & cætera. Igitur o falſi principes, & falſi duces domus Iſrael, ueri fures & ueri latrones, qui non inſtraſtis per oſtium ouile ouium: ſed aſcendiſtis aliunde, neque enim intraſtis per uerum uerbum dei, ſed ueſtrum mendacium, ſectãtes turpe lucrum, qui odio habetis bonũ & diligitis malũ, eiicitis enim uidentem & illuminatum, & omne pecus uultis eſſe cæcum, audite hoc. Nunquid ueſtrum eſt ſcire iudicium, ſubauditur & non miſericordiam? Miſericordia nanq; longe facta eſt à uobis: iudicium autem ſcietis, iudicantis ſæueritatem experiemini, ut uidelicet efficiamini, quemadmodum dixi: quia in iudiciũ ueni, ut qui non uident uideant: & qui uident, cæci fiant. Hoc ueſtrum eſt, hæc pars ueſtra uobiſq; repoſita eſt. Quare? Quia facitis quod furis eſt, qui nõ uenit niſi ut furetur, & mactet, & perdat. Vos, inquam, hoc facitis quod furis eſt nec ad aliud ueniſtis, niſi ad hoc, ut furemini & mactetis, & perdatis, quippe qui uiolenter tuliſtis pelles eorũ deſuper eis, & carnem eor̃ deſuper oſſibus eor̃. Hæc dicendo, cœptam ſeruat metaphorã outum, quas fur idcir co furatur ut mactet, & pellibus detractis carnes earum deuoret. Sic enim illi fures & latrones qui ſibi uidebantur principes & duces, prædam de populo faciebãt, & ſubſtantias eorum deuorabant. Sed parum erat res eorum corruiſſe uel forbuiſſe auaritia profunda, & inſatiabili cupiditate, niſi ſeductas quoq; animas eorum perpetuæ traderent gehennæ. Itaque quod minus dixerat ſequenti uerſiculo ſupplet. Cõuerſus da auditores, ut declamationis atque conquæſtionis uis acrius ſonet. Qui comederunt (inquit) carnem populi mei & pellẽ eorum deſuper excoriauerunt, et oſſa eorum confregerũt, et conciderunt in libete, et quaſi carnem in medio ollæ. Vere ergo fures, uere latrones. Vere, inquã, fures, qui et furati ſunt et mactauerunt, et perdiderunt. Mactauerunt enim corporaliter eos, qui non conſenſerũt, nolentes audire uocem alienorum, et perdiderunt eos qui ſibi conſenſerunt occidentibus paſtorem et epiſcopum animarum ſuarum. Vtrobiq; fures, utrobiq; latrones. Comederũt (ait) carnem, id eſt, peccata populi mei, ſicut per Prophetam alium dictum eſt, peccata populi mei comedent. Nam per carnem et ſanguinem peccata deſignari ſolent, ut illic: Caro et ſanguis, regnum dei non poſſidebunt Comederunt autem ſubſtantias eorum quibus faciebãt ad peccandum, non tantum ultro oblatas, uerumet per dolum, et per uim detractas, Hoc pulchre per ordinem eiuſdem metaphoræ cœleſtis eloquentia figurauit, dicendo: Et pellem eorũ deſuper excoriauerũt, & oſſa eor̃ confregerũt, uidelicet ut fieri ſolet in mactatione et deuoratione ouium. Primum quippe pelles arte laniſtarum deſuper excoriãtur: deinde oſſa: quia pro ſua duritia dentibus et cultro reſiſtunt, cõfringuntur, ut ad medullæ pinguedinem perueniatur. de eo quod medium eſt, id eſt, de carnibus: ille nãq; inter pellem et oſſa fitæ ſunt. Nouiſſime dicit, et conciderunt ſicut in lebete, uel hoc ſolum, quaſi carnem in

Principes & duces Iudæ, fures & latrones.

Iohan. 9 Mat. 15 & 23

Iohan. 9

Ibidem. 10

Oſee. 4

1. Cor. 15

medio ollæ. Verum, quia non frustra putandus est utrumq; dixisse, quærimus utramq; cõ
Lebes & olla ĩ q; differunt. cisionem utrumq; pœnalis officinæ instrumentum lebetem & ollam. ¶ Primum hoc animaduertendum: quia lebes & olla hoc differunt: quod lebes os latum habet superius, olla oris angustias habens, uentre dilatat. Et de lebete quidem bulliente difficile quid manu educitur: de olla uero difficilius. Vtranq; ergo angustiam infœlicium hic intelligim⁹, quarum causa illis, id est, principes & duces extiterunt, scilicet & eam quam à Romanis feruentissima obsidione, & eam quam à malignis spiritibus perpessuri erant gehennali igne. Duplici
Hiere. 17 Psal. 13 nanq; iuxta Prophetam contritione conterendi erant quod & Psalmista clarius distinguẽs: Tradentur in manus gladij partes uulpium erunt. Et de Romana quidem obsidone quasi de lebete nonnulli, q̃ uis difficile superfuerunt: de gehennæ autem angustijs quasi de olla interioribus, aut euadant difficilius, imo omnino impossibile est. Multũ dissimilia, quin imò & ualde contraria sunt. Hæc supra scriptis illis, quæ à bono pastore dicta sunt, pariter ponã illum quasi gregem in ouili, quasi pecus in medio caularũ. Qui illa dixit ipse pascit, qui ista faciunt ipsi occidunt, De quibus adhuc subiungitur: ¶ **Tunc clamabũt ad dominum, et non exaudiet eos, et abscondet faciem suam ab eis, in illo tempore, sicut nequiter egerunt in adinuentionibus suis.** ¶ Tunc, inquit, quãdo ponam illos quasi gregem in ouili, & quasi pecus in medio caularum, quando alias oues quas habeo, quæ nõ sunt ex hoc ouili, adducam: quia uocem meam audient, & fiet unum ouile, & unus pastor, nulla distinctio habita Iudæi & Græci, tunc & illis fures & latrones, & isti oues insipientes, imo hœdi magis quàm oues, siue oues errrantes, quę audierunt uocem alienorum, clamabũt ad dominum, et non exaudiet eos: Et non solum non exaudiet eos: uerumetiam abscondet faciẽ suam ab eis tempore illo, sicut nequiter egerunt in adinuẽtionibus suis, id est, sicut meruerunt nõ ignoranter sed nequiter malum operati, nõ casu uel imprudẽter in peccatum lapsi,
Prophetæ Iudæorũ Annas & Caiphas. sed ad malũ intenti, nõ ad deuitãdum, sed ad concinnandum oñe quod iniquũ est toto animo dediti, et male studiosi, sicut Psalmista cum dixisset: Corrupti sunt et abominabiles facti sunt, addidit, in studijs suis. Et ista profecto superioribus ex aduerso respondent, ubi cum dixissent: ponam illos quasi gregem in ouili, quasi pecus in medio caularum secutus est, & ait: Tumultuabuntur à multitudine hominum, ascẽdet eñ pãdens iter ante eos, et transibit rex eorum coram eis, et dominus in capite eorum. Illi tumultuabuntur à multitudine hominũ, et dominus ascendet, pandens iter ante eos. Isti clamabunt ad dominum, et non exaudiet eos. Coram illis transibit rex eorum, et dominus in capite eorum. Coram istis nõ solum non transibit dominus, et non solum in capite eorum non erit: uerumetiam abscondet faciẽ suam ab eis, quod proculdubio nũc factum est, & fit, posito insuper uelamine super cor eorũ, ut uidere non possint. Sequitur: ¶ **Hec dicit dominus super prophetas, qui seducunt populum meum, qui mordent dentibus suis, & predicãt pacem, & si quis non dederit in ore eorum quippiam, sanctificant super eum prelium. Propterea nox uobis pro uisione erit, et tenebre uobis pro diuinatione. Et occũbet sol super prophetas et obtenebrabitur super eos dies. Et confundẽtur qui uident uisiones, et confundẽtur diuini, et operient uultus suos, quia non est responsum dei.** ¶ Inter oñes principes ac duces, de qualibus hactenus dictum est nõ prætereundi erant Prophetæ illius temporis, prophetæ mordaces, & populi seductores, uidelicet Annas & Caiphas, quorum unus qui erat pontifex anni illius, prophetauit: quia moriturus erat Iesus pro gente, et nõ tantum pro gente, sed ut filios dei, qui erãt dispersi, congregaret in unum. Dixit enim: Vos nescitis quicq̃, nec cogitatis: quia expedit uobis ut unus moriatur homo pro populo, et non tota gens pereat. Equidem cum hoc diceret, falsum erat, quod animo sentiebat: sed uerum erat, quod uoce sonabat. Sẽtiebat quippe uel alios sentire uolebat, quod nisi moreretur Iesus, qui rex et Christus dicebatur, causa fieret Romanis, quorũ imperio subditi erant, ut uenirẽt locumq; et gentem tollerẽt, Et hoc falsum erat, neq; eñ Christus regna romanorũ siue aliarũ gentium tollere uenerat, siue occasionem dare inimicitiarũ, uendicata sibi ulla potestate terrena. Verba autem illius hoc sonabant, quod Iesus pro omnium filiorũ dei redemptiõe mo
Ioha. 11 riturus esset, et hoc uerum erat, et ueraciter ita factum est. Igitur Prophetæ illi, id est, pontifices, quorum unus taliter prophetauit, nõ erãt prætereundi quin aliquid auditẽt plusquàm

Princi

Principes ac duces cæteri. Hæc ergo dicit dominus ſuper Prophetas qui ſeducunt populũ meum, qui mordent dentibus ſuis, & prędicant pacem. Nõ dubium quin prophetæ illi ſeduxerint populum plus q̃ ſeduxerant unq̃ prophetę Baal, quales temporibus Achab & Iezabel extiterunt, Nam illi ſeduxerunt populum in tantum ut derelinquerent dominũ & colerent Baal. Iſti in tantum ſeduxerunt ut crucifigerent dominum, & eligerent Barrabam. ¶ Quod autem ſubiungit, qui mordent dentibus ſuis, adeo uerum eſt, ut iuxta Pſalmiſtam: Dentes eorũ arma fuerint & ſagittæ, & lingua eorũ gladius acutus. Itaq; cũ tam mordaces fuerint homicidæ, q̃ ſicca prędicauerũt pacem, cum multa indicia ſint, illud admiratione ſacit, ꝙ dñs noſter per pacis oſculum tradit⁹ eſt illis. Et ſi quis (ait) nõ dederit in ore eorũ quippiam, ſanctificãt ſuper eum prælium. Breuis quidem, ſed alta nimis & uehemens declamatio auaritiæ illorũ. Et quidem de multitudine ualet intelligi: quia de multis uerum eſt, ꝙ eos ſibi hoſtes reputauerint, q̃n non dederunt, & amicos quando dederunt in ore eorũ. Sed de dño noſtro præ omnibus intelligendũ eſt, ꝙ iccirco ſanctificauerint ſuper eum prælium: quia nõ dedit quippiam in ore eorũ, imò diſputabat cõtra auaritiam illorũ. Deniq; ſi talis uenitſet iſte Meſſias, id eſt, Chriſtus qui per Prophetas promiſſus erat, ut terreno ſuffultus regno ampliaret domos, & augeret diuitias eorum, tunc placuiſſet eis, tunc pacem ſuam obtuliſſent ei. Quia uero pauper & contemptor diuitiarũ uenit, quia nõ diuites ſed pauperes beatos fore prædicauit, & ſicut iam dictum eſt, contra illorũ auaritiam diſputauit, ſanctificauerunt ſuper eum prælium, id eſt, quoad potuerunt ſanctum uideri, & pertinens ad obſequiũ dei benedicti, elaboraueruntſi interficerẽt illum. Hoc adeo uerum eſt de Prophetis eiuſmodi, ut de pluribus quoq; certo experimento compertũ ſit. Quando enim quippiam dedit in ore eorum, quando de quinq; panibus ordeaceis, & duobus piſcibus ſaturauit quinq; milia hominũ, tunc uoluerunt eum rapere, & facere regem, ſicut ſcriptum eſt. Ieſus erg̃ o cum cognouiſſet, quia uenturi eſſent ut caperent eum, & facerent eum regem: fugit iterũ in montẽ ipſe ſolus. Vbi aũt perſenſerunt, ꝙ nollet amplius quippiã, uel qũo uellet dare in ore eorũ dicente illo: Amẽ amẽ dico uobis quæretis me, nõ quia uidiſtis ſignа: ſed quia manducaſtis ex panibus, & ſaturati eſtis. Operamini nõ cibũ qui perit, ſed qui permanet in uitã æternã. &c. cœperunt ſuper eũ ſanctificare prælium murmurando & dicendo. Nonne hic eſt Ieſus filius Ioſeph, cuius nos nouimus patrem & matrẽ? Qũo ergo dicit hic: quia de cœlo deſcẽdi? Si de popularibus ita eſt, quid putas de prophetis illis cupidis & profundis amatorib⁹ diuitiarũ, quando is qui prædicabatur Chriſtus nõ ſolum nõ præmittebat eis ſicut uellent thesauros orbis terrarũ: ſed etiã diſputabat contra auaritiã eorũ? Nimirũ deſperauerũt de illo, dicentes. Quod nõ daret quippiã in ore eorũ, & iccirco ſanctificauerunt ſuper eũ prælium, ſanctum eſſe iudicantes, ſi crucifigerent eum, tanquàm ſeductorem & magum: Quid dicit dominus ſuper huiuſcemodi Prophetas? Propterea nox uobis pro uiſione erit, & tenebræ uobis pro diuinatione. Et occũbet ſol ſuper Prophetas, & obtenebrabitur ſuper eos dies. Viſio & diuinatio hoc differunt, ꝙ diuinatio nunq̃ in ſcripturis in bonam partẽ accipitur. Nõ erit (ait) augurium in Iacob, neq; diuinatio in Iſrael. Cunq; hoc utcunq; tollitur, ſiue effectũ nõ habere denũtiatur, dicendo: Nox uobis pro uiſione erit, & tenebrę pro diuinatiõe, ſic intelligendũ eſt: Vos neſcientes ſiue ſcire nolentes, aliud eſſe prophetiam, aliud eſſe diuinationem, uidemini uobis eſſe prophetæ ut uultis, ut eſtimemini uiſiões dei uidere, cum ſitis potius quaſi augures & diuini ſiue arioli, pro eo quod ubi quid ad mordendum accipitis, ibi pacem prædicatis, & ſi quis non dederit in ore ueſtro quippiam, ſuper eum prælium ſanctificatis. Sed ſiue uiſionem uelitis nuncupare, quid loquimini, ueſtra uiſio nox erit, ſiue diuinationem dicatis, non ibi lux, ſed tenebræ ſunt, tenebræ falſitatis, & nox mendacij: quia uidelicet ſuper nos ſol occubuit, & dies obtenebratus eſt. Quis ille ſol, niſi de quo ſcriptum eſt: Vobis autẽ timentibus nomẽ meum, orietur ſol iuſtitiæ? Et quis ille dies, niſi ipſe qui dicit: Ego ſum lux mundi, qui ſequitur me, nõ ambulat in tenebris, ſed habebit lumẽ uitæ? ¶ Videmus ita factum, quia ex quo iam dictus Cayphas ſanguineam prophetauit prophetiam Propheta crudelis, & tendens ad ſanguinẽ. Nihil eſt ibi uiſiõis aut ueritatis. Et ſicut regalis dignitas interijt, & authoritas ſacerdotij decidit, ſic omnis quoq; ab illis prophetica gratia defecit. Diuinauerũt aliquoties & adhuc diuinare nitũtur infelices, proſpera ſibi ꝓmittendo,

Dentes eorũ.

Auaritia eorũ.

Iohan. 6

Viſio & diuinatio in quo differunt.

Deut. 18

Malach. 4.

Sãguinea prophetia Caiphæ

Abdię.1 poſt finem malorꝫ quæ nunc patiuntur, diſperſi, & captiuitatis iugum portantes, quaſi ipſos quoq; Romanos uerſa uice poſſeſſuri ſint in ſeruos, iuxta illud: Et poſſidebit domus Iacob
Pſal.68 eos qui ſe poſſederant. Sed hmõi diuinatiões tenebræ ſunt, & nõ lux, nox & nõ uere uiſiõis dies. Cõtigit eñ eis illud quod per Pſalmiſtã iuxta conceſſionẽ dictũ eſt: Fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum, & in retributiones & in ſcandalum, obſcurentur oculi eorũ ne uideant. Siquidem occubuit ſuper eos, & obtenebratus eſt ille ſol, & in ipſo occubitu ſuo no
Matt.7 ctem & tenebras, de quibus hic ſermo eſt, p tenebras illas ſignificauit, quæ tunc factæ ſunt ſuper terram uniuerſam ab hora ſexta uſq; in horam nonã. Et reuera q̃ uis ille reſurrexerit, recte dicitur: quia ſuper eos occubuit: non enim credunt eum reſurrexiſſe à mortuis: & per inde iugiter in nocte ſunt & in tenebris. In eo gloriantur illuminati oẽs qui credũt: illi autem
2.Cotint.3. non credentes confuſi ſunt, claritatem ſolis huius ſeſe ingerentem, non ferentes, ſicut quondam ferre non poterant claritatem uultus Moſi, ſed fugiebant uultibus auerſis & cordibus Hoc innuens hic, & confundentur ait: qui uident uiſiones, & confundentur diuini, & operient uultus ſuos oẽs: quia nõ eſt reſponſum dei. Rebus eñ apparentib' cõuincũtur mẽdaces q uidebant. i. q ſe uidiſſe fingebant uiſiones: quia quicquid loquũtur aut locuti ſunt, nõ erat reſponſum dei, ſed prophetauerunt de cordibus ſuis, & nunc uſq; operient uultus ſuos, uelamẽ malitiæ poſitum habentes ſuper cor. His dictis ſuper ꝓphetas ſeductores atq; mordaces, quoꝝ deterrimi fuerũt Annas & Cayphas (ut iã dictũ eſt) cõtinuo de ſemetipſo dicit.

¶ Ueruntamẽ ego repletus ſum fortitudine ſpiritus dñi, iudicio & ueritate vt annunciem Iacob ſcelus ſuũ, & Iſrael peccatũ ſuum. ¶ Hoc plane non fruſtra, nec abſq; rationis pondere oppoſuit. Poterant enim obuiare illi, quibus moris erat prophetas domini
Hiere.43 contemnere, ſiue etiam irridere, & fortaſſis iam rapuerant uerbum de ore eius, ut dicerent. Qñ nox (ut tu dicis) pro uiſione, & tenebræ pro diuinatiõe ſunt prophetis, iam nec de tua uiſione curamus: quia non eſt reſponſum dei: ſed diuinatio quã finxiſti. Sic nanq; ad Hieremiã dixerunt: Mendaciũ tu loqueris: Nõ miſit te dñs deus noſter, dicẽs: Ne ingrediamini Aegyptũ, ut habitetis illic: ſed Baruch filius Neriæ incitat te aduerſum nos. Amplius autẽ eiuſmodi ꝓphetæ, de qualib' iſte dicebat. Propterea nox uobis pro uiſione erit, & tenebræ pro diuinatiõe, non dubiũ quin aduerſus iſtũ inſanierint, quemadmodũ inſanierunt aduerſus alium Prophetam, eius nominis, ucz Micheam filiũ Iembla, Nam cũ ille diceret ad Achab. Nunc igitur ecce dedit dñs ſpm̃ mendacij in ore oim prophetarꝫ tuorꝫ qui hic ſunt & dñs locutus eſt contra te malum, acceſſit Sedechias filius Canaan, & percuſſit Micheã in maxillã & dixit: Me ne ergo dimiſit ſpũs dñi, & locutus eſt tibi? ¶ Itaq; hic cũ dixiſſet, ſuper Prophetas ea quæ præmiſſa ſunt, non ab re de ſemetipſo taliter edixit. Veruntamen ego repletus ſum fortitudine ſpiritus domini, iudicio & ueritate & cætera, ac ſi diceret: Prophetę qui prædicant pacem, & dicunt: Pax pax, ipſi confundentur: quia reſponſum eorum, non eſt reſponſum dei: ſed ego repletus ſum fortitudine ſpititus domini, qui annuntio quod uerum eſt, & facio quod iudicantis eſt. In eo quod annuntio Iacob ſcelus ſuum, & Iſrael peccatũ ſuum. Nec ullus mihi certior poſt deum teſtis eſt, q̃ ipſa conſcientia Iacob, ſiue Iſrael, utrũ uerꝫ dicã an nõ. Suũ eñ ſcelus & ſuũ peccatũ eſt, neq; conſcientiã eius latet: & inde cognoſcit utrũ de corde meo loquor, an fortitudo indicij, & ueritatis in meo ſermõe cõſiſtat.

Verax prophe ta Micheas.

¶ Audite hec principes domus Iacob, & iudices domus Iſrael, qui abominami ni iudiciũ, & oĩa recta peruertitis, qui ędificatis Syon in ſanguinibus, & Hieruſalẽ in iniquitate. Principes eius in muneribus iudicabãt, & ſacerdotes eius in mercede docebãt, & prophete eius in pecunia diuinabãt & ſup dñm requieſcebãt dicentes: Nũquid nõ dñs in medio veſtrũ? Non uenięt ſuper vos mala: Propter hoc cauſa veſtri Sion, quaſi ager arabitur, & Hieruſalẽ quaſi aceruꝰ lapidũ erit & mõs tẽpli in excelſa ſyluarũ. ¶ Hoc uere tanq̃ fortis, uelut iudex, ſicut uerax declamauit iſte, repletus fortitudine ſpũs dñi, principibus & iudicibus, ſacerdotibus & prophetis. Singulis nãq; ſcelus peccatũ ſuũ annuntiauit, principibus quod in muneribus iudicarent, ſacerdotib' qđ in mercede docerẽt: Prophetis quod in pecunia diuinarẽt: quodq; muneribus incraſſati mercedibus impinguati, pecunia dilatati, ſup dñm tanq̃ craſſæ boues, ſup præſepe ſuũ reclinatę, dicẽtes: In medio ſui euidenter eſſe dñm, qñ nihil deeſſet uentribus eorꝫ, ac ſi ipſos cõſor

confortarent aduerſus Prophetas domini, dicendo: non uenient ſuper nos mala. Dominus bonus eſt, Prophetæ loquuntur falſa. Iã ſupra dixerat ſuper principes & duces, tunc clamabunt ad dominũ, & nõ exaudiet, dixerat ſuper Prophetas, propterea nox uobis pro uiſione erit, & licet grandis uindicta ſit in utriuſq; ſententijs, nondũ tetigerat aures eorũ iſte fragor ultimũ, quẽ diſſimulare nõ poſſunt. Propter hoc cauſa ueſtri Syon, quaſi ager arabitur, Hieruſalẽ quaſi aceruus lapidũ erit, & mons templi in excelſa ſyluarũ. Hoc ita factũ eſt, ſicut totus orbis audiuit, quia poſtq; taliũ principũ ac iudicũ taliũ ſacerdotũ & prophetarũ filij mentẽ patrũ ſuorũ impleuerũt, crucifigendo Chriſtũ filiũ dei, Syon ſiue Hieruſalẽ deſerta facta eſt, nec remanſit ciuitas aut templi lapis ſuper lapidẽ, qui nõ deſtrueretur. ¶ De hac prophetia taliter in Hieremia mentio facta eſt. Surrexerunt ergo uiri de ſenioribus terræ, & dixerũt ad oẽm cœtũ populi loquentes. Michæas de moraſthi fuit propheta in diebus Ezechiæ regis Iuda, & ait ad oẽm populũ dicens: Hæc dicit dñs exercituũ: Syon quaſi ager arabitur, & Hieruſalẽ in aceruũ lapidũ erit, & mons domus in excelſa ſyluarũ. Nunquid mortẽ cõdemnauit eũ Ezechias rex Iuda, & omnis Iuda? Nunquid nõ timuerunt dñm & deprecati ſunt faciem dñi, & pœnituit dñm mali, quod locutus fuerat aduerſus eos? Nos ergo id circo meminerim: quia uiſum eſt illis pœnituiſſe dñm, eo quod nõ cito in diebus eorũ euenijſſet, quod fuerat prophetatũ. At ille ꝓpheta ſiue ſpiritus domini, cuius in fortitudine ꝓphetabat, cuius iudicio & ueritate repletũ ſe eſſe ſciebat, nõ præſentia regis Ezechiæ tẽpora, ſed nec Babyloniã captiuitatẽ attendebat: quia Syon ſiue Hieruſalẽ capta quidẽ, ſed nõ ita fuit funditus euerſa, ut nõ remaneret lapis ſuper lapidẽ. Tempus illud aſpiciebat, quo ille Prophetarũ dñs crucifigendus erat à principibus in muneribus iudicantibus, à ſacerdotibꝰ in mercede docentibus, à prophetis in pecunia diuinantibus, qui iudiciũ abominati ſunt, & oẽia recta peruerterũt, intantũ ut dicerẽt: In Beelzebub principe dæmoniorũ eiicit dæmonia, & hoc dixit: Poſſum deſtruere tẽplũ dei, & in tribus diebus reædificare illud, qui ita ꝙdificauerũt Syon in ſanguinibus, & Hieruſalẽ in iniquitate, ut merito deberet uenire ſup eos omnis ſanguis iuſtus qui effuſus eſt ſuper terrã à ſanguine Abel iuſti. Nõ igitur ut putauerũt illi, pœnituit dñm mali, qđ locutus fuerat aduerſum eos: quia uerũ ſermo domini uindex ſiue pœnitẽtia in ueritate fundatus eſt, ſicut alibi ſcriptũ eſt. Porro triũphator in Iſrael non parcet, & pœnitudine nõ flectetur, neq; eñ homo eſt, ut agat pœnitentiã. Non pepercit, neq; pœnitudine flexus eſt: quia uerũ principes in muneribus iudicare, ſacerdotes in mercede docere, Prophetæ in pecunia diuinare nõ ceſſauerũt, intantũ ut domũ patris, q̃ domus oratiõis erat, uel eſſe debebat, facerẽt ſpeluncã latronũ. Vnde animaduertendũ, qđ q taliter per iſtũ ꝓdixit, propter hoc Syon cauſa ueſtri quaſi ager arabitur, & Hieruſalẽ quaſi aceruꝰ lapidũ erit, & mons templi in excelſa ſyluarũ, ipſe cũ fleuiſſet ſuper eandẽ ciuitatẽ, dicẽs: quia dies uenient in te, & circũdabunt te inimici tui uallo, & ad terrã proſternent te, & nõ relinquent in te lapidem ſuper lapidem, protinus ingreſſus templũ, cœpit eiicere uendẽtes & ementes in illo: per hoc indicans euerſionem ciuitatis & templi, maxime pro culpa ſacerdotum futuram, qui in templo illo facti erant principes latronum.

Matt. 23. Lucæ. 16 Prophetia Michææ q̃m õ intelligi debet.

Matt. 12 Ib dem. 26

1. Reg. 15

Lucæ. 19.

LIBRI PRIMI IN MICHEAM FINIS.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN MICHEAM PROPHETAM. COMMENTARIORVM LIBER II.

MEmoriter tenendum quod iam diximus, ſummam intentionis Prophetarũ in hoc eſſe, ut detrimentũ Iſraeliticæ gentis, quod per infidelitatẽ contigit, ita declament, quatenus ſupplementũ electionis de plenitudine gentiũ, per fidem in Chriſto futurã annuntient. In hoc iſto tã ſecundo inſiſtens, cũ præmiſiſſet, audite principes Iacob & duces domus Iſrael, qui odio habetis bonum, & dilectis malum, & cætera quę ita cõpleuit, propter hoc cauſa ueſtri, Syon quaſi ager arabitur, & Hieru-

& Hieruſalem quaſi aceruus lapidum erit, & mons templi in excelſa ſyluarꝝ, confeſtim ita
CAP. IIII. ſubiunxit. ¶ Et erit in nouiſſimo dierꝝ, erit mons domus domini præparatus in ver
tice montium, & ſublimis erit ſuper colles & fluent ad eum populi & ibunt gentes
multe, & dicent: Venite aſcendamus ad montē dñi, & ad domū dei Iacob, & doce
bit nos vias ſuas, & ibimus in ſemitis eius: qꝛ de Syon egredietur lex, & verbum
dñi de Hieruſalem. Et iudicabit inter populos multos, & corripiet gentes fortes
vſqꝫ in longinquū. Et concident gladios ſuos in vomeres & haſtas ſuas in ligōes
nō ſumet gens aduerſus gentē gladium, & nō diſcēt vltra belligerari, et ſedebit vir
ſubtus vineam ſuam, et ſubtus ficum ſuā, et nō erit qui deterreat eum, qꝛ os dom
ni exercituum locutum eſt, quia omnes populi ambulabunt, vnuſquiſqꝫ in nomine
dei ſui, nos autem ambulabimus in nomine dei noſtri in eternum et ultra. ¶ Mani
feſta hæc de plenitudine gentium prophetia, quæ nunc intrat dum cæcitas contigit in Iſra
el, dum ſicut in iſto ſupra ſcriptum eſt, nox illis pro uiſione eſt, & tenebræ pro diuinatione.
Et occubuit ſol ſuper Prophetas, & obtenebratus eſt ſuper eos dies, & prætereа Hieruſalē,
redacta in aceruū lapidū, qui ex eis gladio ſuperfuerunt, captiui ducti ſunt in oēs gentes,
& ipſe quidē gentes, quaꝝ ſalus prænuntiatur, manifeſtis nominibus exprimuntur, dicēdo:
Chriſtus, mōs dom⁹ domini, & fluent ad eū populi, & properabunt gentes multæ & cætera. Chriſtus autem ad quem
fluunt populi & properant gentes, non manifeſto uel proprio, ſed myſtico ſignificatur
uocabulo, dum dicitur: mons domus domini præparatur in uertice montium. Nam quod
Dani 2. Chriſtus nomine mōtis digne debeat intelligi, cū ex multis ſcripturarū locis, tū maxime ex
illa claret uiſione apud Danielē, ubi ſic ſcriptū eſt: Lapis aūt qui percuſſerat ſtatuā, fact⁹ eſt
mons magnus, & impleuit uniuerſam terrā. Miranda ergo & ueneranda diligentia, ſpirit⁹
prophetici, quæ tali in loco Chriſtū nuncupauit montē domus domini, ubi dixerat: & erit
mons templi in excelſa ſyluarum. Quid enim? Nunquid parum offende-at, aut offendere
poterat rebellionem aurium populariū, id quod dixerat: & erit mons templi in excelſa ſyl
uarum? Quos ergo exaſperauit triſte nuncium de monte templi, mitiget eoſdem dulce ora
culum de monte domus domini, ſalubriter errantes in æquiuocatione montis, ut putet ſet
monem utrunqꝫ eſſe de re unius eiuſdemqꝫ montis, qui error illorum multū profuit, in hoc
quod non properauerunt eum percutere tanq̄ durum medicum fortes phrenetici, & in hoc
quod ſcripturam propheticam ſeruauerunt, nec igni tradiderunt: multis deinde profuturā
ſeculis. Nunc diligenter iſtas animad uertamus quas libenter audimus promiſſiones ſpirit⁹
Nouiſſimi dies Iudæoꝝ pleni tudo tēporis ē nobis. ſancti de nobis gentibus. Et erit (inquit) in nouiſſimo dierꝝ. Quod hic dicit nouiſſimo dierꝝ
Eſaias dicit in nouiſſimis diebus. Nouiſſimos autem dies ſiue nouiſſima tempora illius po⁹
puli, contra quē ſermo hactenus fuerat, illa recte intelligimus, de quibus ſaluator in euan⁹
Mat. 12 gelio cū dixiſſet: Cū immundus ſpiritus exierit ab homine &c. ita concluſit. Et ſint nouiſſi
ma hominis illius peiora prioribus. Ergo nō aliud ſed ipſum tempus quo implenda erant il
la, quæ añ hæc dixit, & ſic finiunt, & Hieruſalē quaſi aceruus lapidū erit, & mons templi in
excelſa ſyluarū, nouiſſimus eſt dierꝝ, nouiſſimi dies, & nouiſſima tempora peiora priorib⁹
Gala. 4. illi populo ſunt: Cæterꝝ eis qui Chriſtū recipiunt plenitudo tēporis eſt, quēadmodū Apo
ſtolus dicit: At ubi uenit plenitudo temporis, miſit deus filiū ſuū, factū ex muliere, factū ſub
lege, ut eos qui ſub lege erant, redimeret. Igitur in nouiſſimo dierꝝ, id eſt, eodē tempore, quo
Chriſtus mōs i uertice mon-tium. Hieruſalem quaſi aceruus lapidum, & mons templi erit in excelſa ſyluarꝝ, erit mons dom⁹
domini præparatus in uertice mōtiū, & ſublimis ſuper colles. Quod idē eſt ac ſi dicret: Chri
ſtus tunc omni mundo innoteſcet, qui omniū ſanctorꝝ altitudo & dignitas eſt. Nā domus
Pſal. 67 domini, eccleſia domini: mons autē eiuſdē domus Chriſtus eſt. Pſalmiſta utrunqꝫ ꝑuidens
ſcilicet & domū & montē, cū præmiſiſſet rex uirtutū, dilecti dilecti, protinus ait: & ſpeciel
domus diuidere ſpolia, dum diſcernit cœleſtis reges ſuper eam niue dealbabuntur in Sel⁹
mon mons dei, mons pinguis, mons coagulatus. Alta nanqꝫ & ſublimis perſona eſt, quip
pe qui Deus & homo eſt, rex & pontifex, rex regum, & pontifex manēs in æternū. Mons
ergo eſt præparatus in uertice montium, & ſublimis ſuper colles: quia Patriarchis & Pro⁹
phetis, regibus & ſacerdotibus cunctis, & ſanctis omnibus præcelſior eſt, qui & ſuper illā
domum Domini, Reges ut in ſcripto Pſalmi uerſiculo dictum eſt, Reges (inquàm) & Pro

phetas

phetas diſcernit & ordinat, quemadmodũ & ipſi fatentur dicendo, & de plenitudine eius nos omnes accepimus. Quouſq; uero ſublimitas eius pertingit? Nimirũ uſq; ad dexterã patris, quam nullus montium, id eſt, angelorũ, nullus collium, id eſt, hominum ſanctorũ attingit. Ad quem enim angelorũ (ait Apoſtolus) dixit aliquãdo: Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellũ pedũ tuorũ. Vere ergo præparatus ſup uerticẽ montiũ, & ſublimis ſuper colles dũ ſedet ad dexterã maieſtatis in excelſis, tãto melior angelis effectus, quãto differentius præ illis nomen hæreditauit, dicente deo: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Dicitur etiã, ut iam præmiſimus, rex uirtutũ dilecti dilecti, id eſt, rex uirtutũ ſuarũ, q̃ ſingulariter eſt dilectus, dei patris dicẽtis: Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi cõplacui, & rex diuidere. i. ad diuidendũ ſpolia, ſpeciei domus ad danãũ dona hominib⁹, de illa ſede maieſtatis, quæ uidelicet dona ſic recte dici poſſunt ſpolia, ſicut & illæ ueſtes Eſau bonæ, q̃bus iuniorem filium ſuum Iacob induit Rebecca. Nam ſecundum typum illum ſpoliati ſunt, q̃ priores erant Iudæi cœleſtibus donis, quæ collata ſunt ſpeciei domus dñi. i. pulchritudini eccleſiæ de gentibus per diuinam gratiam ſpiritus ſancti, ex quo, ſicut iam dictum eſt, præparatus in uertice montiũ, & ſublimis ſuper colles factus eſt ſedendo ad dexterã patris, iſte mons domus domini, mons pinguis, mons coagulatus, i. deus & homo factus, homo in deum aſſumptus, in quo oẽs niue dealbabuntur, dũ remiſſionẽ peccatorũ accepimus, eo quod ipſe ſit omnimoda ſanctitate candidus, quod per nẽom ipſius montis Selmon illic intelligitur. Ad iſtam gloriam, ad iſtam ſublimitatem præparatus dicitur, id eſt, ante oñia ſecula paratus, quod & ipſe innuens, ſi ergo (inquit) uideritis filiũ hominis aſcendentẽ ubi erat prius Nam licet ſecundum humanitatem & omnibus angelis & multis hominibus ſiue ſeculi ętatibus iunior ſit Chriſtus profecto ſecundum diuinitatẽ omnibus & angelis & hominibus, cęloq; & terra longe antiquior eſſe non dubitatur. ¶ Cum igitur tantæ ſit altitudinis iſte mõs domus dñi, ut ſupra illum nihil ſit, qũ fundamentũ eſt domus domini? Nã in Propheta, ecce ego mittã, dicit dñs, in fundamentis Syon lapidem, lapidem probatum, angularem, p̃tioſum in fundamẽto fundatum qui uidelicet lapis abſq; dubio Chriſtus eſt. Et in Apoſtolo: Fundamentũ (inquit) aliud nemo poteſt ponere præter id quod poſitũ eſt quod eſt Chriſtus Ieſus. Si ad ædificationẽ uulgarem ſiue terrenã reſpicimus palã eſt: quia fundamentũ totius ædificatiõis unũ atq; infimũ eſt. Ergo in hoc maxime ſimilitudo deficit: quia terrenæ quidẽ ædificatiõis fundamentũ in imo poſitũ, ſtructurã ſupra ſe ſubrigit, huius autẽ ſpiritualis domus dñi, fundamentum ſurſum eſt ubi eſt Chriſtus, in dextera dei ſedens: ſtructura uero ſic ſuſpenſa eſt eidem fundamento inhærens ut dicant adhuc in iſto ſeculo ſiue mortali corpore cõmorantes, noſtra em̃ cõuerſatio in cœlis eſt. ¶ Quod deinde ſequitur, & fluent ad eũ populi, & properabũt gentes multæ & dicent: Venite, aſcendamus ad montẽ dñi, & ad domũ dei Iacob, & docebit nos de uiis ſuis, & ibimus in ſemitis eius, extunc factũ eſt, & fit, & uſq; ad finẽ ſeculi fieri nõ deſinit. Fluxerũt nãq; ad illũ montẽ Chriſtũ, & fluere nõ deſinũt gentes & populi cũ ſacro flumine baptiſmi, ex quo dando regulã baptizandi: euntes (inqt) docete oẽs gentes baptizantes eos in nomine patris, & filij & ſpiritus ſancti. Illi quib⁹ hoc præſentialiter dixit, ucz Apoſtoli, & qui per eos inuitati atq; inſtructi ſunt, uel poſt illos in euangelica fide ſuccurrere, prædicare & mutuo cohortari nõ deſinunt, & uniuerſæ prædicatiõis ſiue exhortatiõis eorũ ſumma hæc eſt. Venite aſcendamus ad montẽ dñi, & ad domũ dei Iacob, ſubauditur ut ipſius & unicæ eccleſiæ eius unicam fidẽ teneamus, & docebit nos de uiis ſuis, & ibimus in ſemititis eius: quia ucz nõ ſufficit credere, niſi etiã ſcdm præcepta eius operemur, & per ſemitas eius, id eſt, per artã & anguſtã uiam quæ ducit ad uitã intrare contendamus. Idcirco ipſe cũ dixiſſet: docete oñes gentes, baptizãtes eos in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti, addidit, docentes eos ſeruare omnia quæcũq; mãdaui uobis. Quodq; hic adiũgit: quia de Syon egredietur lex, & uerbũ dñi de Hieruſalẽ. Itẽ ipſe in Euãgelio cõfirmat, dicens: Qm̃ ſic ſcriptũ eſt: & ſic oportebat Chriſtũ pati & reſurgere à mortuis die tertia, & prædicari in nomine eius pœnitentiã & remiſſionẽ peccatorũ in oẽs gẽtes incipientibus ab Hieruſalem. L Et iudicabit inter populos multos, & corripiet gentes fortes uſq; in longinquum. J Iudicabit, ſubauditur uerbũ domini: quia uidelicet in hoc quoq; ſeculo ſermo dei uerus iudex eſt, Vñ Apoſtolus: Viuus eſt em̃ (inqt) ſermo dei & efficax

Iohan. 1

Heb. 2

Rex virtutum dilecti dilecti. Mat. 3. & 17

Quæſtio de fundamẽto q̃ ſupremo eſt. 1 Cor. 3. Reſponſio.

Philip. 3

Fides ſine operib⁹ nõ ſufficit.

Luce. 24

Heb. 4

Quomõ verbũ dñi indicat. Psal.10

& efficax, & penetrabilior oñi gladio ancipiti, & pertingens usq; ad diuisionem animæ ac spiritus, compagũ quoq; & medullarũ, & discretor cogitationũ & intentionũ cordis, & nõ est ulla creatura inuisibilis in conspectu eius. Mira efficacia, mira uiuacitas sermonis dñi iudicantis, populos & gentes corripientis, qui cogitatiões & intentiones cordis latere nõ finit. Quocunq; accedit, ubicunq; prædicatur, tale iudiciũ fit, talisq; discretio populorũ siue gentiũ ut domestici quoq; id est, qui in una domo cõmorantur, contra semetipsos diuidantur, fiantq; manifesti, qui probati & qui improbi sunt, i. qui pertineant, & nõ pertineãt ad deũ. Quod intuẽs ipsum uerbum incarnatũ: nolite (inquit) arbitrari, quia uenerim pacẽ mittere in terram. Non ueni mittere pacẽ, sed gladium. Statimq; testimonium subiungit fortasse de isto Propheta sumptum. Veni enim separare hominem aduersus patrem suum, & nurum aduersus socrum suam, & inimici hominis domestici eius. Hoc modo iam iudicauit, & iudicat uerbum domini inter populos multos, & hoc modo gentes fortes corripit, dum & pater filiũ, & filius patrem, mater filiã & filia matrẽ, socrus nurum & nurus socrum suã redarguendo in fide uel euãgelio Christi, excusatum siue excusabilem esse nõ sinit, ne forte quis in futuro uniuersali iudicio dicat, nesciui, nõ audiui, nõ fuit nunciatũ mihi. Gentes autem (inquit) non quaslescunq;, sed fortes, scilicet, Græcos & Romanos quoq; corripit, adoẽs ad huc usq; in longinquũ. i. à solis ortu usq; ad occasum, sicut de huiusmodi in Psalmo scriptũ est: In oẽm terrã exiuit sonus eorũ, & in fines orbis terræ uerba eorũ. Item à summo cœlo egressio eius, & occursus eius usq; ad summũ eius, nec est qui se abscondat à calore eius. Qđ nimirũ idẽ est ac si diceret: quia de ignorantia nemo satis erit excusatus. His dictis protinus de illis quos nõ cõtradicturos præuidet iudicanti & corripienti uerbo dñi, sed acturos pœnitentiã, acquiescendo ueritati, ita subiũgit. L Et cõcident gladios suos in uomeres, & hastas suas in ligones. Nõ sumet gens aduersus gentẽ gladiũ, & nõ discent ultra belligerare. ¶ Nonne istud coruscante Christi euangelio passim per populos & gentes factũ esse legimus, & fieri uidemus, dũ uiri prius inquieti & bellicosi, depositis armis bellicis, & ipso schemathe, uel habitu immutato insignia ferunt euangelicæ pacis, alij ad cœnobialem, alij ad heremiticã uitã cõuersi? Verũtamẽ de cæteris qũocunq; sit, nonne sacerdotalis cunctusq; sacri altaris ministerialis ordo sic & gladios & lanceas concidit, ut ne saltẽ manibus attrectare licitũ sit? Non sic erat anteq; innotuisset iste mons domus dñi. Deniq; ante aduentũ Christi sacerdotibus æque in cætero populo licitũ erat armis accingi, & ad prælium exerceri. Quinimò & propter hoc maxime tribus Leuitica sacerdotiũ meruit, quia gladijs utens nec fratribus suis pepercit, sicut scriptũ est: Si quis est dñi, iungatur mihi ait Moyses: Congregatiq; sunt ad eũ omnes filij Leui. Quibus ait: Ponat uir gladiũ super femur suum. Ite & redite de porta usq; ad portã per mediũ castrorũ, & occidat unusquisq; fratrẽ suũ, & amicũ & proximũ suũ. Feceruntq; ita, ceciderũtq; quasi uigintitria milia hominũ. Et ait Moses. Consecrastis manus uestras dño hodie, unusquisq; in filio & fratre suo, ut detur uobis benedictio. Item Phinees Eleazari filius, filij Aaron sacerdotis, pro eo quod ingressus est post uirũ Israelitẽ in lupanar, & perfodit ambos simul, uirum scilicet & mulierẽ, iccirco sic de illo dominus locutus est: Ecce do ei pacem fœderis mei & erit tam ipsi q̃ semini illius pactũ sacerdotij sempiternũ. Nunc ita nõ est, neq; enim sacerdotibus occidere, aut de illis qui occiderunt sacerdotes fieri licitũ est, ex quo euangelici sacerdotij princeps hic ipse Christus dixit Petro gladium educenti, cum percussisset seruum principis sacerdotũ, & amputasset auriculam eius. Conuerte gladium tuum in uaginam: omnes enim qui acceperint gladiũ gladio peribunt. Igitur quicquid de alijs fit, qui cum sint laici, uoluntario proposito arma deponunt, sacerdotibus cunctisq; altaris Christi ministris decretum est necessario seruandũ, ut concidant gladios suos in uomeres, & hastas suas in ligones, & non discant ultra belligerare quod licitũ erat prius (ut iam dictum.) Quod deinde sequitur. L Et sedebit uir subtus uineam suam, & non erit qui deterreat eum. ¶ Sic adimpletur ut Apostolus ait: Habentes uictũ & uestitum, his contenti sitis. Is enim recte dicitur sedere subtus uineã suã, & subtus ficum suam, qui proprijs uel concessis contentus, rem non concupiscit, aut inuadit alienam. Profecto nec in hac parte antiquus ille populus institificari potest, quia uidelicet, nisi Dominus uineas & ficus alienas promisisset, ac dedisset, nequaq; legem eius tam facile suscepisset.

Sacerdotibus nunc pugnare non licet: vt antea.

1 Timo. 9

At ue

At uero ſeptē muliere s quæ uirū unū apprehenderūt panē inquiunt, noſtrū comedemus & ueſtimentis noſtris operiemur, tantū modo inuocetur nomē tuum ſup nos, auferop probriū noſtrū, id eſt, uniuerſæ gentes, de quibus hic ſermo eſt, per ſeptiformē ſpīrtū ad Chriſtū cōuerſæ, nequaq̄ pro ſuſceptæ fidei mercede hoc expetūt, ut det illis regiones aliorum, & labores alienos poſſideāt, ſed ſuis contentæ, quæ ante Chriſti Euāgeliū poſſederāt, Hoc tantū expetūt, ut inuocetur nomen eius ſup eas, & remiſſione percepta, careant opprobrio peccatorū. ¶ Et qa non ſufficit ad perfectionē qđ dixerat: et ſedebit uir ſubter uineā ſuā, & ſubter ficum ſuā iūgit qđ perfectū eſt: & non erit qui deterreat eū. Quod q̄ uerū ſit, innūeris probant milia martyrū, q̄s perſecutores deterrere nō potuerunt, tollendo nō ſolum ficus & uineas, uerūetiam & animas, tradentibus illis corpora ſua propter deum ad ſupplicia. Hæc pphetia uera eſt, ⊥ Quia os domini exercituū locutū eſt, quia omnes populi ambulabunt in nomine domini vnuſquiſq̄, nos aūt ambulabimus in noie domini noſtri in eternum & vltra. ⊥ Bona et firma ratio, confirmās qđ nō ſit qui deterreat eiuſmodi, qa uidelicet oēs populi, ſubauditur, illi dūtaxat, qui nō confluxerūt ad illū montē domini, quo Chriſtus deus non eſt, ambulabunt in nomine dei ſui, id eſt in cura uentris ſui, qui uidelicet uenter eorū deus eſt, & iccirco potuerunt deterreri, nos aūt nō ſic, Nos em̄ deum aliū habemus ſicut ſcriptū eſt: Non em̄ eſt deus noſter ut deus eorū, quia uidelicet tranſitorius eorū deus uenter eſt, ſecundū quē ambulant tēporaliter, noſter aūt deus iſte mons domus domini Chriſus eſt, cuius in nomine ambulabimus in æternū & ultra, quia nobiſcū eſt, & erit uſq̄ ad cōſummationē ſeculi & ultra. Sequitur: ⊥ In die illa dicit dñs congregabo claudicantē, & eam quam eieceram colligam, & quam afflixeram, & ponam claudicantem in reliquias, & eam que laborauerat in gentem robuſtam, & regnabit dominus ſuper eos in monte Sion, et hoc nunc vſque in ſeculū. ⊥ Quæ hactenus dicta ſunt ab eo quod ait: & fluent ad eum populi, & properabunt gentes multæ, uſq̄ ad præſentem uerſiculum promiſſio & tantum de electione gentium, præſens autem uerſiculus electionem & ſocietatem prædicat utrorumq̄ Iudæorū ſcilicet & gentiū. Nam congregabo, inquit, claudicantem, ſubauditur Iſraeliticam gentem & eam quam eieceram & afflixeram colligam ſcilicet aliam gentē, imò gentilitatem. ¶ Et recte gens Iſraelitica claudicans, & gentilitas eiecta dicitur et afflicta, qa uidelicet Iſrael nō penitus eiectus à deo fuerat neq̄ omnino cum deo ambulabat, ſed in duas partes claudicabat, partim dominū Deum: partim Baal colendo & cæ tera deorū portenta, gentilitas autem penitus eiecta, cōtinuo per omnes generationes, errore fuerat afflicta: Amplius autem & deterius gens Iudaica, in illa die, de qua nunc ſermo eſt, claudicās apparuit, ſecundū typum uel figuram quæ in parte eius Iacob p̄ceſſit, quando cū angelo luctatus eſt, & uicit, & ille tetigit neruum femoris eius. Cuius rei myſteriū pauliſper nūc attingere libet. Iacob cū deo luctatus eſt, & victor benedictionem extorſit, quaſi inuito & nolenti ac dicenti: dimitte me, iam enim aſcendit aurora, quia uidelicet ſic futurū erat, ut cōminaretur deus ſeſe, à ſemine eius, recedere, propter peccata gētis eiuſdem rebellis & incredulæ. Quod ut primum locutus eſt ac Moſen his uerbis, propter uitulū quē fecerant. Dimitte me ut iraſcatur furor meus contra eos, & deleā eos, faciamq̄ te in gentē magnā, ille cōſurrexit in cōfractione. i. in nimia mētis humilitate ſtans in cōſpectu eius, deumq̄ reluctantem, homo colluctans tenuit ne hoc faceret. Ex hoc longo reluctamine detentus eſt deus, quoties ab illa gente propter peccata eſt auerſus, qa nullo tēpore defuerunt fideles in populo illo, in qbus tam ſecūdū fidem q̄ ſecundū carnem eſſet pater Iacob, quorū meritis et precibus uehementiſſimis fuit obſtrictus, nec ante dimiſſus donec benediceret Iacob, donec impleret benedictiōes ſuas legislator, dando benedictionem illā in qua benedicerētur oēs gētes, ſicut ad Abraham locutus eſt, quæ uidelicet benedictio in ſemine eius, gra ſancti ſpūs eſt, p paſſionē Chriſti effuſa in omnes nationes. Tūc enim reuera deus Iacob benedixit in ſanctis Apl̄is omni benedictione ſpirituali, neruus aūt femoris eius emarcuit, quia quicquid carnaliter agere uel ſacrificare ſolebāt, reprobatū eſt. Omnes etiā genealogiæ pro fabulis extūc reputate ſunt, quontā uenit hic qui ſolus texenda & cauſa fuerat generationū. Sola fides prædicat, & de carne eius ſiletur. Et qa in Apl̄is, & aliis quamlibet paucis fides comprobata eſt, tanq̄ firmus pes, in multis autem carnis ſola gloria

Eſai. 4

1. Corin. 6.

Iſrael claudicans, gētilitas eiecta dicitur.

Gene. 32

Exo. 32

Gene. 22

ātio eſt, utq; tanq̄ pes infirmus recte nunc Iacob in poſteritate ſua claudicare dicitur. Igitur in die illa dicit dominus, congregabo claudicantem, & eam quam eieceram colligam, & quam afflixeram, id eſt ſic utrunq; aſſumā, ut nullam Iudæi & Græci diſtinctionem faciam. ¶ Et quaſi quæreres quomodo congregare ſe dicat claudicantem, & quomodo colligere eiectam, ſiue afflictā: ponā, inquit, claudicantem in reliquias, & eam quę laborauerat

Rom. 11

in gentē robuſtam. Vt dictū ita & factū eſt, quia claudicantē Iſrael, Euāgelica gratia nō plenarie collegit, ſed in reliquias poſuit, id eſt de illo reliquias aſſumpſit, de quibus & Apoſtolus ſeipſum eſſe conteſtatur his uerbis: Nunquid repulit deus populū ſuum? Abſit. Nā & ego Iſraelita ſum, ex ſemine Abrahā, de tribu Beniamin. Et ſubinde: Quid dicit Heliæ diuinum reſpōſum? Reliqui mihi ſeptē milia uirorum qui nō curuauerūt genua ante Baal.

Eſai. 10

Sic ergo & in hoc tēpore reliquiæ ſecundū electionē gratiæ ſaluæ factæ ſunt. item: Eſaias aūt, inquit, clamat pro Iſrael. Si fuerit nūerus filiorū Iſrael tanq̄ arena maris, reliquiæ ſaluæ fient. ¶ Itaq; claudicantem quamuis ex maxima parte claudicando offenderit, in reliquias ponam ait, illam aūt quæ laborauerat nō utcunq; refocillabo, ſed ponā in gentē robuſtam id eſt, collectā de gentibus eccleſiam, ſic ſpiritu fortitudinis induā, ut ſicut multitudine fœcunda, ſic & uictoriis ſit glorioſa, fiat res admiratione digna, ut dicatur de illa: Quæ eſt iſta quæ aſcendit ſicut aurora cōſurgēs, pulchra ut luna, electa ut ſol, terribilis ut caſtrorū acies ordinata? Vere robuſta, uere ut caſtrorū acies ordinata. Nā ut (ut de cæteris taceam, quorū tota ſpiritualis eſt pugna contra hoſtes inuiſibiles, & contra carnis uitia. Quis milites eius, eos dūtaxat quos martyres ſuos uel Chriſti nūcupat, dinumerare queat? Nouimus reliquias illas, ſcimus iſtam gentem robuſtam, totum qđ ſunt, eſſe gratiæ nō debiti, unde & gratias agentes dicūt in Apocalypſi: Quoniam occiſus eſt & redemiſti nos deo in ſanguine tuo

Eiecta in gentem robuſtam ponitur.

Cant. 6

Apoc. 5

ex omni tribu & lingua, & populo & natiōe, & feciſti nos deo noſtro regnū & ſacerdotes, & regnabūt ſuper terrā. Ergo dominus, de quo hic tādem dicitur: & regnabit dominus ſuper eos in monte Sion, ex hoc nunc & uſq; in æternū. Veraciter nominatur rex regum & dominus dominātium, quia quorū eſt rex, ipſi omnes reges & ſacerdotes ſunt, & in æternum regnabūt: Quod aūt hic dominus regnās ſuper eos in monte Sion, propria ſit filij perſona,

Dominus rex regum,

Pſal. 2

ipſe in pſalmo teſtis eſt dicēs: Ego aut conſtitutus ſum rex ab eo ſuper Sion montē ſanctū eius prædicans præceptū eius, dominus dixit ad me: filius meus es tu, ¶ Mons autem Sion nō dubiū, quin ſit cœleſtis eccleſia, iuxta illud Apoſtoli. Et acceſſiſtis, inquit, ad Sion montē & ciuitatē dei uiuentis, Hieruſalem cœleſtem, & multorū miliū angelorū frequentiā, & eccleſiam primitiuorū qui inſcripti ſunt in cœlis. Nec uero repetere opus eſt, q̄ utiliter nūc Chriſtus, nunc Chriſti eccleſia cœleſtis montis Sion, ſiue montis domus domini appellatione in pręſentī prophetia ſignificetur, uidelicet propter illud quod pręmiſſum fuerat, Sion cauſa ueſtri, quaſi ager arabitur, & mons tēpli erit in excelſa ſyluarū, ut offenſio, uel odium, qđ cōtra prophetas his auditis magis efferueſcere poterat, ſapienter mitigetur, dū de reb' aliis ſub eiſdem nominib' glorioſa dicūtur. ¶ Sit tāta et tā glorioſa merito dicūtur de gentibus ad iſtū montē dñi cōfluentibus, et de reliquijs claudicantis, id eſt, Iudaici populi, quæ in idipſum cōgregādę uidebantur. Quid de primitijs eiuſdē populi, i. de primitiua eccleſia uel ad primitiuā eccleſiā patriarcharū & prophetarū, et omniū electorū dici debuit q Chriſti aduentū præceſſerunt et expectauerūt, et nō acceptis pmiſſionib' oēs defuncti ſunt, ex quibus ipſe Chriſus ſecundū carnē? Nā de illa parte, ſiue ad illā partē tam bonā, nihil pprie cōueniens pręſentis pphetiæ textus hactenus eſt locutus, ſed nimirū ad illā dicūtur ea quæ cōtinuo ſequunt. ¶ Et tu turris gregis nebuloſa filia Sion, uſq; ad te ueniet, & ueniet poteſtas prima regnum filiæ Hieruſalē. Nunc q̄re mœrore cōtraheris? Num quid rex nō eſt tibi, cōſiliarius tuus perijt, quia cōprehendit te dolor ſicut parturientem? ¶ Filia nanq; Sion, ſiue filia Hieruſalem pręſenti loco ipſa eſt primitiua eccleſia, patriarchaꝝ & prophetarū, cæterorūq; ſanctorū, quæ mœrore cōtrahebatur dū ab ea Chriſtus expectaretur, quaſi regē nō habens, aut cōſiliariū, cum in pmiſſione & ſpe teneret eū. Dicitur aūt nūc iccirco filia Sion, ſiue filia Hieruſalem, quia uidelicet dū in hoc ſeculo peregrinaretur, mente pendebat ad illam Sion ciuitatem dei uiuentis Hieruſalē cœleſtē, & multo

Filia Sion primitiua eccleſia dicitur.

Heb. 12

rū miliū angelorū frequentiam, ut Apoſtolus ait, quorum miniſterio fruens ſupernis uiſio

nib'

nibus,& crebris ꝓmiſſionibus,quaſi materno lacte filia dulcis lactabatur,nutriebatur,& be
ata ſpe conſolata confortabatur. Tali filiæ nunc dicitur:& tu turris gregis nebuloſa,ſubau Eſai.5
ditur conſolare,& habeto claritatẽ lætitiæ,quia ueniet poteſtas prima uſq; ad te. ¶ Turris
iccirco nũc uocatur,qa& uiſibiliter& inuiſibiliter tanq̃ forte præſidium firmauerat illã de
us,uiſibiliter tẽplo & altari,de quo Eſaias:& ædificauit,inquit,turrim in medio eius,inuiſi;
biliter aũt angelorũ agminibus: Sed & in Cantico canticoꝝ ad eã dicitur:Sicut turris Da
uid collũ tuũ,quæ ædificata eſt cũ ꝓpugnaculis. Mille clypei pendent ex ea omnis arma
tura fortiũ. Hoc em̃ ſi rite ꝓpendimus tam pulchre q̃ uere ad illã dicitur,de qua omnem ar
maturã,id eſt,omnẽ canonicã ſcripturam accipimus,q̃ armati ſumus, ſine qua inermes eſ
ſemus,nos omnes quicunq; de gentibus ad Chriſti militiam uocati quippiã fortiter loqmur
aut agimus. Totũ quippe uetus,totum nouũ teſtamentũ ex illa eſt. Recte ergo dicitur tur
ris,& turris gregis,quia uidelicet nos qui grex dñi ſumus,nos populus eius,& oues paſcuæ
eius in illa protegimur & defendimus. Et hæc q̃dem turris nebuloſa dicitur,nimirũ ꝓpter
crebras aduerſitates,& ꝓpter mœrorẽ quo cõtrahebatur,eo quod nondũ ueniſſet ſuus qui
ſederat in eadẽ turre rex,& propter deſpectionẽ,quas ſæpe ab inimicis inſultantibus deſpe
cta eſt,ſed nihilominus lucida erat & eſt. Nã alibi cum ſedero,inquit, in tenebris, dominus Exo.02
lux mea eſt. Iram dñi portabo,q̃niã peccaui ei,donec iudicet per cauſam meã,& faciat iudi
ciũ. Educet me in lucem,uidebo iuſticias eius. Siue etiã iccirco nebuloſa, qa increduloum
multitudo ſemper inuenta eſt in illa,ſicut præfigurattũ eſt & in templo,quondã à Salomo
næ ædificatũ eſt,et in monte Sina,quando lex data eſt. Nã et illic montẽ nubes denſiſſima
operuit,et illic nebula impleuit domũ domini,et non poterant ſacerdotes ſtare, et miniſtra
re propter nebulam. Quid tibi dicam ò talis filia Sion? Vſq; ad te ueniet, et ueniet poteſtas
prima regnũ filiæ Hieruſalẽ. Quia parũ uidebatur eſſe quod dixerat: uſq; ad te ueniet: ſub
auditur ipſe q̃ regnabit dñs,meliorauit bonũ nũtiũ repetendo,ac dicẽdo: Et ueniet poteſtas
prima,ueniet regnũ tibi primũ filiæ Hier'm. Sic nãq; futurũ erat,et ſic factũ eſt. Venit enim
poteſtas in aduentu regis & domini,uidelicet illa magna & mirãda poteſtas,quam tã bre
uibus uerbis Euãgeliſta pulchre exprimit dicendo: quotquot aũt receperũt eũ,dedit eis po
teſtatẽ filios dei fieri,& illud regnũ ,de q̃ ait pœnitẽtiã agite, appropinquabit em̃ regnũ cę
loꝝ. Hoc regnũ tibi filia Hieruſalẽ,hæc ptãs ò filia Sion uſq; ad te ueniet prima, id eſt, pri
mũ tibi danda. Nam licet Apoſtolus dicat diſtinctionẽ nõ eſſe Iudæi & Græci,& non eſſe
perſonaꝝ acceptionẽ apud deũ,tñ idem dicit primũ Iudæo & deinde Græco. Item: Quid
ergo,inquit,amplius eſt Iudæo aut quæ utilitas circũciſionis? Multũ p omnẽ modum. Pri
mũ quidẽ quia credita ſunt illis eloquia dei. Quid em̃ ſi quidã illorũ nõ crediderũt? Nũq̃d
incredulitas illorum fidem dei euacuauit? Abſit. Eſt autem deus uerax &c. Igitur tibi pote
ſtas prima ueniet,o filia Sion,& primũ regnũ,quia uidelicet uos ſancti patriarchæ et pro
phetę,uos ſancti apoſtoli,& cæteri de illo populo ſancti, recte primũ in regno & poteſta
te filiorũ dei,poſſidetis locũ. Cũ ita ſit o filia Sion,ſiue filia Hieruſalẽ: nunc quare mœrore
cõtraheris? Nũquid rex nõ eſt tibi, aut cõſiliarius tuus periit, qa cõprehendit te dolor ſicut
parturientẽ? Deniq; tũc tẽporis,et ex eo quo ad Abraham ſeminis quod eſt Chriſtus,repro Gene.22
miſſio facta eſt,ita Sion ſiue Hier'm.i. multoꝝ animę ſanctoꝝ patriarchaꝝ et prophetaꝝ,
regũ et omniũ iuſtorũ mœrore cõtrahebant,cupiẽtes uidere ꝓmiſſionis effectũ: et cõpre
hẽdit eos dolor uelut parturiẽtiũ,ſicut mirabili ſigno ſignificat in Apocal. cũ dicit: Et ſignũ
magnũ apparuit in cœlo,mulier amicta ſole,et luna ſub pedibus eius, & in capite eius co Apocal. 12
rona ſtellaꝝ duodecim et in utero hñs, et clamabat parturiẽs,et cruciabatur ut pariat. Iſta
Sion,hæc ipſa Hier'm erat,illa mulier amicta ſole,& luna ſub pedibus.i. Chriſtum habens
in ꝓmiſſione,et abũdans atq; præeminẽs bonis tẽporalibus,et in capite eius corana ſtellaꝝ
duodecim.i. in initio gẽtis filij Iacob,patres tribuũ duodecim,et in utero hñs ſcilicet ꝓmiſ
ſionis fidẽ,et ſpem in corde retinẽs clamabat parturiẽs,et cruciabat ut pareret, qa uidelicet Pſal.19.
magno deſiderio uidere deſiderabat rem cuius habebat ſpem,ſicut mulier deſiderat uidere
natũ,quẽ portat cõceptũ. Nũc dolorẽ miro modo ſpũs ſanctus,ſanctoꝝ omniũ cõſolator
et arguit et excitat. Arguit em̃ dicẽdo: nũc quare mœrore cõtraheris? Nũquid rex nõ eſt
tibi,aut cõſiliarius tuus periit, qa cõprehendit te dolor ſicut parturientẽ,excitat ſubiũgẽdo

cõfeſtim. ¶ Dole & ſatige filia Sion, quaſi parturiens. ¶ Sciendũ ergo quia dolẽtiũ in partu magna diſtãtia eſt. Alicuius em̃ anima in partu præ dolore egreditur, & ſi dicat ei: ne
1.Reg.4 timeas qa filiũ peperiſti, ſiue ut alibi legimus: noli timere, qa et hũc habebis filiũ, nõ rñdet,
Genc.35 neq; animaduertet, Secundũ huiuſmodi ſimilitudinẽ: Spũs ſanctus eccleſiã uẽturi Chriſti matrẽ dolere noluit, Quãuis em̃ prius morerẽtur ſancti quã uiderẽt illũ Chriſtũ dñi, tñ habere debebãt & habebãt fidẽ reſurrectionis & futuri ſeculi, qđ uidelicet quãuis expectãtes morerentur, nihilominus tñ illũ & extra carnẽ, & in carne ſua poſt modũ uiſuri eſſent. Igitur cũ dicit, nũqd rex nõ eſt tibi, aut cõſiliarius tuus periit, qa cõprehendit te dolor ſicut parturientẽ, ab eodẽ hortat ſanctos oẽs, ut nõ cõtriſtẽtur ſicut & cęteri q ſpem nõ habẽt, cũ autem ꝑtinus ſubiũgit: dole & ſatage q̃ſi parturiens, Ad hoc hortatur, ut cõtriſtentur ſecundũ deũ
2.cor.7 id eſt, ut in triſtitia ſiue dolore, nõ amittãt ſpei fiduciã, & fidei rationẽ. Vnde notãdũ, quod non dicit hic tãtũmodo dole quaſi parturiẽs, ſed dole, inqt, & ſatage. i. in dolore ſpem firmã tene, additq; quaſi parturiẽs, qa uidelicet ſicut parturiẽs tandẽ doloris ſui uidet fructũ, & iã
Ioh.16 nõ meminit preſſure ꝑpter gaudiũ, qa natus eſt homo in mundũ, ita tu uidebis liberantem & redimentẽ te dñm, & dolor tuus cõuertẽt in gaudiũ. Hoc intelligendũ eſt ꝓ id quod ſequitur. ¶ Quia nũc egredieris de ciuitate, & habitabis in regiõe, & venies uſq; ad Babylonẽ, & ibi liberaberis, ibi redimet te dñs de manu inimicorũ tuorũ. ¶ Quantũ ad exteriorẽ literæ textũ iſtã intelligimus Iudæorũ captiuitatẽ notiſſimã, qua in Babylonẽ ducẽdi, et de qua poſt annos ſeptuaginta erãt reducendi. At uero ſpiritualiter aliã nouim' Babylonẽ, ſicut Sion iſtam ſcimus ſiue Hier'm, de qua nunc loquimur, uiuentis dei ciuitatẽ id eſt, uniuerſalẽ ſanctorum & electorũ omniũ ſocietatem, cuius rex & conſiliarius Chriſt' eſt, qui in præſenti loco per prophetã prænunciatur. Vniuerſalem ergo huius Syon captiuitatem, quæ in Adam accidit, præ oculis habentes, dignius ac locupletius uerba hæc intelligimus, dũ præmiſſo. Dole ac ſatage filia Syon quaſi parturiẽs, ſubiũgit, qa nũc egredieris de ciuitate & habitabis in regione, & uenies uſq; ad Babylonẽ, ibi liberaberis, ibi redimet te dominus de manu inimicorũ tuorũ. Nunc inquidiceſtante illud nouiſſimũ dierũ, in quo fiunt illa quæ prædixi manifeſtato monte domus dñi qui Chrũs eſt, interim dũ morã facit, & nondũ uenit qui uenturus eſt, tu egredieris de ciuitate & habitabis in regione, & uenies uſq; ad Babylonẽ, id eſt præiudicata in Adã naſceris extra paradyſum, unde ille expulſus ẽ, & tu pariter cum illo, cui' in lumbis eras, & manebis in præſentis ſeculi captiuitate, & poſt
Gen.37 habitationem huiuſce regionis uenies uſq; in Babylonẽ ſcilicet moriendo, & per mortem
Actu.2 deſcendendo ad tenebrarũ infernaliũ confuſionem, quo & ſancti deſcẽderũt patres tui, ſicut unus ex maximis illorum dicit: Deſcendam ad filium meũ. lugens in infernũ. Ibi liberaberis, ibi redimet te dominus de manu inimicorũ tuorũ. Deſcendet em̃ illuc deus & cñs dei filius, liberator & redẽptor tuus propter te homo factus, et paſſus, crucifixus, mortuus, et ſepultus, et deinde ſuſcitatus à mortuis ſolutis doloribus inferni, iuxta quod impoſſibile erat teneri illũ ab eo. Hoc modo redimet te de manu inimicorũ tuorum, ſcilicet malignorum ſpirituũ, preciũ dãdo pro te ſanguinẽ ſuũ, ut nihil iuris habeãt in te propter originale peccatũ. Hoc de illa ſpirituali Babylone, et de inuiſibilibus inimicis tuis dñs dixit: Nunc demum de uiſibilibus inimicis tuis audi qđ idem ipſe dicat. ¶ Et nũc congregate ſunt gẽtes multe, que dicũt, lapidetur, & aſpiciat in Syon oculus noſter. Ipſi vero non cognouerunt cogitationes domini, & non intellexerunt cõſilium eius, quia congregauit eos quaſi fœnum aree. Surge & tritura filia Syon, quia cornu tuum ponam ferreum, & vngulas tuas ponam ereas, & cõminues populos multos, & interficies dño rapinas eorum, & fortitudinem eorum domino vniuerſe terre. ¶ Quis hoc neſciat qđ ſup
Gen.4 iſtam Syon gentes multæ congregatę ſunt ab initio ſeculi, ex quo Cain funeſtus primũ ciuitatis huius fratrem ſuum Abel interfecit? Pleni ſunt ſacri libri lachrymabilibus hiſtoriis, & paſſim per omnem ferè paginam diuinam gemitus huius Syon audiuntur. dũ
Pſal.78 ueniũt gentes & ponãt morticina ſeruorũ tuorũ deus eſcas uolatilibus cœli, carnes ſanctorũ tuorũ beſtiis terræ, dum effundũt ſanguinẽ ipſorũ tanquã aquã in circuitu Hieruſalem, & nõ eſt qui ſepeliat. At illi nulla miſeratione gementi Syon cõpatiuntur, ſed ꝑtinacirudelitate ſemetipſos cohortatur dicẽtes: Lapidetur iſta Syon, i. nullus ei parcat. Et optando

dicũt:

dicũt: Aſpiciat in Syon oculis noſter. Quo dicto uehemẽs innuitur odiũ & inuidia, quæ non leuiter exaturari poſſit, niſi multarũ aſpectu miſeriarũ. Quo cũ potiti fuerint, maligno riſu ſoluũtur, & creduli plauſu tripudiant, dilatãtes os ſuum ſicut ſcriptũ eſt atq; dicentes: Euge euge uiderunt oculi noſtri, ſubaudit mala huius quæ deſiderauimus, & hoc bene cõ tigit nobis. Ipſi autem, inquit, non cognouerunt cogitationes domini, & non intellexerũt cõſilium eius, quia congregauit eos quaſi fœnum areæ. Eſt eſt ſenſus. Cõgregatæ ſunt gẽtes ſuper te, & in ſua gloriantes multitudine, præſentia tantũ & manifeſta potuerũt uidere, ſcilicet et tuã calamitatem, & ſuam in hoc mundo proſperitatem, ſed hoc nõ cognouerunt neq; intellexerũt, quid in futurum dominus cogitauerit, & quale ſuper te et ſupet illos cõſilium inierit. Sed ecce conſiliũ, & cogitationes eius dico tibi, quia congregauit eos quaſi fœnũ areæ, ſubauditur, ut cõgregatis illis dicat tibi. Surge et tritura filia Sion, quia cornu tuũ ponam ferreũ, & ungulas tuas ponam æreas, & cõminues populos multos, et interficies domino rapinas eorũ, & fortitudinẽ domino deo uniuerſæ terræ. Et eſt ſenſus: Quãuis fortes et robuſtos eſſe arbitrẽtur, nimirũ cũ ſint caro, ſic ſunt quaſi fœnũ, quia omnis caro ut fœnũ, et omnis gloria eius tanquã flos agri. Et uere fœnũ eſt populus. Itaq; ſicut fœnum in agro ad tempus uiret, & in tempore ſuo aridũ deportatur ad aream, ibiq; ferris dentatis ſiue plauſtris ferreis trituratur, ac tritico recondito, ſtipula & paleæ proiectæ igni traduntur, ſic tu ò Syon omnes gentes quæ congregatæ ſunt, ſuper te ſuperbientes atq; luxuriantes, uelut uiri de fœnum in iudicium domini triturabis atq; cõminues, ita dũtaxat, utquicunq; ex illis ſeſe in humilitate depoſuerint, eos tanquam triticũ domino uniuerſæ terræ conſecres, interficiendo quicquid in eis uicioſum erat, quicunq; aũt pertinaci ſuperbie uento ſeſe ſubleuauerint, eos uelut ſtipulam & paleam perpetue igni trades. Neq; em reſiſtere tibi poterũt cornu ferreũ, & areas ungulas habenti, qđ uidelicet cornu tuus inſuperabilis rex & magnificus triumphator Chriſtus eſt, quæ ungule tuæ Apoſtoli de tua carne geniti ſunt, fide ſolidi, uerbo tinnuli uelud æs, qđ metallũ ualde ſonorũ eſt. Nam in omnẽ terrã exiuit ſonus eorum, et in fines orbis terræ uerba eorum, & nõ ſunt loquelæ neq; ſermones, quorũ non audiantur uoces eorũ. Hactenus ad illam quę uera eſt Syon & uera Hieruſalem ſermo eſt ſic incipiens, & tu turris gregis nebuloſa filia Syon. ¶ Nã de illa Hieruſalẽ terrena quæ occidit prophetas, & lapidauit eos qui ad ſe miſſi fuerũt, audi quid dicatur. ❡ Nũc vaſtaberis filia latronis. Obſidionẽ poſuerunt ſupernos, in virga percutient maxillã iudicis Iſrael. ❡ Cuius uel quanti iudicis? Nimirum eius qui & magnus deus eſt, & humilis apparuit, quod multũ caute ſicut eo tempore opus erat, ſequentibus uerbis prædicatur. ❡ Et tu Bethleem Effrata, a, paruulus es in milibus Juda, ex te mihi egredietur, qui ſit dominator in Iſrael, & egreſſus eius ab initio a diebus eternitatis. Propter hoc dabit eos vſque ad tempus in quo parturiens pariet reliquie fratrum eius conuertentur ad filios Iſrael. ❡ Sicut iam dictũ eſt ad illam, & de illa Hieruſalẽ quæ prophetas occidit, ſermo eſt. Nunc (inquit) uaſtaberis ò tu non uere filia Syon, ſed uere filia latronis, uidelicet quæ uirũ homicidã & latronem Barraban tibi dimitti petiſti, autorem uere uitæ interfeciſti. Nũc inquã uaſtaberis, nũc circundabũt te inimici tui uallo, & circũdabũt te & coanguſtabũt te undiq;, & ad terrã proſternẽt te & filios tuos qui in te ſunt. Quam ob cauſam ſic uaſtaberis, & cur proſternẽtur filij tui? Obſidionẽ (inqt) poſuerũt ſuper nos, in uirga percutient maxillã iudicis Iſrael. Super nos prophetas & ſapientes & ſcribas obſidionem poſuerunt, id eſt, ex nobis occiderũt & crucifixerũt, et ex nobis flagellauerũt in ſynagogis ſuis, et de ciuitate in ciuitatẽ perſecuti ſunt. Nam hoc totũ fuit obſidionẽ ponere ſuper nos, qa ſic uoluerunt claudere ora noſtra, ne doceremus in nomine iudicis Iſrael, cuius maxillam in uirga percuſſerũt, in uirga, inquã id eſt in arũdine qua percutiebãt eũ ſpinis coronatum, ſibi in poſteritate conceſſa quẽadmodũ ait, ſed hęc eſt hora ueſtra & poteſtas tenebrarum. Per partẽ totã, id eſt per maxillæ percuſſionẽ, totam eius ſignificabat paſſionẽ. Pulchre nimirum, quia paſſionis eius hoc fuit initiũ, quod unus aſſiſtens miniſtrorũ, dedit illi alapam dicens: Sic reſpondes pontifici? Proterua crudelitas, crudelis proteruia lictoris & ſcurrę, qui dum adulatur dño ſuo pontifici, & ei placere vult, aſſiliẽs coràm pcutit in maxillã iudicem Iſrael, nec ſolius Iſrael, ſed & omnium hominum, qa ipſe eſt qui cõſtitut⁹ eſt à deo iudex uiuorũ &

Pſal. 34.

Eſai. 40

Chriſtus vi cornu ferreũ, Apoſtoli, vt vngulæ æreæ.

Hierſm terrena, dicitur filia latronis.

CAP. V.

Matt. 28. Lucæ. 19

Ioha. 18

Actu.10 uorũ & mortuorũ. Et ut amplius perhorreſcas temeritatẽ nebulonis, qui percuſſit, ille iudex non tantũ homo, ſed & deus eſt. Hoc enim uerbis ſequẽtibus teſtatur: Et tu Bethleem effrata, paruulus es in millibus Iuda, ex te mihi egredietur, qui ſit dominator in Iſrael, & egreſſus eius ab initio à diebus æternitatis. Quid enim eſt qđ & egredietur ex te ò Bethleem, & nihilominus egreſſus eius ab initio, à diebus æternitatis, niſi qa duæ ſunt eius egreſſiões, i. natiuitates, altera ſecundum carnẽ, qua egredietur ex te ò Bethleem ex ſemine Dauid, altera ſecundũ diuinitatẽ, qua non egredietur, ſed egreſſus eius, inquit, iamdudũ exactus eſt, nõ ex mundo, ſed ab initio, non in diebus temporalitatis, ſed à diebus æternitatis? Nã in principio erat uerbũ, & uerbum erat apud deũ, & deus erat uerbum: hoc eratin principio apud deum. Igitur & deum & hominẽ teſtatur hic eſſe illum iudicem Iſrael, ſed hoc taliter edici ut uulgo intelligeretur tunc temporis non expediebat. Quomodo enim audire paterẽtur, qđ qui deus Iſrael erat homo futurus, & in maxilla percutiendus eſſet? Caute ergo & prudenter propheticus ſermo diſpenſatur, dum à facie filiæ latronis, cui loquebatur dicens, nunc uaſtaberis filia latronis &c. ſeſe repente auertit, & ad aliam, id eſt, Bethleem ſeſe conuertit & eidem ſic loquitur, ut & ueritatẽ utriuſq; naturæ, ſcilicet diuinæ & humanæ in Chriſto teſtificetur, & eandem teſtificationem, talibus uerbis enunciet, ut non ab illis qui ſurdi ſunt uel erant, & aures audiendi non habebant, tunc temporis facile perciperetur. ¶ Quod aũt Bethleem & Effrata unius eiuſdemq; ciuitatis Dauid, ſiue caſtelli, ubi erat Dauid, uocabula ſint, habemus ex ſcriptura dicente: Mortua eſt ergo Rachel, & ſepulta in uia, quæ ducit Effratam, hæc eſt Bethleem. Porrò cum dicit: Et tu Bethleem Effrata, paruula es in millibus Iuda, ſubaudiendum eſt apud homines, quorum in oculis utix paruꝰ utculus es, qui nõ cœleſtem, ſed terrenã quantitatẽ attendunt, ſed profecto apud deum non minima es. Aliquin niſi cum eadem affirmatione qua dicit paruula es, et ex oppoſito iſta negatio in prophetæ ſenſu intelligatur, ſed non apud deum minima es, tanquam ſi dicat: Paruula ſiue minima uideris, ſed non minima es, diſſonãter teſtimoniũ hic in Euãgelio ſumptũ uidebitur, ubi principes ſacerdotum & ſcribæ ſciſcitanti Herodi, ſic reſpõdiſſe narrantur. Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda. Cũ enim hic dicat paruula es, & illic ſcriptũ ſit: nequaquã minima es: perſpicue litera diſſonat, ſed in ſenſu clara conſonantia eſt, ut cũ propheta dicit: paruula es, ſubaudias in oculis omniũ hominũ, & cũ Euangeliũ dicit nequaquam minima es, ſubintelligas apud deũ. ¶ Quod deinde ſubiũgitur, propter

Pſal.62 hoc dabit eos uſq; ad tempus iu quo parturiens pariet, & reliquiæ fratrũ eius conuertentur ad filios Iſrael, manifeſte completũ, atq; adhuc complendũ eſt. Nam quia tanti iudicis Iſrael maxillã percuſſerunt, qui ſecundum carnem de Bethleem ex ſemine Dauid egreſſus eſt, & cuius egreſſus ſecũdũ diuinitatẽ, à diebus æternitatis eſt, iccirco dedit eos idẽ iudex ſubauditur, in manus gladij, & in captiuitatẽ in omnes gentes, & in partes vulpiũ, id eſt, malignorũ ſpirituũ. V ſquequo ſic dabit eos? V ſq; ad tempus (inquit) in quo parturiẽs pariet. Parturiens dicitur, non iſta filia latronis, id eſt, terrena Hieruſalem, quæ deo ſterilis eſt, ſed illa ſpiritualis Hieruſalem, ſiue Syon, cui ſupra dixerat: dole & ſatage filia Sion quaſi parturiens. Illa nanq; mater pariet, ſubauditur Iudeoꝝ, ſiue Iſraelis reliquias iuxta illud. Si fuerit numerus filioꝝ Iſrael quaſi arena maris, reliquiæ cõuertent ex eis. Nam hoc eſt, qđ hic protinus ſubiũgit. Reliquiæ fratrũ eius cõuertẽtur ad filios Iſrael. Cuius eius? Nimirum ipſius iudicis Iſrael, qa fratres eius ſecundũ carnẽ ipſi Iudæi ſunt, qui maxillã eius percuſſerũt. Tempus quo iſtud fiat tũc erit, cũ plenitudo gentiũ intrauerit. Sequitur: **Et ſtabit & paſcet in fortitudine dñi, in ſublimitate nominis dñi dei ſui, & conuertentur, quia nunc magnificabitur uſq; ad terminos orbis terre.** ¶ Iudex Iſrael ſicut iam dictum eſt propter

Actu.7 hoc dabit eos, qa percuſſerũt maxillã eius, & ipſe ſurgens à mortuis ſtabit, ſubauditur à dextris dei fortis & ſublimis, iuxta quod in Actibus apoſtolorꝝ ſcriptũ eſt: Cum aũt eſſet Stephanus plenus ſpiritu ſancto intebdens in cœlũ, uidit gloriã dei, & Ieſum ſtãtem à dextris dei & ait: Ecce uideo cœlos apertos, & filium hominis ſtantem à dextris uirtutis dei. Stabit ergo, id eſt, pro ſuis morientibus, pugnabit ipſe uictor mortis, & paſcet ſubauditur populum ſuum, utpote diues & præpotens rex in fortitudine domini, in ſublimitate nominis domini dei ſui, id eſt, ſicut fortis deus hũs nomẽ ſublime, quod eſt ſup omne nomen, uidelicet

quale no-

Duplex chriſti egreſſus

Bethleem & Effrata, vnius oppidi vocabula

Gen.35

quale nomen habet pater, qui propter aſſumptam humanitatem dicitur & eſt dominus dē us eius. Nam & ipſe loquitur: Aſcendo ad patrē meum & patrem ueſtum, deum meū, & deum ueſtrum. Et conuertentur ait, quia nūc magnificabitur uſq; ad terminos terræ. Hoc ipſum quod hic dicit: & paſcet, & conuertentur, &c. manifeſtius in pſalmo expreſſum habemus. Ait enī: Edent pauperes & ſaturabuntur, & laudabūt dominū, qui requirunt eum, uiuent corda eorū in ſeculum ſeculi. Reminiſcentur & conuertentur ad dominum uniuerſi fines terræ, Paſcet ergo ſcilicet terminos terrę, quo aduſq; magnificabitur, non qualicunq; edulio, ſed corporis & ſanguinis ſui ſacramēto, quod edentes & bibentes, pauperes ſaturabuntur, nam corda eorū, id eſt, animæ uiuunt in ſeculum ſeculi, quemadmodū ipſe dicit: Si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in eternum, & panis quē ego dabo, caro mea eſt pro mundi uita. Sequitur. ¶ Et erit iſte pax Aſſyrius cū uenerit in terra noſtram, & quando calcauerit in domibus noſtris. ¶ In nonnullis codicibus legitur Aſſyrijs, & ordinatior litera uidetur. Si enī legendū eſt Aſſyrius, cur præpoſtere & dicere maluit Aſſyrius cū uenerit, q̄ dicere cū Aſſyrius uenerit? Itaq; ſecundū utranq; literā exponendū eſt, & primū ſecundū hanc literaturā, & erit iſte pax, Aſſyrius cum uenerit in terrā noſtram. Quādo uenerit diabolus, ait beatus Hieronimus, qui dicitur Aſſur ſuper terrā regionēq; credentium, & eorū quos paſcet dominus in fortitudine & in ſublimitate nominis domini dei ſui, & calcauerit eos tribulationibus uarijs, & domos animarū noſtrarū, id eſt, corpora quaſi ſuperbe aſcenderit atq; depreſſerit, & tamē nos nihil ſeperauerit à charitate Chriſti, tūc Chriſti pax ſiue ipſe Chriſtus erit in nobis, & dicetur de ſancto, nihil proficiet inimicus in eo. ¶ Nunc ut ſecundū aliā literæ ſtructurā dicamus, ſcilicet ita legendo, & erit iſte pax Aſſyrijs, cū uenerit in terrā noſtrā, primo ſciendū, quia quod dicitur, cū uenerit in terrā noſtram, & quando calcauerit in domibus noſtris, ſiue, ut rurſus poſt pauca habemus, & cū calcauerit in mōte noſtro, rectē de ipſo dño intelligitur, p̄ſertim cū in exordio ſermonis hic idē propheta dixerit. Quia ecce dñs egredietur de loco ſuo, & deſcēdet & calcabit ſuper excelſa terræ, &c. uſq; ad id quod ait: Quæ excelſa Iudæ, nōne Hieruſalē? Eritq; hic ſenſus. Et erit iſte, uidelicet dominus magnificus uſq; ad terminos terræ, pax Aſſyrijs, id eſt, cunctis gentibus, quarum eo tempore potentiſſimi erant Aſſyrij, unde & pro cunctis gētibus rectē poſſunt hic accipi. Erit (inquā) iſte pax Aſſyrijs, i., loquetur pacem gentibus, euangelizabit pacem eis, qui prius erant inimici, cū uenerit in terrā noſtrā, id eſt, cū nos uiſitauerit, & cum calcauerit in domibus noſtris, ſubauditur, eo q̄ non cognouiſti tempus uiſitationis tuæ, ò ſupra dicta filia latronis, Nam iccirco calcabit in domibus noſtris, iccirco cōculcabit templū & ciuitatem, ita ut nō remaneat lapis ſuper lapidē. Nam quod dominus calcet & cōculcet, teſtatur ipſe dicens in alio propheta. Calcaui eos in furore meo, & cōculcaui eos in ira mea. Væ ergo tibi, quæ tibi Barrabam latronē donari petiſti, & proinde rectē diceris filia latronis, & cuius ſeditiones hæreditate poſſediſti, uæ tibi, quia tu cōculcaris quæ diceris Iſrael, pax autem tua Aſſyrijs, i. gentibus pœnitentiā agentibus, ſicut ſignificatū eſt, iubi ad prædicationē Ionæ Niniue magna ciuitas Aſſyrioꝝ pœnitentiā egit. Sequitur. ¶ Et ſuſcitabimus ſup eū ſeptē paſtores, & octo primates homines, & paſcent terrā Aſſur in gladio, & terrā Nemroth in lanceis eius, & liberabit ab Aſſur, cū uenerit in terrā noſtrā, & cū calcauerit in monte noſtro: ¶ Quoꝝ in perſona ſupra dixerat, obſidionē poſuerunt ſup nos eorundē uox iſta eſt, & ſuſcitabimus ſuper eū ſeptē paſtores & octo primates hoies, uox ſcꝫ prophetarū, ſapientū, et ſcribarum, quos ecce ego mitto ad uos, ait ille iudex Iſrael ad eos, qui maxillā ipſius pcuſſerūt. Ipſi loquūtur etiā hæc, & ſuſcitabimus ſuper eū ſeptē paſtores & octo primates hoies. Sup quē dicūt, ſuſcitabimus eū. Nimiꝝ ſup eundē ſæpe dictū iudicem Iſrael. Profecto nō uile obſequiū, non paruam honorificentiæ portionem de ſtudio ſuo p̄mittunt, ad clariſicandum illū tantū iudicē, quē filij illius filiæ latronis ſic in honorauerunt, ut maxillā eius percuterent. ¶ Quærendū eſt diligenter, qui nā ſint ſeptem paſtores & octo primates hoies, & deinde quid ſit ſuſcitari illos ſuper hunc iudicē Iſrael, & tunc patebit, qa nō leuis aut incerta hæc pollicitatio eſt. Septem fide claros & meritis inſignes de ſanctis ſcripturis nouimus, ſimiliter & octo primates homines, quos, licet hactenus nouerimus, nec dū tamen numeꝝ, & proprias eorum cauſas animus adeo perpenderat, priusq; loci p̄ſentis

Iohan. 20

Pſal. 21.

Aſſyrius, id eſt diabolus

Pax Aſſyrijs. i. cūctis gētibus

Sup. i.

Lucæ. 19

Septē paſtores & 8. primates homines.

Septē pastores Cenez.

diligentia nos excitasset, Primū ergo septē pastores, deinde per ordinē recolamus octo primates homines. Primus pastor fuit Abel, de quo scriptū est. Fuit aūt Abel pastor ouiū, & obtulit domino munera de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorū, & respexit dominus ad Abel & ad munera eius: Secundus pastor fuit Abrahā: Tertius Isaac: Quartus Iacob, qui stans corā Pharaone cū filiis suis, interrogāte illo, qd habetis operis, pastores ouiū sumus (inquit) serui tui, & nos & patres nostri. Erant aūt patres eius Abraham & Isaac, qui profectò curā habuerūt alendorū gregū, ita ut non posset eos capere terra præ multitudine gregum, unde & facta est rixa inter pastores gregū Abrahā & Loth, & fuit iurgiū pastorū Gerare aduersus pastores Isaac. Veruntamen non præ multitudine uel cura gregū, sed p eo q circa res horum pastorales, diuina sese cōmendauit authoritas, septē istos pastores excellentissimos numeramus. Igitur (ut dicere iam cœpimus) horū primus fuit Abel, qui de primogenitis gregū domino munera obtulit, quæ suo respectu dominus digna duxit. Secundus Abrahā, qui de armento suo uitulū tenerrimū tollens & optimū inclytis hospitibus scilicet tribus angelis, uenientibus in figura sanctæ trinitatis, memorabile cōuiuium fecit. Tertius Isaac, qui uelut aries ad immolandū ductus est, & pro quo arietē Abraham inter uepres hærentem cornibus, holocaustum obtulit. Quartus Iacob, qui de grege duos asserens hœdos in cibū patri benedictionē accepit, & deinde soceri greges pascēs, auctus est benedictione domini. Quintus fuit Ioseph, qui cū sedecim esset annorū, pascebat gregem cū fratribus suis, & inde uenditus fuerat, factusq; princeps Aegypti, professionē istā non erubuit, quamuis detestarētur Aegyptij omnes pastores ouiū, dicēs ad patrē & ad fratres suos. Cū uocauerit uos Pharao, & dixerit, quod opus est uestrū? respondebitis. Viri pastores sumus serui tui ab infantia nostra usq; in præsens, & nos & patres nostri. Sextus fuit Moyses, qui pascebat oues Ietro soceri sui sacerdotis Madian, & inter pascendū, cū minasset gregē ad interiora deserti, uenit ad montē dei Oreb, apparuitq; ei dominus in flamma ignis de medio rubi. Septimus fuit Dauid, qui de semetipso proloquēs ad Saul, pascebat (inquit) seruus tuus patris sui gregē, & ueniebat leo & ursus, tollebatq; arietē de medio & sequebar eos & percutiebā & eruebam q; de ore eorū. Et illi consurgebāt aduersum me, & apprehendebā mentū eorū, & suffocabā, interficiebam q; eos. Nam & leonē & ursum interfeci ego seruus tuus. Erit ergo & Philistæus hic incircumcisus, quasi unus ex eis, qui ausus est maledicere exercitui dei uiuentis. Ecce isti sunt septē pastores inclyti, quos (scriptura testē) authoritas diuina cōmendauit. ¶ Porrò octo primates homines hi sunt: Primus Iosue filius Nun: Secundus Caleph filius Iephone: Tertius Ottoniel filius Cænez: Quartus Aoth filius Gera filij gemini: Quintus Barach filius Abinoem de Cades Neptalim: Sextus Gedeon: Septimus Iepte Galaadites: Octauus Sampson: Isti octo iccirco dici merentur primates homines, quia authoritate diuina præeunte, & induēte illos spiritu dñi, constituti iudices liberauerunt populum suū, unde & meruerūt appellari saluatores Israel. Primus horum Iosue & secundus Caleph, introduxerunt populū in terram promissionis, dicēte domino ad Mosen: Tolle Iosue filiū Nun, uirū in quo est spiritus domini, & pone manū tuam super eum, &c. De Caleph uero ait: Seruū meū Caleph, qui plenus alio spiritu, secutus est me, inducā in terram hanc quā circuiuit, & semē eius possidebit eam. Primatū eius hoc diuinū testimonium commendat, & præter hoc alia quæ præsenti loco inserere longū est. Tertius Othoniel filius Cænez liberauit Israel de manu Cusamrasathaim regis mesopothamiæ, cui serui erunt octo annis scriptura dicente: Et clamauerunt ad dominum, qui suscitauit eis saluatorem & liberauit eos Orthoniel, uidelicet filius Cænez, fuitq; in eo spiritus domini, & iudicauit Israel, &c. Quartus Aoth liberauit Israel de manu Eglon regis Moab, cui seruierunt decē & octo annis, scriptura dicente, Et clamauerunt filij Israel ad dominū, & suscitauit eis saluatorē Aoth filiū Gera, &c. Quintus Barach filius Abinoem liberauit Israel de manu Iabin regis Canaan, qui per uiginti annos uehemēter oppresserat eos, & ipse authoritate diuina suscitatus p Debborā ppheten uxorem Lapidoth. Sextus Gedeon liberauit Israel de manu Madian cui seruierāt septē annis, pcipiēte angelo, q apparuit ei. Septimus Iepthe Galaadites liberauit Israel de manu filiorū Ammon, q cū Philistijm uehemēter oppresserant eos per annos decē & octo. De isto scriptū est: Factus est super Iepthe spūs dñi transiuitq; ad filios

Ibi. 47

Ibi. 13.

Ibi. 26.

Abel

Abraham

Isaac.

Iacob

Ioseph.

Moses.

Exo. 3

Dauid.

1. Reg. 17

Octo primat.

Ioſue. Nu. 27

Caleph.

Othoniel.

Iud. 3.

Aoth,

Barach,

Gedeon

Iepthe,

ad ſilios Ammon, ut pugnaret contra eos. Quos tradidit dñs in manu eius, percuſſitq; eos plaga magna nimis, humilitatiq; ſunt filij Ammon à filijs Iſrael. Octauus Samſon per angelū domini prænūciatus eſt matri ſterili: & hic erit (inquit) Nazaræus ab infantia ſua, & ex matris utero, & ipſe incipiet liberare Iſrael de manu Philiſtinorū. Iſti ſunt octo primates homines, qui miro modo ſeptē paſtoribus ita inſerūtur, & ita inter ſextū paſtorē, qui eſt Moſes: & ſeptimū, qui eſt Dauid, ſurrexerunt, ut filios Iſrael, quos Moſes ſextus paſtor (ut iam dictū eſt) de Aegypto eduxit, primus hoīm primatū Ioſue cū Caleph introduceret in terrā repromiſſionis, & liberationē de manu Phyliſtym, quā octauus primas Samſon incepit, perficeret ſeptimus paſtor Dauid. ¶ Habemus igitur & ſeptē paſtores & octo primates hoīes ex propriis cauſis notos & inſignes, quos ſuſcitabimus (inquit propheta) ſuper eū, uidelicet ſæpe dictū iudicē Iſrael, cui⁹ maxilla percuſſa eſt. Quomodo illos ſuſcitabimus ſuper eum? Videlicet eo modo, ut quæ per illos corporaliter geſta ſunt, doceamus ſpiritualiter fieri uel impleri ꝑ ipſum. Doceamus (inquā) quia quæcūq; res in illis præceſſit figura, in iſto ſucceſſit ueritas. Hoc facientes ſuſcitabimus illos ſup eū, nos prophetæ & ſapientes, & ſcribæ, ex quibus ego ſum. Nā & ſi ſcdm tēpus corpore abſens, ſpū cū illis præſens ſum, quorū ſpirituali ſtudio fit, ut in lectiōe taliū paſtorū, & primatuū nihil mortuū remaneat, aut ocioſum, dū omnia referūtur ad Chriſtū. Itaq; & iſti cū illo uiuent, & illi qui tūc erunt ex iſtis proficiēt. Vnde cū dixiſſet: Et ſuſcitabimus ſup eū ſeptē paſtores, & octo primates homines, conſeſtim ſubiūxit: Et paſcēt terrā Aſſur in gladio, & terrā in Nemroth lanceis eius. Quod eſt dicere, & omnes gētes quæ nūc ſine deo ſunt, neq; uerbi dei pabulū habēt ullū, tūc ex myſticis iſtorū exēplis, legendo proficiēt, quarū uc3 gentiū Aſſur & Nemroth, i. Aſſyrij & Babylonij maximi deoq; magis aduerſi tūc erant. Principiū nanq; regni Nemroth Babylon fuit in terra Sennaar, & de illa terra egreſſus eſt Aſſur, & ædificauit Niniuen. Nec uero dubiū uel incognitum eſt, quin Aſſyrij poſtmodum decē tribus trāſtulerint, Babylonij uero, pro quibus hic ponitur Nemroth, duas reliquas, Iudam & Beniamin. Magnifice ergo reconciliatio gentiū promittitur, dū de illis, qui tūc erant infeſtiſſimi, talis ꝓphetia texitur, & paſcent terrā Aſſur & terrā Nemroth, & hoc non ſine armis, ſed in gladio & in lanceis eius, id eſt, in ſermone dei, qui eſt uiuus & efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti. Et in ſentē tijs ueritatis, quæ ſunt lanceæ ſiue ſagittæ eius, ſuo gladio & illis lanceis diabolū, qui prius terrā obtinuerat, debellabit, & liberabit humanum genus. Hoc eſt quod ait, Et liberabit ab Aſſur cum uenerit in terrā noſtram, & cū calcauerit in monte noſtro. Ac ſi dicat: Eodē tēpore quādo ueniet in terrā ſecundum præſentem prophetiam, & conculcabit Iudæos ſub uerſa ciuitate & templo, liberabit à diabolo gentes, quæ hactenus erant terra Aſſur, & terra Nemroth, quod interpretatur tentatio, qui per hoc ipſum quod de illo ſcriptū eſt, erat robuſtus uenator corā dño, ſignificat diabolum, qui poſſidebat gentes tanq; fortis armatus cuſtodiens atrium ſuū. Sequitur. L Et erunt reliquie Jacob in medio populorum multorum quaſi roſa domino, & quaſi ſtille ſuper herbam, que non expectant virum, & non preſtolantur filios hominum. ¶ Reliquiæ Iacob credentes ex Iudæis ſunt, quorum unus ex optimis Apoſtolus cum dixiſſet, Nunquid repulit deus populū ſuū? ſubiunxit atq; ait, Abſit. Nam & ego Iſraelita ſum ex ſemine Abrahā, de tribu Beniamin. Et enim, licet illi, qui in futuro tempore crediturі ſunt, cū plenitudo gentiū intrauerit, reliquiæ dicantur, Nihilominus tamen & hi recte dicuntur reliquiæ, quæ tūc crederunt pauci, multitudie in incredulitate permanēte, teſtante eodē, cū præmiſſo exēplo de Helia, cui dixit reſpōſum diuinū, Reliqui mihi ſeptē milia uirorū, qui nō curuauerūt genua ante Baal, ſic ergo (inqt) & in hoc tēpore reliquiæ ſecundū electionē gratiæ ſaluæ factæ ſunt. Ergo reliquiæ Iacob erunt (inquit) in medio populorū multorū quaſi roſa à domino, & quaſi ſtillæ ſuper herbam id eſt apoſtoli Chriſti ſiue miniſteriales iudicis eiuſdē, de quo hactenus ſermo fuit, ſanctam & diuinam de cœleſti conuerſatione ſua ſumptā, ſtillabunt uel depluent gentibus ſcientiā. Roſ em ſuauiter cadens, & ſtillæ ſenſim decidētes ſuper herbā, euangelicā uel apoſtolicā ſignificant doctrinam à domino datā, & pro capacitate audientiū diſcrete annunciatā, & dupliciter ualentem nobis, ſcilicet ad refrigerandū & fructificandū. Terra quippe noſtra calore uitiorum erat exuſta, & à maligno ſpiritu quaſi uento urente percuſſa, ita ut cor hominis Baby-

Samſon.

Gen. 11

4. Reg. 17
Ibid. 25

Heb. 4

Gen. 11.
Luc. 11

Rom. 11

Reliquiæ Iacob Apoſtoli.

Dani.3 nis Babyloniæ fornaci non incõgrue poſſet ſimile dici. Tunc aũt cœpit dñs mittere quaſi uentũ roris flantẽ, quando ad amorẽ cęleſtiũ nos excitauit per apoſtolorũ prædicationem. Item manus noſtræ uacantes ab operibus bonis, ſic erant quaſi herba macra & ſterilis, ſed tunc quaſi ſtillæ à domino ſuper herbã ceciderunt, quando eadẽ doctrina nos ad dilectionẽ proximi refloreſcere fecit, & in porrigẽdo eleemoſynã facies noſtras exhilarauit. Et bene de iſto rore & de huiuſmodi ſtillis ait: quia non expectant uirum, & non præſtolantur filios hominũ, ſed ſignanter cũ dixiſſet, quaſi ros, addidit, à domino, quia uidelicet Euangeliũ ſiue doctrina, quæ per apoſtolos adminiſtrata eſt, nõ per inſtructionẽ uel magiſterium

Actu.4 hominũ uenit aliquãdo, ſed cœlitus data eſt, docente illos inuiſibiliter ſpũ ſancto, abſq; mora & momento, ita ut qui fuerant homines ſine literis & idiotæ, repente fierent literarũ periti, & potentes in omni ſermone. ¶ Hoc idẽ de prophetis ſentiendũ eſt, & primũ de Moſe. Nam ille quidẽ humanã ſcientiam per homines didicit, & erat (ut ait Stephanus protomartyr) eruditus omni ſapientia Aegyptiorũ, & potens in uerbis, ſed ſcientiam rerũ diuinarum ut pentateuchũ ſuũ conſcriberet, non per hominem, ſed per ſolum deũ didicit, qui illi in rubo apparuit. Sic & de Dauid cæteriſq; prophetis, & de Chriſti apoſtolis omnino ſentiendũ eſt, quos omnes & ſolos eccleſia Chriſti in canonico apice ſuſcipit. Vnde & Petrus in e-

2.Pet.1. piſtola ſua dicit: Hoc primũ intelligentes, quod prophetica ſcriptura propria interpretatione non fit. Non enim uoluntate humana allata eſt aliquãdo prophetia, ſed ſpũ ſancto inſpirati locuti ſunt ſancti dei homines. Et de cæteris quidẽ apoſtolis, q fuerunt illic, ubi ſpiritus ſanctus in igneis linguis apparuit, ſeditq; ſupra ſingulos eorũ, certũ eſt, quia non ab homine, neq; per hominem, ſed per reuelationẽ Ieſu Chriſti didicerunt. De Paulo aũt, qui tunc nõ erat illic, ſed poſtea uocatus eſt, dubiũ uoluerunt eſſe quidã aduerſarij eius pſeudoapoſtoli, dũ uellent corrũpere ueritatẽ euangelij, quam ex ore eius multi ſuſcipiebãt populi, ob hoc derogantes illi, & authoritatem eius diminuere uolentes, quia domini noſtri Ieſu Chriſti, dũ adhuc cũ hominibus conuerſaretur, diſcipulus non fuit. Hac pro neceſſitate plerisq;

Gala.1. in locis apoſtolatũ ſuum defendit, maxime aũt in epiſtola ad Galatas cũ dicit: Notũ enim uobis facio euangeliũ fratres, quod euangelizatũ eſt à me, quia non eſt ſecundũ hominem, neq; enim ego ab homine accepi illud neq; didici, ſed per reuelationẽ Ieſu Chriſti. Bene ergo cũ dixiſſet de reliquijs Iacob, Et erunt in medio populorũ multorũ quaſi ros à domino, & quaſi ſtillæ ſuper herbã, addidit, quæ non expectant uirum, & non præſtolantur filios hominũ Ac ſi dicat. Et erunt apoſtoli Ieſu Chriſti ſapientes, & eloquentes, totũ ſalutari doctrina imbuentes mundum, quam uidelicet doctrinam nõ à magiſtris hominibus accipient, nõ ſtudij uel ingenij proprij labore acquirent, ſed occulta gratiæ cęleſtis aſpiratione percipient.

Reliqui doctores eccleſiæ. ¶ De reliquijs (inquã) Iacob, id eſt, de apoſtolis, ita dumtaxat æque ut de prophetis, qui & carne & fide ſunt filij Iacob, hoc dicere uerũ eſt. Cæterũ de alijs magiſtris eccleſiarum, qui cunq; ex gentilitate ſurrexerunt, nõ eadem ſententia eſt uel eſſe poteſt, quia uidelicet ſunt quidem & ipſi quaſi ros à domino, & quaſi ſtillæ ſuper herbam, ſcripturas propheticas atq; apoſtolicas tractando dulciter, & exponendo utiliter, ſed ſinguli horum ut hoc facere poſſent, expectauerunt uirum, & præſtoiati ſunt filios hominum, Multos enim poſt deũ cathygethas uel magiſtros ſubierunt. Vnde quicquid dixerunt, non iccirco ratum habet eccleſia Chriſti, quia ſic ipſi dixerunt uel ſenſerunt, ſed quia dicta uel ſenſus ſuos propheticis atq; apoſtolicis teſtimonijs, uel aliqua probabili ratione confirmare potuerunt. Sequitur. ℣ Et erunt reliquie Jacob in gentibus in medio populorum multorum, quaſi leo in iumentis ſyluarum, & quaſi catulus leonis rugiens in gregibus pecorum, qui dum tranſierit & cõculcauerit et ceperit, non eſt qui eruat. ℟ Q̃ diuerſarum, q̃ longe diſſimilium rerum ſimilitudines eiſdem reliquijs Iacob hic aſcriptæ ſunt. Dixerat & erunt reliquiæ Iacob quaſi ros à domino, & quaſi ſtillæ ſuper herbã, & cõtinuo nunc dicit, & erunt reliquiæ Iacob quaſi leo in iumentis ſyluarũ, & quaſi catulus leonis rugiens in gregibus pecorũ. Quid magis diſſimile q̃ ſuauitas roris à feritate leonis? Quid magis diuerſum, q̃ lenitas ſtillarũ ſtillantiũ ſuper herbã, à ſæuitia uel impetu catuli leonis rugiẽtis in gregibus pecorũ? Attamẽ eiſdẽ reliquijs Iacob, & ſuauitas roris, ſiue lenitas ſtillarũ, & feritas leonis, ſiue impetus catuli leonis æque per ſimilitudinẽ aſcribitur hic. Quare? Videlicet, quia magiſtri populorum

Diuerſæ ſimilitudines

pulorꝫ ſiue gentiũ Apoſtoli Chriſti, & len es & ſeueri ſunt, leues in docendo ſiue exhortã/ do, ſæueri in corripiendo & ulciſcendo. Exẽpli gꝛa: Paulus ubi docet inter cætera ſic loqui tur. Quoniam quidẽ deus erat in Chriſto mundũ reconſilians ſibi, & poſuit in nobis uerbũ reconciliationis. Pro Chriſto ergo legatione fungimur, tanq̃ deo exhortante per nos. Ob ſecramus pro Chriſto, reconſiliamini deo. Quid iſto rore dilectionis ſuauius, qd hac ſtilla uere & germanæ pietatis lenius? Cætera quoq; uſq; ad id, os noſtrum patet ad uos ò Corin thij cor noſtrũ dilatatũ eſt, talia ſunt ſtillicidia uel talis ros, ut nemo q̃ dubitet quin ſit à do/ mino patre miſericordiarum & totius conſolationis deo. At uero idem poſt plurima dicit: Ecce tertio hoc uenio ad uos. In ore duorum uel trium teſtium, ſtabit omne uerbum. Præ dixi eñ & prædico ut præſens uobis & nũc abſens ijs qui ante peccauerunt & cæteris oñi bus, quoniam ſi uenero iterum non parcam. An experimentũ quæritis eius, qui in me lo/ quitur Chriſtus? Ecce ſęueritas magiſtri tanquam leonis rugitus ſuper iumenta ſyluarum & tanq̃ catuli leonis ſuper gregem pecorum. ¶ Nam iumẽta ſyluarum recte illos æſtima mus, quos redarguebat ſuper immunditia & fornicatione, & impudicitia quam geſſerunt Nõnne ſuper huiuſmodi, quaſi leo fuit? Ait enim: Et uos inflati eſtis, & nõ magis luctum habuiſtis, ut tollatur de medio ueſtrum, qui hoc opus fecit, id eſt, qui uxorem patris habuit. Ego quidem abſens corpore, præſens aũt ſpiritu iam iudicaui ut præſens eum, qui ſic ope/ ratus eſt, in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, congregatis uobis & meo ſpiritu cũ uirtute domini Ieſu, tradere huiuſmodi Satanæ in interitũ carnis, ut ſpiritus ſaluus ſit in die domi/ ni. ¶ Porro quaſi gregespecoꝛ eiuſmodi fuerunt, qualibus ueluti conterritis ad rugitũ ca/ tuli leonis gratulatur & dicit: Quoniã & ſi cõtriſtaui uos in epiſtola, nõ me pœnitet. Etſi ad horã uos cõtriſtaui, nũc gaudeo, nõ qa cõtriſtati eſtis, ſed quia cõtriſtati eſtis ad pœnitẽ/ tiam, contriſtati eñ eſtis ſecundũ deum, & cætera. Hæc uero quaſi de auſteriori Paulo ex/ empla poſuiſſe putemus, quaſi cæteris Apoſtolis hũc amplius ſæuitiam leonis exercuiſſe dicamus. Nã ut plura ſermo prætereat, nõnne Petrus quoq; quaſi leo ſiue catulus leonis in gregibus pecorum rugit, quãdo in cõuentu diſcipuloꝛ Ananiam primũ, & deinde Saphi ram uxorem eius increpauit, & illi ceciderunt & expiraverunt, quia ſpiritu ſancto fuerant mentiti. Vere igitur quaſi leo reliquiæ Iacob, quaſi catulus leonis, qui cũ tranſierit, ſubau/ ditur ad nullius pauens occurſum, & conculcauerit uidelicet rebellantes, & cœperit ſubau ditur mendaces, ut capti & deprehẽſi ſunt iam dicti Ananias & Saphire, ſpiritui ſancto mẽ tientes, nõ eſt qui eruat. ¶ His dictis de reliquijs Iacob, ptinus ad illũ conuertitur ſermo, p pheticus iudicem Iſrael, de quo ſupra dixerat, in uirga pcutient maxillã iudicis Iſrael, & di/ cit: L Exaltabitur manus tua ſuper hoſtes tuos, & omnes inimici tui interibunt. J Hoſtes publici ſiue inimici dñi illi maieſtatis adiudicãtur, qui nõ ſolũ peccatores, uerũetiam impij ſunt odiendo nomen eius, quales maxime illi fuerũt, de qbus ipſe in euangelio loqui tur. Nũc aũt & uiderũt & oderunt & me & patrẽ meũ, Sed ut impleatur ſermo, qui in lege coꝛ ſcriptus eſt, quia odio habuerũt me gratis. Super eiuſmodi hoſtes exaltabitur (inquit) manus mea, ſubauditur, ut nõ uideant gloriã tuã, imò ut uideant & cõfundãtur, quẽadmo dum alius propheta, cum ſub interrogatione dixiſſet, & nõ uidebit impius gloriam domi/ ni, protinus duplicẽ reſponſionẽ hoc modo ipſe reddidit. Domine exaltetur manus tua ut nõ uideant, uideãt & cõfundantur zelantes populi, & ignis hoſtes tuos deuoret: Denicq; & per iuſtã imprecationẽ dixit: Dñe exaltetur manus tua, & nõ uideãt gloriã tuã, & ſubaudi/ endũ eſt, ita ut in gloria tua partẽ habeãt ullã, & per ſeuerã nimiſq; acerbam conceſſionem, ait protinus, uideant & confundantur. Quodq; hic dicit, & omnes inimici tui interibũt, illic ſimiliter cõceditur, ut fiat dicendo: & ignis hoſtes tuos deuoret. Nã ubi exaltabitur manus tua domine, quãdo apparebis ſedẽs in ſede maieſtatis tuæ rex & iudex Iſrael, ſtatutis oui/ bus ad dexteram, hœdis autem ad ſiniſtram tuam, tunc omnes inimici tui interibunt, diabo lus uidelicet & angeli eius, tunc hoſtes tuos uidelicet tam diabolum & angelos eius, q̃ & ho mines impios ſequaces eius, ignis deuorabit te dicente: Ite maledicti in ignẽ æternũ, q̃ præ paratus eſt diabolo & angelis eius. ¶ Hoc nihilominus ad eccleſiã uniuerſam referri poteſt cuius caput eſt ille iudex: exaltabitur manus tua ſuper hoſtes tuos, & omnes inimici tui in/ teribunt, quia uidelicet qui capitis, id eſt, hoſtes uel inimici ſunt corporis, quod eſi eccleſia

eius

Apoſtoli le - ues & ſeueri. 2. cor. 5

Quaſi iumẽta ſyluarum. 1. cor. 5

Quaſi greges pecorum.

Hoſtes eccle - ſiæ chriſti qui q̃ hoſtes ſunt.

eius, & ubi caput, ibi nimiꝫ exaltabitur & corpus. Recte ergo & ad ipſam dictū hoc recte intelligitur, præſertim quia & ſupra illi dicebatur: Surge & tritura filia Syon, &c. & hic pretinus eidē dicitur. ⌊ Et erit in die illa dicit dñs, auferam equos tuos de medio tui, & diſpergā quadrigas tuas, & perdā ciuitates terre tue, & deſtruā oēs munitiones, & auferā maleficia de manu tua, et diuinationes nō erunt in te. Et pertire faciā ſculptilia tua, et ſtatuas de medio tui, et conterā ciuitates tuas, et faciam in furore et indignatione vltionē in omnibus gentibus, que non audierūt. ⌋ Magnifice in uerbis iſtis cōſoletur ſe eccleſia dei, cōſiderando uitæ æternæ ſtatū, qualis futurus ſit ex die illa, qua oēs ſui interibūt inimici. Siquidē hoc promittitur in his uerbis, quod nō ſolū mala oia, uerūetiā ipſa quoꝫ, q̄ in hoc ſeculo uidentur, & ſunt quædam bona, quāuis nō uera uel ſufficientia, penitus non erunt illic. Quis em̄ neſcit maleficia, diuinatiōes, ſculptilia, & ſtatuas atq; adorationes manuū opeꝫ, & lucos ad ſacrificandū dæmonijs electos ſiue ſacratos, uera eſſe mala? Quis itē neget equos, quadrigas, ciuitates, atq; munitiōes, falſa eſſe bona? Fallax equus ad ſalutem, ait Pſalmiſta, & hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine domini dei noſtri inuocabimus. Poſſunt quidem prodeſſe equi & quadrigæ, imò & neceſſaria ſunt ad ſubuectionē tardis & infirmis corporibus, uel etiam ſanctis ad fugiendū de ciuitate in ciuitatē, ſi urgente pſecutore fugiendū eſt citius: ſed eiuſmōi uſus, nō tā ueꝫ bonū q̄ ueræ infirmitatis eſt ſolatiū, ſæpe nimiū habēs fallax experimētū, qa (ſicut iā dictū eſt) fallax equus ad ſalutē, ad qđ ſuccinere poſſis, ſed nō fallax ad fatigationē. O quātū meli⁹ ē gra uia ut nūc ſunt, corpora immutari, & uelocitate angeloꝝ prefrui, q̄ grauedinē corporeꝫ eq̄s uel quadrigis uectitando fallaciter cōſolari. Igitur magnæ beatitudinis eſt promiſſio in uerbis iſtis dū dicit, & erit in die illa, dicit dñs, auferā equos tuos de medio tui, & diſpergā quadrigas tuas, &c. Præmiſerat em̄, & oēs inimici tui interibūt. Ergo idē eſt ac ſi dicat: In die illa faciā illud, pro quo nūc clamas ad me dicens, de neceſſitatib⁹ meis erue me. Primū eſt q̄ equos tuos auferā, & quadrigas tuas diſpergā, id eſt, q̄ terreni corporis tantā uelocitatē efficiam, ut ſit quocūq; uelit, qđ fieri nō poſſet cū equis & quadrigis. Tunc em̄ homines æquales erunt angelis, ait ipſe dñs, & filij ſunt dei, cū ſint filij reſurrectionis. Q⁹ ſi æquales, nimiꝫ & æque ueloces, æque ut angeli erunt, equis & quadrigis nō indigentes. ¶ Quid porro de ciuitatibus & munitionibus dicam, cū dicit: & perdā ciuitates terræ tuæ, & deſtruā oēs munitiones? Notū eſt quia Cain fratrē ſuū Abel per inuidiā occidit, & hic primus ædificauit ciuitatē, uocauitq; eā ex noīe filij ſui Enoch. Porro & Abel & cæteri ſancti oēs hic manentē ciuitatē non habēt, ſed futurā inquirunt. Perdā igitur (ait) ciuitates terræ tuæ, & deſtruam oēs munitioōs, nō ſolū ſpūales, uerūetiā manufactas & materiales, ſine dubio ſub intelligē dū, & oēs ciuitatū atq; munitionū ſeditiōes atq; cupiditates, & uniuerſas, quas eiſdē Cain mortalibus intulit clades, & malas ſolicitudines, quaꝝ uniuerſitas dicitur, & eſt Babylon, cū qua, ut audimus in Apocalypſi uocē de cœlo dicentē, fornicati ſunt reges terræ, & inde licīs uixerūt. Et de qua ibidē ita ſcriptū ex: Et ſuſtulit unus angelus fortis lapidē molarem magnū, & miſit in mare dicens: Hoc impetu mittetur Babylon magna ciuitas illa, & ultra nō inuenietur. Magna igitur requies ſanctæ Syon, id eſt, eccleſiæ in perditiōe ciuitatū, uel munitionū terræ promittitur, quia uidelicet cū perditione illaꝝ, perditio quoq; conſequēter ſubintelligitur, rerū omniū concupiſcibiliū, q̄ in ciuitatibus ſunt (quaꝝ ex intuitu ſancti ciues regni dei peregrinātes in hoc mūdo, tentati & fatigati ſunt) uidelicet auri & argēti, & lapidis precioſi, & margaritaꝝ, & byſſi, & purpuræ, & ſerici, & marmoris, & cynamomi, & amomi, & odoramentoꝝ, & unguēti, & thuris, & uini, & olei, & ſimilæ, & tritici, & iumentoꝝ & ouiū, & equoꝝ, & redaꝝ, & mancipioꝝ, & cæteroꝝ omniū, de quibus recte Sapiēs dicat, Vanitas uanitatū & oīa uanitas, qualiū cupidi mercatores, nūc diuites facti, pauperibus inſultant filijs tuis ò ſancta Syon. Sed tūc illis flentibus atq; lugētib⁹ & dicētibus. Væ uæ, iſti exultabūt & libēter uidebūt, pariter perire ſuas q̄q; munitiones, & quas hic pro neceſſitate habuerūt, nō ut alios impugnarent, ſed ut impugnātibus aliꝫ aliq̄d refrigeriū haberent. ¶ Et auferā (inqt) maleficia de manu tua. Et hic ſubintelligēdū eſt, ut amplius maliqc q̄ nō facias. Impoſſibile nāq; erit ex die illa, ut ſancta electoꝝ ſocietas mali quicq̄ faciat uel admittat, & erit firma & incorruptibilis innocētia. Neq; em̄ erit ultra ſerpēti antiq̄ facultas

Qualia bona equi & q̄drigæ. Pſal. 19.

Pſal 24

Luc. 20.

Reges Sion in p̄ditiōe ciuitatum terræ.

Gen. 4

Heb. 13.

Apocal. 17

Eccle. 1.

ſiue

siue licentia ut sibilet quicquàm, uel mali aliquid alicui sanctorum suadeat, sicut fecit quando mulieri suasit, ut uetitum comederet, & uiro suo porrigeret quo maleficio totum exinde genus humanum uenenatum est. Vt breuiter dicam, sic auferet Dominus de manu electorum suorum maleficia, ut quibus dedit nunc malefacere nolle, tunc det, quod amplius & perfectius est, scilicet, malefacere non posse. Et diuinationes non erunt in te. Diuinatio prophetia mendax est. Hæc sine dubio feliciter tunc deerit, quando præsentia uel plena cognitio Dei præsens & facies ueritatis cunctos illustrabit, & nihil incertum uel incognitum fit. Hanc perfectionem in hac uita sancti non ualent consequi: sed ex parte (inquiũt) cognoscimus, & ex parte prophetamus. Cum aurem uenerit quod perfectum est, euacuabitur q̃d ex parte est. Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. ¶ Et perire faciam sculptilia tua, & statuas de medio tui, & nõ adorabis ultra opera manuũ tuarum. Hoc etiam ante diem illam prouidendum est, ut opera manuum suatum, scilicet, sculptilia & statuas adoret, quæcunque anima deum uerum colit, uel nomen eius inuocat: uerum tamen magna pars populi Dei, populi electi unum deum colentis, perfectionem huius rei non attingit, dum corpore uiuit. Nam & si manus exterius uacat, ut ut sibilem sibi statuam non faciat, nonne animus celerimus artifex formam sibi aliquam persæpe singit, dum recordatur creatoris sui, & eum contemplari cupit: cui dicit in oratione: Pater noster qui es in cœlis. Velociter namque sibi proponit, aut uelociter sibi occurrente delectabiliter excipit, qua si aliquem uenerabilis formæ semen speciosum & magnum, magno consilio residentem, & fortassis ita putat eũ in re, sicut legit uel audit, in illa Dani. uisione. Quia throni positi sunt, & antiquus dierum sedit, uestim entum eius quasi nix candidum, & capilli eius quasi lana munda, & cætera quæ quasi localem loquuntur deum, cum ipse localis non sit. Equidem sic simpliciter errare ueniale est: sed errorem eundem pertinaciter defendere damnabile, quia hæreticum est. Vnde & Humaniformij dicuntur hæretici, qui deum forma humana mẽbrisque distinctum asserere conati sunt. Quod igitur nunc dicit, & perire faciam sculptilia tua, & statuas de medio tui, & non adorabis ultra opera manuũ tuarum, sic in illa diẽ perfici credendum est, ut circa diuinam substantiam nemo taliter erret, uidentibus cunctis qualis sit. Vnde Iohannes: Scimus (inquit) quia cum apparuerit, similes ei erimus, quia uidebimꝰ eum sicuti est. ¶ Quod deinde sequitur: Et euellam lucos tuos de medio tui, & conteram ciuitates tuas, itidem in die illa pfecte implebit, q̃d nũc ex parte impletũ ẽ uel implẽdũ ẽ. Nõ enim iam in hoc perfectio est quod uerum colentes deum non lucos frequentant, nec latebras uel tenebras quærunt ad sacrificandum principibus tenebrarum, neque ciuitates suas claudunt, id est, conscientias non occultaut, sed oportune peccata sua confitendo aperiunt, nõ (inquam) perfectio iam in hoc, sed inchoatio beatitudinis est: quia multa sunt adhuc nõ solum male erubescenda: uerumetiam bona ueneranda quæ abscondunt & abscondere uolunt in his quæ reprehensibilia sunt, metuentes uerecundiam, in his quæ laudabilia sunt, fugientes inanem gloriam. At uero tunc nihil erit, quod uelint esse occultum, neque inuitis illis fiet illud quod Apostolus ait, quia ueniet Dominus & illuminabit abscondita tenebrarum & manifestabit consilia cordium. Nam de malis ubi certa remissio erit, non habebunt cur erubescant, imò multum habebũt quod gaudeant, scilicet, magnã, & sine fine magnificandũ remissoris gratiã et gloriã. Porro de bonis ut abscondant illa nequaquàm inanem opꝰ erit fugere gloriam: quia talis uentus illic flare non poterit, ubi uera & stabilis gloria dei super omnes abundans cũcta superabit, uniuersosq; & angelorum & hominum ordines in fũdamento suę uisionis cum dulci tremore continebit. Igitur & lucrorum euulsio, & ciuitatũ cõtritio tũc ad plenum pfecta erit: quia nullus erit, q occulte quicquàm gerere, uel cõsciẽtiã suam ne uideatur aliquo modo circumseptam esse uelit. Tunc econtra ibũt impij in supplicium & in obprobrium sempiternum, & hoc est, quod hic in calce sermonis enunciãs: & faciã (inquid) in furore & indignatione ultionem in omnibus gentibus quæ non audierunt.

Genesi.3

Diuinatio prophetia mẽdax 1.corin.13

Imaginatio simplicium de deo.

Dani.7

1.Ioha.3

1.cori.4

LIBRI SECVNDI IN MICHEAM FINIS

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN MICHEAM PROPHETAM COMMENTARIORVM LIBER III.

EOrũ q̃ hactenus in hoc Propheta uel ꝓpter hũc Prophetã dicta sunt duo principia uehementer nostris auribus illisa sunt, dicẽdo uez in primo audite populi oẽs & attẽdat terra & plenitudo eius, in secũdo aũt, audite principes Iacob, & duces domus Israel. Et prima quidẽ ꝓphetici sermonis inuectione Samariam i. decẽ tribꝰ cõclenant, eaq̃ detrimẽtũ recuperãdũ ex gẽtibꝰ ꝑ Christũ his uerbis ꝓmittit, Ascẽdet eñ pãdẽs iter ante eos, diuidẽt & transibũt portã, & egredient peã, & trãsibit rex eorũ corã eis, in secũda Hierusalẽ, uel tribus Iuda seueriꝰ arguit, dicendo ad principes eius, ad sacerdotes eius, & ad prophetas eius, propter hoc causa uestri, Sion quasi ager arabitur, & Hierusalem quasi aceruus lapidũ erit, quibus uerbis illa manifeste desolatio prænũciatur, q̃ uæ facta à Romanis eandem filiã latronis uastantibus, eo quod percusserit maxillam iudicis Israel, sicut manifeste sermonis eiusdem sequentia uaticinãtur, itemq̃ detrimentum Iudæorũ, de salute gentium restauran dum, secundum hæc uerba promittitur. Est fluent ad montem domini populi, & properabunt gentes multæ. Et rursus: Et erunt reliquiæ Iacob in medio populorum multorũ, quasi ros à domino, & quasi stillæ super herbam & cætera. ¶ Ecce nunc tertio sermo propheticus quasi tubam uocem suam exaltans, neque solam Samariam, ut prima, neque solam Hierusalem, ut secunda inuectione conuenerat, sed ambas partes simul conuenies sic inchoat.

CAP. VI.

LAudite quæ dominus loquitur: Surge contende iudicio aduersum mõtes, & audiant colles vocem tuam. Audiant montes iudicium domini, et fortia fundamenta terræ, quia iudicium domini cum populo suo, et cum Israel dijudicabitur. Populus meus quid feci tibi, aut quid molestus fui tibi: Responde mihi. Quia eduxi te de terra Ægypti, & de domo seruitutis liberaui te, & misi ante faciem tuam Moysen, & Aaron, & Mariam. Populus meus memento quæso, quid cogitauerit Balach rex Moab, & quid responderit ei Baalam filius Beor de Setbin usq̃ ad Galgala, ut cognosceret iustitias domini. Huiusce modi uerbis iudicium domini de magnis rebus agni incipit, & sicut iam dictum est, ambæ partes, scilicet Samaria & Hierusalẽ pariter conueniunt, & quodammodo assistunt tanq̃ reo, diuersas secundum merita iudicij atq̃ misericordiæ sententias excepturi. Sunt enim isti dissimiles sibi, ueluti alter etiam sub iudicio rebellans, alter coram iudice prostratus, & ueniam postulans. Etenim Samaria quæ

Samaria.

se in perpetuo schismate detinuit a domo Dauid & templo dñi, cuius ex regibus nullus recessit à peccatis Hieroboam, id est, à colendis uitulis, quos ille fecit, nec saltem comminante deo iudice captiuitatem instantem pœnitẽtiam egit, reus ille est, qui etiam in iudicio per cõtumaciam magis ac magis prouocat iram iudicis, Hierusalem uero, quæ tunc temporis nõ nunq̃ pœnitentiam egit, cuius reges aliqui ad pœnitẽtiam cõuersi sunt, ut Manasses: alioqui

Hierusalem. 2. Par. 33

iusti fuerũt & sancti, ut Dauid, & Ezechias & Iosias: nam præter istos oẽs in idolis peccauerũt: Reus ille est, qui coram iudice prostratus, fatetur culpam, poscit & meretur ueniam. Neq; eñ de decem tribubus translatis in Assyrios aliquem pœnitẽtem, & deo satisfacientẽ legimus: sed de filijs Iuda ductis in Babyloniam, multũ est quod miremur, & compatiamur dum & Daniel in lacu leonũ, & socij eius in fornace Babylonica prostrati, misericordem iudicem deum deprecãtur. Igitur dum proposito iudicio ex persona dñi, dicentis: Populus meus quid feci tibi, aut quid molestus fui tibi rñde mihi, & cætera: repente sese psona offert, dicens: Quid dignum offeram dño, curuare deo genua excelso. Hanc arbitremur esse Hierusalem, quæ (ut iam dictum est) illo tpe pœnitẽtiam erat acturа: cætera uero quę repetitio clamore subsequũt, inter quæ iudex proloquẽs, & custodisti (inquit) præcepta amri, & oẽm opus Achab, contra Samariam dicta esse nõ dubitemus, quæ ueluti reus rebellis ueniam à iudice, nec postulat, nec meretur. Nũc per ordinem dicta sequamur. ¶ Audite (iuquit) quę dñs loquitur: Hoc in psona sua Propheta clamat, uidelicet tanq̃ pręco iudici sedenti obsequens, ut

quens, ut paret silentium, & ad audiendum attentam faciam multitudinem. Hoc ergo præmisso seqũtur ea quæ dominus loquitur. Surge contende iudicio aduersum mõtes, & audient colles uocẽ tuã. De mõtibus & collibus istis aduersum quod iudicio cõtendere iubet diuersi expositores, diuersa senserunt. Nam alij angelos intelligũt, quibus rẽp humanam cõmissa est procuratio, quiq; (ut Apostolus ait) administratorij sunt spiritꝰ, missi in ministeriũ propter eos qui hereditatem capiunt, & inde aduersus eos iudicio contendi uolunt, si non egerint cuncta quæ ad suum pertinebat officium. Alij uero Abraham, Isaac & Iacob, & Patriarchas reliquos interpretantur, quibus quasi auditoribus, & ad iudicium cõuocatis, populi Israel negotium uentilandum est. Verum neutra sententia liberẽ habet cursum, aut manifestis scripturæ uocibus comprobatũ: præsertim cum Abraham, & Isaac, Iacob sancti atque amici dei sunt, & sancti angeli pr̃terito iam iudicio diuisi à malis angelis de salute sua securi, & in beatitudine sint firmati. Quomodo ergo uel aduersus istos, uel aduersus illos mõtes & colles libere affirmari, quod fiat contentio iuditij diuini? Vt igitur expeditior fit sensꝰ, illud sequamur, quo manifeste nos pr̃sens litera ducit: dum in initio contentõis statim dicitur: Populus meus quid feci tibi? Dentq; populus Israel cuius ambas partes, uidelicet Samariam & Hierusalem, paulo ante diximus ad iudicium conuocari, sub nomĩnibus mõtiũ, & collium corripitur in his uerbis. Nec uero incongrue per mõtes figuratur: qa pars utraq; in mõtibus regnabat & superbiebat, decẽ tribus in monte Samariæ, duæ reliquæ Iuda & Beniamin in mõte Sion. Vnde & per alium Prophetã idem dñs. Vȩ igitur qui opulẽti estis in Sion, & confiditis in monte Samariæ. Igitur aduersus montes, id est, aduersus Samariam & Hierusalem in montibus habitantibus, & in montibus confidentes: surge (inquit) & contende iudicio, & colles, id est, urbes minores, illarum subappendices audiant uocem tuam. Ad hoc edictum domini iudicium proponentis, idem præco, id est, Propheta, qui prȩlocutus fuerat, dicens: Audite quæ dñs loquitur: rursus pro officio suo magis ac magis attentã uolens esse plebis multitudinem siue montiũ, id est, principum altitudinẽ clamat, & dicit: Audiant montes iudiciũ, & fortia fundamenta terræ, quia iudiciũ dñi cum populo suo, & cum Israel dijudicabitur. Montes (ut iam dictũ est) Samaria & Hierusalem dicuntur, quę utraq; Metropolis in monte sita est, Porro fortia fundamenta terræ, non incongrue partis utriusq; reges intelligimus. Regia nãq; potestas quodãmodo terræ, id est populi fundamẽtum est. Vnde & greco sermone rex Basileis, id est, basis populi dicitur, eo quod regibus suis populi uel cæteræ dignitates immutantur, ueluti columbæ basibus. Igitur & fortia fũdamenta terræ tumidæ, terræ montuosæ, id est, reges male fortes, reges in uestris uiribus et opidus confidentes, qui subuehitis Samariam & Hierusalem, quæ in montibus sitæ sunt, et quod peius est, in montibus confidunt: audite (inquit) iudicium dñi: quia quod ualde timẽdum est, iudicium dñi cum populo suo, & cum Israel dijudicabitur. Vere enim sensato homini hoc ualde timendum est, ne cum illo deus dijudicetur: sit eñ, quia non poterit illi respondere unum pro mille: ideoq; prostratus postulat, dicens: Non intres in iudiciũ cũ seruo tuo dñe: quia non iustificabitur in conspectu tuo oñis uiuẽs. Hæc interlocutio Prophetæ protinus non ipse Propheta, cui dictum esse uidebatur: surge & contende iudicio, sed ipse Dominus in sua persona, hoc modo iudicio contendere incipit. ¶ Populus meus quid feci tibi, aut quid molestus fui tibi? Respondemihi. Quia eduxi de terra Aegypti, de domo seruientiũ liberaui te, et misi ante faciem tuã Mosen, et Aaron, et Mariã. Quis hic loquitur iudicio contendens, nisi Dominus? Quis autem dixerat, surge & iudicio contende, nisi dominus? Ergo ne & iubet et obedit una eademq; persona, aut unus idemq; est, et ille qui dicit, et ille cui dicitur? Hæc iccirco subtiliter percunctamur et querimus: quia ualde nobis optabile est, ut etiam hic appareat, qui persæpe in scripturis deꝰ deo, dominus dño, pater filio loquitur, & multa sunt quæ inter has personas dicta inuenimus, quoꝝ dulcissimũ atq; clarissimum est illud, quod Dauid in spiritu audiuit, nobisq; retulit dicens: Dixit dñs dño meo, sede à dextris meis. Sit igitur persona patris quæ dicit: surge cõtende iudicio, sit persona filij, quæ dicto obaudiens, iudicio contendit & dicit: Populus meus quid feci tibi, aut quid molestus fui tibi? Respondemihi. Quid enim? Nunquid quia de uirgine Maria nondum natus erat, idcirco de iudicio cõtendere nesciebat? Imò et p̃dari et spolia detrahere iã poterat.

Montes & colles hic qui sũt. Heb. 1

Amos. 6

Fortia fundamenta terræ, regia potestas est.

Deus pater & deus filius hic introducũtur loquentes.

Hinc eſt em̃ quod de illo ad alium prophetã dicitur. Voca nomẽ eius, accelera ſpolia detrahere, feſtinà prædari. Quam ob cauſam? Quia anteq̃ (inquit) ſciat puer uocare patrem ſuũ
Eſai.8 & matrem ſuam, auferetur fortitudo Damaſci, & ſpolia Samariæ, quæ uidelicet Damaſc⁹ & Samaria tũc cũctis uiribus Iudã oppugnabãt. Qd eſt dicere. Idcirco uoca nomen pueri, quẽ ſupra uocandũ eẽ prędixi, Emanuel, accelera ſpolia detrahere, feſtina prædari quia pri
us q̃ naſcatur in mundo patremq; habeat & matrẽ: patrẽ quidẽ optatiuũ uidelicet Ioſeph, matrem autem naturalem, ſcilicet, Mariam: liberat & hactenus liberauit ab hoſtibus ſuis Iu
dam & Hieruſalẽ. Mira acceleratio & inaudita feſtinatio. Nunq̃ fuit aliquis ita feſtinus, ut
quippiam faceret antequã naſceretur uel cõciperetur, præter iſtum ſolum, qui prius erat de
us, de deo patre genitus, q̃ fieret homo ipe de muliere natus. Igitur ſicut uocari iuſſus eſt, ac
celera ſpolia detrahere, feſtina prædari, ita & ſecundum præſentem cauſam uocari poterat,
accelera iudicio contendere, feſtina cum Iſrael dñudicari: quia uidelicet, in quo & toties iu
dicatus eſt, ut traderetur hoſtibus, & toties liberatus ẽ ab hoſtibus Iſrael, unum idem eſt uer
bum domini, unus idemq; filius dei, uerus deus iudicans iuſte, antequàm fieret homo iudicã
dus iniuſte. ¶ Nunc itaq; iudicio contendentis, quæſtiones & rationes audiamus: Populus
meus, quid feci tibi aut quid moleſtus fui? Reſponde mihi. Hac percunctatiõe præmiſſa, ne
uacet populo moleſtias referre, quas paſſus ẽ in eo quod toties tradidit eũ in manus gentiũ,
& dominati ſunt eius, qui oderunt eum. Cauſam quoq; fuam iſtã proponit, per quã oſten
dat ſeſe priorẽ fuiſſe in beneficijs, & mala recepiſſe pro bonis, dũ dicit: Quia eduxi te de terra
Aegypti, & de domo ſeruientiũ liberaui te, & miſi ante faciẽ tuã Moſen & Aaron & Ma
riam. Nec uero illos tantũ qui erant fratres tui, uerũetiã alienigenam uidelicet Balam filium
Num.22 Beor, qui non erat de gente tua, miſi ante faciem tuã ad benedicendũ tibi. Hoc eſt quod cõ
tinuo ſubiũgit: Populus meus memento queſo, quid cogitauerit Balach rex Moab, & quid
reſponderit ei Balaam filius Beor de Sethim uſq; ad Galgalam, ut cognoſceres iuſtitias dñi.
Et eſt ſenſus: Num in eo moleſtus fui tibi, quod hæc beneficia præſtiti tibi? Quod dicit de
Sethim uſq; ad Galgalam ſic intelligitur, ac ſi dicat, de loco ad locũ pergens, mutansq; loca,
ut totũ exercitũ Iſrael luſtrarent oculis quaſi ego non poſſem, cũ pergente pergere, & cum
tranſeunte tranſire. Et hoc feci, ut miſericordiæ meæ, & iuſtitiæ, notæ eſſent tibi. Cum itaq;
præmiſſo quid feci tibi, aut quid moleſtus fui, ſtatim ſubiungit: quia eduxi te de terra Aegy
pti, per Moſen & Aaron: & deinde meminiſſe rogat, quomodo Baalam filiũ Beor à maledi
cendo cohibuerit quæ utraq; populo nõ moleſta, ſed ualde fuere iucunda: ſimul meminiſſe
oportet qualia populus econtra fecerit, ut cauſis cõparatis appareat iniudicio ꝓpoſito. q̃ iu
ſtus deus, & q̃ iniuſtus Iſrael ſit. Quid em̃ deo populus fecit? Nonne ipſe potius moleſtus
Cauſa dei iu- fuit? Vbi illũ deus de Aegypto eduxit, ille uitulũ conflatilem fecit, eiq; hoſtias immolauit,
ſta, hominis in- Moſen & Aaron ante faciẽ populi deus miſit, populus eodẽ acerbe affligens, pene lapida
iuſta. uit. Vbi Balaam deus cohibuit ne malediceret populo, & populus continuo fornicat⁹ eſt
cũ filiabus Madian, & initiatus eſt Beelphegor. Cętera percurramus, q̃uis in præſenti iudi
Exo.32 cio nõ ea cõmemorauerit dñs, pauca cõmemoraſſe cõtentus, & in oĩbus iniquã ex popu
Num.11 lo uiciſſitudinẽ reperiemus. Vbi deus populũ in terrã quã promiſerat, introduxit: ꝓpluſtet
ræ eiſdẽ gentibus peiora fecit, inter quas cõmixtus, deos eoꝝ coluit. Dedit de⁹ populo, Da
uid regem fœdm cor ſuũ: populus à domo Dauid ſeſe reſcindens, & à templo dei uitulos au
reos coluit. Tandem quod maximũ eſt, deus homo factus de ſemine Abrahæ promiſſiões
quas promiſerat illi, adimpleuit, & populo ſe præſentauit, populus illũ negãs, crucẽ ei para
uit, & lancea latus ei⁹ perforauit. Non uane ergo iudiciũ dñi cum populo ſuo, & cum Iſra
el uult dñudicari: quia magna ſunt & multa quæ ueniunt in quæſtionẽ ex iniqua parte po
puli quoꝝ quædam prophetiam hanc præceſſerant, quædam ſecutura erant. ¶ Nec uero
Iohan.19 quiſq̃ noſtrum ab eiuſmodi dñudicatione liberꝝ ſe putet, quia nos quoq; ſumus Iſrael, q̃s
dominus eduxit de Aegypto huius ſeculi, id eſt, de ignorantiæ tenebris, et miſit ante faciem
noſtrã Moſen & Aaron et Mariã, faciendo nos reueleta facie cõtẽplari quæ per illos facta
ſunt, quia in figura contigerunt, et qualẽ uiciſſitudinẽ quiſq; noſtrũ deo reddiderit cõſcien
tia cuiuſq; nouit. Cum igitur audimus deũ dicentẽ homini: quid feci tibi aut quid moleſtus
fui tibi, nõ ſit in nobis cor duꝝ, et indomabile, et ferrea ceruix, quia ad hoc ſe taliter apponit

et tali

& taliter loquitur altiſſimus deus miſero homini, ut ſaltem propter humilitatem dei cõpun ctus, dicat homo peccaui dño, ſcdm exemplũ Dauid, cũ quo deus taliter dignatus eſt dñus dicari, cũ ille peccaſſet in Bethſabeæ. Ego (inqt) unxi te in regẽ ſup Iſrael, & ego erui te de manu Saul, & dedi tibi domũ Iſrael & Iuda, & ſi parua, ſunt iſta, adiẽciã tibi multa maiora. Taliter ꝓloquẽdo mollire ſtuduit, & per pietatẽ efficere tenerũ cor, ut melius & profundi⁹ uulnerare poſſet ꝓtinus inferẽdo. Quare ergo cõtempſiſti uerbũ dñi ut faceres malũ incõ ſpectu meo? & cætera. Quiſquis ille ſimiliter cõpunctus & in iudicio ſalubriter uictus, loq tur ea quæ ꝓtinus hic in ꝓpheta ſequũtur: ¶ Quid dignũ offeram domino? Curuem genua deo excelſo? Numquid offerã ei holocauſtomata & vitulos anniculos? Nun quid placari poteſt dominus in milibus arietum aut in multis milibus hircorum pinguium? Numquid dabo primogenitum meum pro ſcelere meo, fructum vẽtris mei pro pecc ato anime mee? ¶ Ad ſingula hoꝝ præter illud ꝙd ait: curuẽ genua deo ex celſo ſubaudiẽdũ eſt, nõ, quia uidelicet deus holocauſtomatibus, uitulis anniculis, arietib⁹ & hircis pinguibus nõ delectat, & etiã ſi talib⁹ delectaret, nõ eſſet cõdignũ preciũ, uel ęqua redẽptio, ut pro peccato rationalis animæ brutũ pec⁹ tãto iudici offeret? Multo magis offer re primogenitũ uel fructũ uentris ſui pro ſcelere ſuo lõge à rõne diſſentit, præſertim cũ hoc ipm facere ſcelus ſit crudeliſſimæ gentilitatis, licet Iepthe uir fortis immolatõe filiæ temera riũ uotũ ſoluerit. In ſingulis qdem & eorũ qui ante nos ad pœnitentiã cõpuncti fuerũt, un⁹ idemq; ſpũs talia tractat: quid dignũ offeram dño, & cætera iuxta. ꝙd Apl̃us loquitur. Nam qd oremus ſicut oportet neſcimus: ſed ipſe ſpũs poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabili bus. Veruntñ ut certũ ordinem retineamus, & à ſuperioribus non deuiemus. Vbi Samariã & Hieruſalem tanq̃ duos diſcreuim⁹ reos, quorũ alter etiã ſub iudicio perſeuerat in culpa, alter ſatagit pro uenia. Nimirũ perſona hęc quæ audito iudicio dicit: quid dignũ offerã dño & cætera Hieruſalẽ eſt. Illa nãq; taliter peccata ſua cõfitendo emeruit, ut captiuitas ſua poſt annos ſeptuaginta ſolueret detentis in perpetua captiuitate decẽ tribubus, iudice deo ꝑ aliũ ꝙq; ꝓphetã, ſic ꝓlocutio. Quia nõ addã ultra miſereri domui Iſrael, ſed obliuiõe obliuiſcar eorũ, & domui Iuda miſerebor, & ſaluabo eos in dño deo ſuo. Vbi captiuum Iudam ſiue ua pulantẽ Hieruſalem piam de ſuo ſcelere habuiſſe legim⁹ ſollicitudinẽ, ſecundũ uerba hęc, nunquid placari poteſt dñs in milibus arietũ, aut in multis milib⁹ hircorũ pinguiũ? Nimirũ in illa oratione apud Danielem: Peccauimus dñe, iniquę fecimus, impie egimus, & receſſi mus & declinauimus à mandatis tuis & iudicij. Et alibi: Et non eſt in tempore hoc princeps & Propheta, & dux neq; holocauſtũ, neq; ſacrificiũ, neq; oblatio, neq; incenſum, neq; loc⁹ primitiarũ coram te, ut poſſimus inuenire miſericordiã: ſed in anima contrita & ſpiritu humi litatis ſuſcipiamur ſicut in holocauſtũ arietũ, & taurorũ, ſicut in milibus agnorũ pinguium Quid tandẽ dicit huic diuinũ reſponſum? ¶ Indicabo tibi o hõ quid ſit bonum, & quid dominus querat a te. Etiq; facere iudicium, diligere miſericordiam, & ſollicitũ am bulare cum deo tuo. ¶ Ne ergo ſis anxius de holocauſtomatib⁹, & uitulis anniculis, de mi libus agnorũ & hircoꝝ pinguiũ, neq; de ullis omnino rebus quæcũq; extra te ſunt, quia nõ querit tua deus: ſed teipſum nõ rem tuã, ſed ſpiritũ tuum, non arietem uel hircũ tuũ, ſed cor tuum. Illud offer, nam hoc eſt bonũ offer (inquã) iudiciũ faciendo miſericordiam diligẽdo, & ambulando ſollicite cum deo tuo. ¶ Quid eſt iudiciũ facere, niſi iudicium dei prẽuenire? Prævenis aũt iudiciũ dei, ſi temetipſum prior iudicas in cõſpectu dei, ne à deo iudiceris. Nã ſi noſipſos iudicaremus ait Apoſtolus, non utiq; iudicaremur. Iam qdem hoc intereſt inter duos reos iſtos, quoꝝ alter Samaria, alter dicitur Hieruſalem, quod Samaria iudicio reſiſtit, nunq̃ recedendo à uitulis ſuis, & idcirco nõ addam illi (ait dñs) ultra miſereri, Hieruſalem au tem iudicio concedit, ueniamq̃ poſcit, et iccirc a: ſed domui (inquit) Iuda miſerebor et ſalua bo eos in dño deo ſuo. Bonũ ergo qdem eſt ſequi iudicium, optimũ autẽ facere iudicium. ſ. priusq̃ iudicet deus iudicando ſemetipſum. Et deinde diligere, id eſt, diligenter quærere mi ſericordiam quod eſt eſſe miſericordem, ut ipſe miſericordiam cõſequatur. Exempli gratia ſicut eo tempore fuerunt, maxime Daniel et Neemias, quoꝝ alter uidelicet Daniel comple tis annis ſeptuaginta deſolationis Hieruſalem, multum compatiens deſolatæ ſuæ genti, et poſui (inquit) faciem meã ad dominum deum meũ, rogare & deprecari, in ieiunijs, et ſacco

2. Reg. 12

Iudi. 11

Rom. 8

Oſee. 1

Dan. 9. 6

Iudiciũ facere quid eſt. 1. cor. 11

Oſee. 1

Diligere miſericordiã.

Dan. 9

Esdr.ij

&cinere,alter uidelicet Neemias,cũq; audiſſet,ait uerba dicentis,& murus Hieruſalẽ diſſi patus eſt,& portæ eius combuſtæ ſunt igni,ſedi & fleui,& luxi dies multos,& ieiunabã & orabam ante faciem dei cœli &c.¶ Quod deinde dicitur hic in propheta,& ſollicitũ ambu lare cum deo tuo idem eſt ac ſi dicat:& deinceps cauere à peccato. Eiuſmodi ſolicitudo tã ta Danieli & ſocijs eius in eadem captiuitate extitit,ut ne qdem de mẽſa regis,& de uino po tus eius pollui paterentur. His dictis ad perſonam q̃ percunctata fuerat,dicendo: Quid di gnum offeram dño &c.cõfeſtim quaſi quęreret,cũ igit̃ ſecero hęc ut indicaſti mihi quid cõ ſequet̃,ſubiũxit atq; ait.¶ Vox dñi ad ciuitatẽ clamat.erit,ſalus timẽtib⁹ nomẽ meũ.¶ Perſonam expreſſit manifeſtius,quam ſupra diximus eſſe Hieruſalem,ueluti reum ſub iudi cio confitentem atq; pœnitentem,altero in malis perſeuerante,ſcilicet,Samaria,id eſt,decẽ tribubus,contra quas protinus nequaq̃ rem iſſo clamore taliter inuehitur.¶ Audite trib⁹ Et quis approbabit illud? Adhuc ignis in domo impij theſauri iniquitatis ⁊ mẽ ſura minor ire plena. Num iuſtificabo ſtateram impiam,⁊ ſaccelli pondera doloſa in quibus diuites eius repleti ſunt iniquitate ⁊ habitantes in ea loquebantur men dacium,⁊ lingue eorum fraudulenta in ore ipſorum? Et ego ergo cœpi percutere te,perditione ſuper peccatis tuis. Tu comedes ⁊ nõ ſaturaberis,⁊ humiliatio tua in medio tui. Apprehendes ⁊ non ſaluabis,⁊ quos ſaluaueris,in gladium dabo⁹. Tu ſeminabis et non metes,tu calcabis oliuam,⁊ non vngeris oleo,⁊ muſtum,et non bibes vinũ. Et cuſtodiſti precepta Amri ⁊ omne opus domus Achab,⁊ am bulaſti in volũtatibus eorum,vt darem te in perditionem,⁊ habitantes in ea in ſi bilum,⁊ obprobrium populi portabitis.¶ Manifeſte diuiſus eſt clamor domini,uerba conſolatoria denuncians ciuitati.ſ. Hieruſalem,quod ſit ſalus timentibus nomen domini,ſi lĳs ei⁹ de captiuitate reuerſuris. Decem uero tribubus qualia merentur. Audite(inquit)tri bus ſubauditur opus ueſtrum,quod nunc in iudicio domini aruitur. Et quis approbabit il lud? Videlicet nemo probus,nemo niſi improbus,cuius & ſi cupiditas approbat,ratio tamẽ improbat. Veruntameu in iudicio,dum res oſtenditur nuda,mirum eſt ſi uel improb⁹ ap probare audeat pertinaci impudentia. Quid eſt illud? Adhuc ignis in domo impĳ,theſauri iniquitatis,mẽſura minor irę plena. Quaſi unum crimen decem tribuum in iudicium addu cit:ſed per illud unum,cætera quoq; ſimul oĩa comprehendit. Et recte,nam radix omniũ malo⁹ auaritia.¶ Ipſam auaritiam conuenienter nomine ignis denotat. Sunt em̃ hæc ſimi lia. Deniq; ignis nunq̃ dicit,ſufficit:ait Sapia:& auar⁹ nõ implebitur pecunia,igitur adhuc ignis in domo impĳ.i. adhuc auaritia q̃ eſt ſimulachro⁹ ſeruitus,adeo regnat in Samaria,ut aurũ colat tanquam deum:colit em̃ aurea ſimulachra uitulo⁹. Quod dicit adhuc lõgiturni tatem,perſeuerantiã peccati ſignificat:quia uidelicet ex quo Hieroboam illos fecit uitulos per tot annos uel tempora,tot ſuccendentibus uel demutatis regib⁹ tot ſignis & prodigĳs p Heliſeum & Heliam exhibitis ,cultus eorundem uitulo⁹ perſeuerauerat,& nullus oĩno regum à peccatis Hieroboam receſſerat,uſq; ad ultimũ Ozee ſilium Hela,qui regnare cœ pit in Samaria anno duodecimo regis Iuda Achaz,ſub q̃ ipſe ꝓphetabat. Igit̃ adhuc ignis in domo impĳ,nimis diu pſeuerauit inſaciabilis auaritia in uobis o decẽ tribus,q̃ eſtis dom⁹ impĳ,ſcilicet Hieroboam,qui uos peccare fecit,cui uos tanq̃ domino domus ad malũ de ſeruiſtis,cum deberetis eſſe domus domini dei . Quod nomine ignis(ut iam dictũ eſt)aua ritia debeat inteillgi,ſequens litera ſatis innuit. Cum enim dixiſſet adhuc ignis in domo im pĳ,ſtatim ſubiunxit. Theſauri iniquitatis & menſura minor iræ plena. Num iuſtificabo ſta teram impiam & ſaccelli pondera doloſa,in quibus diuites eius repleti ſunt iniquitate,& ha bitantes in ea loquebantur mendacium,& lingue eo⁹ fraudulenta in ore ipſorum. Menſu ra minor quam lex domini interdicit,& doloſa,id eſt,non æqua põdera,dum in alio ponde reuenduntur,in alio emũtur. Marcimonia profecto auaritiæ inſtrumẽta ſunt. Et uerehic eſt ignis,qui & cuncta bona deſtruit,& nunq̃ dicit,ſufficit. Num(inquit)hæc ego iuſtifica bo? Non utiq;,ſed condemnabo. Minor menſura,minorem capiens uenalem ſubſtantiam, maiorem capit iram in ſinum ueſtrum refundendum. Siquidem pauperes hoc facerent,po terat inopia ſcelus neceſſitate defendere,nunc uero diuites(ait) in eis repleti ſunt iniquitate, id eſt,diuitĳs iniquis, quæ congregantur ex iniquitate,& habitantes in ea,ſubauditur.do

mo

1.Timo.6 Auaritia ſicut ignis eſt. Prou. 30 Eccle.5 Coloſ.3

4.Reg.17

mo impij: loquebantur (ait) mendacium, & linguæ eorum fraudulenta in ore eorum, quia uidelicet congregationē diuitiarū sequitur mendaciū, & manus assueta thesauros condere fraudulentā linguam possidet. Veritas paupertatem parit. Et ego ergo (inquit) cœpi percutere te perditione super peccatis tuis, subauditur, & percutere non desinam usq; ad consummatam perditionem, quoniā perseueras in peccatis. Ac si dicat. Propterea iam sępe misi cōtra te regē Assyriorū, & quia tu in peccatis perseueras, mittam illum iterum. Nam quia iste in diebus Ioathā, Achaz, & Ezechiæ prophetauit, oportune nunc historiæ series ad memoriā redit, pro eo quod ait: Et ego ergo cœpi percutere te perditiōe super peccatis tuis. ¶ De nicq; anno duodecimo Achas regnauit Ozee in Samaria super Israel, ascenditq; contra eū Salmanasar rex Assyriorum, & factus est ei Ozee seruus reddebatq; ei tributa. Hæc fuit inceptio percussionis, de qua nunc dicit: Et ego ergo cępi percutere te perditione. Sequtur autem: Cum autē deprehendisset rex Assyriorum Ozee, quod rebellare niteus, misisset nuncios ad Sua regē Aegypti, ne præstatet tributa regi Assyriorum, sicut singulis annis solitus erat, obsedit eum, & uinctū eum misit in carcerem, peruagatusq; est omnem terrā, & ascendens Samariam, obsedit eam tribus annis, Anno autem nono Ozee cœpit rex Assyriorū Samariam & transtulit Israel in Assyrios, posuitq; eos in Ayla, & in Abor, iuxta fluuium Gozam in ciuitatibus Medorū. Hic annus erat sextus Ezechiæ, nonus autē eiusdem Ozee qui regnare cœperat anno duodecimo Achas. Nam ut illic infra rursus scriptū est: post annos tres anno sexto Ezechiæ, id est, nono anno Ozee regis Israel, capta est Samaria, & transtulit rex Assyriorum Israel in Assyrios. Igitur cū dicit: & ego ergo cœpi percutere te perditione super peccatis tuis, statimq; subiungit: Tu comedes & non saturaberis, & humiliatio tua in medio tui, apprehendes & non saluabis, & quos saluaueris in gladium dabo: tu seminabis, & non metes: tu calcabis oliuam, & non ungeris oleo: & mustum, & non bibes uinum. Cum (inquam) & illa de præterito, & ista de futuro tempore dicit: hoc datur intelligi, quod inter utrunq; ascensum Assyriorū iste prophetauerit hūc sermonē, qui sic incipit: Populus meus quid feci tibi, aut quid molestus fui tibi, & de primo quidē illorū ascensu dixerit dominus: & ego cœpi percutere te, scilicet in eo quod hostibus tributarius es factus, de secū do autem, tu comedes & non saturaberis, & humiliatio tua in medio tui, &c, uidelicet quia & tu Israel captiuus migrabis, & rex tuus Ozee uinctus mittetur in carcerē. Quod dicit, & humiliatio tua in medio tui, quæ uidelicet humiliatio tam carcer Ozee regis, q̄ captiuitas totius populi ualet intelligi, talis dictio est, qualis & illa: sanguis tuus super caput tuū erit. i. perditio tua de semetipso erit, nec imputabitur alij recti⁹ q̄ tibi dū recipis quod mereris, nec ignorare potes quin iustū sit. Quod deinde subiungit: apprehendes & non saluabis, & qđ saluaueris in gladium dabo: hoc improperare uidetur Ozee regi, quod non potius ad deū conuersus est, sed misit nuncios (ut iam supra dictū est) ad regem Aegypti, ut apprehenderet eū quasi paxillū siue baculū cui posset inniti. Hoc facto utiq; nec suos nec semetipm saluabit, subauditur, à tributis regis Assyriorū soluendis, imò quos ita saluare putauit, eos dñs in gladiū dedit: quia maxime propter hoc rex Assyriorū iratus ascendit, & cępit eos non sine uoluntate & iudicio dñi. ¶ Dum tandē dicit: tu seminabis, & non metes: tu calcabis oliuam, & non ungeris oleo: & mustū: & non bibes uinum. Per singula dicta magnū illis faciit tormentū, quorū cor omnino rebus eiusmodi erat deditū. Tanta cupiditate uel auaritia, quanta p̄cedentia uerba denotauerūt. Nā quanto quisq; maiore laborat morbo auaritiæ, tanto magis cruciatur audiendo uel uidēdo aliū metere qđ ipse seminauit, ungi oleo & bibere uinū, qđ ipse usq; ad calcatoriū elaborauit, & in apothecā recondidit. ¶ Quod uero per conīunctionē apponit, dicendo: Et custodisti præcepta Amri, illi priori uersiculo copulatur. Adhuc ignis in domo impij thesauri iniqtatis, & mensura minor iræ plena. Fuit aūt Amri pater Achab, & hic Samariā ędificauit, sicut scriptū est: Et regnauit Amri super Israel duodecim annis. In Chersa regnauit sex annis, emitq; montē Samariæ à Somer duobus talentis argenti, & ædificauit eā, & uocauit nomen ciuitatis quā extruxerat ex noīe Somer, dñi mōtis Samariæ. Fecit aūt Amri malū in cōspectu dñi, et operatus est nequiter sup oēs q fuerunt ante eū. In hoc denotantur p̄cepta eiusdē Amri, q̄ custodisti (inquit) quia ucz præcepta Hieroboā, quæ dederat formatis uitulis, dicens: Nolite ultra descendere in Hierusalē.

Hostia tāsmigrationis decē tribuū Israel.

2. Reg. 8
Osee. 13

4. Reg. 17

Precepta Amri regis.

Ecce dñi tui Iſrael, qui te eduxerunt de terra Aegypti, iſte confirmauit ædifican do aliã me tropolim. ſ. Samariã aduerſus antiquã & legitimã metropolim Hieruſalẽ ciuit. tẽ Dauid. Et iſte quidẽ præcepta Hieroboã taliter confirmando, ſua præcepta eſſe fecit, Achab autẽ filius eius ampliauit Iccirco cum dixiſſet, & cuſtodiſti præcepta Amri, addidit & oẽm op domus Achab. Quod eñ fuit opus domus Achab. Regnauit in Samaria uiginti & duo bus annis, & fecit malũ in conſpectu dñi, ſuper oẽs qui fuerunt ante eũ. Nec ſuffecit ei ut ambularet in peccatis Hieroboam, inſup duxit uxorẽ Iezabel filiã Ethbaal regis Sidonio, & abiit & ſeruiuit Baal in tẽplo, qđ ædificauerat in Samaria & plãtanit lucũ. Deinde & hoc domus eius. i ipſius & uxoris eius Iezabel opus fuit qđ occiderũt prophetas dñi, intantũ ut diceret Helias, putãs ſolũ ſe eſſe relictũ. Dñe altaria tua deſtruxerũt, & prophetas tuos occi derũt gladio, & derelictus ſum ego ſolus, & quærũt animã meã ut auferãt eã. Illo talia ꝑ cepta & opera tu cuſtodiſti. Nunc eñ à peccatis eorum receſſiſti tu Iſrael, ſiue tu Ozee rex Iſrael, cuius in diebus tecũ punitur Iſrael, & ambulaſti in uanitatibus eo prouocans me in tantũ, ut darent te in perditionẽ, quod iuſtũ eſt, & habitãtes in ea, ſubauditur domo Achab, quę eſt Samaria. In ſibulũ. i. in deriſum, & opprobriũ populi portabitis, uidelicet uos reges impij: quia ueſtrũ ſcelus, ueſtrũq; delyramentũ eſt quicquid patitur Iſrael. Siue ut econuer ſo dictũ ſit totũ patitur Iſrael quicquid uos delyraſtis. Sequitur. ℒ Væ mihi, quia factus ſum ſicut qui colligit in autumno racemos vindemie. Nõ eſt botrus ad comedendũ, præmaturas ficus deſiderauit anima mea. ℘Perijt ſanctus de terra, & rectus in hominibus nõ eſt. Omnes in ſanguine inſidiantur, vir fratrẽ ſuũ venatur ad mor tem, malũ manuũ ſuarũ dicunt bonũ. ℘Princeps poſtulat & iudex in reddẽdo eſt. Et magnus locutus eſt deſiderũ anime ſue, & conturbauerunt eũ. Qui optimus eſt in eis quaſi paliurus, & qui rectꝰ quaſi ſpina de ſepe. ¶Dicta hęc de fonte pietatis ma nant, quia profecto zelus bonus quo ſancti ſęuire uidentur, nunq; ſine pietate eſt. Iraſcũtur peccatis, peccatoribus cõpatiũtur. Sic Moſes cõtra peccata ſæuiens, & forti zelo accinctꝰ. Ponat (inqt) uir gladiũ ſup femur ſuũ & ceciderũt in illa die, quaſi uiginti tria milia, & pecca toribus cõpatiens, ait ad dñm: Aut dimitte eis hãc noxã, aut ſi nõ facis, dele me de libro tuo quẽ ſcripſiſti. Sic & cæteri ſancti feciſſe noſcũtur q; plures, quo exẽpla pcurrere nimis lon gũ eſt. Vt de iſto nõ prætereamus, qđ fortius, quid uehemẽtiꝰ inuectiõe, quã longe ſupius ita finierat, & oẽmia idola Samarię ponã in pditionẽ: quia de mercedibus meretricis congre gata ſunt, & uſq; ad mercedes meretricis reuertẽtur. Quid uero clemẽtius duci põt, q; id qđ protinus ſubiũgit: Sup hoc plangã & ululabo, uadã ſpoliatus & nudus. Sic & in præſenti lo co cũ theſauros iniquitatis, & menſurã minorẽ, ſtaterã impiã & pondera doloſa fortiter co arguiſſet, & uelut aduerſarius uindicẽ ſententiã ex iudicio dñi protuliſſet, cõtinuo uulnera tus uera cõpaſſione. Væ mihi (inqt) quia factus ſum ſicut q colligit in autũno racemos uin demiæ. &c. Nimis quid optaret uera & cõpetenti ſimilitudine, melius expreſſit, q; ſi nudis ipſam rẽ eloqretur uerbis. Vinea eñ dñi exercituũ ait ipſe dñs in Eſaia, domus Iſrael eſt. Et Pſalmiſta: Vineã (inqt) de Aegypto tranſtuliſti, eieciſti gẽtes, & plantaſti eã. At illa cũ expectaretur ut faceret uuas fecit labruſcas. Hoc iſte expertus eſt, neq; eñ eo prophetante uel cæteris, quos dñs miſit, quisq; ex regibus Iſrael pœnitentiã egit. Congrua ergo ſimili tudine utẽs, factus ſum ait: ſicut qui colligit in autũno racemos uindemiæ. Statimq; ſubiun git: Nõ eſt botrus ad comedendũ. i. qui facit pœnitentiæ fructũ. Oẽs eñ impœnitẽtes deũ oſtendũt, ſicut uuæ acerbæ, q; comedi nõ poſſunt: pœnitentes uero quaſi uuæ uel ficus ma turæ, dulces & ſuaues ſunt quas deſiderauit anima mea inqt, ſed non inueni. Nã hoc eſt qđ ſequitur. Perijt ſanctus de terra, & rectus in hominibus nõ eſt. De terra. i. de Samaria, perijt ſanctus, qui eſſet mihi quaſi botrus ad comedendũ, & in hominibus. i. in decẽ tribubus nõ eſt rectus, qui eſſet mihi quaſi præmatura ficus. Quis eñ fuit de cunctis regibus Samariæ uel decẽ tribuũ de q ſcriptũ nõ ſit, fecitq; malũ in cõſpectu dñi? ¶At uero de regibus Hieru ſalẽ nõ eſt ita, quæ & ſupra dixit, quid dignũ offerã domino, & poſt modũ dicitura eſt, ego autem ad dominum aſpiciã, & expectabo deũ ſaluatorẽ meũ. Nam & Dauid & Ezechias, & Ioſias botri ad comedendũ boni, id eſt homines ſancti fuerũt, & de cæteris nonnulli quã uis in primis acerbi fuerint, poſtea per pœnitentiam commutati, dulces & recti facti ſunt.

CAP. VII

Qualis ira ſanctorum.

Exo. 32

Eſai. 5

Pſal. 79

Audite

¶ Audite nũc reges Samariæ uel decẽ tribuũ, q̃ acerui & inſuaues fuerint. Oẽs (inqt) in ſanguine inſidiãtur, uir fratrẽ ſuũ uenat ad mortẽ. Profecto dira & longa tragedia regnũ Iſrael breuib⁹ uerbis inſinuat. Nã ferè oẽs poſt illũ uel ab illo, q primus erat Hieroboã, in ſanguine inſidiati, & alterutros ad mortẽ uenati ſunt. Iã dicto Hieroboã, filius ſuus Nadab ſucceſſerat, & inſidiatus ei Baaſa, pcuſſitq; eũ, & regnauit ꝓ eo, & pcuſſit oẽm domũ Hieroboam Eidẽ Baaſa ſucceſſerat filius ſuus, Hela rebellauitq; cõtra eũ ſeruus ſuus Zambri, & occidit eũ, regnauitq; pro eo, & pcuſſit oẽm domũ Baaſa. Regnauit idẽ Zambri ſeptẽ diebus, & inſcẽdit cõtra eũ Amri, & ille uidẽs qđ expugnaretur ciuitas, ſuccẽdit ſecũ domũ regiã & mortuus eſt. Tũc media pars populi ſeq̃batur Tegni, & media pars Amri. Præualuit aũt & regnauit Amri, mortuusq; eſt Tegni. Poſt hũc ucꝫ Amri regnauit filius eius Achab, cuius filiũ Iorã interfecit Hieu filius Manſi, & regnauit pro eo, & percuſſit cmes qui erant de domo Achab, & notos eius uniuerſos, & † Aaziam regẽ Iuda & fratres eius: erant eñ de gene re Achab. Regnauitq; Hieu & filij eius uſq; ad quartã generationẽ. Factũq; eſt poſt hæc Sellũ filius Iabes pcuſſit Zafariã filiũ Hieroboã, filij Ioas, filij Ioachas, filij Hieu, & regnauit ꝓ eo menſe uno. Et hũc pcuſſit Manaen de Therſa, & interfecit eũ, regnauitq; ꝓ eo. Huius filiũ Phacæ iã percuſſit Phaceę filius Romeliæ & regnauit pro eo. Coniurauit contra hũc & inſidias tetẽdit iſte Ozee fili⁹ Hela, & pcuſſit eũ, & interfecit regnauitq; ꝓ eo, cui⁹ no no anno Iſrael captiuus ductus eſt, Vbi tanta fuit tãq; cruenta regũ diuiſio, quãta potuit eẽ regni deſolatio & eoꝝ, qui partibus fauebant, cõturbatio? Non ergo abs re dixit, oẽs in ſanguine inſidiantur, uir fratrẽ ſuũ ad mortẽ uenatur. ¶ Porro cũ oẽs ita reprobi fuerint reges Iſrael, ut recte dixerit hic. Perijt ſanctus de terra, & rectus in hominibus non eſt, tres ex illis magis infames ſcriptura denotauit, ucꝫ priorẽ Hieroboam qui uitulos fecit & Amri, qui Samariam condidit, & Achab, qui Baal coluit, & cum uxore ſua Iezabel prophetas domini interfecit, quoꝝ & hic propheta paulo ante meminit, dicendo: & cuſtodiſti p̃cepta Amri, & oẽ opus dom⁹ Achab. Horꝝ triũ malã memoriã hic rurſus tangere uidetur trib⁹ ſentẽtijs quas hoc ordine ſubnectit. Malũ manuũ ſuarꝝ dicũt bonũ, & princeps poſtulat, & iudex in reddendo eſt, & magnus locutus eſt deſideriũ animæ ſuæ, & cõturbauerũt eũ. Nã q malũ manuũ ſuarꝝ dixit bonũ, Hieroboã fuit, ſimulq; ſacerdotes, q̃s ipe ſibi de extremis populi inſtituit, quia formatis uitulis dixerũt: Ecce dij tui Iſrael, Principẽq; poſtulauit, & iudex in reddẽdo fuit intelligimus Amri, q ut cõtra Hierl'm metropolim Iuda, in q̃ erat templũ dñi, faceret ſuã metropolim, emit mõtẽ Samarię à Somer, q erat dñs mõtis, quãto p̃tio uoluit, ſ. duobus talentis argẽti, ꝓ arbitrio ſuo indicãs de p̃cio: qa princeps fuit. Magnũ, q locutus eſt de ſideriũ animæ ſuæ, Achab licet intelligi: qa proijciẽs ſe in lectũ ſuũ, & auertẽs faciẽ ſuã ad parietẽ, & interrogatus ab Iezabel, q̃re nõ comedis panẽ, locutus ſum (ait) Naboth Iezrahelitæ, & dixit ei: Da mihi uineã tuã accepta pecunia, aut ſi tibi placet, dabo tibi uineã aliã pro ea, & ille ait: Nõ dabo tibi uineã meã. Sic locutus eſt magnus ille deſideriũ animæ ſuæ nimietatẽ cupiditatis ſuæ. Vt aũt magn⁹ uocetur tali in re, mira & iracũdã facit irriſio uxoris ſuæ, q̃ ad hæc taliter cũ ironia reſpõdit. Grandis authoritatis es, & bene regis regnũ Iſrael: Surge & comede ego dabo tibi uineã Naboth Iezrahelitæ. Et cõturbauerũt eũ, inqt. Qui conturbauerũt, & quẽ conturbauerũt? Nimirꝝ ipſe Achab & uxor ſua Iezabel conturbauerũt Naboth, ſubmittendo cõtra illũ falſum teſtimoniũ dicẽtiũ: Benedixit deũ & regẽ, & lapidauerũt eũ, ſicq; mortuus eſt. Bene ergo cũ dixiſſet, magnus locutus eſt deſideriũ animæ ſuæ, ſubiũxit: & cõturbauerũt eũ ponẽs ꝓnomẽ relatiuũ ad illũ cui⁹ nõ poſuerat nomẽ ꝓ priũ, ucꝫ uolens iuſtũ Naboth optime eẽ notũ, ita ut quodãmõ neceſſariũ nõ ſit noiatim exprimi illũ, q ſemp debeat eẽ in memoria oĩm, cũ ſanguis eius ſemper clamet, & ſemp accuſet impietatẽ ſacrilegiũ. ¶ Vis adhuc audire q̃ reprobi reges illi oẽs fuerũt? Ait: Qui optim⁹ in eis eſt quaſi paliurus, & q rectus quaſi ſpina de ſepe. Optimus in regibus Iſrael fuit Hieu, quippe q ſolus ex oĩbus illis unctus fuiſſe legitur in regẽ p manũ Heliſei, fundẽtis oleũ ſup caput eius, atq; dicẽtis: Vnxi te regẽ ſup populũ dñi Iſrael, & pcuties domũ Achab dñi tui &c. quæ ille ſtrẽnue impleuit. Deleuit eñ domũ Achab, & p̃cipitauit Iezabel, quã & comederunt canes, & percuſſit in ore gladij cũctos ſacerdotes Baal, & deſtruxit ædẽ Baal, & fecit pro eo latrinas, & ita deleuit Baal de Iſrael. Optimus itaq; in eis Hieu, uidelicet pro hac

Reges Iſrahel inſidiati ſunt in ſanguine.

Tres reges peſſimi in Iſrael.

Optimus regum Iſrael fuit Iehu.

parte

parte quam diximus. At idem à peccatis Hieroboam non receſſit, ſicut de illo quoq; ſcriptũ eſt. Veruntamẽ à peccatis Hieroboam filij Nabath, qui peccare fecit Iſrael nõ receſſit, nec dereliquit uitulos aureos qui erant in Bethel & in Dan. Igitur optimus iſte reuera quaſi paliurus, uidelicet herba ſpinis armata, pungens ac retinens & uulnerans appropinquantem, & adunco dente comprehendens. Nã in hoc ipſo quod deleuit domũ Achab & Iezabel, iubente dño in ultionẽ ſanguinis prophetarũ, & ſanguinis oĩm ſeruorũ eius, nõ tã dilectiõe dei, q̃ propriæ ſatiſſacere curauit ambitioni, unca cupiditate regnũ ſibi attrahens, & ob hoc ſagittis pungens, gladio uulnerans. ¶ Porro rectus in eis Ozee rex ultimus intelligitur, de quo ſic ſcriptum eſt. Fecitq; malum corã domino, ſed non ſicut reges, qui ante eũ fuerãt Dicitur enim licentiã dediſſe uolentibus aſcendere, ut facerent ſacrificia in domo domini in Hieruſalem, quod anteriores reges non fecerant perſeuerantes in peccatis Hieroboam, qui prohibuerat, dicens: Nolite aſcendere in Hieruſalem. Fortaſſis ut hanc licentiã daret Ozee deliniabatur aliqua gratia regis Iuda, cui nimirũ nõ inſuaue eſſe poterat illud qđ idem Ozee Phacee filiũ Romeliæ interfecerat, & pro eo regnabat. Siquidẽ hoſtis fuerat Iudæ Phacee filius Romeliæ, quippe qui cũ Raſin rege Syriæ aſcendit in Hieruſalem ad præliandum. Vnde & neceſſitate compulſus Achar miſit nuncios ad Theglatfalaſſar regẽ Aſſyriorũ dicens: Aſcende & ſaluum me fac de manu regis Syriæ, & de manu regis Iſrael, qui cõſurrexerunt aduerſum me. Veruntamẽ quomodocunq; qualicunq; pro cauſa minus fecerit malum q̃ reges qui ante eũ fuerunt, conſtat quia fecit malũ corã domino, quia ſcriptura teſtis eſt. Igitur & qui rectus eſt, ſubauditur Ozee, quaſi ſpina de ſepe. Nã ſicut in ſpinoſa ſepe dum putatur auxiliũ, dolor inuenitur, ſic Ozee, dũ mittit ad regẽ Aegypti, & eius auxilio uult ſepire Hieruſalẽ, per hoc ipſum parat Iſraeli captiuitatis occaſionẽ. Iccirco nõ mirũ quod quæſiuit racenos uindemiæ, & nõ eſt botrus ad comedendũ, quod præmaturas ficũ deſiderauit aĩa mea, & nõ inueni. Neq; eñ de ſpinis colligũt ficũ, neq; de rubo, ſiue de paliuro uindemiant uuã. Sequitur. L Dies ſpeculationis tue, viſitatio tua venit, nũ erit vaſtitas eorũ. Nolite credere amico, & nolite confidere in duce, ab ea que dormit in ſinu tuo, cuſtodi clauſtra oris tui, quia filius contumeliã facit patri, filia cõſurgit aduerſus matrẽ ſuã, nurus contra ſocrũ ſuã, inimici hominis domeſtici eius Ego autem ad dñm aſpiciã, & expectabo deũ ſaluatorẽ meũ. Audiet me dñs deus meus.] Siue ad Samariam cui ſupra dixerat, cuſtodiſti præcepta Amri, & omne opus domus Achab, & ambulaſti in uoluntatibus eorum, ſiue ad Hieruſalem dicta hæc intelligas, ſecundum utrũq; intellectũ res manifeſta eſt. Nam utriuſq; ſcilicet & Samariæ & Hieruſalem captiuitas, quæ hic uiſitatio ſiue dies ſpeculationis dicitur, tunc ueniebat & prope erat. Melius tamen ad Hieruſalem dicta intelligi placet, quoniam ipſa eſt quæ reſpondet, & cui reſpõdere conuenit, ego autem ad dominum aſpiciã, & expectabo deum ſaluatorẽ meum, nimirum eadem & humilitate, qua ſuperius dixit: quid dignum offeram domino, &c. De ipſis quoq; contra quos dixerat, qui optimus in eis eſt quaſi paliurus, & qui rectus quaſi ſpina de ſepe, ſcilicet, de regibus uel principibus Samariæ, ſermo ad Hieruſalẽ fieri per hoc maxime intelligitur, quod cũ præmiſiſſet: dies ſpeculatiõis tuæ uiſitatio tua uenit, ſtatim ſubiũxit: Et hæc nunc erit uaſtitas eorũ. Quorũ eñ eorũ, niſi hoĩm, in quibus (ut ſupra cõqueſtus eſt) rectus nõ erat, in tantũ ut qui optimus in eis erat, eſſet quaſi paliurus, & qui rectus quaſi ſpina de ſepe: Eorũ nimirum tũc inſtabat uaſtitas, id eſt, irreuocabilis decem tribuũ captiuitas: Iudæ aũt uel Hieruſalẽ non ita. Nã uenturus quidem erit rex Aſſyriorũ uſq; ad ipſam, unde & poſtmodũ hic dicitur ei: & uſq; ad te nõ ueniet Aſſur: ſed non uaſtaturus eã, dicẽte dño p Eſaiam Prophetã: Nõ ingredietur urbẽ hanc, neq; occupabit eã.] Item tradenda quidem erat Babylonijs eadẽ ciuitas, ſed præfinito tempore reſtituenda. i. poſt annos ſeptuaginta. Vnde & poſtmodũ dicitur ei: Dies ut ædificẽtur maceriæ tuæ, ſubauditur ſtatuta eſt. ¶ Igitur quod deinde ſequitur: Nolite credere amico, & nolite confidere in duce: ab ea q̃ dormit in ſinu tuo cuſtodi clauſtra oris tui, quia filius contumeliã facit patri, filia cõſurgit aduerſus matrẽ ſuã, nurus contra ſocrũ ſuã, inimici hominis domeſtici eius. Magnitudinẽ calamitatis eorũ exprimit, de quibus dixerat: Et nunc erit uaſtitas eorũ, ut recogitet auditor, & perpẽdat, quanta fuerit uel eſſe poterit inordinatio rerum, & confuſio hominum populariũ, ſiue medio-

Iehu quaſi Paliurus.

Rectus Ozee, quaſi ſpina de ſepe.

4. Regũ. 16. Eſa. 7

Mat. 7.

Dies ſpeculationis, dies captiuitatis

Eſa. 37

mediocrium, ubi regnũ decem tribuũ ſciſſum à domo Dauid, tantis & tam crebris ſciſſuris diuidebatur in ſeipſum, ſicut ſupra perſtrinximus, regibus interfectis, & ſuccedentibus eorũ interfectoribus. Ibi fictus amicus non defuiſſe credendus quem temporis oportunitas, & occaſio iniuriæ manifeſtũ faceret, qualis ante tempora illa regi Dauid fuit Achitophel. Nã quia inſidijs utitur maxime amicus fraudulentus, non immerito pro eiuſmodi computẽtur & Baaſa filius Achia de domo Iſachar, & Ozee filius Hela regum Iſrael ultimus, quorum alter inſidiatus eſt Nadab filio Hieroboam, & percuſſit eum, regnauitq; pro eo. Item inter eos propter quorum exemplum ait: & nolite confidere in duce, recte computetur Zambri qui cum eſſet dux Mœdiæ partis equitum, & ſeruus Ela filij Baaſa rebellauit contra eum, percuſſitq; & occidit eum, regnauit pro eo. Sunt itaq; iſti in exemplũ omni mundo, quod non ſit omni amico credendum, neq; in omni duce confidendũ. Propheta dicente: Nolite credere amico, nolite confidere in duce, id eſt, nolite ſpem ueſtrã ponere in hominibus, ea conſideratione, quia ſunt duces, quia dicuntur amici: multi em̃ duces infidi, multi amici inſidioſi, ſicut experimento claruit temporibus iſtis. Ab ea quæ dormit in ſinu tuo cuſtodi (inquit) clauſtra oris tui. Ante tempora illa grande exemplũ cauẽdũ, in huiuſmodi præceſſit in Dalila quæ Samſon decepit, ſed multo magis temporibus eiſdem in Iezabel, quæ uiro ſuum Achab perdidit, dicendo illi iacenti in lectulo: ſurge & comede panẽ, & æquo eſto animo, ego dabo tibi uineam Naboth Iezraelitæ. Aperuerat enim illi clauſtra oris ſui, narrando pro qua cauſa eſſet triſtis, & omnino commiſerat ei claues uniuerſas animi ſui, tã in illa re q̃ in cæteris, teſtante ſcriptura, cum poſtmodũ dicit. Igitur non fuit talis alter ut Achab qui uenundatus eſt, ut faceret malum in conſpectu domini: concitauit enim eum Iezabel uxor ſua, & abominabilis factus eſt, intantum ut ſequeretur idola, quæ fecerent Amorræi, quos conſumpſerat dominus à facie filiorum Iſrael. Q̃uis autẽ pauca talium exempla certis ex perſonis ſcripta ſint: multa tamẽ tunc eueniſſe talia nemo qui ambigat. ¶ Similiter & de eo quod protinus ſequitur: quia filius contumeliam facit patri, quàm uis duo tantum exempla ſcripta ſint, alterum ubi Ruben cubile patris aſcendit, alterum ubi Abſalon fœdauit patrẽ ſuum Dauid, qui ante tempora illa fuerunt. Multa tamen eiſdem temporibus ſimilia geſſiſſe non dubitandum eſt (teſtante alio Propheta) cum dicit inter cætera ſcelera Iſrael, id eſt, decem tribuum, & filius ac pater eius introierunt ad puellam, ut uiolarent nomen ſanctũ meum. Fœminarum res geſtæ conſcriptæ in ſacris codicibus non ſunt, exceptis illis quæ tanta fecerunt, ut abſque illarum commemoratione non potuerint conſcribi memorabilia geſta uiroꝝ. Nam idcirco quæ Iezael & Atthalia filia eius geſſerunt mala in Iſrael & in Iuda conſcripta ſunt, quia maxime fuerunt cauſæ tempeſtatum fœminæ illæ, in quibus uiri naufragauerunt. Itaq; de eo quod ſequitur: filia conſurgit aduerſus matrem ſuam, & nurus cõtra ſocrum ſuam. Superfluum eſt quærere hiſtoriam temporum, cum conſtet omni tempore fœminas eſſe uel fuiſſe proniores & ardentiores uiris ad omne flagitium. Et quis dubitet in illa tempeſtate filiam aduerſus matrem, & nurum contra ſocrum ſuam conſurrexiſſe cum & nunc tanta ſint exempla uitæ quotidianæ, ut magis lugere quod tanta ſint, q̃ quærere debeamus? ¶ Similiter quod ait: Inimici hominis domeſtici eius, ita certum eſt, ut & eiſdẽ temporibus nonnulli quoq; regum Iuda à coniurantibus ſeruis interfecti eſſe leguntur, & nunc plura ſunt exempla q̃ ut teſtimonijs indigeamus. Hæc ultima ſentẽtia, inimici hominis domeſtici eius, cæteras omnes affinitates comprehendit quæ longinquiores ſunt, & id circo in inimicitijs minus habent miraculi, licet non minus periculi, ut ſunt nepotes uel conſobrini. ¶ Quare autẽ generum prætermiſit, qui de nuru non tacuit, dicens: Et nurus contra ſocrũ ſuã, cum gener & nur⁹ in eodẽ affinitatis gradu ſint? Similiter & dñs noſter in euãgelio cũ eaſdẽ affinitates ita ut hic aduerſum ſe diuidendas propter Euangeliũ prædicens, etiam reciprocau erit hoc modo. Erunt em̃ ex hoc quinq; in domo una diuiſi, tres in duos, & duo in tres diuidentur, pater in filiũ, & filius in patrẽ ſuum, mater in filiã, & filia in matrẽ ſuã, ſocrus in nurum, & nurus in ſocrum ſuam. Notandum quod de genere tacuit. Quod ſi dixiſſet, ſocer in generꝝ, & gener in ſocerũ ſuũ, nõ iam tres tantũ in duos & duos in tres, ſed quatuor in duos, & duos in quatuor ſeparaſſet, & nihilominus uerꝝ dixiſſet. Nam ſepe quidẽ factum eſt, ut cõtra duos ſcilicet contra patrẽ & matrem tres diuiderẽtur, uidelicet, filius & filia

Ficti amici.

3. Reg. 15

Iud 16
3. Reg. 21

Gen. 35
2. Reg. 16

Amos. 2
Fœminarum res geſtæ raro ſcribuntur.

& filia & nurus, ſæpius aũt accidit & pene in uſu eſt, ut gener contra ſocerum, & ſocer contra generum ſeparetur. Cũ ergo de genero tacuit, ſi quia non adeo mirum uel rarum eſt, id circo de genere tacuit, cur de nuru nõ tacuit, cũ etiã nurꝰ ſocrui eſſe iuuiſam ferè uſitatum

Reſponſio. ſit intantũ, ut dicat Comicus, quid eſt hoc, omnes ſocrus oderũt nurus? Ad hæc ſciendum quia ſuperbia uel cõtrouerſia generi non tantũ facit, uel habet inordinatiõis, quia uidelicet

Gene.3. nurus, ne contra ſocrum conſurgeret, uiri ſui, cui ſecundũ legẽ ſubiecta eſt, metu & reuerẽtia debuit coerceri, gener aũt, & ſi uxori affectũ debet, tamen ſubiectionem non debet, & id circo, ſi contra ſocerum & ſocrum ſuã coniugis parentes ſeſe erigit, non adeo mirꝰ uel tur-

Mat.10 pe eſt. ¶ Apud Matthæum dñs ipſis prophetæ huius uerbis, ſententiã magis edicit. Nolite (inquiens) arbitrari quia uenerim pacem mittere in terrã. Nõ ueni pacẽ mittere, ſed gladiũ. Veni eñ ſeparare hominẽ aduerſus patrem ſuum, & filiam aduerſus matrem ſuã, & nurũ aduerſus ſocrũ ſuam, & inimici hominis domeſtici eius. Quid igitur? Nũquid ſaluator hoc in hominibus facere uenit, quod ante aduentũ ſuũ per prophetã in hominibus reprehẽdit?

Duplex odiũ. Abſit hoc. Aliud eſt hoĩes odio peccati, atq; aliud odio hominũ ſeparari. Illud odiũ, quo odimus peccata hominũ bonũ, imò perfectũ eſt, quod prædicatur in illo Pſalmi uerſiculo.

Pſal.138 Nonne qui oderunt te domine oderã, & ſuper inimicos tuos tabeſcebã? Perfecto odio oderam illos. Illius odij gladiũ & ſeparationẽ ſaluator mittere uel facere uenit, ut qui diſcipulus eiꝰ eſſe cupit, neminẽ aſpiciat, q̃libet propinquũ aduerſantẽ ſibi in uia dei. Porro illud odiũ quo ſanguis quæritur hominũ, uel bonis inuidetur, homicidaꝝ eſt. Illius odij ſeparationẽ p

Iud.9. hunc Prophetã idem dñs reprehendit: quia uidelicet pro eo, quod ſeparauerant ſe à domo Dauid, traditi fuerant ſpiritui diſcordiæ & ſeditionis, ſicut & ante illa tempora cõtigit, quando conſtituerũt ſuper ſe ducem Abimelech filium Hieroboal qui oñes fratres ſuos ſeptuaginta uiros interfecit. Vnde & ſcriptum eſt: Miſitq; dominus ſpiritum peſſimũ inter Abimelech & habitatores Sichen, qui cœperunt eũ deteſtari. Seqtur. Ego aũtẽ ad dñm aſpiciam, & expectabo deũ ſaluatorẽ meũ. Audiet me deus meus. Ne leteris inimica mea ſuper me, quia cecidi, conſurgam. Cum ſedero in tenebris, dominus lux mea eſt. Iram domini portabo, quoniam peccaui ei, donec iudicet cauſam meam, & faciat iudicium. Educet me in lucem, videbo iuſtitias eius, & aſpiciat inimica mea & operietur confuſione que dicit ad me. Vbi eſt dominus deus tuus? Oculi mei videbunt in eam, nunc erit in conculcationem vt lutum platearum. ¶ Manifeſte hæc uerba ſunt confitentis & ſperantis, & prolata ſunt per Prophetam in perſona tribus Iudæ ſiue Hieruſalem, quæ in Babylonem ducenda erat captiua tranſlatis prius in Aſſyrios decem tribubus, contra quas præcedens deprompta eſt ſententia. Meminiſſe nanq; oportet iudicium eſſe dñi, & Samariã & Hieruſalem dñudicari ab eo loco quo ait: Audiant mõtes iudiciũ dñi & fortia fundamenta terræ: quia iudiciũ dñi cum populo ſuo, & cum Iſrael diiudicabitur: Populus meus quid feci tibi, aut quid moleſtus fui tibi, reſponde mihi, &c. Sub hoc iudicio tanq̃ duos reos adductos eſſe diximus: Iſraelem & Iudam, ſiue Samariam impœnitentẽ, & Hieruſalẽ pœnitentiæ uoces emittentẽ, & ſupra ubi ſic incepit. Quid dignũ offeram: & hic rurſus, ego aũt ad dñm (inquit) aſpiciam, &c. Sic omnino futurũ erat, & ſic factũ eſt, ut hæc uerba prophetica futurũ eſſe prænuntiabant. Datis nanq; ſententijs & decẽ

Pœnitẽs Iuda in captiui. Babyloni. tribubus in Aſſyrios, filijs aũt Iuda in Babylonẽ ductis, illa captiuitas ad dñm per pœnitentiam non aſpexit: hæc aũt ad dñm aſpexit, & expectauit dñm ſaluatorem ſuũ, & audiuit eã deus ſuus & dicere potuit contra Babylonẽ, quæ eã captiuauerat. Ne læteris inimica mea ſuper me quia cecidi, conſurgã. Et quid uerius eo quod ait: Cum ſedero in tenebris, dñs lux mea eſt? Vbi nanq; filij Iuda captiuitatis & mœroris tenebras ſubierunt, humiles & contẽptibiles facti in conſpectu Babyloniorꝰ, ecce dominus lux eorꝰ fuit, lux illuminans lucernã per gratiã propheticã, quã poneret ſuper candelabrũ, ut luceret oñibus, & regis Nabuchodonoſor, & omnibus qui in regno ipſius erant aduerſarijs quidã eorꝰ ad confuſionẽ & opprobrium, ipſis aũt ad conſolationẽ & gaudiũ. Danielem loquimur & ſocios eius, quorum illuminationis hoc initium fuit, quod ſomniũ regis & interpretationẽ eiꝰ ipſis orantibꝰ, Da-

Dani.2. nieli reuelauit, quæ prima cauſa illis extitit conſolationis & honoris, intantũ, ut rex Nabuchodonoſor caderet in faciẽ ſuã, & Danielẽ adoraret, q & hoſtias & incẽſum ꝓcepit afferri ut ſa

ut ſacrificaretur ei. Tunc in ſublime illũ extulit, & munera magna & multa dedit ei, & conſtituit eũ principẽ ſuper oẽs prouincias Babylonis, & præfectũ magiſtratuũ, ſuper cũctos ſapientes Babylonis. Daniel aũt poſtulauit à rege, & conſtituit ſup opera prouinciæ Babylonis, Sidrach, Miſach, & Abdenago, qui poſtmodũ miſſi in fornacẽ ignis ardẽtis, & illæſi ambulantes in medio ignis. Nabuchodonoſor dicẽte: Ecce ego uideo uiros quatuor ſolutos ambulãtes in medio ignis, & nihil in eis corruptionis eſt, & ſpecies quarti ſimilis eſt filio dei, profecto aliã diuinæ claritatis lucẽ profnderunt ad cõſolationẽ ſuimet, & concaptiuoꝝ fratrũ ſuoꝝ Iudæoꝝ. Cætera quoq; deinde circa illos maxime p Danielẽ celebrata mirabilia, tanta tãq; p̃clara fuerũt & uiſiones quas uidit, tã magnæ tãq; ſplendidæ extiterũt, ut dubitare nõ oporteat illuc pertinere qđ ait: Cũ ſedero in tenebris, dñs lux mea. ¶ Quod deinde ſequitur. Irã dñi portabo qm̃ peccaui ei, donec iudicet cauſam meã, & faciat iudiciũ, cõfeſſio eſt, & magna laus iuſtitiæ dei, qa reuera multũ ipſa, cui⁹ hæc uerba ſunt, Hierl'm peccauit, & multis peccatis irã dñi meruit, nõ minus q̃ Samaria, tñ hoc accepto, qđ de regibus quoq; Hierl'm nõnulli fuere iuſti, & pœnitentes aliqui. Debuit ergo portare irã dñi maxime propter peccata Manaſſe, licet ille tandẽ pœnitentiã egerit, Nã de peccatis illius, quod maxime propter illũ ira uenerit, ſcriptura dicit. Factũ eſt aũt hoc per uerbũ dñi cõtra Iudã, ut auferret eũ corã ſe propter peccata Manaſſe uniuerſa q̃ fecit, & propter innoxiũ ſanguine, quẽ effudit et impleuit Hierl'm cruore innocentiũ, et ob hanc rem noluit dñs propitiari Portabo igitur (inquit) irã dñi, cõſentiens iuſtitiæ, qm̃ peccaui ei, donec iudicet cauſam meam, et faciat iudiciũ. Quomõ? Educet me (ait) in lucẽ, uidebo iuſtitias eius, & aſpiciet inimica mea, et operietur cõfuſione, q̃ dicit ad me: ubi eſt deus tuus. Hoc iã fieri tũc cœptum eſt, qñ et pueri tres educti ſunt de camino ignis, et Daniel de lacu leonũ, uidentibus gloriã eorũ imò dei p eos, Babonijs & cõfuſione opertis q illos accuſauerũt. Peractũ eſt aũt quando Babylon à Perſis et Mœdis ſubuerſa uidit p alios ſolui captiuitatẽ et reædificari Hieruſalem, quã ſuccenderat igni. Nã ſubuerſione inimicæ illius, ſcilicet Babylonis præuidẽs ſubiungit, adhuc propheta in uſona Hierl'm: Oculi mei pidebũt in eã, nũc eritin cõculcatione ut lutũ platearũ. Conculcata enim eſt à Mœdis & Perſis, uidentibus oculis Danielis q un⁹ erat ex captiuis illis, q de Hierl'm adducti, nõdũ clauſerant oculos ſuos morte p̃uenti. Nam idem daniel ſcripturã quoq; uidit oculis ſuis, quã & interpretatus eſt Balthaſar regi. Mane, Tezel, Phares, id eſt, numerauit & cõpleuit & diuiſit regnũ tuũ deus, & dedit illud Mœdis & Perſis, & eadẽ nocte interfectus eſt Balthaſar rex Chaldæus, & ſucceſſit in regnũ Darius Mœdus. His dictis protinus ſubiungitur. ¶ Dies, vt ædificentur maceriæ tuæ. ¶ Nimirũ ea q̃ ex p̃ſona Hierl'm ſpem habentis in dño dixerat prophetæ p̃ſona, imò p prophetã dñs cõfirmat, dicẽdo eidẽ Hieruſalẽ: Dies, ut ædificẽtur maceriæ tuæ ſubauditur, apud deũ p̃finiti ſunt. Et per aliũ prophetã, ſcilicet p Hieremiã p̃ſcribẽtur hoc modo. Et ſeruient omnes gentes iſtæ regi Babilonis ſeptuaginta annis. Cũq; impleti fuerint ſeptuaginta anni, uiſitabo ſup regẽ Babylonis, & ſup gentẽ illã dicit dñs, omnẽ iniquitatẽ eoꝝ, &c. Etem̃ poſt fiẽn annoꝝ illorũ ſuſcitauit dñs ſpiritũ Cyri regis Perſaꝝ, & trãſduxit uocẽ in uniuerſo regno ſuo, etiã per ſcripturã dicens: Quis eſt in uobis de uniuerſo populo dñi dei cœli? Sit deus illius cũ ipſo. Aſcendat in Hieruſalẽ, q̃ ẽ in Iudæa & ædificet domum dei Iſrael. Ipſe eſt deus q eſt in Hieruſalem. Tũc poſt aduerſitatis noctẽ, dies illuxit, qa uidelicet edificatio maceriaꝝ ciuitatis uel tẽpli qđ deſtructũ fuerat, pro die cõputari potuit: die (inquã tã diutina, q̃ diu reparatiõis illius lux perdurauit. At illi qui deinde ſuborti ſunt Iudæi, illa die ſua male cœperũt uti, dereliqueudo legẽ dñi, donec iterũ fieret deſolatio irreparabilis. Sequitur ergo. ¶ In die illa longe fiet lex, in die illa uſq; ad te veniet Aſſur, & uſq; ad ciuitates munitas, & a ciuitatibus munitis uſq; ad flumen, & ad mare de mari, & ad mõtem de monte. Et erit terra in deſolationem, propter habitatores ſuos, & propter fructum cogitationum eorum. ¶ Hoc deniq; hiſtoriæ tempoꝝ teſtãtur, & maxime libri Machabeoꝝ, q̃ longe facta ſit lex in die illa, id eſt, in tẽpore illo, de quo nũc ſermo eſt. Exierunt eñ de Iſrael filij iniqui, & ſuaſerũt multis dicẽtes: Eamus & diſponamus teſtamentũ cũ gentibus quæ circa nos ſunt. Et ædificauerũt gymnaſiũ in Hieroſolymis ſecundũ leges nationũ, & fecerũt ſibi præputia, & deceſſerũt à teſtamento ſancto, & iuncti ſunt natio

Dani. 3

Dani. 5

Hier. 25.

1. Eſdr. 1

1. Mac. 1

nibus. Hoc denięq; erat longe fieri legem decertantibus, & eam retentare uolentibus, Mathabæis fratribus, Iuda & Ionata, & Symeone Mathathiæ filijs, & post eos Iohanne filio Simonis, qui cognominatus est Hircan⁹. Omnes decesserunt prosperati quidē aliquoties ad retinendā legē, sed nihilominus de die in diem longius atq; longius fiebat lex, & nō erat rex. Iamdicti Iohannis posteri de regno & sacerdotio nimis cruente & impie contenderūt, donec se interposuit Romana potestas, regemq; interposuit, nō de gēte illa, uidelicet Herodē natū patre Idumæo & matre Arabica. Facta sunt igitur, & longe lex, & cōtra legē alienigena rex, & deinde desolatio successit gentis quæ nūc usq; pmanet, de qua hic subiungit:

Assur pro cūctis nationibus luc ponit.

In die illa & usq; ad te ueniet Assur, uidelicet noīe Assur uniuersas cōsignificās natiōes, pquas illa & gētis eiusdē metropolis Hierl'm destructa est. Primus itaq; Assur ante Babylonios cōtra Hierusalem ascendit regnāte Ezechia, sub quo iste prophetauit, sed repulsus est pcussis in castris eius ab angelo dñi centū octoginta quinq; milibus. Recte ergo pro omnibus Assyrijs, Babylonijs, Græcis atq; Romanis ponitur Assur, qa cōtra Hierl'm fuit omnium primus. Cū dicitur, In die illa & usq; ad te ueniet Assur. Quid aūt est, usq; ad te ueniet, nisi ac si dicatur, nunc quidē repellitur à te Assur siue rex assyriorum Sennacherib, sed non sempita repellētur hostes tui? ¶ Quod deinde dicit: & ueniet usq; ad ciuitates munitas, & à ciuitatibus munitis usq; ad flumen & ad mare de mari, & ad montē de monte, plenarĩam atq; uniuersalē uehemēter exprimit cōmotionē totius orbis, ad destructionē & desolationē terræ unius, de qua & protinus dicit: Et erit terra in desolationē propter habitatores suos, & propter fructum cogitationū eorū. Nec mirū in iusto propheta tā cito post cōsolationē qua dictū erat, dies ut ædificētur maceriæ tuæ, tam repente,, tam magnā prophetari desolationē eiusdem terræ, cū & apud Danielem similiter cū oraret ille intelligēs in libris numerū annorū de q̄ factus est sermo dñi ad Hieremiam prophetā, ut cōplerentur desolationes Hierusalem septuaginta anni, taliter ibidem cōclu datur uisio: Et ciuitatē & sanctuariū dissipabit populos cū duce uenturo, & in finis eius uastitas, & post finē belli statuta desolatio & deficiet hostia & sacrificium, & usq; ad cōsummationē & finem perseuerabit desolatio. Quod extūc factū est, & fit, iste sequētibus uerbis orando prophetat, & prophetādo orat:

Desolatio totius terrę Iud.

Pastor ouium Christus.

Pasce populū tuū in uirga tua, gregem hereditatis tue, habitantes solos in saltu. In medio Carmeli pascētur Basan & Galaad, iuxta dies antiquos secundum dies egressionis tue de terra Ægypti. Cui em̄ hoc dicitur, pasce populū tuū, gregē hæreditatis tuæ nisi illi qui hoc ip̄m se facere, & huius officij ministrū se esse testat, dicēs: Ego sum pastor bonus, ego sum ostiū ouiū, p me si quis introierit saluabitur, et ingredietur et egredietur, et pascua inueniet: Eratis em̄ (inqt Petrus) aliqñ sicut oues errātes. Nam et qđ dicit, Habitātes solos in saltu, hoc est errātes & pastorem nō habētes, et luporū faucibus expositæ, qa nō erat q requireret, quippe cū et lex longe facta esset, ut supra iam dictū est, essentq; praui pastores, pascēdo legē nō custodiētes. Vnde et per alium prophetā loquitur contra eos id ipse cui dicitur in isto: Pasce populū tuū in uirga tua, gregē hæreditatis tuæ, habitantes solos in saltu. Væ pastoribus Israel qui pascebāt semetipsos. Dispersæ sunt oues meę eo quod nō esset pastor et factæ sunt in deuorationē omniū bestiarū agri, et dispersæ sunt. Errauerūt greges mei, & dispersi sunt, & nō erat qui requiret, nō erat (inquit) qui requireret. Ecce ego ipse requiram oues meas, et uisitabo eas, sicut uisitat pastor gregem suum quādo fuerit in medio ouium suarū dissipatarū. Ego pascam oues meas, & ego accubare eas faciā dicit dñs. Huic ergo, quē tale propositū habere spūs propheticus nō ignorabat, recte & cōstanter dicitur, ut pascat in uirga sua, id est in iustitia sua. Respōdet ille et dicit. **In medio Carmeli pascētur Basan & Galaad, iuxta dies antiquos, secūdū dies egressionis tue de Ægypto. Ostenda ei mirabilia.** Magnū est quod in uerbis istis pastor bonus promittit, in medio Carmeli pascent Basan & Galaad, nimirū eodē sensu quo in alio pphetā iā prælibato, & pascā eas (inqt) in montibus Israel, in riuis, & in cūctis sedibus terræ, in pascuis uberrimis pascā eas, et in mōtibus excelsis erūt pascue earū. Ibi requiescēt in herbis uirētibus, et in pascuis pinguib⁹ pascērur. ¶ Carmelū quippe et Basan, & Galaad regiones aptas fuisse alēdis gregibus scriptura testat. De Carmelo unde fuit Nabal constat illud qđ ibi oues pauerit insignis pastor Dauid, typū gerēs boni pastoris Christi. Scriptū ē em̄. Cū ergo

Troia loca valde pascuosa.

ergo audiſſet Dauid q̄ tonderet Nabal gregē ſuū: aſcendite, ait pueris ſuis in Carmelū, & uenietis ad Nabal. Et poſt pauca. Nunq̄ eis moleſti fuimus, nec aliquādo defuit eis quicq̄ de grege omni tēpore, quo fuerūt nobiſcū in Carmelo. Porrò Baſan & Galaad regiones q̄ paſcuoſe fuerint, illud ſatis innuit, q̄ eas petierūt à Moſe prece inſtātiſſima filij Ruben & Gad, eo q̄ haberēt pecora multa, eſſetq̄ illis infinita ſubſtātia. Interpretatur aūt Carmelus ſcientia circūciſionis, Baſan cōfuſio, Galaad tranſmigratio teſtimonij. Igitur tā rebus q̄uo cabulis ſuis Carmelus & Baſan, & Galaad, illas ſignificauit paſcuas ouiū Chriſti uberrimas ubi paſcūtur & impinguātur, in ſacris nūc epulādo ſcripturis, & poſtmodū paradyſi delicijs habentes primū ſcientiā ueræ et ſpūalis circunciſionis, et deinde ſalubrē facientes cōfeſſionē de peccatis priſtinis, & deinde cōſequētes p̄fectionē fidei, taliter, ut eandē fidē cōfirmare et defendere ualeant legis et prophetarū teſtimonijs. ¶ Quod deinde ſubiūgitur, iuxta dies antiquos, ſecūdū dies egreſſionis tuæ de Aegypto, oſtendā ei mirabilia, tūc demū recte intelligim⁹, ſed nō obliuiſcimur qđ Apoſtolus reſpiciens et cōmemorās illos dies antiq̄s, illos dies egreſſiōs tuæ, ò antiqua eccleſia de Aegypto, et mirabilia q̄ in illis diebus oſtēdit dñs, hęc aūt (inqt) oſa in figura facta ſunt noſtri. Nōne ois eccleſiaſtic⁹ ordo legēdo et ſcribēdo p̄dicat atq̄ cōcinit, q̄ nos populus dñi ei oues paſcuæ, ſiue grex hæreditatis eius, ſecūdū illorū ſimilitudinē dierū à ſpūali Pharaone. i. à diabolo liberati, et à peccatis, in q̄bus ſeruiuimus ei, de Aegypto huj⁹ ſeculi. i. de ignorāntiæ tenebris exiuimus ſignatis frōtibus nr̄is ſigno paſſiōis Chriſti, q̄ et agnus uerus et paſtor bonus eſt, et trā ſiuimus mare baptiſmi, et ecce ſpiritualē eſcā manducauimus, & ſpiritualē potū bibim⁹, ſcilicet corpus et ſanguinē eiuſdē paſtoris & agni. Hæc et cætera mirabilia oſtēdā ei inqt, ſubauditur omni credēti, ſiue populo meo gregi hęreditatis meę, quē paſcere propoſui in uirga mea. i. in iuſtitia mea, uel poteſtate mea, quā tūc ſignificabat illa uirga Moſi, in q̄ ſigna fecit. Sequit. L Videbūt gentes et cōfundent̄ ſup̄ omni fortitudine ſua. Ponēt man⁹ ſup̄ os, aures eor̄ ſurde erunt, lingent puluerē ſicut serpens. Velut reptilia terre, perturbentur de edibus ſuis Rūm deū noſtrū formidabūt, et timebūt te. J Et hoc iuxta dies antiquos, ſecūdū dies egreſſiōis de Aegypto, futurū erat, et factū eſt. Sicut em̄ illis diebus uiderūt gentes, uel cōfuſæ uel cōturbatæ ſunt, aſcēderūtq̄ populi et irati ſunt, dolores obtinuerūt habitatores Philiſtijm, & tuc cōturbati ſunt principes Edom, robuſtos Moab obtinuit tremor, obrigu erūt oēs habitatores Chanaan, ita paſtore iſto paſcēte populū ſuū, gregē hereditatis ſuæ, ꝑ quo mori dignatus eſt, et quē acquiſiuit ſanguine ſuo, dū oñderet mirabilia q̄ ꝑ apoſtolos & martyres eius facta ſunt innūerabilia, uiderūt gētes, et gētiū imperatores, uiderūt Iudæi atq̄ gētiles, et cōfuſi ſunt ſup̄ oñi fortitudine ſua, qa uidelicet fortitudo illorū, q̄ putabat magna, legibus et armis ſuffulta, non poterat euincere uirtutes quas faciebat in populo uel grege ſuo paſtor bonus in uirga ſua, in potētia ſua, per infirmos & contemptibiles hoies, nō ſolū per grādeuas perſonas, ſed ſæpe per pueros atq̄ puellas. Cōfundebātur ergo ſuper oñi fortitudie ſua, q̄ ſolūmō poterat frangere uaſa fictilia, theſaurū nō ualēs tollere, q̄ illiſerat. ¶ Quid aūt dicā de gētiū earūdē ſapientia. Nihilominus et ſuper ea confuſæ ſunt. Hoc eſt quod protinus ait. Ponent manus ſuper os. Nā in cōparatione cœleſtis ſapientiæ, quę per illos locuta eſt, & linguas eorū fecit diſertas, muta fuit et eſt omnis ſecularis eloquentia, ponitq̄ manū ſuper os ſuū, conuictā & confuſam ſe eſſe ſuomet teſtans ſilentio. Et hoc nimirū factū eſt ſecundū illos dies antiquos, dies egreſſionis de Aegypto. Tunc em̄ diceti Moſi: Obſecro dñe, non ſum eloquēs abheri, & nudiuſtertius impeditioris & tardioris linguæ ſum, quis (inquit dñs) fecit os hominis, aut quis fabricatus eſt os ſurdū & mutū, nonne ego? Et rurſum cū diceret ille, en incircūciſus labijs ego ſum, quomodo audiet me Pharao, ecce (inquit) conſtituite deū Pharaonis, & Aaron frater tuus erit propheta tuus. Quod deinde ſequitur, aures eorū ſurdæ erunt, tam de Iudæis intelligitur, q̄ de gentibus incredulis maxime aūt de Iudæis, quorū aures deteſtabilius ſurde dicūtur & ſunt, quia prius illis eſt annunciatū, & legē & prophetas acceperūt. Spoliauerūt em̄ aures ſuas auditu bono, & hoc ſcđm eoſdē dies antiquos, dies egreſſionis de Aegypto, q̄n tulerūt inaures aureas de uxorū filiorūq̄, & filiarū ſuarū auribus. & attulerūt eas ad Aaron, fecerūtq̄ ex eis uitulū conflatilē, & adorauerūt. Nā & propter cætera peccata, & maxime propter illud, nūc aures eorū ſurdæ

Num. 32

1. Cor. 10

Exo. 15

Ponent man⁹ ſuper os.

Exo d. 4

Troia loca valde paſcuo. ſa.

ſunt,dicente dño.Ego aũt in die ultionis uiſitabo, & hoc peccatũ eoꝝ. Tũc aures ſuas ꝓpo
hauerunt auro ad iniuriam dei,nunc aures eoꝝ ſpoliatæ ſunt obedientia filij dei.¶ Deinde
lingent(ait)puluerẽ ſicut ſerpens,id eſt,terrena tantũ cupient,ſecundũ illã ſimilitudinẽ ſer
pentis qua dictũ eſt illi:Terram comedes cũctis diebus uitæ tuæ.Per uerbũ qđ eſt lingent,
nimiã,nimiſq; pronam pulchre exprimit terrenorum cupiditatẽ,iuxta Pſalmiſt ã quoq; di
centẽ:Et inimici eius terrã lingent,Verũ nec ſaltem illud ſecurę facere potuerũt. Sequitur
em̃:Velut reptilia terræ ꝓturbabũtur de ædibus ſuis,ſubauditur tam gentiles,q̃ Iudæi.Nã
& Iudæi de ciuitate & templo perturbati quod erat in Hieroſolylimis,per omnes terras ſũ
diſperſi, & gentiles de fanis ſuis ac delubris,in quibus ſacrificabant dæmonijs.Nimirũ &
hoc iuxta illos dies antiquos factũ eſt,qñ ad ingreſſum filiorꝝ Iſrael gentes Chananæorum
gentes immundæ uelut reptilia de terra illa,proturbatæ ſunt. Nouiſſimũ qđ dictũ eſt, do
minũ deũ noſtrũ formidabũt & timebũt te,ſubauditur,o Chriſte:Repente nãq; ad illũ cõ
uerſionẽ fecit cum gratiarum actione,tam de incredulis,q̃ de credẽtibus Iudæis atq; genti
Paſtor ouium Chriſtus. bus recte poteſt intelligi,uidelicet ſecũdũ magnam diſtantiã formidinis,ſiue timoris.Nam
& inereduli accuſante conſcientia formidant quidẽ,ſed inutiliter,quẽadmodũ dæmones ſi
cut ſcriptũ eſt.Et dæmones credũt & cõtremiſcũt,creduli aũt & pij timent utili timore,qui
eſt initiũ ſapientiæ.Sequitur.L Quis deus ſimilis tui,qui aufers iniquitatẽ ⁊ tranſis
peccatũ reliquiarũ hereditatis tuæ. ⅃ Hoc in laudẽ & admirationẽ dicitur,& dicendũ
eſt,inexhauſtæ gr̃æ quæ nũq; fatigat,ſuſcipiẽdo ad ſe conuerſo q̃libet multũ peccauerint,
q̃libet in peccatis diu pſeuerarint.Futurũ em̃ eſt,ut omnis Iſrael in quo nũc cęcitas contigit
ſaluus ſit,cũ plenitudo gentiũ introierit.De hoc gratulabundus,quis,inqt,deus ſimilis tui?
Nõ em̃ ſubiũxit,qui feciſti cœlũ & terrã.& mare & omnia quę in eis ſunt,uel q eduxiſti ſi
lios Iſrael de terra Aegypti,qđ iam factũ eſt,ſed q auferet(inqt)iniquitatẽ, & tranſis pecca
tũ reliquiarꝝ hereditatis tuæ,qđ futurum eſt.Nec hoc taliter dxiſſe cõtentus,q̃ſi quereres
ad qd dixerit,Sequitur adhuc & dicit.L Non mittet ultra furorẽ ſuũ,quoniam volens
miſericordiã eſt.Reuertetur ⁊ miſerebitur noſtri. Deponet iniquitates noſtras,
⁊ proijciet in profundũ maris omnia peccata noſtra. ⅃ Hæc quoq; ut ſuperiora dicũ
tur,& fiũt iuxta dies antiquos,ſecũdũ dies egreſſiõis de Aegypto.Nã in illis diebus antiqs
in illa egreſſione de Aegypto,uidebo ſanguinẽ ait,& trãſibo uos,nec erit in uobis plaga diſ
perdẽs,qñ percuſſero terrã Aegypti.Secundũ illã ſimilitudinẽ iudicaturus dñs hũc mũdũ
Exod.4 præmittit ſigna ſua,ut reliquiæ Iſrael ſaluæ fiant,& trãſibit peccatũ eorũ,ne ſimul cũ mun
do damnẽtur.Volẽs em̃ eſt miſericordiã,et iccirco ꝑdicare nõ definit pœnitentiã, Quã cũ
ſuſceperit,nõ immittet(ait)ultra furorẽ ſuum,ſubauditur ut hactenus fecit,excæcando cor
populi huius,et aggrauãdo aures eius,et claudendo oculos eius,ne forte uideat oculis ſuis,
et auribus ſuis audiat,et corde ſuo intelligat et cõuertat.Itẽ in illis diebus egreſſiõis de Ae
gypto,percuſſit oẽ primogenitũ in terra Aegypti,et oẽm exercitũ Pharaonis cũ curribus et
equitibꝰ eiꝰ in mari rubro dimerſit.Secũdum illã ſimilitudinẽ deponet(inqt)iniquitates no
ſtras,et proijciet in ꝑfundũ maris.i.delebit in baptiſmo Chri,oĩa pcã noſtra.Iã ſinẽ loquẽ
di faciẽs rurſus ad ipm familiariter cõuertit & dicit.L Dabis veritetem Iacob miſerico
diam Abrahã,que iuraſti patribus noſtris a diebus antiquis ⅃ Iſtæ ſunt uniuerſæ
uiæ dñi,miſcdia et ueritas, in qbꝰ iſte uenerabilis ſermonẽ ſuũ cõſummauit,loquẽs ad ipm
in q̃ miſcdia et ueritas obuiauerunt ſibi,iuſtitia et pax oſculatæ ſunt. Iuſtitia ipſa eſt ueritas,
quã dabis(inqt)Iacob,vcz reddendo unicuiq; ſecũdũ opera ſua, pax ipſa ẽ miſcdia,quam
dabis(ait)Abrahã benedicẽdo,ſcilicet in ſemine eius oẽs gẽtes,ut accipiãt remiſſionẽ ꝑpec
Aſſur pro cũctis nationi. catorũ ꝑte eundẽ Chriſtũ dei filiũ,qui es ipſa ueritas,cuius donũ miſericordia ẽ, quæ iura
bus hic ponit ſti(ait)patribus noſtris à diebus antiquis,ut uidelicet quenq̃ dubitare de adimplendis miſe
ricordia & ueritate nefariũ ſit.¶ Porro illud aiaduertere pulchrũ eſt, qđ in plures miſcdia,
in pauciores aũt dãda pronũciat ueritas,dũ nõ dicit,dabis miſcdam Iacob ueritatem Abra
hã,ſed ueritatẽ Iacob miſcdiam Abrahã.Iacob,qppe unius tãtũ,Iſraelitice gẽtis,Abraham
autem pater multarũ gentiũ ꝑdicatur dicẽte deo. Ego ſum & pactũ meũ tecũ,erisq; pater
multarũ gentium, nec ultra uocabitur nomẽ tuũ Abraã,ſed appellaberis Abrahã, quia pa
trẽ multarũ gentiũ poſui te. Sed & illud non omittendũ, quia prius complacuit deo quam

eſſet

eſſet circumciſus. Vnde Apoſtolus. Quomō (ingt) reputata eſt abrahæ fides ad iuſtitiā? In circūciſione, an in p̄putio? Nō in circūciſione, ſed in p̄putio, Et ſignū accepit circūciſiōis, ſignaculū iuſtitiæ fidei, q̄ eſt in p̄putio, ut ſit p̄ oīm credētiū p̄ p̄putiū, & ſit p̄ circūciſiōis. Itaq; dū dicit ur, dabis ueritatē Iaacob, miſericordiā Abrahā, in multos quidē ueritas, ſed in multo plures miſericordia redūdat, q̄d nimiꝝ nobis expedire ſpūs ꝓpheticus bñ perpēderat. Nā ut ſaluemur, nō tā ueritatē iudicis q̄ miſericordiā q̄rimus creatoris. Deniq; & ſi fuerint ex circūciſione ſancti perfecti, qb⁹ ad coronā ueritatis deiabūdauit, nobis tñ gētib⁹ miſericordiæ eſt q̄d idē de⁹ impēdit. Vñ idē Apoſtolus: Dico em̄ (ait) Chr̄m Ieſum miniſtrū fuiſſe circūciſionis ꝓpter ueritatē dei, ad cōfirmādas promiſſiones patrū, gētes aūt ſuper miſericordia honorare deū. ¶ Quibus aūt patribus iurauerit hec dñs, ut iſte memi nit dicēs: q̄ iuraſti patribus noſtris, à diebus antiquis, ſcire debemus, qa iſti ſunt p̄cipue p̄ Abraham & patriarcha Dauid. Iurauit em̄ dñs Dauid ueritatē, de fructu uētris tui ponā ſup ſedē tuā, iurauit miſericordiā Abrahā ſup miſeris gētibus, ita ut diceret: Per memetipſum iuraui, qa feciſti rē hāc, & nō peperciſti filio tuo unigenito, benedicā tibi & bñdicentur in ſemine tuo oēs gentes terræ. Et hæc quidē ſcilicet, ueritatē & miſericordiā iā dedit, ſed datū hoc in iudicio futuro palā cūctis apparebit. Debemus em̄ ſermonē hūc propheticū ita terminare, ut memores ſimus initij quo ita cœpit. Audiant montes iudiciū domini & fortia fūdamēta terræ, qa iudiciū domini cū populo ſuo, & cū Iſrael dīudicabitur. ¶ Plane q̄d de una gēte Iſraelitica diximus, quæ tunc diuiſa erat in duas partes, id eſt, in Samariā & Hieruſalē, idē de uniuerſo genere humano ſentimus & dicimus: Sicut enim tūc dicit dom⁹ iudiciū ꝓponēs ſe ſe inter utrāq; partē exhibuit, Samariā tanq̄ reū impœnitētē perpetuæ captiuitati adiudicās, Hieruſalē uero tāq̄ reū pœnitentē de Babylonia captiuitate ſoluendā eſſe decernēs, ſic ab initio ſeculi fecit, & facit, & facturus eſt in fine ſeculi. Nā ut de iudicio breuiter dicam, inter Cain & Abel, qui ambo, ſicut et nos oēs, in Adā peccauerāt, taliter ſe exhibuit, ut impœnitentē Cain oīno abīceret, pœnitentē uero & dignos pœnitētiæ fructus offerentē Abel ſuſciperet. Porro de fine ſeculi euangeliū non tacuit, qa gentes oēs in duas diuiſiones tāq̄ in duos reos diuidens alterā partē poſitā à ſiniſtris ueluti reū impœnitētē perpetuo tradet igni pronūcians q̄ pœnitentiæ fructū nō fecerit alterā uero partē cōſtitutā à dextris, ueluti reum q̄ dignos pœnitētiæ fructus fecit, ad regnū uocabit. Et ut ſciamus q̄ cōſtans in tali diſcretione iudex iſte ſit, in ipſo ſuæ mortis articulo, dū inter duos latrones penderet, alterū impœnitentē & blaſphemantē reliquit, alteri pœnitenti & cōfitenti paradyſi ianuā aperuit, & continuo Iudaicū populū impœnitentē derelinquens, gentium pœnitentiam ſuſcepit.

Extremū dñi iudicium.

¶ Finis libri tertij & ultimi in Micheam prophetam.

PROLOGVS RVPERTI ABBATIS IN SEX POSTERIORES PROPHETAS.

RErigerat in me feruor ſtudij laudabilis, q̄d ē uacare in ꝓphetis: quēadmodū Ieſus filiꝰ Syrach dicit: Sapientiā omniū antiq̄rū exqret ſapiens, & in ꝓphetis uacabit. Hoc feruēti ſtudio facere inceperā, et ante hoc bienniū. XII. ꝓphetaꝝ uolumen ingreſſus, & ex ipſis ſex anteriores, ſicut in ordīe ſunt, quātū potui pſcrutatus, quātū ſe exqrentē admiſit ſapia ipſoꝝ, quæ Chriſtus eſt, qa reuera ſapientia dei Chriſtus, ſapientia ipſoꝝ eſt, & in ipſum tendit oīs eoꝝ prophetia, & omnis ſcriptura diuinitus inſpirata. Cū ad Naū peueniſſem, q in ordie ſeptimꝰ eſt, ſubſtiti & uelut offenſus toto refrigeſcente ſtudio non ulterius procedere cupiui. Quæ cauſa properantē animū offenderit, iam nunc dicam tibi o Ekkenberte abba uenerabilis, qui cœnobio Corbienſi præſidēs eandem quam prædixi ſapientiam antiquorum ſtuoſe legendo exquiris. Tu quippe mihi ſcribere dignatus es, & ſcripto tuo cōmonere me, ut eodē ſtudio, quo (uti tibi uiſum eſt)

Ecci. 39 Sapientia prophetarū Chriſtus eſt.

tractaũerã ſex pphetas anteriores, tractarẽ & poſteriores: utiq; p hoc ſignificãs ſimplicẽs habere oculũ, & partẽ nullã habẽtẽ tenebrarũ, q̃les patiũtur nõnulli, q nullã lucernã, q̃ uie clare lucẽtẽ, uidere poſſunt, inuidẽdo alĩs q̃d ipſi aſſecuti nõ ſunt. ¶ Cauſa hæcẽ, cur op⁹ illud intermiſi, qa vc3 difficultas q̃ ſi de p̃ſumptiõe redarguẽs, animũ deſeſſum reddidit, & interi Cuno reuerẽd⁹ pater cœnobĩ Sygebergẽſis, putãs me op⁹ illud uſq; ad finẽ pduxiſſe, & iccirco ociari, occaſiõe de mutua collatione accepta: Scribe, ait mihi librũ de uictoria uerbi dei. Hæc dicẽs & ſœpi⁹ repetẽs nõ deſtituit, donec aium q̃ uolebat intẽdi, & ecce. XIII. libellos deo adiuuãte, cõſummaui: illud opuſculũ de uictoria uerbi dei uix euaginauerã, uix ad portũ cõſummatiõis puenerã, & ecce admonitiõis tuæ memor, diligẽs anim⁹ iã dictos. VI. poſteriores prophetas, quos omiſerã, reſpexit, & amore illax incaluit, & ſciens uel ſperans q̃meditatio ſapientiæ illorũ mercede nõ carebit. Ipſi nãq; fundamẽtũ poſuerũt, & quicũq; ſuper hoc fundamẽtũ aurũ, argentũ, lapides precioſos ſuperædificauerit, mercedẽ propriã accipiet, Apl'us ait. ¶ Dicet aliquis: Ergò ne ſenſus tui aurei ſunt, & ſermones tui, tua æſtimatõe, argentei ſunt? Nõ ego dico, ſed tuũ facit iudiciũ & multorx, qui, ut tu, beneuoli ſunt quibus etiã uix credo, q̃ ſenſus noſtri, ſermones noſtri, ſenſibus atq; ſermonibus illorx ſimiles ſint, quibus in pſalmo ſp̃ũs ſanctus dicit: Si dormiatis inter medios cleros pennæ colũbę de argẽtatæ, & poſteriora dorſi eius in pallore auri. Et eſt ſenſus: Si fueritis ſtudẽtes in libris ueteris ac noui teſtamẽti, qui medĩ ſunt, qui cõmuniter de utroq; teſtamento à fidelibus eliguntur, & in authoritate habẽtur, & ſi (inquã) fueritis ſtudentes in illis, ſi perſeueraueritis in illis uſq; ad dormitionẽ mortis, tunc apparebit uobis, & per uos innoteſcet alĩs, quo d pennæ colũbæ deargentatæ ſint, & poſteriora dorſi eius in pallore auri, id eſt: q̃ ſanctæ ſcripturæ ſermo exterior, qui neſcientibus uidetur uilis, ipſæ ſuper omnẽ eloquentiã ſeculariẽ præclarus ſit, uelut argentũ igne examinatũ, & myſticus qui ſub uerbis latet ſenſus, ſicut ſub pẽnis dorſum, ipſe præclarior ſit uelut aurũ. ¶ Igitur quoniã & tu cõmones, & ſpes mercedis in deo eſt, iſte quoq; unus de filĩs captiuitatis ſuper fundamentũ hoc, ut cœpit ſuper ædificet quod poteſt. Olim ſic fuit dictũ, ſubſannando filĩs traſmigrationis ædificantibus muros Hieruſalẽ: Ædificẽt, ſi aſcẽderit vulpes, tranſiliet murũ eorx lapideũ, et illi ecõtra: Audi deus noæer, qa facti ſumus deſpectui. Cõuerte opprobriũ ſuper caput eorx. Nũquid iuxta opprobriũ illorx aſcendit vulpes, & tranſiliuit murũ, & quod ſperantes in dño ædificauerũt? Imò cõuerſum eſt opprobriũ in caput eorx, & magna erit gloria ciuitatis uel domus iſtius nouiſſimæ plus q̃ primæ, dicit dñs exercituũ. Et in loco iſto dabo pacẽ, dicit dñs exercituũ. Vnde nobis ſuo loco plenius erit dicendũ. ¶ Ferè ſimilia cõtigerunt eis, quicũq; fideli ſtudio ſuperędificauerũt quod potuerũt, ſuper fundamentũ apoſtolorx & prophetarx: quia dũ ad uiuerent, dũ ædificatẽt, opprobria de nõnullis ſuſtinuerunt, ſed de his qui exprobrabant decedentibus, ipſorũ permanet ædificiũ. Quæ hactenus dicta ſunt, iã calamus ſcriptoris uſq; ad ultimã ferè dictiunculã pſcripſerat, & cũ ecce duo fratres Helmuuardes, Buſenſis cœnobĩ ſuper ueniẽtes, breuẽ porrexerunt epiſtolã, q̃ uel ſola mihi ſuffragari poſſit, ne qs ſcripta mea legẽs, magis in me accuſet p̃ſumptionẽ nimis ultroneã, q̃ circa uerbũ dei, p qđ facti & refecti ſumus, ſtudioſam cõſideret bñuolẽtiã. Ait eq; inter cętera ſcriptor epiſtolę, prior ipſorx ſcriba doctus, & ſacrarũ ſcripturarũ fidelis alumnus, noĩe Reginhardus, de q̃ nõ dubito, q̃ priorũ. VI. prophetarũ exẽplar à te, cui tranſmiſerã, fuerit cõſecut⁹. ¶ Sed debes (inqt) adhuc amori, debes honori & obſequio dilecti, p ipſum aũt & ꝓpter tm̃ noſtro deſiderio, ut uerba oris eius ſicut cœpiſti uſq; ad finẽ aperias, ne ſi ꝓpter difficultatẽ eorũ tepidi⁹ forte ſecuti nõ fortiter cucurrerim⁹ in odore unguentorũ ei⁹, tibi imputet, qui introduxi⁹ in cellaria regis, occultaſti diuitias ſpõſi, quas ibi cõſpexiſti. Explanationẽ dico. XII. pphetarũ, cui⁹ partẽ iãdudũ tãta pſcripſi, auiditate, ut uiderer tũc primũ tali me ſtudio mancipaſſe. Quãto magis aũt in parte delector, tãto uehemẽti⁹ in expectationẽ toti⁹ exeſtuo. Hęc ille, quẽ p̃dixi. ¶ Taceo de illo monitore, & penè p̃ceptore meo Sygebergenſi, q me cũctãtẽde ſolita admõitione parũ ꝓficit, graui⁹ q̃ſi laudabũd⁹ impulit: Imperio (ait) ſp̃ũs ſancti p̃cipio tibi. Itaq; quoniã & ipſe dilectus dicit: Quæ habitas in hortis, amici auſcultant te, fac me audire uocẽ tuã, tibi & cæteris monitoribus tanq̃ amicis dilecti auſcultantibus obtemperãs, ingrediar, & hanc partẽ profundi totius nauigationis, curſum ſancto committens ſpiritui.

Onus

Curopus biennio intermiſſum.

1. Corin. 3 Quid pennæ colũbæ deargentatæ. Pſalm. 67

Necm. 4

Super ædificare in ſcripturis

Verba Reginhardi.

Cuno exactor operis.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN NAVM PROPHETAM COMMENTARIORVM LIBER PRIMVS.

Mus Miniue liber viſiõis Naum Helcheſei. Irã & indignationẽ, tribulationẽ & anguſtiã, quã & Apl'us declamat in oẽm aĩam hoĩs operãtis malũ, denũciat onus à ſupna maieſtate ſuppoſitũ Niniuæ. ¶ Quã ob cauſam? qbus culpis p̃cedẽtibus cõmeruit Niniue, ut irã declamaret ſup illã ſpũs ꝓphetia? cus abſq; ulla cõmiſeratiõe? Nã ſi totũ onus rite ꝓpendas, ſi totũ textũ ꝓphetiæ diligẽter cõſideres, nõ cõmiſereſcens aut de pœnitẽtia cõſulens, imò inſultabũdus, & q̃ſi de certiſſima uindicta plaudẽs, ferè cũcta loqtur, exceptis paucis q̃ interſerit in cõſolationẽ populi dei, ſcãm nomẽ ſuũ q̃d eſt Naũ. Interp̃tat eñ cõſolator, Exẽpli gra: Vox flagelli & uox impetus rotę & equi fermẽtis, & q̃ drigæ feruẽtis & eqtis aſcendẽtis, & micãtis gladij & fulgurãtis haſtę, & multitudinis interfectę & grauis ruinæ, & finis nõ eſt cadauer. Itẽ: Cuſtodes tui quaſi locuſtæ, & paruuli tui q̃ſi locuſtæ locuſtar, q̃ cõſidũt in ſæpib⁹ in die frigoris. Sol ort⁹ eſt, & auolauerũt, & nõ eſt cognit⁹ loc⁹ ear ubi fuerint. Pauca hæc ꝑ exẽplo poſita ſunt, qa talis eſt tot⁹ ferè ꝓphetiæ text⁹, ut miſeros irridere uideatur ipſe, q natura miſericors eſt, loquens in ꝓphetis ſpũs ſcti. Quã ergo ob cauſam uel ꝑ qbus eor meritis ſic in eos inuehit? Agnoſcẽda eſt cauſa, ut agnoſcat & dei iuſtitia, ac ꝑinde magis ipſa pulchritudo ꝓphetiæ p̃ſentis illuceſcat. Q? eñ obſcura uidet & clauſa, hoc maxie facit cauſa nõdũ intellecta. Dicam⁹ ergo, Niniue ciuitas magna, metropolis erat Aſſyrior. Porro, Aſſyrij tũc p̃ cæteris gentibus regnabãt, easq; dñatiõe p̃mebãt, q̃d prim⁹ facere cępit Nin⁹ rex Aſſyrior, á q̃ & ciuitas Niniue cõdita uel denoĩata eſt. Propterea ꝑ Eſaiã ſic loqtur dñs: Væ Aſſur, Virga furoris mei & baculus ipſe in manu ei⁹ indignatio mea. Nã ſicut uirga furoris, uelut baculus indignatiõis dñi, gentes cæcidit, & regna cõfregit, & iugo ſuo p̃ſſit annis fermè mille trecentis. Sup cętera mala illud ſummũ fuit ſacrilegiũ ſupbię, & cordis ei⁹ magnifici, q̃d captiuatis de cẽ tribub⁹ ſup Iudã quoq; & Hierl'm inundauit, ubi erat uerbũ ꝓmiſſiõis, vñ oportebat ſalutẽ uenire, i. Chſm naſci iuxta ueritatẽ dei, de ſemine Dauid, inde eſt ille ꝓphetę dolor, illa dolẽtis exclamatio: Et erit extẽſio alar ei⁹, implens latitudinẽ terrę tuę ò Emanuel. Et ẽ ſenſus ad hoc tẽdet ſupbia ei⁹, & iſta erit intẽtio diaboli, cui militat ſupbia eius, ut nõ fiat q̃d iurauit de⁹ tuũ nobis aduẽtũ ꝓmittẽs, audite ingens dom⁹ Dauid: Ecce uirgo cõcipiet, & uocabit nomẽ ei⁹ Emanuel. Nũ parua iſta cauſa eſt: Reuocet ad memoriã ſignũ illud magnũ & mirabile de Apocalyſi, q̃d apparuit in cœlo. Mulier amicta ſole, & luna ſub pedib⁹ ei⁹, & in capite ei⁹ corona ſtellar. XII. & in utero (inqt) habẽs, & clamabat parturiẽs, & cruciat ut pariat, & draco magn⁹ rufus habẽs capita ſeptẽ, & cornua decẽ, ſtetit añ mulierẽ, q̃ erat paritura, ut cũ peperiſſet, filiũ ei⁹ deuoraret. Myſteriũ hoc recte ſpecti palã facit, q̃ reuera grãde on⁹ ſup ſe leuauerit, magnũ ſup ſe iudiciũ ſumpſerit Niniue. i. regnũ Aſſyrior, & cætera regna ſingula ſuis tẽporibus locũ & gentẽ impugnãtia, q̃ ucq; gens per illã mulierẽ in utero habentẽ figurat, qa de ipſa Chriſtus erat naſcitur⁹, ſicut ecõtra regna ipſa per ſeptẽ dracõis capita recte intelligũtur. Nã ex quo mulier in utero habere cœpit. i. eſt ex quo ad Abrahã factũ eſt uerbũ promiſſiõis de ſemine eius q̃d eſt Chriſus, ut in ipſo oẽs gentes bñdicẽtur, ex tũc ſeptẽ regna nũerantur, per q̃ inſtanter agere conatus eſt diabolus, ut eadẽ promiſſio nõ impleretur, ut ſalus nõ ueniret, ut Chriſtus nõ naſceretur, Scz regnũ Aegyptior, q̃d pueros Hebræor maſculos necari iuſſit, & regnũ decẽ tribuũ carnaliũq; Iudæor, q̃d Achab & Iezabel incipientibus prophetas dñi occidit, regnũ Aſſyrior atq; Babylonior, qui pro uno capite cõputantur, qa ueniẽtes ab eodẽ clymate, iſti decẽ tribus, iſti Iudam captiuauerũt, & deinde regnum Perſarum & Mœdorum, ſub quo uoluit Aman delere uniuerſum genus Iudæorum, deinde regnum Macedonum ſiue Græcorum, ſub quo Machabæi laborauerunt, deinde regnum Romanorum, ſub quo ipſe Chriſtus & martyres eius paſſi ſunt. Ca-

Rom. 2

Quęſtio ſuper aſperitate huius prophetię.

Reſponſio.

Septem regna contra ſemen Abrahæ. Gen. 22

put ſeptimũ erit Antichriſti regnũ. Quo iniqui oẽs mẽbra diaboli dicũtur, & ſunt, ſic eadẽ regna draconis iã dicti capita fuerũt, quoꝝ ſingula ſuis tẽporibꝰ cõtra mulierẽ in utero habentẽ. i. cõtra eccleſiã in uerbo ꝓmiſſiõis ſperãtẽ, diabolico ſpũ exagitata ſtererũt, plurimũ q̃ ſanguinẽ fuderũt. Hinc illud nr̃m opuſculũ eſt, cuius ſupra in prologo mẽtionẽ feci, qđ in titulatur de uictoria uerbi dei. ¶ Nũc igitur uelut oſtio ſermõis aperto, in altiſſimã ꝓphetiæ huius ſeriẽ ingrediendũ eſt. L Onus niniue, liber viſiõis Naum Helchefei. ⌋ Naũ ſicut iã dictũ eſt, cõſolator interp̃tatur. Porrò Niniue hoc loco totus mundus eſt, mũdus dãnatus. i. reprobor̃ oĩm totũ corpus, & mũdus q̃ electos dei pſequitur, nõ ſolũ ꝓpter interpretationẽ noĩs, qa Niniue ſpecioſa interp̃tatur, & mũdus Græcę Kirmos. i. ſpecioſus ſiue ornatus dicitur, uer̃ & quia tunc Niniue mũdi erat caput, & regnũ Aſſyrior̃ ſup̃ cætera regna principatũ obtinẽs, cõtra dn̄m, ſicut apud Eſaiã legimꝰ gloriabatur. ¶ Nõne iſte igitur cuius nomẽ qđ eſt Naum ita de Hebraico, ſicut paracletus de Græco, uertitur in cõſolatorẽ, & nũc in q̃, iſte cõſolator ſub noĩe Niniue arguẽs mundũ, illius & nomẽ gerit & oficiũ agit, de quo ſaluator in Euãgelio. Cũ (inqt) uenerit paracletꝰ, ille arguet mũdũ de pcto & de iuſtitia & de iudicio: Et q̃d de pcto iã tũc arguebat mundũ, niſi de eo q̃ nõ ſolũ nõſperauerũt in te Aſſyrii, quoꝝ (utiã dictũ eſt) metropolis erat Niniue, uerũetiã impugnauerũt te, fuitq; extẽſio alar̃ eor̃ implẽs latitudinẽ terræ tuæ ò Emanuel: Cuius de iuſtitia mundũ arguebat niſi de illa quã exoptabat Dauid. Iuſtitia dei dicẽs: miſerere mei ut iuſtificeris in ſermonibus tuis: De illa nimir̃ iuſtitia iã tũc arguebat ſpũs ſcti ũs, tã in iſto q̃ in cæteris prophetis ſingula capita dracõis hiantia, crudeliter ad pernicie ſupradictę mulieris in utero habẽtis, ne illi naſceretur filiꝰ maſculus, q̃ pueniret ad deũ & ad thronũ eius quẽadmodũ dicit ipſe. Quia ad patrẽ uado & iã nõ uidebitis me: In hoc deniq; eſt iuſtitia dei, in hoc iuſtificatus eſt deus in ſermõibus ſuis, qa ſicut ꝓmiſit, ſic iurauit Dauid: ita de fructu uẽtris eius ſup ſedẽ ſuã poſuit, & de hac iuſtitia redarguebatur in ꝓphetis, redarguitur in Euãgelio mũdus qa laborabat ne ita deꝰ in ſermonibus ſuis iuſtificaretur, qa laborauit amplius coruſcãte Euãgelio, ne ita deꝰ in ſermõibus ſuis eſſe iuſtificatus p̃dicaretur. Porro de iudicio qũo iã tũc mũdus arguebatur: Nondũ em̃ princeps huius mũdi erat iudicatꝰ, nondũ erat illud iudiciũ mũdi, de q̃ ſaluator dicebat: Nũc princeps huius mũdi eĳcit foras. Qũo ergo de iudicio mũdũ arguebat, niſi qa mũdo uidẽte & admirãte ſingula draconis capita, ita cõdẽnabat, ut in quandã ſimilitudinẽ iudicãdi principis mũdi Pharaonẽ obrueret mare, canes comederent Iezabel, Nabuchonoſor quaſi bos fieret, Amã in patibulo q̃d alteri parauerat ipe penderet Anthiochus Epiphanes ſine manu intritus interiret: Ita nimir̃ de iudicio mũdus iã tunc arguebatur, qa uidẽs ꝓdigioſas impior̃ uindictas, tñ ab impietate nõ recedẽs ſcdm exemplũ eor̃, locũ & gentẽ infeſtare nõ deſinebat vñ ſolus uẽtura erat. ¶ Tandẽ & illud nõ p̃tereũdũ, qa ſicut alĳ ſunt in qbus ſpũs ueritatis arguit mũdũ, & alĳ qbus ipſe eſt paracletꝰ, ita titulus iſte in aliud atq; aliud diuiditur onus Niniue, liber uiſiõis Naum, qa ꝓfecto alĳ ſunt quibus ꝓphetia hæc onus eſt dãnatiõis, & alĳ qbus liber eſt cõſolatoriæ uiſiõnis, nõ ab re q̃d in negotio uel officio tã grãdi Helcheſæũ ſe dicit, auiculo Helcheſæ admodũ paruo, ſuã nimir̃ paruitatẽ humiliter agnoſcẽs, ut in magna gr̃a ſeueraret mẽtis humilitas, qa dn̄s deꝰ noſter q̃ in altis habitat, ipe humilia reſpicit in cęlo & in terra. Oneris pondꝰ ſiue p̃ſſura iã exinitio libri ſentiri p̃t, cũ dicit: L Deus emulator ⁊ vlciſcẽs dn̄s ⁊ bñs furorẽ. Vlciſcens dn̄s in aduerſarios ſuos, ⁊ traſcẽs ipe inimicis ſuis. ⌋ Q̃d deus æmulator ſit, q̃dq; eiꝰ æmulatio ſctis imitãda ſit, nouerat ille q̃ dicit, Æmulor em̃ uos dei ęmulatione, deſpondi em̃ uos uni uiro uirginẽ caſtã exhibere Chr̃o. Cũ multa ſint in ſcripturis exẽpla ſiue documenta æmulationis dei, magis hoc teſtimonio libuit uti, qa magis ad nr̃am intentionẽ accedit, dũ intendimus, quoad poſſibile eſt, demonſtrare in q̃ uel circa q̃d & contra quẽ æmulatio dei ſit uel fuerit. Intelligimꝰ quippe circa eccleſiã ęmulationẽ dei ſemper fuiſſe uel eſſe & maxie ex q̃ eccleſia uerbo ꝓmiſſiõis ex ipſo inpregnata eſt credente Abrahã ſibi ꝓmitenti, & hãc fidem genti ſuæ relinquente, q̃d in ſemine eius q̃d eſt Chr̃us uniuerſæ gentes bñdicerentur. In quo circa dilectã eiuſmodi extunc fuit æmulatio dei: in eo uc̃ ut eã uirginem caſtã exhiberet ſibi, ut nõ fornicaretur cũ dn̄s alienis, paritura filiũ ſibi, paritura mũdo authorẽ ſalutis, cõtra quẽ erat hæc talis æmulatio dei, Nimir̃ contra hunc ſupradictũ draconem

Niniue ꝓ mũdo ponitur.

Eſai. 10

Naũ, typus ſpiritus ſancti.

Iohan. 16

Pſalm. 50

Iohan. 16

Duplex titulꝰ huius ꝓphetię

2. Corinthi. 11

Æmulatio dei,

conē q hñs capita ſeptē, ſtetit añ illā mulierē, uerbū ꝓmiſſiōis in utero habētē, ut eā aut eor
rūperet aut interficeret. i. hñs regna ſeptē, q̄ ſupra iā memorata ſunt, ſtetit & egit cōtra Iu
daicū gētē, aduerſus Dauidicā ſtirpē, ut eā aut in aia p cultū idololatriæ adulteraret, aut in
corpore fundit⁹ occideret atq; deleret. ¶ Igit æmulator. i. uehemēs amator de⁹, & ulciſcens
dñs, qa ucz in ipſa æmulatiōe pctā gētis ipſius ſæpius ē ultus. Exēpli gra: Quādo gentē illā Vlciſcēs dñs.
æmulatus ē, in Aegyptiaca ſeruitute dñs alienis ſeruiētē, & deſcēdit liberare eā in manu po
tēti, & brachio excelſo, protinus eor murmuratiōes ſic ultus eſt, ut oēs q nūerati fuerāt à ui Num. 14.
ginti annis & ſupra proſtraret in deſerto. Deinceps ergo p ſuccedētia tpa, q̄ties peccauerūt
tradidit eos in manus gētiū, & dominati ſunt eor q oderūt eos. Sed & in q̄buſdā eor cor Pſal. 105.
porali uel tpali ultiōe nō cōtent⁹, in aia q̄q; eſt ultus. Vñ & repetēs ulciſcens dñs, additq; &
habēs furorē. De talibus alius ꝓpheta diuinæ cōcedēs iuſtitiæ dicit: Induc ſup eos diē affli
ctionis & duplici cōtritiōe cōtere eos dñe de⁹ meus. Et in Deute. dñs dicit: Ignis ſuccenſus Hiere. 17.
eſt in furore meo, & ardebit uſq; ad inferni nouiſſima. Quæ hactenus dicta ſuit, de illo po Deut. 32.
pulo conſtat, q ſe amicū dei & populū cōfitebat. Sequtur de illis q manifeſte inimici ſunt uel
hoſtes ei⁹, q̄s ipſe nō æmulat ſciens q cōtra ip̄m ſint, ita ut ne ore quidē ip̄m cōfiteātur, imò
& nomē ipſius in cōfeſſorib⁹ eius pſequātur. Vlciſcēs dñs in hoſtes ſuos, & iraſcēs ipſe ini
micis ſuis. Hoc nēpe iſte uerſiculus à p̄cedente differt, q̄d in illo & æmulator & ulciſcēs dñs
dr̄, & in eos q ex illo pp̄'o eius reprobi fuerūt uel ſunt, & ulciſcens eſſe & furorē habere aſſe
rit, quē Pſalmiſta paueſcens: dñe (inqt) ne in furore tuo arguas me, & in iſto aūt, de æmula
tiōe ſiue æmulatoris noīe oīno taceat, tm̄q; ulciſcēs & iraſcēs dr̄ dñs, & in q̄s ulciſcit, q̄bus iraſ Pſal. 6
citur, hoſtes & inimici manifeſte ꝓnūciantur, q̄lis erat Pharao, q̄lis fuit Iezabel, q̄lis extitit
Nabuchodonoſor, qñ dixit: & q̄s eſt deus q eripiat uos de manu mea, q̄les ſunt uel fuerūt Hoſtes dei.
oēs q tetēderūt aduerſus deū manū ſuā, & cōtra oīpotētiā roborati ſunt q cucurrerūt ad Daniel. 3
uerſus eū erecto collo & pingui ceruice armati ſunt. Nō eos æmulat⁹, imo cōtra eos æmu
latus eſt æmulator de⁹ ſemē Abrahæ q̄d erat apprehēſurus, æmulatus inq̄ & ultus eſt ulciſ
cens dñs. Æmulatus defendēdo & liberādo, ultus uirga iniq̄tates eor, & in ꝓberibus pctā
eor uiſitādo. ¶ Nec añ deſijt pro gente illa æmulari & pctā miſericorditer ulciſci, donec ex
ipa carnē aſſumpſit. Quo facto, deſiit ęmulari, qa gēs ea dēin cōtrariū ſurrexit, futur q̄q; hic q̄ Zelus dei à Iu
ſi p̄teritū in Ezechiele dixit: Zelus me⁹ receſſit à te, & ultra nō iraſcar tibi. ¶ Veruntñ in deū dæis receſſit.
nulla paſſio cadit, nec more hoīs traſcit aut furorē habet, nec ullo mō paſſibilis ē, ſed q̄cquid Ezech. 16.
his uocib⁹ ſignificat, agit impaſſibiliť. Vñ cū dixiſſet, dñs hñs furorē, & iraſcēs ipſe inimicis
ſuis, ſtatim ſubiūxit. ☞ Dñs patiēs ⁊ magn⁹ fortitudie, ⁊ mundās nō faciet innocen
tē. ☜ Cū dicit dñs patiēs, talē aſſerit dñm, q furoris uel irę ſuę impatiētię nullā unq̄ habet paſ
ſionē. Similiť cū dicit, magn⁹ fortitudine talē illū p̄dicat, q nulla frangat doloris infirmitate.
Sed dicet aliq̄s: Quō ergo miſericors eſt, aut quō, qui in ipſo uel exipſo eſt ſpūs pietatis, ſcds
in ordine ſeptē ſpirituū, à ſpū timoris dñi? Ad hęc inq̄, Nos illā pietatē nō dicim⁹ eſſe paſſio Nulla in deo
nē, imò uirtutē, ut uerā charitatē. Paſſim legim⁹ q̄tuor paſſiōes animi hūani, gaudiū & dolo paſſio animi.
rē, timorē & ſpē. Sed ꝓfecto q̄tuor eorūdem noīm nō paſſiōes, ſed magnæ uirtutes in diui
nis ſcripturis, q̄s breuibus diſcernimus uel determinam⁹ differētijs. Etem̄ gaudiū ſeculi paſ
ſio eſt, gaudiū in ſpū ſcto uel gaudere in dño uirt⁹ eſt. Dolor uel triſtitia ſeculi paſſio eſt, q
ſcdm deū triſtitia eſt, & ſalutē operatur, uirtus eſt. Timor ſeculi, timor q pœnā habet, iuxta
quē timidus q̄s dicitur, paſſio eſt. Timor dñi ſcti ūs pmanens in ſeculū ſeculi, iuxta quē timo
ratus reuerens aut religioſus q̄s dicitur, uirtus eſt. Similiter ſpes ſeculi, dū ſperat q̄s in ſeculo
ſiue in principibus ſeculi, paſſio eſt: Spes q̄ in deo eſt, ęque ut fides & charitas, uirt⁹ eſt. Hęc
ideirco dicta ſunt, ut dū in deo negam⁹ quatuor paſſiōes, nō negemus in eo q̄tuor corūdē
noīm uirtutes, quas niſi ex deo, niſi ex ſpū dei, nullus habere p̄t. ¶ Igitur dñs patiēs inquit. i.
cū tranquillitate iudicās, & magnus fortitudine, & mūdans nō faciet innocentē, & magnus Pſal. 7
fortitudine & patiens, idē eſt ordo ſenſuū, q & in illo pſalmi uerſiculo, Deus iudex iuſt⁹, for Dñs iuſtus
tis, & patiēs. Nā mūdando nō facere innocentē, hoc eſt iuſtū eſſe iudicē, & magn⁹ fortitu iudex.
dine & patiēs, idē eſt q̄d fortis & patiēs. Hęc tria illi cōueniūt ſedēti ſup thronū, q iudicat ę
qtatē, ut ſit iuſt⁹ & fortis & patiēs. Iuſt⁹ in eo ut mūdans nō faciat innocentē. i. ut q̄cūq; ma
la uł̄ nociua ſunt, auferēs, nullā accipiat pſonā, ſed ſolā reſpiciat cauſā, & eū, quē culpa facit

noce

Psalm.54 nocentē,& ſi ille ſit q ſimul ſecū dulces capiebat cibos,|homo unanimis dux ſuus,& notus
ſuus,nō per ꝓpriū fauorē dimittat impunitū uelut in nocētē. Hęc cōſideratio ualet in mul-
Luc.19 tis eiuſmodi,quale illud fuit qđ dñs uidēs ciuitatē Hierl'm fleuit ſup illā,& tñ nō liberauit eā
ut nō circūdarent eā inimici eius uallo,ut nō coangustarēt eā undiq; & filios ei⁹ q in ipa erāt
& ad terrā proſternerēt,ita ut nō relinquerēt lapidē ſup lapidē. Impoſſibile nāq; eſt eū iniu
ſte qđ agere,iniuſte miſereri uel parcere,niſi ꝑeunte pœnitētiæ hūilitate. Nō (inqt) poſſum
ego á meipo facere quicq̄,ucz ut faciūt iniuſti iudices,q dicūt bonū malū, & malū bonū,
Iohā.5 propriā uoluntatē ſequētes nō merita rex, ſed ſicut audio iudico,& proinde iudiciū meū ue
rum eſt. Porrò in eo fortis eſt,ꝙ nocēs qs eſt,ut cauſa eius ſe habet,pœnæ adiudicatus,effu
gere,uel manui eius reſiſtere nō ꝑt,ſicut poſtmodū hic idē propheta dicit: Ante faciē indi-
gnatiōis eius quis ſtabit,& qs reſiſtet in ira furoris eius? ſubauditur nullus,neq; hō, neq; an
gelus,neq; diabolus,neq; Antichriſtus,quē dñs Ieſus Chīs (ait apoſtol⁹) interficiet ſpū oris
ſui.i.tā facile,ut tu ſufflando ore tuo,puluerē exiguū diſpergis. Patiens in eo eſt,ꝙ peccātē
ad pœnitentiā expectat,& anteq̄ iudiciū proferat,ad miſericordiā prouocat,interdū etiā il-
lū quē impœnitentē eſſe nō ignorat,ut oīs pœnitēs id qđ ſaluatur, debere ſe ſciat expectan
tis patientiæ,& nullus impęnitēs in dānatione ſua derogare ualeat, quaſi feſtinātis impatiē
tiæ. Seqtur. L Bñs in tēpeſtate ⁊ turbine vie eius, ⁊ nebule puluis pedū eius. ⌋ Vię
dñi ſunt ſupra dictæ,æmulatiōes & ultiōes eius, Vltiones quaſi habētes furorē ad tollēdos
ſiue puniēdos hoſtes eius,inimicos eius. Porrò tēpeſtas & turbo maris ſiue aeris ſolē ſubte-
gūt,p̄ſentēq; mortē minātur,& nebulæ terrā tegētes, ꝓſpectū oculorꝝ impediūt,ut in die
ferè ſicut in nocte terra mariq; progrediētibus anceps ꝓſæpe fiat periculū. Iuxta horꝝ ſimili
tudinē ſupra dictæ uiæ dñi,oculis uel ſenſibus hoīm dubiæ fuerūt uel ſunt,eo qđ illæ ultiōes
dñi iuſtos ut iniuſtos inuoluūt,ſicut figurata locutiōe ꝑ metaphorā ꝓtin⁹ ſubiūctū eſt. L In
crepās mare, ⁊ exiccans illud, ⁊ oia flumina ad deſertū deducēs. Infirmitas ē Ba
ſan, ⁊ Carmelus, et flos Libani elanguit. Montes cōmoti ſunt ab eo, et colles de
ſolati ſunt, et cōtremuit terra a facie eius orbis et habitātes in eo. ⌋ Per diuerſas res,
mare & flumina, Baſan & Carmelū, atq; Libanū, mōtes & colles, & terrā ſiue orbē diuer-
ſas habitātiū in orbe terrarꝝ cauſas intelligimus, qa ꝓpter diuerſas eorꝝ cauſas penè ſimilib⁹
ultionibus ult⁹ eſt in eos & ulciſcitur æmulator de⁹ & ulciſcens dñs. Exēpla grā: Libanus
quo noie nōnunq̄ tēplū unicū dñi,qđ erat in Hieroſolymis,intelligitur, ut illic: Aperi Liba
ne portas tuas,& comedat ignis cedros tuas. Libanus inq̄.i.locus & gens,ubi not⁹ erat de-
us,ubi magnū erat nomē eius,nūquid tūc tpis minus aduerſa ꝓtulit,minus cōmotus uel de
ſolatus eſt cæteris gētibus,quibus nō erat notus,à qbus nō adorabatur uiuus & uerus deus?
Imò & ſæuerius ultus eſt in illū locū ulciſcēs & æmulator deus: qa pluribus malis obtritus
nō ſolū Iſrael in Aſſyrios.i.decē tribus,ſed & Iuda in Babylonē,ciuitate & templo ignibus
dato captiuus tranſlatus. Ibi ſine dubio uiæ dñi in tempeſtate & turbine,& nebulæ puluis
puluis pedū eius,ibi ſicut cæteræ gētes onera ſua, ita & locus ille ſctūs,imò & ſæuer⁹ coer
citus,ſuū portabat onus,& cū pctōribus pariter iuſti captiui ducebātur,quorꝝ fuere notiſſi
mi Daniel & ſocij eius. Multi pctōres & ſine deo hoīes pacē habebāt,& illi flagellabantur.
¶ Sicut in nebula,ſicut in tēpeſtate & turbine ſol ſubtegitur,& dies obſcuratur,ita pulchri-
Nebulæ in vi- tudo iuſtitiæ dei nō uidebatur, ꝓuidētia dei ab infirmis nulla eē putabatur, qualiū in ꝑſona
is domini. Pſalmiſta loqtur: Mei aūt penè moti ſunt pedes,penè effuſi ſunt greſſus mei,qa zelaui ſup
iniquos pacē peccatorꝝ uidēs. Ac deinceps. Ergo ſine cauſa iuſtificaui cor meū,& laui int
innocētes man⁹ meas,& fui flagellat⁹ tota die &c. Ad ſummū,mare pariter increpāte dño
Septem vltio- exiccatur.i.iuxta ſniam dñi ꝓpter pctm Adæ uniuerſum genus humanū ſub eadē mortis
nes dei. cōditione tenetur,iuſti & iniuſti oēs moriūtur. Multæ & in hac uia domini ſunt nebulę,&
multi penè ſcandalizātur,quodāmō irruēte in oculos eorꝝ puluere pedū eius, Moritur do-
ctus,ait Eccleſiaſtes,ſimiliter ut indoct⁹,& iccirco tæduit me uitæ meæ. ¶ Notādū interea
ſeptē uerbis,quo nūero plerūq; ſignificatur uniuerſitas, cūctas p̄ſenti loco æmulatoris dei,
ſiue ulciſcētis dñi ultiōes eſſe declamatas. Mare increpāte illo exiccatur,flumina ad deſer-
tū ꝓducūtur,Baſan & Carmel⁹ infirmātur,& flos Libani elāguit,mōtes ab eo ſunt cōmoti
& colles ſunt deſolati,terra uel orbis cōtremuit. Et reuera ſi rite ꝑpendas,ſicut fuerūt ſeptē

capita

capita draconis iã ſupra memorati, id eſt, ſeptẽ principalia regna mũdi in ligno poſiti, q̃ ſteterunt contra mulierẽ in utero habentẽ, ex quo factũ eſt ad Abrahã uerbũ promiſſiõis, ita fuerunt ſeptẽ ultiones, ſingulæ in ſingula capita eiuſdẽ draconis. Prima fuit ultio, ubi increpante dño, exiccatũ eſt mediũ maris, filiꝫ quidẽ Iſrael peruiũ fuit, Pharaonẽ aũt, & currus exercituũ eius operuit. Secũda, ubi decẽ tribus propter cultũ uitulorꝫ & neces prophetarꝫ, tanq̃ flumina defluentia ad captiuitatis deſertũ irreuocabiliter pducta ſunt, & Aſſyriorꝫ, q̃ eos captiuauerant, & Iudã captiuare uolebãt, centũ octogintaquinq; milia nocte una cæſa ſunt. Tertia, ubi ſuccẽſa ciuitate & tẽplo dñi, Nabuchodonoſor quaſi in bouẽ demutatus ẽ & Babylon ſubuerſa eſt à Mœdis & Perſis. Quarta, ubi ille hoſtis ſuperbiſſimus Aman, & cæteri hoſtes Iudæorꝫ in regno Aſſueri, ita infirmati ſunt, ut ipſe Aman in patibulo appenderetur, & ſeptuagintaquinq; milia occiſorꝫ implerẽtur. Quinta, ubi Machabæis multa iã paſſis ſuperbus Antiochus Epiphanes, & cæteri mõtes. i. Syriæ reges, magna ut legimus) p̃ auxiliũ dñi cõmonitiõe in malũ ſuũ cõmoti ſunt. Sexta ubi poſt paſſionẽ dñi colles maligni, i. homicidæ Iudæi omnino ſunt deſolati, ita ut caderẽt in ore gladij, & in oẽs gentes ducerentur captiui. Septima, quæ futura eſt, quãdo interfecto Antichriſto, & uenientes ad iudiciũ dño, reuera cõtremiſcet orbis, & contremiſcẽt habitãtes in eo, ita ut trepidi reſurgant mortui. ¶ Cũ igitur fortitudine tã magnus ſit dñs, & quid reſtat, niſi ut ſub potenti manu eius humiliemur? Hoc intendẽs, cõtinuo pcunctatur. L **Ante faciẽ indignatiõis eius quis ſtabit, ꝛ quis reſiſtet in ira furoꝛis eius? Indignatio eius eſt uſa eſt vt ignis ꝛ petre diſſolute ſunt ab eo.** ¶ Ante faciẽ indignationis dñi ſtare, eſt de iuſtitia ſua quẽpiã cõfidere poſſe, & ꝓpter operꝫ abundantiã ſeu uirtutũ cõſcientiã, miſericordia non indigere. Sed quis in hoc ſufficiens eſt? Ne (inquit Pſalmiſta) in iudiciũ intres cũ ſeruo tuo qa nõ iuſtificabit in cõſpectu tuo oĩs uiuẽs eſt. Et in Iob ueraciter dictũ: Ecce q̃ ſeruiũt ei, nõ ſunt ſtabiles, & in angelis ſuis reperit prauitatẽ. Quãto magis hi q̃ habitãt domos luteas, qui terrenũ habent fundamẽtũ, cõſummẽtur uelut à tinea? Moſes quoq; inuocans nomẽ dñi: Dominator (inqt) domine deus, miſericors & clemẽs, patiẽs & multæ miſeratiõis, ac uerax q̃ cuſtodis miſericordiã in milia, q̃ aufers iniquitatẽ & ſcelera atq; peccata, nullusq; apud te p̃ ſe innocẽs eſt. Ex abundãti eſt, nũc aſtruere, quod nulli merita propria ſufficientia ſint, & quod nõ ſaluemur, niſi gratia dei, quia iã dudũ hoc ex ſanctis declaratũ eſt ſcripturis, & uera ſentẽtia eſt Apoſtoli, qa oẽs peccauerunt, & egent gloria dei. Et recte in cauſa huiuſmodi nominatur indignatio dei dicendo: Ante faciem indignationis eiꝰ quis ſtabit? qa uidelicet ille indignationẽ meretur, qui de ſuis confidit operibus, & iuſte accidit ei ut cadat, dũ ſe ſtare exiſtimat. Porro reſiſtere deo, eſt ipſam iniquitatẽ ſuã defendere, & in pctõ ſuo ſuperbire quales illi ſunt, q̃ dixerũt, ait Pſalmiſta, linguã noſtrã magnificabimus, labia noſtra à nobis ſunt, quis noſter dñs noſter eſt? Talis erat Pharao, cũ diceret: neſcio dominũ, & Iſrael non dimittã. Cui dñs inter cætera p̃ Moſen: V ſq; quo (ait) nõ uis ſubijci mihi? Dimitte populũ meũ mihi. Sin aũt reſiſtis, & nõ uis dimittere eũ &c. Contrarij ſunt hi duo ſuperbiæ modi: cũ alius de iuſtitia ſua p̃ſumit, ſeq; in iudicio ſtare cũ deo, & iuſtificari cõfidit, alius aũt ipſam iniuſtitiã ſuã defendit, & ad ſatiſfaciẽdũ deo nõ uult ſubijci. Et ille quidẽ iuſtitiæ p̃ſumptor, hoĩbus qdẽ ſtare interdũ uidetur, ſed deo cecidit: iſte aũt iniuſtitiæ defenſor, & ſi reſiſtere ad horã dimittit, nõ diu pacẽ habere p̃t, ſed mox ubi ira furoris dñi ſe exerit, in ſua deſolatione ſentit, q̃ inualidus ad reſiſtendũ eſt. Nã indignatio eius effuſa eſt (inqt) ut ignis, ſubauditur in eũ, q̃ p̃ſumit, qđ añ facie eius tanq̃ iuſtus ſtare poſſit, & petræ. i. reſiſtẽtes dura ceruice, & rebelles deo, mẽtes diſſolutæ ſunt ab eo, uidelicet ut ille Pharao, cuius cor ut petra induratũ, ut cæra fluxit ab igne furoris dñi. Reſtat igitur ut is q̃ non tã fortẽ, q̃ bonũ dñm experiri deſiderat, in neutrã partẽ ſeſe erigat. i. ſicut defendẽdo iniquitatẽ ſuã nõ rebellat, ita de iuſtitia ſua nõ præſumat, ſed ſpẽ ſuã in deo ponat, & ſi in tribulatiõe eſt, pctã ſua cõfitens, de dei miſericordia nunq̃ deſperet. Nã ſequitur. L **Bonus dñs ꝛ cõfortans in die tribulationis, et ſciens ſperãtes in ſe: et in diluuio pretereũte, cõſummationẽ faciet loci eius et inimicos eius pſequent tenebꝛe.** ¶ Hactenus ſcdm propoſitionẽ quã ꝓpoſuerat primo dicẽs: Onus Niniue, multa & grauia locut⁹ eſt de magna emulatoris dei fortitudie, nũc ſcdm nomẽ ſuũ, qđ eſt Naũ, cõſolatur eos, q̃ in hoc mũdo ſub preſſura ſunt, & tribulationẽ patiun-

Exod. 14
4. Reg. 7

Nemini corã deo ſua ſufficiãs iuſtitia. Pſal. 142

Duo ſuperbię modi contra deum.

4. Reg. 19 Dan. 3

Patiuntur ab hominibus, q̃ ſine deo ſunt, quales erãt nõnulli in illis diebus, rege Ezechia, dã Hieruſalẽ obſideret rex Aſſyriorũ, quales erãt Daniel & ſocij eius in Babylone, nõ obliti dñi patrũ ſuorũ. Nã uel ab illorũ experimẽto claret, q̃ ueraciter dicat iſte bonus dñs, & cõfortans in die tribulatiõis, & ſciens ſperãtes in ſe. &c. Nã uere bonus dñs illis extitit, & bene cõfortauit eos in die tribulatiõis, manifeſtis & glorioſis probati iudicijs, q̃ ſciret ſperãtes in ſe: quia miſit angelũ ſuũ, & rore ſuo refrigerauit Babyloniæ fornacis incendiũ, miſit angelum ſuũ, & cõcluſit ora leonũ, ut nõ cõtingerent Danielẽ, quẽ ſciebat ſperantẽ in ſe. Quod dein de ſequitur: Et in diluuio prętereunte cõſummationẽ faciet loci eius, de eiuſdẽ temporis experimẽto cõprobatur. Nam in diluuio nõ permanente, ſed prætereunte corripiet eos, & de

Diluiũ exercitus Aſſyrio tũ.

inde conſummationẽ fecit loci eius, ſubauditur diluuij. Quod fuit diluuiũ illius temporis, & quis locus diluuij, & qũo loci eius dñs cõſummationẽ fecit? Diluuiũ illius tẽporis multitudo Aſſyriorũ atq; Babyloniorũ fuit: quẽadmodũ Eſaias dicit de illis: Ecce dñs adducet aquas fluminis fortes & multas, regẽ Aſſyriorũ, & omnẽ gloriã eius, & aſcendet ſuper oẽs riuos eius, & ſuper uniuerſas ripas eius, & ibi p Iudã inundãs, & tranſiliens uſq; ad collũ ueniet. Ergo quoddã diluuiũ inundauit, qñ tãta multitudine cõgregati ſunt populi, ſed diluuiũ illud prætериuit, qa multitudo illa diſperijt. Porrò locus diluuij Niuine extitit, Aſſyriorũ metropolis, locus diluuij Babylonia fuit, unde ſup eandẽ terrã inũdauerũt Chaldæi, Vtriuſq; loci cõſummationẽ dñs fecit, qa uolẽte dño, & Niniuẽ Chaldæi & Babyloniã ſubuerterũt Perſæ & Mœdi. ¶ Et notãdũ, q̃ nequaq̃ ut dixerat in diluuio p̃tereũdũ, ita & dixit cõſummationẽ loci eius p̃tereuntẽ. Nã aduerſitas quidẽ, quã propter diſciplinã ſuis de⁹ electis ſup inducit tẽporalis eſt, & p̃terit, Vltima aũt, qua ulciſcitur in hoſtes ſuos idẽ deus æmulator, nõ præterit, ſed fundata p̃manet, & ſuper eos requieſcit. i. hic incipitur, & in æternũ nõ finitur. A uoce eñ dñi (inquit Eſaias) pauebit Aſſur uirga p̃cuſſus & tranſitus uirgę fundatus, quã requieſcere faciet dñs ſuper eũ. Econtra, Pſalmiſta de iuſtis dicit. Quia nõ reliquit dñs uirgã peccatorũ ſup ſortẽ iuſtorũ, ut nõ extendãt iuſti ad iniquitatẽ manus ſuas. i. poteſtatẽ, quã p̃mittit peccatoribus ſup iuſtos, propter eorũ correctionẽ ſiue probationẽ, nõ dimittet diuturniorẽ eſſe, quã poſſunt ipſi ſuſtinere, & ne afflictionis nimia uis cõpellat eos, peccatoribus in quo uolũt cõſentire. Summa fundationis uirgæ, qua p̃cutitur Aſſur, cõſiſtit in hac breui dictione, q̃ protinus in iſto ſubiungitur, & inimicos eius perſequẽter tenebræ. Hoc ſine dubio ueẽ eſt, de cũctis dei hoſtibus, qui cũ præſentẽ uitã male finierint, nequaq̃ ultiões quibus in eos ulciſcitur dñs, in mortis carne finiuntur, ſed p̃ſequũtur animas eorũ, & cõprehendunt maligni ſpũs, qui tenebræ ſunt, & nõ lux. Ecõtra, de electis uel proelectis, quos illi afflixerunt ad tẽpus, audi quid cõtinuo dicat cõſolator ſpũs. ⌊ Quid cogitatis contra dñm, quod cõſummationẽ ipſe faciat? Non cõſurget duplex tribulatio. ⌋ Ad eos cõuerſus, de quibus loquebatur, acri inuectione malignã eorũ p̃cutit intẽtionẽ dicẽdo: Quid cogitatis contra dñm, q̃ conſummationẽ ipſe faciet. Reſpiciamus illius ſtatũ temporis, & inueſtigemus de ſcripturis, q̃ maligne cõtra dñm cogitauerint inimici dñi. Nec uero ſolum modo Aſſyrios ſiue Chaldæos, ante uel circa huius prophetiæ tẽpora fuiſſe putem⁹ inimicos dñi, & cogitaſſe cogitationẽ eiuſmodi, propter quã ſic in eos inuehitur ſpũs dñi, uerum & Syriã & alias gentes, maximeq; decẽ tribus, quæ ſciſſæ fuerãt à domo Dauid. Qd ut cõpetentibus cõprobetur teſtimonijs, iubente dño loquitur Eſaias ad Achaz: Noli timere, & cor tuũ ne formidet, à duabus caudis titionũ fumigantiũ iſtorũ in ira furoris Raſin, & Syriæ, & filij Romeliæ, eo q̃ cõſiliũ inierit cõtra te Syria in malũ, & Effraim, & filius Romeliæ, dicẽtes: Aſcendamus ad Iudã & ſuſcitemus, & euellamus eũ ad nos, & ponamus regẽ in medio eius filiũ Tabeel. Interea dictis propheticis confirmabatur, domui Dauid quod deus promiſerat & iurauerat Dauid, Chriſtũ de ſemine eius naſci, ut ibidẽ cũ inter cętera dicit: Audite ergo domus Dauid, dñs ipſe dabit uobis ſignũ: Ecce uirgo concipiet, & pariet filiũ, &, uocabitur nomẽ eius Emanuel. ¶ Non dubiũ eſſe debet, quin inter cæteros hoſtes maxime decẽ tribus inuidẽtes fuerint tribu Iudæ, & domui Dauid, eo q̃ ſpem habentes in uerbo promiſſionis de domo illa uel tribu adimplendæ, gloriari interdũ ſoliti fuerint, dicendo aliqua hmõi ad reges Samariæ, & oẽm Iſrael, ut Abia rex Iuda quondã dixit: Nũ ignoratis, quod dominus deus Iſrael regnum dederit Dauid ſuper Iſrael in ſempiternum, ipſi & filijs

Eſa. 8

Duplex ultio, una tranſiens, altera p̃manẽs

Eſa. 30 Pſal. 124

Cogitantes cõtra dominum

Eſai. 7

Inuidia decẽ tribuum contra Iudam.

& filiꝰ eius in pactum solis: Ac deinceps: Nũc ergo uos dicitis, qđ resistere possitis regnõ dñi, qđ possidet per filios Dauid: Hæc iccirco dicta sint, ut nõ ignotũ sit q̃ magnã, & unde magnã inuidiã draco diabolus, ex cęteris gẽtibus immiserat cõtra Iudã & domũ Dauid, ut ipsorũ quoq; cognatæ decẽ tribus maxie inuiderint, & cõmunicato cõsilio, cũ Syriꝰ auelere Iudã, & trãsterre ad se, regẽq; externũ in medio eorũ ponere uoluerint. Cõtra eiusmodi cõsilia uel cogitationes gẽtibꝰ immissas à diabolo intẽdente, ut gens illa nõ subsisteret, ex qua Chꝛus nasciturus esset, grauissima inuectiõe dictũ hoc accipiẽdũ est: Quid cogitas contra dñm, qa cõsummationẽ ipe faciet: O em̃ q̃ mala cõsummatio si sublato Iuda, si auulsa domo Dauid, nõ esset unde impleret illa beati seminis promissio. Tunc uere sup filios Dauid cõsurrexisset duplex tribulatio. At ille fidelis promissor sic promiserat, sic iurauerat. Visirabo in uirga iniquitates eorũ, & in uerberibus pcã eorũ scilicet filiorũ Dauid, misericordiam aũt meã nõ dispergam ab eo. Vt dictũ, ita & factũ est. Nam uirgã super Hierlm leuare, & filios Dauid quãdoq; uerberare potuerũt, ita ut incẽsa ciuitate & tẽplo, ducerẽt eos in captiuitatẽ, quæ fuit una & simplex, eademq; tẽporalis tribulatio, sed nõ consurrexit alia, quam intẽdebat diabolus, ut fieret duplex tribulatio, & sic omnino exterminaret gens quatenus non supereſſet unde impleretur illa promissio. ¶ Omnes qui eiusmodi cõsummationẽ desiderabant, qui & anteq̃ Chꝛus ueniret, & postq̃ uenit, ad hoc laborauerũt, ut mentio nominis eius nõ esset, nusquã ecclesia eius subsisteret, odit spũs sanctus, qui in Psalmo loquitur: Memẽto dñe filiorũ Edom in die Hierusalẽ, qui dicũt: exinanite, exinanite usq; ad fundamentũ in ea. Hierusalem uniuersitas eoꝝ est, q uenturũ Christũ expectauerũt, & qui uenientẽ susceperũt, & suscipiũt. Filiꝰ Edom, id est, filiꝰ terrenitatis, uniuersi sunt uel fuerunt, q illos pſequũtur uel persequuti sunt, & exinanitio, quam dicũt: Exinanite exinanite usq; ad fundamentũ in ea, ista cõsummatio est, quã, ut propheta iste subrogat, dñs nõ fecit, neq; faciet. ¶ Num parua est ista cõsolatio, quã dicit. Non cõsurget duplex tribulatio: Oẽs q pie uiuere uoluerũt & uolũt in Chꝛo, siue in deo, pſecutionẽ patiũtur & passi sunt, ut suo tempore Ezechias, qñ Assyriꝰ super Iudam & Hierusalẽ inundauerũt, ut suo tempore Daniel & sociꝰ eius, suo tempore Machabæi, suo tẽpore omnes Christiani uel catholici, quorũ multæ tribulationes in hac uita fuerũt uel sunt, & hæc est una & simplex tribulatio, q̃libet longa uel multiplex unius pręsentis uitæ afflictio. Ait aũt hic: Non cõsurget duplex tribulatio. Non igitur tribulabunt in futuro seculo, & subaudiẽdũ est, ubi sine dubio tribulabuntur, qui tribulauerũt, uel tribulant eos. Esto nunc ut illi qui tribulauerũt iustos, tribulationẽ non habuerint, uel habeant in pręsenti seculo, quamuis multos, imò innumeros fuisse nouerimus, qui post perpetrata in sanctos crudelitatis scelera, pręsentem uitam cũ amara tribulatione finientes, transierũt ad tribulationẽ æternã, ut Antiochus Epiphanes, ut impius Herodes, ut Iudæi qui Christũ occiderũt, et ob hoc circũdati à Romanis duplici iuxta ꝓphetã cõtritiõe cõtriti sunt: qa sicut in Psalmista ꝓdixerat, & secũdũ corpus traditi sunt in manus gladiꝰ, & secũdũ animã partes uulpiũ sunt. i. malignorũ spirituũ. Quemlibet ex impiꝰ eiusmodi, q uitã pręsentẽ in pace sua finierit, cõfer pio cuilibet, q uitã in tribulatiõe finierit, q̃is peccator fuerit, de qualiũ peccatis scriptũ est: Et omniũ pcã hoim in tribulatione dimittis. Ecce & huius simplex, & illius simplex tribulatio est, sed in hoc differunt, qđ huius tẽporalis siue momẽtanea, illius aũt tribulatio sempiterna est. Nũ igitur ista consolatio per Naum. i. cõsolatorẽ deprõpta, parua est: imò magna, & letitiæ plena, ut audiẽtes dicãt isti, quicunq; sunt eis beneuoli, audiẽtes inq̃, eos dicere siue canere: Facti sumus sicut consolati, respondeãt atq; succinãt: magnificauit dñs facere cũ eis. Adde, ut compateretur ista, piorũ simplex tribulatio, & multorũ impioꝝ duplex tribulatio, qualis fuit supra dictus Herodes & oẽs q pœnã sustinẽtes, & pœnitẽtiæ spiritũ non habentes, abierũt in locũ suũ, & de tẽporali tormẽto ad tormẽtũ æternum. Qualis ista cõparatio est: Resolino sunt incõparabiles. Dicãt ergo isti suã ipsi suã cõsolationẽ, admirãtes & dicere nõ desinẽt: magnificauit dñs facere nobiscũ, facti sumus lætãtes. Sequitur. ¶ Quia sicut spine sese inuicẽ cõplectuntur sic conuiuiũ eorum pariter potantium. Consummentur quasi stipula arriditate plena. ¶ Pauloante dixerat de inimicis domini loquens, & inimicos eius persequẽtur tenebræ & in medio sermonis non contentus de ipsis uerba facere, repente ad eos cõuersus, et iusto

Pſalm. 88

Pſal. 136

Filiꝰ Edom.

Non cõsurget duplex tribulatio. i. 1. n. 2

Hier. 17

Pſalm. 62

Tob. 3

Pſalm. 125

uehementis motu animi in eos inuectus, exclamauerat, quid cogitatis contra dominum, q̄ consummationē ipse faciet? nō consurget duplex tribulatio, subauditur, electis eius, ut uestrū q̄ pluribus, nūc rursus quasi sedato motu animi ad nos cōuersus, tranquillius de ipsis, de q̄bus cœperat, perloquitur, causamq; reddit, cur inimicos dñi tenebræ persequātur, cur triplex tribulatio; dū in sanctis denegatur, ut quoddā impiorū principes surrexisse uel surrecturos esse subaudiatur. Hęc (inquit) est causa, q̄a sicut spinę sese inuicē cōplectunt, sic cōuiuiū eorū pariter potātiū. Quale est ubi spinæ sese inuicē cōplectunt? Nimirū insuaue & intractabile, q̄a si manibus attractent, pungūt, lacerāt, scindūt, & si iactū intra eas ceciderit semen ubi cœperit oriri, suffocat, ut ipe dñs meminit: Tales fuerūt et sunt inimici dñi. Insuaues sūt & intractabiles sunt, & si q̄s eos attractare uoluerit, si q̄s inceste eorū opa, uel rapinas arguerit in sermone dñi, nō utcūq; pungunt, nō utcūq; lacerāt, aut scindunt, sed ferreis interdum armati aculeis sanguinē effundūt, corpora occidūt, animas nō possunt, sed unde uiuere debent aiæ, uerbi dei semen crescere nō sinunt. Tales fuerūt inimici dñi, sese inuicē cōplectentes. i. in malū semeti ipsis cōplacētes. ¶ Et notandū quia nō dixit sicut spinæ sese inuicē complectunt, sic ipsi sunt, sed dixit q̄d amplius est, sic cōuiuiū eorū pariter potantiū. Nā in conuiuijs & inter potationes abūdātiori loquacitate sese inuicē amare, & incitare cōsueuerunt ad necē sanctorū. Exēpla q̄ sufficere possunt præsto sunt. In cōuiuio & inter potādū Herodes & Herodias uere spinæ & sese inuicē cōplectētes male adiuncta saltatrice sua Iohānē pupugerūt, Iohānē decollauerūt. In cōuiuio & inter potandū Iudæorū pontifices iā temulenti, utpote nocte paschali, cohortē & ministros ad cōprehēdendū dominū nostrū miserūt, unde & præscius spūs eius in psalmo cōquerens inter cætera, & in me (ait) psallebāt q̄ bibebant uinū. Et ne oīno superiora prophetarū tēpora sermo ptereat. In captiuitate Babylonica, q̄ populo dei tribulatio fuit, iā temulētus Balthasar præcepit afferri uasa aurea & argentea tēpli domini & bibebāt in eis, rex, & optimates eius, uxores eius & cōcubinæ eius bibebāt uinū, & laudabūt deos suos argēteos & aureos, æreos & ferreos, ligneosq; & lapideos. In tribulatiōe q̄ sub Antiocho Machabæi tribulati sunt, tēplū luxuria & comessatiōbus erat plenū, & scortātiū cū meretricib⁹, sacratisq; ędibus mulieres se ultro ingerebāt intro ferētes ea q̄ nō licebāt. Recte igitur, & ut debuit, dictū, sic cōuiuiū eorū pariter potātiū. Quo tandē digna, & ipsis cōpetēs tribulatio consurgere habebat: Cōsummēt ur ait, q̄si stipula ariditate plena. Vere digna tribulatio, ut q̄m̄ sicut spinæ ita suffocauerūt, quantū in ipsis fuit, semen bonū, & oderūt frumēti granū, ipsi tales inueniant ut stipula omni grano uidua: cōsūmātur igni ut stipula ariditate plena ¶ Mire dictū, ariditate plena. Quid em̄ ē ariditas nisi uacuitas? ergo stipula dī hic eē auaritię plena. Non absre, non absq; sensus graui pōdere sic dixit, sciēs spūs q mūdū arguit, diuitū huius mūdi fallam plenitudinē uerā eē maciē, & fœni eiusmodi uirorē (ois em̄ caro fœnū) uerā eē ariditatē. Sequit. **Ex te exibit cogitās contra dñm malicią, mente ptractans preuaricationē.** ¶ Hic familiariter se accommodat, & loquit ad cor Hierm̄, q̄ non est intractabilis, ut eiusmodi spinæ fuerūt uel sūt, q̄ non repellit arguētē nec in peccatis assumit excusationē, & insin uat illi, unde uel in quo sit iusta circā illā seueritas dei, permittēs illam tribulari, siue ab Assyrijs, siue à Chaldęis, siue à quibuscūq; hostib⁹ & inimicis dei. Ex te (inqt) exibit cogitās cōtra dñm maliciā, mēte ptractās preuaricationē, nō unus q̄libet homo tātū sed multitudo hoim preuaricatorū, sicut quodā loco habemus ita scriptū. In dieb⁹ illis exterūt ex Israel uiri iniq, & suaserūt multis dicētes: Eam⁹ et disponam⁹ testamētū cū gētibus q̄ circa nos sunt q̄a ex quo recessim⁹ ab eis, inuenerūt nos multa mala, et bon⁹ uisus ē sermo in oculis eorū &c. Hoc fuit initiū doloris. Nec uero illo tm̄ tpe, deq̄ hęc scripta sunt, putemus taliter accidisse initiū doloris, sed in omni tribulatiōe q̄ accidit gēti siue ecclesię dei, palā cōprobari potest hoc fuisse initiū, q̄ ex ea exiuit cogitās cōtra dñm malicią mēte ptractās preuaricationē. Ecce prima tribulatio, q̄ in Aegypto extrema & misera seruitute seruierūt. Nōne pcesserat eiusmodi causa? Nonne ex te ò Iacob siue Israel exierat inimica fraternitas, preuaricās, et trāsgrediēs ius morale, ius naīle, et cogitās cōtra dñm malicią, mēte ptractās q̄ten⁹ non fieret q̄d dñs decreuerat, cd' dīs significauerat. i. ut fratri suo Ioseph nihil prodessent somnia sua? Similiter de omni tribulatione, qua domus Iacob siue domus Israel tribulata est, extunc usq; Ad Christi aduentum sentiendum est, q̄a tribulationis

Spinæ inuicē cōplectentes qui sunt.

Ariditas in diuitijs.

tribulationē p̄cedit malicia cogitationum cōtra dominū

lationis hoc fuit initiũ, quod inde exiuit cogitãs cõtra dominũ maliciã, mente ptractans ꝓ uaricationẽ. De ſingulis certa poſſemus proferre teſtimonia, niſi uitanda eſſet nimia, quæ faſtidium ſolet parere, prolixitas. De tribulatione, qua tribulatà eſt Hierl'm, ſiue Iudacirca prophetiæ huius tẽpora. i. de eo qđ primo rex aſſyriorũ ſuperundauit & deinde Hieruſalem obſedit, et deinde rex Babylonis ciuitatẽ obſedit, et Iudã captiuauit non prætereeũdum qualiter ut ſic euen erit, exierit ex ea cogitãs, cõtra dñm malicią, mente ptractãs ꝓuaricatiõnẽ. Nõne fuit hoc exire de gẽte, uel radice ſancta, qđ reges Iuda ſuſceperũt, et in tẽplo dñi coluerũt Baal, et qđ poſt m ortẽ Ioiade potnificis ingreſſi ſunt principes Iuda & adoraue rũt regẽ Ioas, & ille delinitus obſequĩs eoꝝ, acquieuit eis. Et dereliquerũt (ait) templũ dñi dei patrũ ſuoꝝ, ſeruierũtq; lucis et ſculptilibus, et facta ẽ ira cõtra Iudã & Hierl'm, propter hoc peccatũ. Nã & Zachariã filiũ Ioiadæ ſacerdotis interfecerũt, et non eſt recordatus rex Ioas miſcđiæ quã fecerat Ioiada pater illius ſecũ, ſed interfecit filiũ eius. Poſt hęc Amaſias allatos deos filioꝝ Seyr ſtatuẽs ſibi deos, & adorãs eos, ꝓphetę dicẽte ſibi: cur adoras illos? nũ inqt, conſiliarius regis es? Quieſce ne interficiãte. Poſt hũc Oſias, q dũ ſacerdotale uſurpat officiũ, lepra in frõte percuſſus eſt, et poſt hũc Ioathan, et poſt hũc Achab q ambulauit in uĩs regũ Iſrael, inſuper & ſtatuas inſudit Baalim. Poſt hunc Ezechias, quo regnãte uenerũt Aſſyrĩ in Iudã, & ciuitatẽ obſederũt, exiuitq; ad eos Rapſaces filiꝰ Eſaiæ ꝓphetæ, ut Hebræi uolũt, de illo dictũ exiſtimãtes, exibit cogitãs cõtra dñm malicią, mẽte pertractãs ꝓuaricationẽ. Sed exile uidet, hoc ſentire de uno, de q̃ manifeſte nõ eſt ex ſcripturis cõprobatũ cũ nota ſit malicia ſiue ꝓuaricatio regũ uel principũ ferè cunctoꝝ, qa prẽter Dauid, & hũc Ezechiã & Ioſiã oẽs peccauerũt. Igitur ad cor Hieruſalẽ loquitur & cõſcientiã eius cõuenit, ne neſciat uel non imputet ſibi cauſam tribulationis q̃cũq; ſuper eã conſurrexit, ut tũc quãdo ſuper eã inũdauerũt Aſſyrĩ, ſed ꝓtinꝰ adiũgit conſolator et dicit. ⌊Hęc dicit dñs: Si ꝓfecti fuerint, & ita plures, ſic quoq; attondẽtur & ꝓtranſibit.⌋ Dictũ utiq; de Aſſyrĩs & de rege eoꝝ Sennacherib q̃d futuꝝ eſſet, & ita factũ eſt, qa facile crines ſorpice ſuccidũtur, tã facile nocte una ſuccidẽte angelo domini, ſucciſa ſunt Aſſyrioꝝ cẽtũ octoginta q̃q; milia, & Sẽnacherib mane ſurgẽs tãta multitudine poſtrata, uelut attonſus & abraſus egreſſus ẽ & abĩt recepto ſicut egerat, qa ꝓmittente iuſto iudice deo, Iudã ipſe raſerat. i. aſcẽderat ſuper oẽs ciuitates Iuda munitas, & ceperat eas. Hinc illud erat dictũ cõtra Acham. In die illa radet dñs nouacula conducta in his q̃trans flumen ſunt in rege Aſſyrioꝝ, caput et pilos pedũ & barbã uniuerſam. Quãdiu ſtetit Hieruſalẽ & tẽplũ quãtacũq; uaſtauerint in circuitu Aſſyrĩ, uelut q̃dã raſura fuit, ubi aũt ipſa ciuitas exuſta & tẽplũ ſuccẽſum fuit Chaldaico ĩgni plꝰ q̃ raſura fuit, ut congrue per Ezechielẽ ita prædicta ſint ſub nomine Oolibæ mere tricis. Naſum tuũ & aures præcidẽt, & q remanſerint gladio concident. Quid aũt ſibi uult qđ ita præmiſit, ſi perfecti fuerint, & ita plures, & tũc demũ ſubiũxit, ſic quoq; attondẽtur, & pertranſibit. ¶ Quæ eſt illa perfectio quę Aſſyrĩs cæteris ve hoĩbus, & ſi adeſſe potuit, prodeſſe non potuit? Poteſt quidẽ ſic intelligi, ac ſi diceret, etiã ſi ꝓfecte robuſti uel in robore perfecti fuerint Aſſyrĩ, & fortitudo eoꝝ cunctarũ gentiũ nũero aucta fuerit. Veruntamẽ qm̃ ita dixerat ad Hieruſalẽ: Exte exibit cogitãs contra dominũ maliciã, mẽte pertractãs ꝓuaricationẽ, per qđ magna ĩperfectio iuſtitiæ ſuæ demonſtrat ipſi Hieruſalẽ, non abſurde intelligimꝰ, in eo qđ ait, ſi perfecti fuerint, quãdã Aſſyriorũ putatiuæ iuſtitiæ perfectionẽ. Quod nimiꝝ dictu, ſiue nouũ uideat, ſcire debemꝰ quod Aſſyrĩ ſiue cæteri gẽtes Iudæis inuidẽtes bonũ deũ, & legẽ ſanctã ſe habere dicẽtibꝰ, quoties aliq̃ ex ipſis audiebãt malitiã multũ hoſtiliter inſultabant, ſeq; in comparationẽ illoꝝ magnifice iuſtificabant, inſuper deũ ipſoꝝ blaſphemabãt. Hinc eſt qđ apud Eſaiã legimus. Dominatores eius, ſubauditur Hieruſalẽ, ſiue populi mei inique agũt dicit dominꝰ, & iugiꝰ nomẽ meũ blaſphemat in gẽtibus. Et ad Dauid cũ dixiſſet, peccaui domino, qa peccauerat in Vriã æthei, dixit Nathan. Dominus q̃q; trãſtulit peccatũ tuũ, nõ morieris. Veruntñ blaſphemare feciſti inimicos domini ꝓpter uerbũ hoc &c. Hæc iccirco dicimus ut liqdo conſtet eccleſiã dei, tũc ita ut nũc ſpectaculũ fuiſſe hoĩbus ſeculi, gẽteſq; ſemp ſuã impietatẽ, clauſis imò cæcis, cultorum aũt dei præuaricationes, patẽtibus uidiſſe oculis. Nonne hodieq; uidemꝰ qđ ſi quęlibet ſanctæ profeſſionis pſona, de pręuaricationis cuiuſpiã crimine diffametur, ſtatim à ſecularibus, non

4. Reg. 21
2. Para. 24

2. Par. 25

Qualis præfectio Aſſyriorum.

Eſai. 52

2. Reg. 21

illi tñ pſonæ, ſed toti profeſſioni derogat, nõ tñ uolũt, ut ſi q̃libet ex eoꝝ cõiugibus in adulterio deprehenditur, dicamus nos tales eſſe alias oẽs, qualis illa una cõuincitur? Sed ad nr̃a redeamus. Ex te quidẽ (ait dñs) exibit, & iã dudũ extrẽ conſueuit cogitãs contra dñm malitiã, mẽte ptractãs præuaricationẽ, & tanta diffamabit malicia tanta perſæpe præuaricatio declamabitur, ut etiã dicãt, nũq̃ ſic auditũ uel uiſum fuiſſe inter gẽtes, & ut Sodoma q̃q̃ & Gomorrha putẽtur fuiſſe iuſtiores. ¶ Videbũtur Aſſyrij iuſti, cõparatione tui, ut ſunt uel uident eẽ multi gẽtiles, ſecũdũ quandã iuſtitiã ſeculi iuſtiores multis, q̃ unius dei cultũ ſunt profeſſi, & in domo eius ſub lege eius educati, parentibus honorẽ deferẽdo, non occidẽdo, non mœchando, non furtũ faciendo, non loquendo contra proximũ falſum teſtimonium, & multa faciẽdo quæ apud fideles illius iuſtitiæ, quæ ex deo ẽ uera inſignia ſunt. Sed hæc dicit dominus, qa etiã ſi fuerint Aſſyriorũ alig, ſecundũ hæc opap erfecti, & ita fuerit ex eis non pauci ſed plures perfecti, ſic quoq̃ attondent, id eſt, ſimul una nocte pcutientur, & per cuſſis centũ octoginta quinq̃ milibus, pertranſibit Sennacherib tonſus & abraſus, pertranſibit (inquit) à filijs ſuis in domo dei ſui interfectus, quod utiq̃ pertranſire eſt, ita ut non inueniatur locus eius. ¶ Nec uero ſola morte corporis detonſi morientur ſed et duplici contritione. i. corporis ſimul & anime morte morientur, quantũuis perfecti, quantũuis iuſtificati in comparatione ſanctoꝝ, qui peccatores mei ſunt. Quare? uidelicet, quia paſſer non inuenit ſibi domũ, & turtur nidũ, ubi reponat pullos ſuos. i. neq̃ cor eorũ multa ſapienter cogitando ſubditũ eſt deo, neq̃ caro illorũ bona quælibet optando mercedem ex deo ſperat in futuro, ſed ſibimet uanitatẽ congregat in præſenti ſeculo. Propterea ſicut à ſapiẽte dictum eſt, melior eſt iniquitas uiri, q̃ benefaciens mulier, et iuxta ſenſum q̃ in hoc dicto latet, multo melius, multo utilius eſt cũ paucis operibus habere fidem, q̃ multa facere opera, & non habere fidem. Nã de fide ſcriptũ eſt, q̃d ſine illa impoſſibile eſt placere deo, de operibus aũt quãuis & ipſa neceſſaria ſint, nuſquã ſcriptũ eſt, q̃d ſine illis ſ poſſibile ſit placere deo. Sequitur. L Afflixi te, & non affligã te vltra. J Ac ſi dicat: Te ò Hieruſalẽ ex q̃ exiuit cogitans contra dominũ malictã, mente pertractans præuaricationẽ, impunitatẽ non dimiſi, ſed afflixi, & ſicut ſupra dictũ eſt, non conſurget duplex tribulatio, ita nũc dico, non affligã te ultra Afflixi te in p̃ſenti uita, non affligã te in futura. Magna in hoc eſt inter te & gẽtes quæ ſine deo ſunt, afflictionis diſtãtia, q̃d & multi ex eis affligũtur in pr̃ſenti ſeculo, omnes aũt affligẽtur in futuro, & ibi non tẽporalis, ſed ꝑterna erit afflictio. Quid ualet q̃d nonnulli ex eis receperũt bona in uita ſua, & uſq̃ ad finẽ uitæ præſentis liceret eis explere uoluptates ſuas? Pſal. 83. Tunc cruciabũtur, qñ tu conſolaberis, qui ſimiliter mala recepiſti in uita tua. Sic abſq̃ omni ſcrupulo recte intelligitur dictũ afflixi te et non affligã te ulra, ac ſi diceret afflixi te in præſenti & non affligã te in futura uita. Sed adhuc parũ ẽ conſolationis in hoc dicto, propter infirmitatem illorũ, qui adhuc imperfecti, & adhuc nutriendi ſunt, & ſi hæc ipſa uitæ p̃ſentis afflictio cõtinua ſit, cito deficiũt, & propè in deſperationẽ cadũt. Subiũgit ergo & ſupplet q̃d min⁹ erat dictũ in utroq̃ & ſupiori & in p̃ſenti loco, ubi dixerat, nõ conſurget duplex tribulatio, & ubi dicit afflixi te & non affligã te ultra. Quid ſubiũgit, & qũo q̃d deerat ſupplet conſolator. L Et nũc cõterã virgã eius de dorſo tuo, & vincula dirumpam. J Et nunc inquit. ietiã in præſenti priuſquã uitã iſtã finias, finietur tribulatio iſta, ut uiuens in corpore ultionẽ de inimico Sennacherib uideas, qa ponã circulum in naribus eius, & frenum in labijs ei⁹, et reducã eũ in uiã per quã uenit, & ampli⁹ non reuertet huc. Notãdũ q̃d uerba iſta, conterã uirgã ei⁹ de dorſo tuo, & uincula dirumpã, ita ſolutionẽ ſiue liberationẽ ciuitatis Hieruſalẽ ſonãt, ut pariter irã in gẽtẽ, ſuper hoſtẽ ꝓprijs & ualde cõgruis uocibus ſignificent. Nõ cñ cõtentus fuit dicere, uirgã confringã, & uincula ſoluã, ſed uirgã (inqt) conterã & uincula dirũpam. Maioris nanq̃ indignationis eſt pedibus cõterere, q̃ manibus cõfringere, maioris itidẽ aĩaduerſionis repente uinculũ dirũpere, q̃ paulatim uel aliqua mora diſſoluere. Ipſe ergo modus locutiõis magnitudinẽ indicat indignationis, in eos q poteſtate ſibi permiſſa in ſeruos dei pro arbitrio uel ratione archani iudicij paſcũtur eoꝝ ſupplicijs, & inſuꝑ audẽt cõtra deũ gloriari, ut ille Aſſur ſiue Sennacherib in fortitudine, ingẽs manus meæ fecit, & i ſapientia mea intellexi, & cætera huiuſmodi. Quid igitur per hæc dicta cõſolatoris cõfectum eſt, niſi ut dũ audis illud ſupra dictũ ex ore arguentis, q̃d cogitatis cõtra dominũ quod

Qualis iuſtitia gentilium.

4. Reg. 19.

Duplex tribulatio rebus.

Pſal. 83.

Habb. ii.

Duplex afflictio

quod consummationē ipse faciet, nō consurget duplex tribulatio, iā scias cōclamare illi & dicere, imò cōsurget duplex cōsolatio. ¶ Et reuera sicut uer̄ erat & est, qđ super nullū electorū dei, cōsurget duplex tribulatio, ita de multis uerū erat dicere, qa cōsurget duplex consolatio, qualiū notissimus nobis est beatus Iob, cuius nouissimis post tentationē benedixit dñs, magis q̄ principio eius, & addidit ad oīa, quę erāt illius, duplicia, in p̄senti uita, sine dubio recepturo multo plura, multoq; meliora in futura uita. Veruntn̄ q eiusmodi sūt ipi in talibus cōsolari rēnuūt, et si huiusmodi cōsolationes affluūt, cor apponere nolūt, utille q dicebat, cū diues estet & potēs, & glorios⁹ in terra: Rēnuit consolari anima mea. Et qm̄ si aliqs q̄reret, ubi uel in quo rēnuit consolari, & in quo consentit consolari aīa mea, imò (inqt) res trāsitoriæ pro consolatione mihi sunt, sed memor fui dei, & delectatus sum. De rege illius tēporis Ezechia non p̄tereūdū, qđ recte p consolatione duplici recipere debuit illud, qđ ad eū dictū est à dño p Esaiā prophetā: Audiui orationē tuā, & uidi lachrymā tuā. Ecce ego adiciā sup dies tuos quindecim annos, et de manu regis eruā te, & ciuitatē istā, & protegā te: Nā p̄ter illā cōmunē consolationē, q̄ illi cum oīb⁹ electis in futuro reposita erat seculo magna in p̄senti fuit ista q̄q; consolatio, quod adiecit dñs sup dies eius quindecim annos, qa vc3 per hoc factū ē illi, ut locū uel nomē haber et in libro generatiōis Iesu Chr̄i filij Dauid, Nōdū em̄ filiū habuerat, & ad hoc reseruatus ē, ut generaret, et sicut dictū ē in serie generatiōis Chr̄i, p̄ cū patribus resideret. ¶ Ecōtra nōnullos fuisse uel eē ipios q; pessimos, sup q̄s merito cōsurgeret duplex tribulatio, iā supra dictū est, & hic Sēnacherib p exēplo sufficere p̄t, in quē cōtinuo cōuersus sermo ppheticus taliter inuehit, durus utiq; duplicis tribulationis nūcius, L Et precipiet cōtra te dñs, nō seminabitur ex nomine tuo amplius, de domo dei tui diſperdā sculptile & cōflatile, ponam sepulchrū tuū, quia inhonoratus es. J Quid em̄, uel cui præcipiet dñs cōtra te, nisi angelo percutienti, ut egressus percutiat in castris tuis nocte una centū octoginta quinq; milia, & deinde temetipsum adorantē in templo deū tuū Nesrath, percutiāt gladio filij tui, Adramalech, & Sarasar, sicq; fiat quod dicitur: nō seminabitur ex nomine tuo amplius? De illa tribulatione, quæ magna tibi fuit in p̄senti seculo, translatus es, ut tribuleris in alio seculo, sepultus in inferno. Vnde & hic dictum est: ponā sepulchrū tuū, qa inhonoratus es. Quod deus ponit, stat immobiliter, mutari uel remoueri nō potest. Ponit aūt sepulchrū tuū, subauditur in inferno, ubi non solū ille diues de Euāgelio possidet sepulchrū, sed etiā oēs q similes eius sunt uel fuerūt, & maxime tu Assur, de quo apud Ezechielē scriptū ē. Ibi Assur & omnis multitudo eius in circuitu illius, sepulchra, ei⁹, & oēs interfecti, & q ceciderunt gladio, quorum data sunt sepulchra in nouissimis laci, & facta est multitudo eius per gyrū sepulchri eius, uniuersi interfecti cadentes q̄q; gladio qui dederāt quondā formidinē in terra uiuentiū. Quā ob causam ponā illic sepulchrum tum? Quia inhonoratus es. Inhonoratus. i. superb⁹. Superbianāq; inhonoratio ē, quātū q̄q; superbus, tm̄ est inhonoratus: Vnde idē dñs cū dixisset ad Edom, contēptibilis tu es ualde, statim causam hāc subiūxit: Superbia cordis tui extulit te. Igitur iste ex illis ē, super quos merito cōsurrexit duplex tribulatio, sicut ecōtra Ezechias ex illis, q̄r (ut supra dixim⁹) duplex ē cōsolatio. ¶ Quod interpositū ē, de domo dei tui diſperdā sculptile & cōflatile, deuastatio nē denūciat subsequuturam totius Niniuę à Chaldæis subuertendæ. Vbi em̄ nō parcitur sculptilibus & cōflatilibus. i. deor̄ simulachris, q̄lia uerebātur & colebāt tā Chaldęi q̄ Assirij, qualis ē casus domor̄ cōmuniū, uel fori, totiusq; ciuitatis? Vastata ē Niniue, dicturus est hic idē postmodū insultabūdus, et ego, dicit dñs exercituū, reuelabo pudēda tua in faciē tuā, & ostēdā gētib⁹ nuditatē tuā. Quā eius nuditatē, iā hic breuiter p̄signat, dū iudiciū intendit magnæ illius superbiæ, de domo (inqt) dei tui diſperdā sculptile & conflatile, ubi constat hoibus nō esse parcendū, dum hostes nec ipsi parcūt reuerētiæ deorū clamando mutua cohortatione: diripite aurū, diripite argentū. Et recte insultat superbiæ, quæ tāta fuit, ut superbiæ diaboli passim assimiletur in sanctis ac ppheticis scripturis. Sane ipa quidem ciuitas Niniue mundus, rex aūt eius diabolus in prophetis intelligitur, propter altitudinem magnifici cordis, & oculor̄ etus, exēplī gra, ut apud Ezechielē domin⁹ loq̄t: Ecce Assur quasi cedr⁹ in Libano pulcher ramis, & frondibus nemorosus excelsusq; altitudine. Cedri nō fuerunt altiores illo in paradiso dei, omne lignum paradisi dei non est assimilatū illi &c. ¶ Vnde aūt

Duplex consolatio electis.

Iob. 42

Psalm. 76

Sepulchrum in inferno.

Luc. 16

Eze. 32

In honoratus id ē superbus.

Deuastatio Niniuæ.

Eze. 31

hoc memoriale Assur meruit, ut nomẽ eius ita frequentetur in ratiõe uel iudicio dãnationis
Cur Assur ꝑ diabolũ ponit diaboli? Videlicet ex eo qđ inter cætera suæ tyrãnidis molimina ꝑsumptuosa, qb⁹ gentes, afflixit, adiecit & illud, ut delere conaret Hierl'm, ubi repositũ erat uerbũ promissiõis, & domũ Dauid, unde oportebat Christũ nasci, secundũ promissionẽ & iuramẽtũ dñi ad ipsum Dauid. Proinde de angustijs Iudææ latius sermonẽ extẽdere cupimus, & sic deinceps prophetiã ꝑsequi, ut ea potius attẽdamus quoꝝ similitudinẽ siue typũ fuisse non dubiũ sit, in oib⁹ q̃ ꝑ Iuda & Hierusalẽ contra Niniuen propheta uaticinat. ¶ In Naũ libri primi finis.

Psal. 131

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN NAVM PROPHETAM. COMMENTARIORVM LIBER II.

Num. 25

HOstes uos sentiãt Madianitæ, ait dñs ad Mosen, & pcutite eos qa & ipsi hostiliter egerunt contra uos, & decepere insidijs ꝑ idolũ Phoge & Cozbi filiã ducis Madian sororẽ suã. Nũquid quia de solis Madianitis scriptũ est, q̃d cõtra eos dñs locutus sit, & taliter ꝓceperit, de solis Madianitis putandũ est, quod iure seruos domini, ut erat Moses, hostes sentire debuerunt? Imò & de cunctis gẽtib⁹, q̃cũq; ut Madian hostiliter egerũt cõtra Israel, hoc indubitãter sciẽdũ est, ꝙ eis & Mosen & cunctos Mosi spiritũ habentes, hostes esse uoluerit, & eiusmodi ultionẽ optare de illis, quã ipse imperans Mosi, ulciscere pri⁹ (ait) filios Israel de Madianitis, & sic colligeris ad populum tuum. Quã ob causam? Nonne oẽs
Num. 31 sancti siue perfecti, q non alium, q̃ illũ habent spiritũ, quẽ & illi habebãt, iubẽtur cũ Petro re
Luc. 22 condere gladiũ in uaginã? Quã igitur ob causam ita iussi tũc gladij sæuiebãt, aut sæuire debebant? Nimirũ propter Christũ eundẽ tũc sæuire debebãt, propter quẽ nũc sæuientibus in nos Chri hostibus, inermẽ debemus habere patientiã. Tũc em̃ in periculo erat res, qa possibile erat deleri gentẽ illã, de q̃ Chs expectabat nasciturus, nisi modis oibus defenderet cõtra gẽtes qbus diabolus ad auferẽdã spem mũdi, q̃ Chrũs est, ptinaciter utebat. Nunc aũt res eadẽ in tuto est, quia Christus natus est, & si tota generatiõis rectorũ arbor bona corporaliter succidat, nullũ saluris hoim detrimẽtũ est, qa totus arboris bonæ fructus iã in cœlũ assumptus est. Hæc iccirco dicta, & sæpius dicẽda, sem ꝑq; memoriter tenenda sunt, quatenus iustissima cognoscat melius sanctoꝝ hostilis uehemẽtia, q & quoad poterãt cũ auxilio dei de hostibus suis, hostibus dei, gẽtibus impijs, uindictã & à deo quærebãt, & manu exercebant & habita siue aspecta ultione adhuc hostiliter insultabãt, ut iste q cõtra Assur, imò cõtra omCAP. II nẽ hoiem hostiliter (ut supra dictũ est) agentẽ, tã lætã cõtexit prophetiã, ut quodãmodo triumphalẽ psultare uideat cãtilenã, ita prosequẽs. L Ecce super montes pedes euangelizantis & annunciantis pacẽ. Celebra Juda festiuitates tuas, & redde uota tua, qz non adijciet ultra, ut pertranseat in te Belial, uniuersus interijt. Ascendit qui dispergat in facie tua, custodiens obsidionẽ. Contẽplare uiã, conforta lũbos, robora uirtutẽ ualde, cũ sicut reddidit dñs superbie in Jacob, sic reddet superbie Jsrael qz uastatores dissipauerũt eos, & propagines eoꝝ corruperũt. ¶ Hæc, & cætera q̃ sequũt usq; in finẽ, magnũ gaudiũ, magnũ & triumphale resonant tripudiũ, & totius lætitiæ causa hæc est, qm̃ sicut reddidit (inquit) dñs superbiæ in Iacob, sic reddet superbiæ in Israel. Nõ ergo parua res est, q̃ sub uerbis istis latet, sicut reddidit dñs superbiæ in Iacob, qm̃ totius cõsolationis uel gaudij causa siue materia in ipsis posita est. ¶ Quid igitur est, uel quẽ sensum habet, quoniã sicut reddidit dñs superbiæ in Iacob, sic reddet superbiæ in Israel. Unus nanq; & idẽ fuit pater Iacob, qui & Israel, unus & idẽ populus Iacob, qui & Israel. Siquidẽ ita dixisset, quoniam sicut reddidit dñs superbiæ in Iudam, sic reddet superbiæ in Israel, sensus iste absq; impedimẽto uel scrupulo sese accõmodaret, qđ sicut ultus est dñs Iudã & Hierusalẽ de rege Sennacherib, & exercitu eius, sic ulciscetur decẽ tribus, q̃ appellabantur Israel, de
Iacob & Israel

el, de Niniue ſiue Aſſyrijs, quod regnãte Salmanaſar captiuauerat eaſdẽ decẽ tribus. Nũc aũt quãuis & iſte ſenſus rationabilis ſit, & pro Iuda Iacob cõueniẽter poſſit accipi, libet adhuc intuitũ mentis extẽdere latius, ut ſub iſtis nominibus Iacob & Iſrael oẽs, tã antiqui, q̃ noui, tã illi q̃ præceſſerũt, q̃ illi q̃ ſubſequũtur Chriſti aduentũ, electi intelligantur. Iacob nanq; patrẽ ſcdm carnẽ, duodecim filioꝝ, totidẽq; tribuũ Iſrael, libẽter hic accipimus, Chriſtũ patrẽ ſcdm ſpm̃ duodecim apoſtoloꝝ, & omniũ qui per eos in ipſum crediderũt, uel credunt. Erit igitur ſenſus ampliſſimꝰ, & oĩno planꝰ in iſtis uerbis idẽ qui in illis apoſtoli, cũ de priore loq̃retur, oĩa in figura cõtingebant illis. Nimiꝝ ſicut illa, de quibus nominatim mẽtionẽ faciebat Apoſtolus, beneficia dei in figura cõtingebant illis, & ueraciter implentur in euangelio Chriſti, ſic illa ultio de Aſſyrijs, in figura cõtigit illis, quoꝝ tẽporibus accidit, & ueraciter impletur in euãgelio Chriſti. ¶ Magna plane cauſa & digna, propter quã ſic exclamet ſpiritus ſanctus in propheta: Ecce ſup montes pedes euangelizãtis & annũciantis pacẽ, ꝓpter quã cõgratuletur, & dicat: Celebra Iuda feſtiuitates tuas, & redde uota tua, ꝓpter quã exciter in gaudiũ atq; cõfidentiã, dicẽdo: Contẽplare uiã, cõforta lumbos, robora uirtutẽ ualde &c. Vt (inquit) & hoc facias, & nõ id ſolũ attendas, quod taliter reddidit dñs ſuꝑbiæ Aſſyrioꝝ, quã exercuerũt in Iacob, q̃d ciuitatẽ hanc Sennacherib nõ introiuit, nec iecit in eã ſagittã, nec occupauit eã clypeus, ſed occiſis ab angelo dñi centũ octogintaquinq; milibus, reuerſus eſt in uiã ſuã, per quã uenerat, & occiſus eſt, & Niniue ſubuerſa eſt. Non (inquã) hoc ſolũ attendas, ſed ſimul attende, qa ſicut dñs reddidit ſuperbiæ in Iacob, ut Aſſyrij excinderentur, ſicut reddidit ſuperbiæ in Iacob, ut Pharao cũ curribus & equitibus ſuis in mari mergeretur, ſicut reddidit ſuperbiæ in Iacob, ut à Perſis & Mœdis Babylonia ſubuerteretur, ſicut reddidit ſuperbiæ in Iacob, ut Aman, hoſtis Iudæoꝝ, in patibulo, quod Mardochæo parauerat, appenderet, ſicut reddidit ſuperbiæ in Iacob, ut Antiochus Epiphanes ſine manu cõtereretur: Sic reddet ſuperbiæ in Iſrael, populũ nouellũ euangelica fide renatũ, cuius generatio ſcdm ſpm̃ de Chriſto eſt patre. XII. apoſtoloꝝ, cuius in typũ præceſſit ille Iacob pater ſcdm carnẽ duodecim filioꝝ. Quid reddet ſuperbiæ habitæ cõtra iſtũ Iſrael, ſcdm ſimilitudinẽ eoꝝ, q̃ reddidit ſuperbiæ habitæ cõtra illũ Iacob? Nimiꝝ ut princeps huius mũdi diabolus, auſus uenire ad iſtũ Iſrael, in quo nõ habet quicq̃, ita ſanguine & aqua de latere eius emanãtibus enecetur, ſicut ille carneus Pharao cũ ſuis oĩbus ſubmerſus eſt in aquis uehementibus, & ita ligno crucis tranſfigatur, ſicut fuit Aman ille tranſfixus, & ſicut contritus ex Antiochus, tandẽq; ita & ipſe diabolus, & omnis illi cõſentiẽs mũdus extremo iudicio dãnetur, ſicut ille ueniẽs cõtra Iudã & Hieruſalẽ ſuperatus eſt, q̃ ſibi uidebatur inſuperabilis Aſſur, & ſubuerſa eſt Niniue caput ſuperbiæ eius. ¶ Ecce ò Iuda, ſuper mõtes ecce pedes. i. prædicatores, oẽm ſeculi altitudinẽ ſupergrediẽtes, pedes euãgelizantis & annũciantis pacẽ, ꝑdicatores dantis pœnitentiã & remiſſionẽ peccatoꝝ, deſtructo peccato, cõſummata iuſtitia, principe huius mũdi iã iudicato. Scdm ſimilitudinẽ plagæ, q̃ facta eſt in parte idẽ in Aſſyrijs factũ eſt, idẽ ſine dubio fiet in toto, ſcz hoc mũdo, & in principe huius mundi. ¶ Celebra igitur ò Iuda. i. cõfeſſor ꝓpheticæ & euãgelicæ fidei, celebra feſtiuitates tuas & redde uota tua. i. à malis operibus uaca, & in bonis operibus perſeuera. Feſtiuitates quæ dudũ celebrabãtur in figura, nũc in ueritate celebra, Exẽpli gratia, ut agnũ, quẽ dudũ comedebas in umbra, quẽ comedẽdo trãſitũ maris, & demerſionẽ carnei Pharaonis celebrabas, agni Chri ſignũ fuiſſe ſcias, & cætera feſta legis, euãgelicæ glĩæ noueris extitiſſe exẽplariã. Sed qd ꝓdeſt qualeſcũq; feſtiuitates celebrare deforis, niſi feſtiuitas contẽplatiõis in mẽte fuerit? Proinde cũ dico celebra Iuda feſtiuitates tuas, & redde uota tua: Pſalmiſtã interroga, & ipſe tibi dicet, quo facere debeas. Qm̃ (inqt) cogitatio hoĩs cõfitebitur tibi, & reliquiæ cogitatiõis diẽ feſtũ agẽt tibi. Vouete & reddite dño deo ueſtro oẽs q̃ in circuitu eiꝰ affertis mũera. Iſtæ ſunt tuæ feſtiuitates ò Iuda, ut cogitatio tua deo cõſiteatur, & ſi nõ oĩs cogitatio feſtiua eẽ ꝑt & ſplẽdida, ſaltẽ reliqæ cogitatiõis diẽ feſtũ agãt. i. ſaltẽ aliqñ poſt infeſtationes malaꝝ cogitationũ, locũ mẽtis obtineãt cogitatiões bonæ, iuxta illud: peccaſti, geſce. Cũ huiuſmodi feſto die redde uota tua, quoꝝ ucz uotoꝝ ſummũ uel optimũ eſt, calicẽ ſalutaris (iuxta Pſalmiſtã) accipere. i. imitari mortẽ ſaluatoris, qui moriẽdo pacẽ inter deũ & hoies fecit, ipſamq; euãgelizauit & annũciauit pedibus, ut iã dictũ eſt. i. ꝑdicatoribꝰ ſiue apoſtolis

1. Corin. 10

Iacob profundæis, Iſrael, ꝙ Chriſtianis hic ponitur.

Pſal. 77

Genes 4

Pſal. 115

ſtolis p mundū uniuerſum miſſis, & ſup montes incedētibus, i. ſup omnē altitudinē ſeculi ¶ Profecto nō uana feſtiuitas ita celebrare, & cauſam hāc feſtiuitatis habere, quia nō adiiciet ultra ut pertranſeat in te Belial, uniuerſus interiit, ucꝫ ſcdm ſimilitudinē Aſſur ſiue Sennacherib, qui reuerſus in uia, per quā uenit, iā ultra in te pertranſire nō poterit. Ita nanq; Belial, quod interpretatur abſq; iugo, ſcꝫ diabolus, ab initio rebellis deo, ex q̄ tibi ò Iuda, Chriſtus moriēdo ac reſurgēdo feſtiuitates tuas dedicauit, ultra iā in te ptrāſire nō poterit. Nā ex tūc uniuerſus interiit. Nō q̄ ſubſtātia eius eſſe deſierit, ſed q̄ mors generis hūani, quæ p̄ in uidiā eius in hunc mundū introiuit, mors (inq̄) uniuerſa, mors gemina, tā animæ q̄ corporis oīno interiit. Vbi uel qñ iſte Belial interiit? Vbi mortua eſt mors, quā intulit, vñ & appellatur & ipſe mors? Videlicet ubi mortuꝰ eſt Chriſtus, ibi noſtrꝫ mortua eſt mors animarꝫ, & ubi reſurrexit Chrūs, ibi noſtrorꝫ interiit mors corporꝫ. Celebrando ergo feſtiuitates tuas ò Iuda, memēto, q̄ ille ſit ipſa feſtiuitas tua, de quo dicis, qui mortē noſtrā moriendo deuicit, & uitā reſurgendo reparauit, & hinc eſſe q̄d dicitur: nō adiiciet ultra ut ptranſeat in te Belial, uniuerſus interiit. Nā ſi illud ſolū reſpicias, quod Sennacherib nō reuerſurus abiit, & interiit, nō eſt uerꝫ proinde dicere: Belial uniuerſus interiit, qa ucꝫ poſt illū plurimus Belial, qualis ille fuit, in te ptranſiuit, qui multo amplius nocuit. ¶ Forte dicis ò Iuda: Quādiu ſtat Ninīue, qūo mihi dicis: quia Belial uniuerſus interiit? Quādiu ſtat mundus? qūo conſolabor de mortis interitu? Ecce em̄ Nero ſæuit, Decius inſanit, Maximianus morte armatꝰ ueſanit, & p̄ter iſtos filiꝫ Belial multi, quorꝫ Antichrūs deterrimꝰ erit. Qūo ergo iā dicis, qa Belial uniuerſus interiit? Ad hæc inquā, Aſcendit q diſpergat in facie tua, cuſtodiens obſidionē. Quis eſt ille qui aſcendit? Ad illā quippe Niniuē aſcendit Nabuchodonoſor rex Babylonis, & in facie tua ò Iuda, qui tunc temporis in mundo eras. i. te p̄ſente uel ſciente diſpſit Niniuen illā, circa illā cuſtodiens obſidionē, donec illā caperet, ſed in hoc parua, imò ferè nulla cōſolatio eſt. Peior nanq; tibi Nabuchodonoſor poſtmodū extitit, q̄ fuerit Sennacherib. Quis igitur ille eſt q aſcēdit, quiq; in facie tua ſic diſperget mundū iſtū, magnā utiq; Niniuē ut p̄fectā habeas cōſolationē? Profecto q deſcendit Chrūs, ipſe aſcendit, & ſicut aſcēdit, ita ueniet Niniuē diſperſurus. i. mundū in facie ſua iudicaturus. Qd̄ interim facit Nero ſiue Dioclecianus, imò ipſe diabolus, ſiue Antichrūs nihil ueritatē diminuit, quin ueraciter dicas: Belial uniuerſus interiit, foras miſſus eſt princeps huius mūdi. Nō hic agitur nec agi p̄t, quin mors, utraq; mors, aiæ & corpis abſorpta ſit in uictoria iſtius aſcēſoris cœli. Quid em̄ ſi adhuc hoſtis corpꝰ occidit in mēbris? Deniq; aiam nō p̄t occidere uiuificatā capitis. i. Chri morte, & de ipſa morte corporis tā certū eſt, q̄ interitura ſit in mēbris, ut ueraciter uel ſecure iā dicas, qa interiit, p̄ſertim qa caput Chrūs reſurrexit & mēbra nonnulla. i. multi cū eo ſcti. ¶ Olim hoc intēdebat, hoc ſperabat draco diabolꝰ q̄d efficere poſſet, ut de illa mulie re, q̄ erat gens illa, q̄ ſcdm carnē quoq; dicitur Iuda ſiue Iudæa, nō naſceretur maſculus filiꝰ q recturus eſſet gētes in uirga ferrea, & iccirco illā delere conabitur ſeptē capitibus armatꝰ, ſed hoc iā ſperare nō p̄t, qa iā natus eſt ille filius, & iā raptus ē ad deū & ad thronū eius. Hoc tm̄ deinceps intēdit p Neronē & quoſcūq; ſimiles illi, ut nō expectetur rediturus, ſed tu firmiter tene, quia ſicut aſcendit ita reditur? eſt, ut in facie tua diſpergat Niniuē, ut te uidēte iudicet mundū nō credentē, teq; perſequentē, ita cuſtodiens obſidionē, ut neq; ab oriente neq; ab occidēte, neq; à deſertis montibus pateat cuiquā locus effugij, qñ deus ipſe iudex eſt, qui oia cōcludit, cuius de manu nemo eſt qui eruere poſſit. ¶ Hoc futurꝫ ſciens, ad hoc illū rediturꝫ credens, fac q̄d nūc dico. Cōtemplare uiā, conforta lumbos, robora uirtutē ualde. Hæc (inq̄) age, ſic uiue, quia nō hoc aliud eſt, q̄ quod ipſe in euāgelio dixit, anteq̄ aſcenderet. Sint lumbi ueſtri p̄cincti, & lucernæ ardētes, & uos ſimiles hominibus expectantibus dñm ſuū, qñ reuertatur à nuptijs. Quidnā aliud eſt uigilare ſcdm ſimilitudinē hominum expectantiū dñm ſuum, q̄ contemplari uiā, cū ſolicitudine expectare illū, qui & uenturus eſt & ipſe uia eſt, Et quid aliud eſt confortare lumbos, q̄ ſuccinctos habere lumbos. i. contra libidinē, ſiue luxuriā, quæ in lumbis eſt, caſtigatū habere corpus, & caſtū cor? Porro uirtutē ualde roborare, id ſine dubio eſt lucernas ardētes habere. i. cū honore caſtitatis opera bona exercere, & in ipſis perſeuerare. Quomō aūt uel vñ uirtus eiuſmodi ualde roboratur? quod eſt uirtutis huiuſce ualidū robur? Reuera humilitas. i. non fallax, ſed omnino uerax infirmi-

Belial diabolus, qūo uniuerſus interiit.

Iohā. 12

Draconis intētio. Apo. 12

Contemplari uiam.

Roborare uirtutem.

tatis con-

ſubuerſa ſunt. ¶ Vſq; quo dñe clamabo, & non exaudies, vociferabor ad te vim patiens, & nō ſaluabis? Quare oſtendiſti mihi iniquitatē & laborē videre, & p̄dā & iniuſtitiā contra me. ¶ Recte hic propheta nomē Abacuc ſortitus ē, qđ interp̄tat amplexio, ſiue luctator, qa uidelicet quodāmodo in certamē & luctamē, & (ut ita dicā) in amplexū more luctantis cū deo cōgreditur, auſus eū ad diſceptationē iuſtitiæ ꝓuocare, & dicere ei cur in rebus humanis tāta uerſet iniquitas, & iniuſtus cōtra iuſtū p̄ualeat. Vſq; quo dñe (inqt) clamabo, & non exaudies, uociferabor ad te, uim paciēs, & nō ſaluabis? Quare oſtendiſti mihi iniquitatem & laborem uidere, p̄dā & iniuſtitiā cōtra me? et factū eſt iudiciū, & cōtradictio potētior. Propter hoc lacerata eſt lex, & nō peruenit uſq; ad finē iudiciū, qa impi⁹ p̄ualet aduerſus iuſtū, propterea egreditur iudiciū peruerſum. De ſuoꝝ ſtatu tēporū loqui uidetur qa impius Nabuchodonoſor p̄ualuit aduerſus iuſtū Iudā, & hāc eſſe cauſam, qđ dixerit iudiciū non peruenisſe ad finē, qa iniquū ſit & peruerſum, ut Ioſias rex iuſt⁹ à rege iniuſto trucidet, ut Daniel, Ananias, Azarias, Miſael ſeruiant, & imperet Babylonius imperator, & inter ſcorta & concubinas ſuas Baltaſar pōtet in phialis dei. Sed nūqd ad propheticā perfectionē ualet, ui diſſet illa ſui tēporis mala, quæ alius quiuis ignorare non potuit? Vt qd ergo ſic in titulo p̄miſit onus qđ uidit Abacuc propheta? Simul conſiderādū qa quod ꝓtin⁹ ſequit, aſpicite in gētibus, & uidete, admiramini & obſtupeſcite, qa op⁹ factū eſt in diebus ueſtris, qđ nemo credet, cū enarrabitur, ad Euāgelica ſpectare tēpora, Paulus intellexit apoſtolus, imò q paulū aſſumpſerat ſpūs ſanctus. Nā ubi dixit, ſpūs ſanctus ſegregate mihi Barnabā & paulū in opus, quo aſſumpſi eos, poſtmodū ita legimus, qa Paulus et qui cum eo erāt uenerūt Antiochiā Pſydie. Et ingreſſi ſynagogā Iudęoꝝ die ſabbatoꝝ ſederunt. Surgēs aūt Paulus ſermonē exhortationis habuit ad plebē, quem ita concluſit. Videte ergo ne ſuperueniat uobis quod dictū eſt in prophetis. Videte cōtēptores & reſpicite, & admiramini & diſperdimini, qa opus operior ego in diebus ueſtris, opus qđ nō creditis ſi qs enarrauerit uobis. Litera paululū diuerſa eſt, uidelicet ſecūdū ſeptuaginta interp̄tes. Quod ſi illud repugnare uidetur, ne ad Euāgelicæ gr̄æ tēpora, apoſtolū ſequētes, reſpiciamus qđ protinus ſequitur, qa ecce ego ſuscitabo Chaldæos gentē amarā & uelocē, hoc eſt non futurum, ſed iā dudū fuerat factū, tēporibus apoſtolorū, nos ſimiliter dicimus, qa qñ hæc ſcripſit Abacuc iā fuerat factū iā ſuſcitauerat dñs Chaldæos, & gentiū tabernacula poſſidebāt, iāq; Iudam in captiuitatē duxerāt. ¶ Igitur prophetiæ textū ingredientes, quātū poſſumus myſticorum maieſtatē ſenſuū magnificemus, & eū qui locutus eſt per prophetas ducē ſequentē ſpiritū ſanctū, ipſm in iſto propheta nō dubitemus loqui Chriſtū Ieſum crucifixū. Vſq; quo dñe clamabo, & nō exaudies, uociferabor ad te, uim paciēs et nō ſaluabis? Nūqd eñ hoc nō illi par aut ſimile eſt, qđ iādudū apud Pſalmiſtā dicebat: Deus deus meus reſpice in me, quare me dereliquiſti, deus meus clamabo p diem, & nō exaudies. Si reuera Dauid illud nō in ſua ſed in Chriſti dixit pſona, cur nō & iſte in perſona eiuſdē dicat hęc ſimilia? Veraciter hoc dignū eſt, & ſpiritū ſanctū decet, ut uerba q̄ per prophetas locutus eſt, illi aſcribātur perſonę, de qua iure illi cura eſt, qui uere iuſtus extitit, qa peccatū nō fecit, & iccirco dū pateret tā q̄ peccator, dū p̄ualeret aduerſus eū iuſtus, atq; clamaret, & nō exaudiret, ad tēpus, iudicium q̄rere poterat ſecurus, ſicut manifeſte in p̄ſentibus dictis habemus. Nā ut erat fortis luctator deū uocat in ius & dicit: Vſq; quo dñe clamabo, & nō exaudies? Clamabat aūt clamore ualido, & exauditus ē, q̄uis & hic & in pſalmo dicat clamabo & non exaudies. De hoc Apl̄us. Qui in diebus carnis ſuæ p̄ces ſupplicatiōesq; ad eū, q poſſet ſaluū illū facere, à mortuis cū clamore ualido & lachrymis offerēs, exauditus eſt pro ſua reuerētia. Non quaſi ignorās q̄rit ut diſcat, uſq; quo, uel q̄diu illū oporteat clamare, & uociferari, & exauditionem ſiue ſalutis eius offerri, q̄uis ibidē continuo dicat Apl̄us. Et qdē cū eſſet filius, didicit ex his, quæ paſſus eſt, obedientiā. Sciebat nāq;, ſed nōdū experimento ſciebat obedientiæ laborē, & ſcientiā eius nō latebat, qđ oporteret illū clamare & uociferari, uſq; ad mortē, mortē autē crucis, & ante illā obedientiæ cōſummationē nō debere audiri nō uportere ſaluari. ¶ Delectat ualde ita, ut dictū eſt, huius clamātis in propheta perſonā intelligere. Nec hoc ita dicimus, qđ ipſe propheta clamoris ſiue uociferatiōis eiuſdē expers fuerit, ſed hoc ueraciter dicimus, quia quicqd iſte uel alius dignū auditu dei clamauit aut uociferatus eſt, clamor et uociferatio

Verba prophetæ in perſona Chriſti.

Chriſtus clamauit in prophetis.

ciferatio fuit eius, cuius ſpiritus in illis, ut loquebatur, ita & clamabat & uociferabat. Vnde
Eſai 8 ſicut quodam loco uocari iuſſus eſt, accelera ſpolia detrahere, feſtina prædari, pro eo quod
antequàm uocare ſciret anteq̃ in ſeculo haberet matrem, & adoptiuum patrem, ſæpe Hie
ruſalem de hoſtilibus liberauit, ita nihil uetat illum uocari, accelera clamare, feſtina uocifera
ri, qa uidelicet anteq̃ naſceret de matre, & in aſſumpto homine laboraret, ipſe clamabat, &
uociferabatur in ſanctis, fidē habētibus promiſſiōis & aduētus ſui, fine cuius fide nō decebat
quēq̃ audiri. Equidē in multis exauditi ſunt propter eū, ſed nō ita ut conſummaret prævaricatio, & finē acciperet peccatū, & deleretur iniquitas, & adduceretur iuſtitia ſempiterna.
Nō ita Chrūs habebat exaudiri, donec ipſemet in ſua perſona cōſummaret obedientiā uſq̃
ad mortē, mortē aūt crucis, quæ futura erat cōſummatio clamoris & uociferatiōis. ¶ Quod
dicit uociferabor uim patiēs, ſenſum habet uenerabilē, ſi recolas qđ alibi dicit, quæ non rapui, tūc exoluebā. i. quā nō merui mortē ſuſtinebā. Vnde cōqeſtim quodāmodo q̃ritur, dicēs: Quare oſtēdiſti mihi iniquitatē, & laborē uidere, prędā & iniuſtitiā cōtra me? Quod di
Pſalm. 68 cit: oſtēdiſti mihi, hūc ſenſum habet, ac ſi diceret, impoſuiſti. Oſtēdiſti mihi (ait) iniquitatē, ſubaudiē, nō meā oſtēdiſti mihi laborē. i. impoſuiſti mihi, ut laborem propter iniquitatem, nō meā ſed alienā, Nā & hinc Eſaias loquitur: Et dñs poſuit, in eo iniquitatē omniū noſtrū
Eſai 53 & dñs uoluit cōterere eū in infirmitate, & pro eo qđ laborauit anima eius uidebit & ſaturabitur. Oſtēdit ei etiā prædā, ſicut protinus apud eūdē Eſaiā: Diſpertiā ei (inqt) plurimos, & fortiū diuidet ſpolia, pro eo qđ tradidit in mortē animā ſuā. Audiendū diligēter eſt, quod cum dixiſſet prædam, addidit & iniuſtitiam contra me. Nam tu deus prædam illi prædam iuſtam oſtendiſti, ut fortē armatū. i. diabolū iuſte prædaretur, q̃ fuerat iniuſte prædatus. At ille q maxīe debuiſſent eū recipe, ut ei cederēt in partē p̄de, repulerūt eū nimis iniuſte. Hoc recte intelligit: ubi cū dixiſſet: oſtēdiſti mihi p̄dā, addidit & iniuſtitiā cōtra me. Quod mō iā dicto oſtēdit illi iniquitatē, & laborē, et prędā, nō fuit cōtra ip̄m, qa ſpōte in o'ibus ſubiis obedientiam. Hæc aūt iniuſtitia q̃ repulerūt eū, fuit cōtra ip̄m, qa non fuit ex deo, licet ut hoc faceret, excęcati et aggrauati fuerint per iuſtū dei iudiciū. Nō aūt q̃ſi ignorās dicit, q̃re mihi hæc oñdiſti, ſicut et illud in Pſalmo: Quare me dereliquiſti, ſed eiuſmodi q̃ſtionē ideo ponit ita, ut ſoluat ſic: Lōge à ſalute mea, uerba delictor̄ meor̄. i. qa te à ſalute mea longe fieri expoſtulāt delicta meor̄. Sequit. ¶ Et factū eſt iudiciū, & contradictio potētior. ¶ Factū ē iudiciū, ſubaudit peruerſū, Seqtur em̄. Propter hoc lacerata ē lex, & nō peruenit uſq̃ ad finē iuditiū, qz impius prevalet aduerſus iuſtū, propterea egredit iuditiū peruerſum. ¶ Et qđ ē iudiciū puerſum, niſi iudiciū cōtradicentiū. Pręmiſſo nāq̃ et factū eſt iudiciū, ſubiūgit, & cōtradictio potētior, et qđ ē cōtradictio, niſi legis laceratio? ſtatim nanq̃ intulit, propterea lacerata ē lex &c. Iā nūc ut ad ſenſum intimū expeditior aditus pateat. Primo notādū eſt, q̃ nō ita dixit, propterea impi⁹ p̄ualet aduerſus iuſtū, qa lacerata ē lex, et nō peruenit uſq̃ ad finē iudiciū, propterea impi⁹ p̄ualet aduerſ⁹ iuſtū, qa egredit iudiciū puerſum, ſed
Iudiciū puerſū ecōuerſo, propter hoc (inqt) lacerata eſt lex, & nō puenit ad finē iudiciū, qa impius prevalet aduerſus iuſtū. Nō em̄ hic de illo agitur iudicio puerſo, q̃ ſæpe iudicis iniuſti pro mūeribus iuſtificāt implū, cōdēnātes iuſtū, ſed de illo q̃ homines ipſum p̄ſumūt iudicare deū ueluti iniuſtū, quoties aduerſitatibus fatigari iuſtū, et p̄ſperari uiderint impiū. Talibus Malachias propheta loqt. Laborare feciſtis dñm in ſermōibus uſis, & dixiſtis: In q̃ eū fecimus laborare?
Mala. 2 In eo cū diceretis. Omnis q facit malū, bonus ē in cōſpectu dñi, et tales ei placēt. Aut certe ubi ē deus iudicij. hoc p̄notato, iā nūc ad p̄libata pphetię uerba recurramus. Et factū ē (inquit) iudiciū et cōtradictio potētior. Vbi tu dñe oñdiſti mihi iniqtatē & laborā utdere prędā et iniuſtitiā cōtra me. Vbi ego clamabā, & nō exauadiebs, uociferabar ad te uim patiēs, & ſion ſaluabas, ibi & in filiis euētibus. i. propter filios euētus factū eſt iudiciū, ſubaudit puerſum et cōtradictio potētior, ſubaudit dictiōe illor̄, q, q̃d uerū ē, dicūt: utputa iuſtus es dñe, et rectū iudiciū tuū. Potētior (inq̃) eor̄ dictiōe, de qb⁹ itidē ſcriptū eſt: q̃ bonus Iſrael deus, his q recto ſunt corde. Contradictio illor̄ ē, q dicūt: q facit malū: bon⁹ ē in conſpectu dñi, et tales et placēt, aut certe ubi ē deus iudicij? Suā nāq̃ cōtradictionē roborāt argumētis q̃ſi rerū
Pſal. 72 euidētiū, qa vc̄ pacē p̄ctōr̄ uidēt, qa non ē reſpectus morti eor̄, et in labore hoīm nō fūt et cū hoib⁹ non flagellabunt, imò et abūdātes in ſeculo diuitias obtinuerūt: et econtra iuſti

flageſſa

flagellati fuerũt tota die & caſtigatio eoꝝ in matutinis, & ego q̃ oim iuſtiſſim⁹ erã uel ſum̃ ꝓ oĩbus flagellatus & caſtigatus, deriſus fui, & morti turpiſſimæ addictus, & oẽs q̃ uidebãt me, deriſerũt me, locuti ſunt labijs, & mouerũt caput, me clamãte, me uociferãte: deus deus me⁹, ut q̃d dereliquiſti me? Quia ſic impius ꝓualet aduerſus iuſtũ potẽtior cõtradictio eſt, utpote ꝓſentib⁹ argumẽtis muniẽs, legẽ lacerãs, legiſq̃ deũ ac dñm blaſphemãs, aduerſus eos q̃ recto ſunt corde, reſiſtẽs illis potẽtius, ſeq̃ apponẽs, dicẽtib⁹: q̃ bonus Iſrael deus. Laceratur hoc mõ lex, & nõ peruenit uſq̃ ad finẽ iudiciũ. i. nõ cõceditur ueꝝ habẽtibus iudiciũ, deũ eſſe bonũ, deũ eſſe iuſtũ, deũ curare de rebus hoim, imò egreditur iudiciũ puerſum, ſcz oẽm q̃ facit malũ, bonũ eſſe in cõſpectu dñi, & tales ei placere. Sed nũquid impi⁹ ſemper ꝓ ualet aduerſus iſtã? Nunq̃d ille impius, ſcz populus Iudaicus, q̃ tũc prꝙualẽs aduerſus iuſtũ crucifixit eũ, & lacerauit eũ, mouens caput, & dicẽs: Sperauit in dño, eripiat eũ, ſaluũ faciat eũ, qm̃ uult eũ, ſiue illud: Vah q̃ deſtruit tẽplũ dei, & in triduo illud reædificat, ſalua temetipſm, & his ſimilia. Nũq̃d (inq̃) ille impius ſemper ualidus, & iuſtus ille ſemp inualidus? Nõ utiq̃. Sed quod cõtinuo mutata uoce loquit. ¶ Aſpicite in gẽtibus, & uidete, & admirãmini, & obſtupeſcite, q̃ op⁹ factũ eſt in dieb⁹ veſtris, q̃d nemo credet cũ narrabit. Quia ecce ego ſuſcitabo Chaldæos, gentẽ amarã & velocẽ, ambulantẽ ſup latitudinẽ terre, vt poſſideat tabernacula nõ ſua, horribilis & terribilis eſt, ex ſemetipſa iudiciũ, & onꝰ eius egrediet. Leuiores pardis equi eius, & velociores lupis veſpertinis, & diffundẽtur equites eius. ¶ Quãta uocis mutatio, nõ mutata ꝓſona. Vnꝰ idemq̃ quãta prius loq̃batur in infirmitate, & q̃ magna nũc logtur in uirtute, iã ſupra plꝰ bauim⁹, huius loci meminiſſe Paulũ in actib⁹ apoſtoloꝝ, ubi apud Antiochiã ingreſſus ſynagogã Iudæoꝝ, habitũ ſermonẽ exhortatiõis ad plebẽ, ita cõclusit: Videte ergo, ne ſupueniat uobis q̃d dictũ ẽ in ꝓphetis: Videte cõtẽptores, & admiramini, & diſꝑdimini, qa opꝰ operor ego in dieb⁹ veſtris, opꝰ q̃d nõ credetis, ſi qs enarrauerit uobis. Horrẽde dixit, terribiliter ꝓnũciauit: uidete ergo, ne ſupueniat uobis, Horrẽdũ nãq̃ & terribile ẽ, nõ credere opꝰ, q̃d ego operor in dieb⁹ veſtris, ait dñs, ꝓpter illud q̃d cõtinuo ſequtur. Quia ecce ego ſuſcitabo Chal. &c. Niſi apoſtolicũ ſenſum ſeq̃mur, & in illis dieb⁹ intẽdam⁹, de qb⁹ ipſe ſentit dictũ hoc eẽ in ꝓphetis, qũo ſtabit, aut ueꝝ erit, qa opꝰ opor, q̃d nõ credetis, ſi qs enarrauerit uobis, qa ecce ego ſuſcitabo Chaldæos? Nũquid illud opꝰ, q̃d olim ſuſcitauit Chaldæos, & regẽ Nabuchodonoſor, ut ambularẽt ſup latitudinẽ terræ, nõ crediderũt Iudæi, aut nõ crederẽt, ſi narraret eis? imò quod opꝰ fuit enarrari illis, ꝓſertim captiuis in Babylonia, ſuccẽſa ciuitate, & tẽplo Chaldaico igni? Quiſem̃ illoꝝ hoc ignorare potuit? Adde, q̃d (ſicut ſuperi⁹ dictũ ẽ) tẽporib⁹ apoſtoloꝝ, imò & tpe, q̃ ꝓphetauit Abacuc, nõ futuꝝ, ſed iã erat factũ, id quod litera ſonare uidetur præſenti loco: quia ecce ego ſuſcitabo Chaldæos. Igitur aſpicite in gẽtib⁹ & uidete, & admiramini, ſiue iuxta ſeptuaginta interpretes, uidete cõtẽptores, & admirami ni, & diſꝑdimini & cẽ. uerba ſint, ut uere ſunt, nõ iã iudicaturi, ſed iã iudicantis iuſti, aduerſus quẽ impius Iudaicus populus ꝓualuit, ut diceret: Vſq̃quo dñe clamabo, & nõ exaudies, uociferabor ad te, uim patiẽs, & nõ ſaluabis, ſiue, deus meus, ut q̃d dereliquiſti me? Aſpicite (inquit) uidete (ait) & admiramini, ò uos cõtẽptores Iudæi, & in oẽs gentes diſperdimini. Quã ob cauſam? Quia opus factũ eſt in diebus ueſtris, quod nemo credet, cũ enarrabitur. ¶ Q̃d eſt illud opus? Quia ecce ego ſuſcitabo Chaldæos, gentẽ amarã & uelocẽ & c. Reuera hoc opus nõ crediderũt Iudæi, tũc cũ enarrarẽt apoſtoli, nõ credũt nũc cũ enarrãt ſucceſſores apoſtoloꝝ Chriſtiani, q̃ ego ipſe q̃ in cruce moriẽs tanq̃ derelictꝰ clamaui, q̃ mortuus & ſepultꝰ fui, ego ipſe (inq̃) nũc uiuã, nũc reſurrexerim, & adhuc ò deus pater tecũ ſim, & poſt paucos, ex quo mortuus fui annos, ſuſcitẽ Chaldæos. i. gentẽ amarã & uelocẽ, ſimilẽ Chaldæis, ſimilẽ inquã. i. q̃ uerã nimiſq̃ perfectã iteret ſimilitudinẽ eoꝝ, q̃ olim geſſerũt in uos illi homines, gentili nomine Chaldæi, ita ut eodẽ menſe: imò & eodẽ die anni ſuccenſa ciuitate, ſuccendant & templũ ueſtrũ, quo illud olim ſuccẽderũt illi Chaldæi. Nã & hoc Ioſephꝰ nõ negligendũ, imo admirandũ arbitratus, ita ſcripſit: Titus aũt diſceſſit in Antoniã, decreto poſtridie mane cũ omni exercitu aggredi templũq̃ obſidere. Sed id plane dei ſententia iã dudũ igne dãnauerat, euolutiſq̃ tẽporibus aderat fatalis dies, qui erat decimꝰ menſis Auguſti, quo etiã prius à rege Babylonioꝝ fuerat cõcrematũ. Itẽ poſt eiuſdẽ incendij narrationẽ,

Pſal. 21
Mat. 27

Actu. 13

Verba referenda ad Chriſtũ.

Suſcitabo Chaldæos. i. Romanos.

Mirabitur aũt(ait)quis in eo etiã circũacti tẽporis fidẽ. Nã & mẽsem(ut dictũ est)eũ, dñẽq; seruauit, quo primũ à Babylonijs templũ erat incensum. Nec uero solũmodo propter huiusmodi similitudinem, illud excidiũ arbitramur congrue dictum esse suscitationẽ Chaldæorũ, uerumetiã propter inuisibile impetũ, qui profecto simul aderant, spirituũ malignorũ, quibus sine dubio Iudæi secundũ animã & corpus traditi sunt, & quos Chaldæi nomine, & re significauerunt. Nomine, qa Chaldæi feroces interpretantur, re aũt, qa populũ dei de terra sua captiuũ duxerũt, sicut operatione malignorũ spirituũ in Adã sub peccato captiuati, omnes electi in huius mundi exiliũ deuenerunt. Magna res, magnũ malũ, & tam grande, ut dignũ se dixerit spiritus sanctus per os Apostoli, uidete contemptores, ne superueniat. Cõmonuit eos, sed non profuit eis, quia non uiderunt, non sibi prouiderunt, ne superueniret eis. Oportebat ergo ita fieri, necessariũ erat impleri ueritatẽ iudicij, & ita factũ est. Suscitauit ille, suscitatus à mortuis, alios Chaldæos, alteram Babyloniã. i. Romam. Nã salutat uos (ait Petrus Apostolus) ecclesia, quæ est in Babylone collecta, Romã tropice percutiens. i. ipsam iuxta oẽm rei hui similitudinẽ uolens intelligi Babylonẽ. Cur nõ eadẽ ratione Chaldæos hic intelligimus Romanos? Hoc est opus, quod nemo, inqt, credet, cũ enarrabitur. Credunt quidem Iudæi, imò bene sciunt, & nimis bene nouerunt qp uenerunt Romani, & similia Chaldæis, imò peiora fecerint eis, qñ Chaldæi, sed non credunt narrantibus, non credũt prædicantibus, qd ille hoc opus fecerit, aut facere potuerit, qui ab ipsis crucifixus est, qui mortuus & sepultus est, quod resurrexerit, in cœlos ascenderit, & omnẽ habens potestatem in cœlo & in terra, hoc illis facere potuerit. Nemo credit. i. qui credunt sunt pauciſſimi. Nam qui crederẽt ex Iudæis, fuerũt quidẽ aliqui, sed in cõparatione non credentiũ, fuerũt & sunt pauciſſimi, ita ut recte dicas, nemo credit, sicut apud Esaiã eadẽ ueritas: Iustus(inquit)perit, & nemo recogitat, siue pcipit corde, & uiri iusti tollũtur. & nemo considerat. Veruntamen primo spũs malignos hic intelligimus Chaldæos secũdarie Romanos, hoc solũmõ in hoc mysterio differẽtes, quo ab equis differunt equites, qm̃ hoc dictũ est: Leuiores pardis equi eius &c. Igitur iã ipsa diligentius uerba consulamus. Ecce, inqui, ego suscitabo Chaldæos, gentẽ amarã & uelocẽ ambulantẽ super latitudinẽ terræ, ut possideant tabernacula nõ sua. Hoc est onus quod uidit Abacuc propheta, hæc est illa, quæ passionẽ Christi filij dei secuta est, ira & pressura, quẽadmodũ ipse dixit: Erit em̃ pressura magna super terrã, & ira populo huic, & cadẽt in ore gladij, & captiui ducẽtur in oẽs gentes. Chaldæos feroces, Chaldæos hostes uisibiles pariter & inuisibiles suscitauit, qm̃ Romanos adduxit, simulq; malignis spiritibus impiũ, q pualuerat aduersus iustũ, tradidit, & quis gentẽ illã, gentẽ nesciat amarã, gẽtẽ uelocẽ? Q3 amari humano generi sunt spũs maligni, & q̃ ueloces ad persequẽdũ & cõsequendũ omnẽ animã, quæcũq; hyeme uel sabbato fugit, i. quæ deprehenditur in frigore infidelitatis, & tunc primũ salutis suæ meminit, quando sicut non est tempus operandi, ita non est licentia fugiendi. Quàm uelociter gens ista consecuta est impiũ illũ sibi traditũ abillo iusto, q hec loquitur, qm̃ iniuste præualuerat aduersus eum. ¶ Quod deinde dicit ambulantẽ sup latitudinẽ terræ, ut possideat tabernacula nõ sua, & subinde leuiores pardis equi eius & uelociores lupis uespertinis, admiratione magis q̃ expositiõe indiget, si recolas, qũo Romana potẽtia super latitudinẽ terrę ambulauerit, quãta egerit. Nõ utiq; per orbẽ terrarũ tm̃ fudisset sanguis, tam sui, q̃ alieni, nisi dorso eius tanq̃ equo gens amara & uelox insedisset, gens inuisibilis, de qua iam dictũ est. Quod deinde dicit, ut possideat tabernacula nõ sua tam equos q̃ equites culpat, quia vcz & Romani nimis cupide possederunt aliena, & malignus spiritus, cũ in euangelio dicit: Regna orbis terræ omnia mihi tradita sunt, & cui uolo, do illa, profecto possidere præsumit tabernacula non sua. Verũ nos nunc de illis potissimũ agimus tabernaculis, in quibus olim iustitia habitabat, ait Esaias, nunc aũt homicidæ, Ciuitas Syon, siue Hierusalẽ, & templũ, tabernacula erãt: quę gens ista non possidebat, nec erãt sua, q̃ diu iustitia in eis habitabat, iustitia fidei & spei, quæ illic repositа fuerat, in promissiõe aduẽtus Christi, in qua credidit Abrahã, & reputatũ est illi ad iustitiã. Nõ (inq̃) possidebat, quãuis illa deuastaret ad tempus, ut prius illi fecere Chaldæi, qm̃ Nabuchodonosor, concremata ciuitate & templo, duxit habitatores in Babyloniã captiuos. Ex quo de illis tabernaculis mali agricolæ eiecerũt & occciderũt filiũ, dñm uineæ, ex eo gens ista possidet eadẽ tabernacula

Roma tropice Babylonia dicitur. 1. Pet. 5

Dæmones in Romãis ficut sessores in æquis.

nacula, quondã non ſua, nec eñ ext ũc ulla in cerimoñs illoꝝ tabernaculorũ habitat, uelhã bitare ꝑt iuſtitia. Qualis iſta gens? Horribilis (ait) & terribilis eſt, ex ſemetipſa iudiciũ & onꝰ eius egredietur. Leuiores pardis equi eius, & uelociores lupis ueſpertinis, & diffundentur equites eius. Duo de gente iſta prædicauit, horribilis & terribilis, eãq; in duo, ſcz in equos & equites diſtinxit. Equos hoies, equites intellige dæmones, hominũ malos agitatores, & tam equos, q̃ equites, tã homines, q̃ dæmões, nimiꝝ Chaldæos. i. feroces, equos inquã, i. homines terribiles, equites. i. dæmones horribiles, Igitur gens horribilis atq; terribilis. Nunquid aũt deus hoc fecit, quod eſt horribilis, quod eſt terribilis? Non utiq;, ait ipſe dñs, ſed ex ſemet ipſa iudiciũ, & onus eius egredietur. Quid eſt iudiciũ, niſi dãnatio? & qd onus, niſi proprij cordis induratio ſiue aggrauatio? Nimiꝝ (ut breuiter dicã) cũ quiſcienter peccat, ita ut de illo ueraciter dicas, quia ſubuerſus eſt & delinquit, cũ ſit proprio iudicio cõdemnatus, uerũ ẽ de illo dicere, qa ex ſemetipſo iudiciũ eius egredietur'. Et cũ quis gladiũ accipit, nõ ut miniſter dei, nõ ut ſit uindex in irã ei q male agit, ſed ut uolũtati, uel inuidiæ propriæ morẽ gerat aut etiã ad male agendũ cõpellat, ut fecit Antiochus, & quiq; ſimiles eius, ueꝝ eſt dicere, qa ex ſemetipſo onus eius egredieť. Sic eſt oĩs iſta gẽs Chaldæoꝝ uniuerſitas malignoꝝ ſpiritu & impioꝝ hoĩm, qa & proprio iudicio cõdemnati ſunt, extollẽdo ſe cõtra creatorẽ ſuũ, & in omni preſſura, quã faciũt feroces atq; ſupbi, inuidiæ uel uolũtati ꝓpriæ ſeruiũt. Inde ſe iuſtificat & excuſat, malt nullius authordeus, nullã creaturã malã eẽ faciẽs creator bonus, dũ de gẽte iſta dicit ex ſemetipſa iudiciũ & onus eius egredietur. Qũo ergo gentẽ eiuſmodi ſuſcitare ſe dicit. Ait enim, qa ecce ego ſuſcitabo Chaldæos gentẽ amarã &c. Ad hæc cita reſpõſio patet, qa aliud eſt gentẽ amarã facere, aliud gentẽ amarã ſuſcitare, ſiue gẽti amaræ poteſtatẽ dare, qđ interdũ poſſit ordo iuſtitiæ. Exẽpli gratia, Pharaonẽ deꝰ malũ eſſe nõ fecit, ſed cũ malus eſſet, in regiã poteſtatẽ ſuſcitauit, quia ſic expediebat, & interdũ expedit populo dei, ut qui malus eſt, fiat etiã potẽs, ſitq; in manu dei uirga furoris, & baculus indignatiõis, & inde cõmoda illa proueniũt, q̃ Salomon loqtur in parabolis. Peſtilente flagello, ſtultus ſapientior erit, ſi aũt corripueris ſapientem, intelliget diſciplinã. Igitur onus gentis huius amaræ, gentis horribilis atq; terribilis, ex ſemetipſa, inqt, egredietur. i. ſpõtanea cor eius impietate grauabitur, & totus in malũ erit conatus eius, unde deus nõ erit culpãdus, uelut author amaritudinis eius, imò laudãdus, q; amaritudine eius bene utetur ut dũ, peſtilentes flagellant, aliquis ſtultus ad ſapientiã proficiat, eoꝝ exẽplo territus, & q ſapientes fuerint, ut olim Daniel & ſocij eius, eodẽ flagello correpti, meliꝰ intelligãt diſciplinã. ¶ Qui porro ſunt uel fuerũt pardi, & lupi ueſptini, qbus leuiores & uelociores dicuntur equi huius gẽtis? Pardos libet Græcos intelligi, qa vcz apud Danielẽ ꝑ pardũ regnũ Græcoꝝ cõſtat in uiſione ſignificari. Lupos ueſptinos arbitramur Perſas & Mœdos, ucz Amã hoſtẽ Iudæoꝝ & cõplices eius, q utiq; Perſæ & Mędi purſum in eadẽ uiſiõe intelligũtur. Illi nãq; tãq; lupi ueſptini, lupi famelici, nihil in mane relinq̃re uolebãt, ſed totũ deuorare, uniuerſum genꝰ Iudęorũ vñ Chſs naſceret, delere cogitabãt. Lupis illis & pardis iã dictis leuiores atq; uelociores fuerũt equi Chaldaici, equi Babylonij, ſiue illã priorẽ Babyloniã intelligas, ubi regnauit Nabuchodonoſor, ſiue ſcdam Babyloniã. i. Romã, de q̃ iã ſuperius dictũ eſt, qa ſalutat uos (ait Petrus apoſtolus) eccleſia, q̃ eſt in Babylone collecta. Babyloniã nanq; Romã dicit ꝓpter effuſionẽ multiplicis idololatriæ. Tẽpore eñ claudij Cæſaris Romæ illa epiſtolã ſcripſit, priusq̃ Alexandriã mitteret Marcũ, cuius ibidẽ meminit, dicẽdo: & Marcus filius meus. In q̃tandẽ equi iſti leuiores fuere pardis illis, uelociores lupis illis? In eo ucz, q; illuc uſq; peruenerũt q̃ intẽderũt, & q̃d inſeq̃bãtur aſſecuti ſunt. Nã utriq; Babylonij ciuitatẽ & tẽplũ ſuccẽderũt, & ppl'm captiuũ duxerũt. Et priores qdẽ Babylonij ppl'm intra ſe captiuũ tenueſt qa ſic uoluerũt, poſteriores aũt uẽdiderũt, & in oẽs gẽtes captiuos diſtraxerũt, qa ſic uoluerũt. At uero pardi illi, lupi illi, nõ tã ueloces fuerũt, ut aſſequerẽtur q̃d uoluerũt. Nã lupos q dã, ſcz Amã & cõplices eius, regina Heſter, & Mardochæus uelociores ſapiẽter ꝓuenerũt, pardos aũt. i. Græcos cũ Antiocho Epiphane, Iudas Machabæus & ſocij eius fortiter ab incepto retraxerũt. Equos iã dictos nullus ꝓuenit, nullus retro egit, ſed (ſicut iã dictũ ẽ) ꝓuenerũt q̃ intẽderũt, pfecerũt q̃d uoluerũt, uſq; ad ignẽ, uſq; ad fumũ, uſq; ad ciuitatis & tẽpli ſir recuperabile exterminiũ. Adde q̃d ſequtur, Et diſſundent eqtes eiꝰ, Equites malignos ſpũs,

Caldæi, demones ſunt & Romani.

Deus non facit, ſed ſuſcitat gentẽ amarã.

equoꝝ

equos aũt eoꝝ hoies iã diximus. Parũ erat ad uindictã, ꝙ ceciderũt in ore gladij corpora hominũ, niſi etiã malignis ſpiritibus in p̃dã cederẽt aiæ illoꝝ. Diffundẽtur ergo (ait) eqtes eius .i. oia cõplebũt maligni ſpũs, nullis obſiſtẽtibus bonis ſpiritibus, quippe q iã abierant dicentes, ut refert Ioſephus, migremus ex his ſedibus. Feſto (inqt) die, quẽ pentecoſten uocant, nocte ſacerdotes intimũ tẽplũ more ſuo, ad diuinas res celebrãdas ingreſſi, primũ quidẽ motũ quẽdã ſtrepitũq; ſenſerũt, poſtea uero ſubitã uocẽ audierũt q̃ diceret, migrem⁹ hinc. Profecto res q̃ ſubſecuta eſt, ſatis aſtruit, migraſſe illinc oñe præſidiũ bonoꝝ ſpirituũ, & in locũ deſtitutũ diffuſam fuiſſe multitudinẽ ſpirituũ maloꝝ, quos hic dicimus equites inuiſibiles equoꝝ uiſibiliũ. i. bellicoꝝ hominũ duros agitatores. Vnde adhuc ſequitur. ¶ Equites nã ꝙ eius de longe venient, volabũt quaſi aquila feſtinans ad comedendũ. Omnes ad prædã venient, facies eoꝝ ventus urens. ¶ Reuera de longe uenerũt eqtes eius, qa ucꝫ natura ſiue cõditione, longe à quocũq; homine ſunt maligni ſpũs. Proinde gens eiuſmodi horribilis ſupra dicitur, qa nimiꝝ & ab humano genere natura longe ſunt, & contra humanũ genus immani odio ferũtur. Et quia ueloces ſunt utpote ſpũs, paꝝ fuit dixiſſe, uenient, addiditq; uolabũt. Congrue per hoc uerbũ uolabunt, quod eſt auium, naturalem expreſſit uelocitatẽ immaniũ ſpirituũ. Nec uero quomõcũq; uolabũt, ſed ſicut aquila (inquit) feſtinans ad comedendũ. Aquila rex auiũ, aues tñ ab auiditate comeſtionis dictæ ſunt, ſiue ab eo ꝙ uias certas nõ habeant, ſed p auia quæq; diſcurrãt. Simul ſciendũ quod aquilę figura ſignũ erat in uexillo Romanoꝝ. Cũ ergo dicit, quaſi aquila feſtinãs ad comedendũ mira ſimilitudinis aptitudine uelocitatẽ atq; auiditatẽ ſimulq; poteſtatẽ, uimq; magnã declamat eiuſmodi equitũ. i. malignoꝝ ſpirituũ properantiũ cũ illis Chaldæis ſiue Babylonijs, ſcꝫ hominibus Romanis ſuis (ut iã dictũ eſt) equis ad permiſſaꝝ ſibi ad deuorationẽ animaꝝ. Omnes (ait) ad prædã uenient, facies eoꝝ uẽtus urens. Cũ dicit oẽs, ſimul equos & equites. i. homines intelligere pariter & dæmones. De equitibus. i. dæmonibus ex abundanti eſt dicere, q̃ auidi ad efferendas animas uenerint prędones. De hominibus uero q̃ intenti ad prędã fuerit, & cupiditatis q̃ odibilis, cũ multa in hiſtorijs experimẽta ſint, unũ hic nimis horrẽdũ nõ preterire libuit. Quidã (ait Ioſephus) apud Syros ex tranſfugis deprehenditur è ſimo uentris aureos colligens. Trãſglutientes eñ eos ueniebant, quia cunctos ſedicioſi ſcrutabãtur, & maxima uis auri fuerat in ciuitate. Hac arte detecta, totis caſtris fama percrebruit, qđ auro tranſfugæ pleni uenirent. Arabũ eñ multitudo, & Syri ſciſſos uẽtres ſupplicũ rimabãtur, & hac ego clade (inqt ille) credo ſæuiorẽ cõtigiſſe Iudæis. Vna denicq; nocte duoꝝ milliũ patefacta ſunt uiſcera. Veraciter igitur oẽs, ait, ad prædã ueniẽt, ſtatimq; ſubiũgit, facies eoꝝ uẽtus urens. Et reuera ſic accidit, qa cõpletũ eſt quod ad Moſen prædictũ fuerat, ignis ſuccẽſus eſt in furore meo, & ardebit uſq; ad inferni nouiſſima. Hoſtes uiſibiles ignẽ ſuccẽderunt uiſibiliter urentẽ, & ille ignis in furore dñi ſuccẽſus eſt, hoſtes aũt inuiſibiles animaꝝ prædã deuexerũt ad ignẽ inuiſibilẽ, ignẽ inextinguibiliter urentẽ, & hic ardet, & ardebit uſq; ad inferni nouiſſima. i. uſq; in finẽ, uel ſine fine, qa ſicut regni dei nullus erit finis, ita nulla inferni erũt nouiſſima. Seqtur. ¶ Et cõgregabit quaſi harenã captiuitatẽ. Et de regib⁹ ipſe triũphabit, & tyrãni ridiculi ei⁹ erũt. Ipſe ſup oẽm munitionẽ ridebit, & congregabit aggerẽ, & capiet eã. Tũc mutabit ſpũs, & pterãſibit, et corruet. Hec eſt fortitudo ei⁹ dei ſui. ¶ In quẽ hæc dicũtur, dubiũ eſſe nõ debet, quin ipſe ſit diabolus, rex equoꝝ & equitũ, de qbus añ loquebatur, rex Chaldæoꝝ. i. ferociũ oĩm ſuperbię filioꝝ, tã malignoꝝ ſpirituũ, q̃ impioꝝ hoĩm. Cũ de equis & de equitibus eius ſermo haberetur, repente ad ipm tranſiit, q eſt eoꝝ caput: Nã ne dubitet, quin de ipſo ſermo ſit, ſic illũ denotauit & deſignauit. Hæc eſt fortitudo eius dei ſui. Nõ dixit, hæc eſt fortitudo dei ei⁹, diabolus eñ nõ habet deũ, nec habere uult, ſed ita dixit, hæc eſt fortitudo eius, qui ipſe ſuus eſt deus, factor ſuus, quod ucꝫ ipſe dicere fuit auſus, vñ & apud Ezechielẽ illis uerbis ſub nomine Pharaonis arguitur. Ecce ego ad te Pharao, rex Aegypti draco magne, q cubas in medio fluminũ tuoꝝ & dicis, meus eſt fluui⁹, & ego feci memetipm. Et alibi, Et dixiſti, ait, dñs contra ipſum, deus ego ſum, & in cathedra dei ſedi. Nõ ergo dubiũ quin in quẽ hæc dicuntur, ipſe diabolus ſit, q̃ ita cõcludũtur, Hæc eſt fortitudo eius dei ſui. Nũc ipſa uerba p ordinẽ ſequamur. Et cõgregabit quaſi harenã captiuitatẽ, & de regibus ipſe triumphabit, & cætera. Non igno-

ro plera-

Volabunt q̃ ſi aquila.

Diabolus rex equorum & equitum.

ro pleraq; hoꝝ quæ hic dicuntur, uel añ dicta ſunt, ſuper Nabuchodonoſor intelligi poſſe ſed quia apoſtolicã ſemel ſequi authoritatẽ libuit, ſiquidẽ Apoſtolus Paulus (ut ſupra dictũ Act.3
eſt) huius prophetiæ meminit dicẽdo Iudæis, uidete ne ſuperueniat uobis qđ dictũ eſt in ꝓ
phetis &c. fateor, nõ libẽter recurrit animus ad illũ carneũ Nabuchodonoſor, præſertim cũ iſte Abacuc legatur alicubi fuiſſe Danielis cõtemporaneus, quo tẽpore nõ futura, ſed facta erant, quæ de eodẽ Nabuchodonoſor legim⁹. Veruntamẽ ſiue ante ſiue poſt, q̃ Nabucho donoſor ille Iudã in captiuitatẽ cõgregauit, hæc prophetia cõtexta ſit, illud nemo eſt q neſ/
cire debeat illũ geſſiſſe typũ diaboli, & qđ ita ſub noĩe eius diabolus in ſanctis ſcripturis con dẽnetur, ſicut ſub noĩe Pharaonis & ſub nomine Aſſur, ſuis locis uel tẽporibus. Igitur & cõ
gregabit, inqt. i. cõgregare nõ ceſſabit, quaſi harenã captiuitatẽ, captiuator generis hũani Qũ o congre.
diabolus, q̃ diu in hoc ſeculo ſubſiſtit hũanũ genus, Cõgregare cœpit in Adã, & ex eo con gat diabolus.
gregare nõ deſinit, aut deſinet uſq; in finẽ ſeculi, q̃ ſi harenã captiuitatẽ. i. innũerabilẽ capti/
uitatẽ. Quis em̃ denũerare poſſit captiuitatẽ generis hũani quã congregauit, & cõgregabit etiã nũc, liberatis ꝑ Chriſti fidẽ his, quos ꝑſciuit deus, & ꝑ deſtinauit cõformes fieri imaginis eiu ſdẽ filij ſui? Et ſi de cætera multitudine hoĩm minus curãdũ, attñ prophetæ de ſua gente pro hũano affectu erat dolendũ, Nã & ipſe dñs uidẽs ciuitatẽ, fleuit ſup illã, ucꝫ conſideras iuſte ſuperuenturã illi duplicẽ mortẽ, duplicẽ animaꝝ & corporꝝ captiuitatẽ. Similiter & de riſu eius ſuper oẽm munitionẽ, & de eo q̃ tyranni (inquit) ridiculi eius erũt, idẽ ſentiendum ſi rite perpẽdimus, id qđ iã añ dictũ eſt, qa Paulus apoſtolus cõtra cõtemptores Iudæos ad præſentẽ locũ reſpexit, uidete ergo (inqens) ne ſuperueniat uobis, qđ dictũ eſt in prophetis &c. Ita illũ intellexiſſe, ita Chriſtũ qui in eo loquebatur uoluiſſe libenter accipimus, ac ſi di/
ceret. Videte ne ſuperueniat uobis, ut diabolus ꝑ manus Chaldæorꝝ. i. Romanorꝝ, qm̃ tũc Roma altera erat Babylonia, congreget de uobis quaſi harenã captiuitatẽ, ne ſuperueniat uobis, ut dũ de regibus ipſe triumphat, ueſtri quoq; tyrãni, ueſtri principes ſeditioſi & neqſ/
ſimi, ridiculi eius ſunt, ne ſuperueniat uobis, ut ſuper oẽm munitionẽ ueſtrã, ſup Antoniã, Munitiones
& ſuper Phaſelũ, & ſuper Mariannã, & ſup Hippidicon, ſuper Macheronta, & ſuper Ma ludæorum.
ſadam, & ſuper cæteras oẽs munitiões ueſtras, ſuper tẽplũ, & ſuper ciuitatẽ riſu ſuo, riſu fel
lito, & amaro ioco rideat, & cõportet aggerẽ & capiat eã, ꝑ omnia ridens, utpote grande & miꝝ mortis, qua paſcitur, ſpectaculũ ꝑ oculis habens, quantũ uel quale in nulla gẽte uel na
tione habuiſſe legitur, ſi cunctas gentiũ hiſtorias ſiue tragœdias recenſeamus. Legamus lo
ſephũ uſq; ad munitionis ultimæ excidiũ, quod uocabatur Maſada, & manifeſtũ eſt, qa dia
bolus ibi habuit unde rideret. Illud em̃ fuit ultimũ, quo cõportato aggere, dũ caperetur, fica
rij q intus erãt nũero nõgenti ſimul, & ſexaginta cũ mulieribꝰ ſimul ac pueris, cõſiliũ ſecuti
ſui principis Eleazari, tanq̃ beatitudinis æternę ꝑmiũ aſſecuturi, ſi ſemetipſos trucidarẽt, po
tius quàm uiuos capi ſinerẽt, hoc mõ egerũt. Sorte ex nũero ſuo decẽ lectis oim ꝑcuſſoribꝰ
cũ uniuerſi etiã ꝓpter cõiuges ac liberos proſtratos cõpoſiti eoſq; ãplexi manibꝰ iacuiſſent,
parato aĩo ſe mactãdos ꝑbebãt, ĩfeliciſſimũ illud exhibẽtibꝰ miniſteriũ. Nouiſſimi ꝑcuſſores
ipſi cũ eſſent decẽ, uni nouẽ ſe occidẽdos ſuppoſuerũt, iſcq; nouiſſimus circũſpecta multitu/
dine mortuorꝝ, ne qs forte in multa cæde ſupeſſet, q ſuæ manꝰ egeret, ubi cognouit oẽs per
emptos ignẽ qdẽ immittit Regię, uehemẽti uero manu toto ꝑ ſe trãſacto gladio, iuxta ſuos
occubuit, Latuerũt duæ tm̃ mulieres, &. V. pueri ꝑ cuniculos, remq; ex his ut geſta fuerat,
Romani cognoſcẽtes admirati ſunt. Nouiſſima hæc, ſed nõ ſola fuit Iudaicę mortis inſania
Quãto putas riſu diabolus riſit in talibus, & in cęteris q̃q; gẽtibus habuit vñ rideret, hoc uni
cũ fuit ludibriũ nulli ſimile, ubi ipſe nimiꝝ in Romanis agẽs cõportauit aggerẽ, & cępit ci/
uitatẽ illã Hierlm, atq; inde captiuã abduxit animaꝝ multitudinẽ. Nã (ut Ioſephus quoq; te
ſtatur) cõtigit ciuitatẽ illã ad ſummũ felicitatis gradũ profectã ad ultimos caſus deponi. De
niq; oĩm poſt cõdita ſecula res aduerſas, ſi cũ Iudæorꝝ calamitatibus conferãtur, ſuperatũ iri
nõ ambigo. Seqtur. Tũc mutabitur ſpũs, & ꝓtrãſibit & corruet. Hæc eſt fortitudo eius dei
ſui. Ne hominẽ eſſe putes in quẽ loquebatur, ſpm̃ appellat eũ, ſine dubio uolẽs intelligi dia
bolũ. Nõ em̃ dixit, tunc mutabitur ſpũs eius, qđ congrue de homine aliquo loqueretur, ſed
tunc (ait) mutabitur ſpiritus, ſcilicet ille de quo loquor, qui non caro, ſed ſpiritus. Quid eſt
aũt dicere, tunc mutabitur ſpiritus, niſi ac ſi diceret, tunc non erit deus ille ſpũs? Hoc nanq;

præcipue

Tunc mutabitur ſpiritus qa nõ é vere deꝰ.

præcipue differt falſus deus, ab eo, qui ſolus eſt uerus deus, ꝙ ille mutabilis eſt, & multis uariatur accidẽtibus: uerus aũt deus incõmutabilis eſt, & nullis ſubiacet accidẽtibus. Pulcherrime ergo per hoc uerbũ, tũc mutabitur, deus eſſe denegatur ille ſpũs. Et quãobrem, uel in tuitu deus eſſe ille denegatur, dicẽdo tũc. i. illo tpe mutabitur. Nimiꝝ ob rẽ certã, ob rẽ magnã, quia ucꝫ olim ille ſpũs deus eſſe ſua ꝓſumptione exiſtimabatur, unde & hic protinus cũ improperio dicitur deus ſuus, his uerbis. Hæc eſt fortitudo eius dei ſui. i, illius q ipſe ſuus eſt deus, dicẽdo: Ego memetipſum feci, ſicut iã ſupra cũ prophetico teſtimonio memorauimus. Qñ hæc prophetia cõdebatur, tũc iſte ſpũs & dæmonia eius pro eo colebantur, in ſimulachris adorabãtur, & tũc reuera ſtultus ſibi erat deus, imò & extollitur ſupra omne q̃d dicitur deus, aut q̃d colitur, ait Apoſtolus. Futuꝝ em̃ erat, ut ſtatim poſt riſum, quo riſit ſup tẽplũ illud, ſup ciuitatẽ & munitiões eiꝰ, ſup Iudæã, in qua ſola notus eatenꝰ fuerat deus, dũ ipſe in gẽtibus quaſi deus haberetur, ſtatim (inquã) ipſe uanitatis arguitur, tantaq; mutatio fieret circa ipſum ut cognoſceret eſſe nõ deus, ſed diabolus, ſuũq; amitteret atriũ illud maximũ i. Romanũ imperiũ. Et ecõtra deus, ſiue dei filius, Chriſus, pro uno tẽplo, ſup q̃d ille fecit riſum, iuſte permiſſus, & pro una gente Iudæa, in qua debuerat eſſe notus, innũera p orbẽ terraꝝ haberet tẽpla, & à cũctis coleretur gẽtibus expulſo illo, tã de tẽplis, q̃ de ipſaꝝ gentium cordibus. Tunc ergo (inquit) mutabitur ſpũs, nimiꝝ magna mutatiõe, ut appareat mutabilis diabolus, q putabatur eſſe, & uolebat uideri incõmutabilis deus. Hæc mutatio cõtinget ei ſecundũ ſimilitudinẽ illius Chaldæi, ſiue regis Chaldaici, qui dũ eodẽ ſpũ inflatus, diceret: Nonne hæc eſt Babylon magna, quã ego ædificaui in domũ regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei, ſtatim demutatus eſt in amẽtiã bonis? Fœnũ (inqt ſupna uox) quaſibos comedes, & ſeptẽ tẽpora mutabuntur ſup te. Secundũ illã (inquã) ſimilitudinẽ mutabitur (ait) ſpũs, ut ucꝫ & ipſe fœnũ ut bos comedet, ſicut ad beatũ Iob de ipſo dictũ eſt: Ecce Behemoth, quẽ feci tecũ, fœnũ quaſi bos comedet. Nec uero ſic ſolũ mutabitur, uerũetiã & pertrãſibit (ait) corruet. Ergo nõ bona mutatio hæc, cuius finis hic eſt, ꝙ pertrãſibit & corruet. Peruerſa mutatio hæc, qm̃ non fecit ille, q ſolus incõmutabilis eſt, Etem̃ ꝑter ipſum omne q̃d eſt, mutabile eſt, ſed alioꝝ quidẽ mutationẽ ille fecit, alioꝝ aũt nõ fecit. Mutationẽ bonoꝝ fecit in bonũ, ut puta cœloꝝ. i. ſanctoꝝ, de quibus in Pſalmo ſcriptũ eſt: Initio tu dñe terrã fundaſti, & opera manuũ tuaꝝ ſunt cœli, Ipſi peribũt, tu aũt permanes, & oẽs ſicut ueſtimentũ ueteraſcẽt, & ſicut opertoriũ mutabis eos, & mutabũtur, tu aũt idem ipſe es, & anni tui nõ deficiẽt. Hæc mutatio cœloꝝ bona eſt, & hãc facit immutabilis deus, qualẽ & nos ſperamꝰ, qñ mortui reſurgẽt incorrupti, Ait quidã ex ipſis cẽlis, Paulus Apoſtolus: & nos immutabimur. i. impaſſibiles efficiemur. Hinc eſt illuc in titulo pſalmi quadrageſimiquarti, in finẽ, pro his, qui cõmutabũtur, ſubauditur, perfecta cõmutatione, q̃ in futuro erit, qñ de triſtitia in gaudiũ, de imperfecto ad pfectũ cõuerterentur, quantũcunq; deſpicabiles & cõtemptibiles in hoc mũdo uideãtur. Nõ illis improperat, aut improperabile eſt, imò ꝓmittitur, & in lætitia prædicat, qa mutabũtur, quoꝝ dñs deus eſt, ſed huic, q ſuus deꝰ eſt, improperatur qa mutabit, additurq;: & pertranſibit, & corruet. ¶ Q, ſi quis obiicit de cœlis iã dictis, ꝙ & ipſi ꝑtranſibũt, qa ſic dicti ũ eſt: Ipſi peribũt, tu aũt ꝑmanes: ſcire debet, q̃ niã perire illoꝝ, hoc ſcdm carnẽ ad tẽpus interire eſt. Simulq; uideat ordinẽ dictoꝝ, qa ſpũs iſte primũ mutatur, & deinde pertranſibit, & corruet, cœli aũt illi primũ peribũt, & deinde tu dñe mutabis eos, & mutabũtur. Finis huius corruere eſt, qa uicio ſuo mutatus eſt, finis illoꝝ mutari eſt, qa uirtus. i. ſpes eoꝝ in cœlis repoſita eſt. ¶ Quouſq; tandẽ pertranſibit. uel quid pertranſibit? Numeꝝ ſuũ pertranſibit, quouſq; expleat ſuũ numerũ pertranſibit. Habet em̃ nũeꝝ ſuũ, & hic ſapiẽtia eſt, dicitur in Apocalypſi: Qui habet intellectũ, cõputet numeꝝ beſtiæ. Nũerus em̃ hois eſt, & nũerus eius ſexcenti ſexaginta ſex. Nũerus hois ſeneriꝰ eſt, qa ſexta die homo factus eſt. Porro nũerus ſeptenarius quodãmodo nũerus eſt dei, qa die ſeptimo requieuit. Omnis hois nũerus, qui ad requiẽ dñi nõ peruenit, qualibus iuratui (inquit) in ira mea, ſi introibũt in requiẽ meã, omniũ (inq̃) qui creatura dei uel ſemetipſis abutuntur, & dilectionẽ creatoris nõ habent, uel q creaturæ potius q̃ creatori ſeruiunt, nũerus ſenarius eſt. At uero ipſi diabolo nũerus iſte triplacatus, imò ter decuplatus eſt, quia numerus ſexcenti ſexaginta ſex. Quam ob cauſam? Nimirum quia iudicium eius eſt triplex,

Duplex mutatio bona & mala.

Numerus diabolus 666.

tertio

tertio iudicatus eſt, ita ut ſuper illū ſic loqui deceat maieſtatē ſupernā, Ter iuraui in ira mea, ſi intrabit in requiem meam. Olim quippe de cœlo protectus eſt propter ſuperbiam: quia contra deum ſe extulit. Deinde iudicium maledictionis accepit in ſerpēte, per quem hominem decepit. Tertio iudicij ſiue damnationis incremēto feriendus eſt in illo quem ingreſſurus eſt homine peccati, filio perditionis. Illud uſq; pertranſibit: & tunc demū expleto nūero ſuo corruet ait, uidelicet ſicut ad beatū Iob loquit dñs: qa uidentibus cunctis ꝓcipitabatur. ¶ Hæc eſt (inquit) fortitudo eius dei ſui, & hoc exprobrātis elogiū eſt, hæc eſt fortitudo. i. talis eſt fortitudo, eius, utiq; fallax fortitudo, uana fortitudo. Nunquid enim uera fortitudo eſt equitare, captiuitatem quaſi hominis congregare, de rebus triumphare, & tyrannos ei ridiculos eſſe ſuper omnē munitionem ridere, cōportādo aggerē, & capiendo eam, & tūc mutari, ac pertranſire & corruere. Non eſt hæc fortitudo uera, imò arrogātia cæca, non alta oīpotentia, imo tumida impotentia. At tñ ille interim, anteq; corruat uel præcipitet (ut iā dictū eſt) in ignem æternum, qui paratus eſt ei & angelis eius, fortis ſibi uidet: quia quippiam poſſe putat: fortis (inquam) & deus, extollens ſe ſupra omne, quod dicitur deus, aut quod colitur deus (ut iam ſupra dictum eſt) ſuus, & ut dicit ipſe à ſemetipſo factus. Quapropter iudex uerbū dei nouiſſima illū dictione irridendo denotauit. Cum em̄ dixiſſet: Hęc eſt fortitudo eius, ſubiūxit dei ſui, hoc eſt, q ſemetip̄m fecit, ſicut ſibi arrogare præſumpſit. Sed id iā ſuperius ex ꝓpheta Ezechiele demonſtratū eſt. Iam ergo his ptractis, audiuimus quid ſeq̄tur. ¶ Nunquid non tu a principio domine deus meus, ſancte meus et non moriemur? Domine in iudicium poſuiſti eum, et fortem vt corriperes fundaſti eum. ¶ Hæc & cætera uſq; ad id: Super cuſtodiam meā ſtabo: & figam gradum ſuper munitionem & contemplabor, ut uideā quid dicat mihi, & quid reſpondeā ad arguentem me. Propheta in ſuimet perſona loquit: ſtatim quippe ſubiungit, & reſpōdit ad me dñs, & dixit: Scribe uiſum & explana eum ſuper tabulas, & percurrat, qui legerit eū: quia adhuc uiſus procul, & apparebit in finem, non mentietur. Si moram fecerit, expecta eum: quia uenies ueniet, & non tardabit. Hæc ergo, nunquid non tu à principio dñe deus meus, & non moriemur, dñe in iudicium poſuiſti eum, & fortem ut corriperes, fundaſti eum. Hæc (inquam) reddidit ad ea quę audierat intus, quæ audierat in ſpū. Audierat perſonā Chriſti filij hominis, filij dei, primū ex infirmitate, in qua dereliquit eū deus, dicētē: Vſq; quo dñe clamabo, & non exaudies &c. uſq; ad id: tunc mutabitur ſpūs, & pertranſibit, & corruet. Hæc eſt fortitudo eius dei ſui. Ad illa duo, quoꝝ alterꝰ infirmitatis, hæc duo reddidit Propheta fidelis. ¶ Nam quod ait: Nunqd non tu a principio dñe deus meus ſancte meus, & non moriemur, pulchre ſic intelligit, ut ſit uox fidei & confeſſionis, uox pietatis, & amici cō patiētis, animi inclinati & proni ad agoniam, filius filij hominis in paſſione agonizantis, ubi apparuit illi angelus de cœlo, confortās eū, & pro lixius orātem, factuſq; erat ſudor eius, ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terrā. Loquit ergo ad eū taliter, uti quemq; noſtrū loqui uult, ipſe, q per eum loquitur, ſpiritus ſanctus quoties agonię ſiue paſſionis illius comemorationē facimus: eumq; propter nos in cruce pendentē, memori mēte contēplamur. Eſt nāq; in his uerbis confeſſio ueritatis, nō quocunq;, ſed cōfeſſio cū admiratione admiratio cū confeſſione. Nūquid (ait) non tu eras a principio dñe deus meus ſancte meus? Nonne tu es uerbū, qd eras in principio apud deū, & deꝰ, uerbū & uerbū caro factū, & ꝓpter hoc qa tu mortuꝰ es, fiet nobis, qd non moriemur? Vere a principio nam & alia ſcriptura dicit, cuius quoq; apoſtolus ad Hebræos pro tua perſona meminit. Et tu (inquiens) in principio dñe terrā fundaſti, & opa manuū tuaꝝ ſunt celi. Ipſi peribunt, tu aūt permanes, & oīes ſicut ueſtimentū ueteraſcent: uelut amictū mutabis eos, & mutabūt, tu aūt idem ipſe es, & anni tui non deficient. Confortare igitur dñe meus, ſancte meus: quia non ad inſipientiā tibi uidet te dereliquiſſe deus imò ad magnā ſapiam, magnus em̄ erit mortis tuæ fructus, quia non moriemur, quia & ſi peribūt celi, i. ſancti mortę carnis, tu primus reſumpta carne permanebis eosq; ueteraſcētes ſicut ueſtimentū, pro cōditione mortalitatis, tu uelut amictum mutabis uera reſurrectione eiuſdem carnis, & mutabunt, ita ut iam ex eo ſemper in æternū incorreptibiles & impaſſibiles ſint. ¶ Porro hoc alterū, qd cōtinuo ſubiūgit: Dñe in iudiciū poſuiſti eū, et fortē ut corriperes, fūdaſti eū, uiuēs ex uirtute dei digne dicit eidē Chriſto domino: Cuius infirmitas ex nobis ſumpta pertrāſiit.

Eſai. 14
Gene. 3
2. Theſſ. 2

Iob. 40

Fortitudo diabolinon Vera

Vera cōfeſſio de Chriſto.

Luc. 22

Hebr. 1

Domine in iudiciū poſuiſti eum.

Nam in iudicium posuisti eum, fortem ut corriperes fundasti eum, quem putamus: nisi illũ trisorẽ diabolũ, de quo nunc dicentẽ audiebat eundẽ dñm. De regibus ipse triũphabit, & tyranni ridiculi eius erunt: ipse sup omnẽ munitionẽ rídebit, & cõportabit aggerẽ, et capiet eã, tũc mutabit spũs, & pertransibit, & corruet, hæc est fortitudo eius dei sui. Eum (inquit) dñe in iudiciũ posuisti eũ ut corriperes, fortẽ fundasti, uidelicet scdm similitudinẽ Pharaonis, cui dixisti, Idcirco aũt posui te, ut ostendamin te fortitudinẽ meã, & narret no mẽ meu in omni terra. Ergo non solũ eum: sed maxime eum dñe posuisti in iudiciũ, ut ostenderes eum fortitudinẽ tuã, & ut cognoscerẽt nomẽ tuũ, nõ tm in oñi terra, uerũ & in omni cęlo & in omni terra. Vbi posuisti, uel in q̃ fundasti eũ? Non enim suspicãdũ nobis ẽ, qd tuũ ponere, hoc sit malum facere, qd tuũ fundare, hoc sit uelle superbũ esse. Non ita posuisti eũ, nõ ita fortẽ fundasti eũ: sed nec quempiã malor̃ siue fortiũ hoim. Vtiq̃ nõ Pharaonem, nõ Assur, siue Nabuchodonosor, nõ Aman superbissimũ, nõ Antiochũ, siue Herodẽ fecisti malũ, uel uoluisti esse superbũ: sed cũ essent mali atq̃ superbi, posuisti illos in sublimi, & hoc in iudicium fundasti eos fortes, & hoc ad corripiendũ. Oportet enim notũ esse, qui ad hoc corripitur, ut eius exemplo cæteri corrigant siue erudiant. Vbi ergo posuisti eum in iudiciũ, ubi fortẽ fũdasti eum ad corripiendũ? In mõte sancto dei, quemadmodũ apud Ezechielẽ ipse dicis: Tu Cherub extentus & protegens, & posui te in mõte sancto dei. In medio lapidũ ignitor̃ ambulasti, pfectus in uĩs tuis, a die cõditiõis tuæ donec inuenta est iniqtas in te. Sciebas qualis esset: & quia sciebas, qd corripere uolebas: idcirco illic eum ponebas, ut primũ fieret notus, & tũc demũ coriperet, nisi enim fuisset notus, nõ tam multi exemplo eius erudirent, quem admodũ & de Pharaone dici cõuenit: quia nisi in regnũ fuisset eleuatus, nos hodie neq̃ ipm, neq̃ correptionẽ, qua correptus est, tam bene scitemus. ¶ Vbi posuisti eum in suũ ipsi⁹ iudiciũ, ibi fortẽ fundasti eũ: fortẽ (inquã) quasi cedrũ, ualidũ habentẽ radicis suæ fundamentũ. Nõ solũmodo fortẽ: uer̃etiã pulchrũ & magnũ. Nam itidẽ apud Ezechielem dicit de illo dñe deus. Ecce Assur quasi cedrus in Libano, pulcher ramis & frondibus nemorosus, excelsusq̃ altitudine, & inter cõdensas frõdes eleuatus est cacumẽ ei⁹. Omne lignũ paradysi dei nõ est assimilatũ illi, & pulchritudini eius, q̃niã speciosum feci eũ. Non igitur reprehẽdẽdũ, imò laude dignũ: quia iustũ est, qd nunc dicis, tũc mutabitur spũs, & pertrãsfibit, & corruet. Sed nec illud reprehendere ausim, qd inter cætera suæ tyrannidis opa, quæ agendo in hoc mundo tyrannizat, & super omnẽ munitionẽ ridet maxime super munitionẽ meam, super gentem meam, super templũ & ciuitatẽ Hierosolymã ridebit. & comportabit aggerem, & capiet eam. Nec illud (inquam) reprehendo, imò hoc dico. **Mundi sunt oculi tui, ne videas malum, & respicere ad iniquitatem non poteris.** ¶ Econtra immundi sunt oculi iudicum peruersor̃: & idcirco uæ illis, quia uident malum, & ad iniqnitatẽ respiciunt, dum dicunt malũ bonũ, & bonũ malũ. Ista ratio uel sola sufficiens est: si quærã ego si quærat alius quis, cur illũ tu super munitionẽ, siue ciuitatẽ illã ridere, & eam capere permiseris, cũgẽs tua sit & locus tibi dicatus fuerit, cumq̃ tu natura clemens sis: præsertim cũ tu uidens ciuitatem illam, & illum diaboli risum prospiciens imminere, fleueris super illam. Si quis (inquã) quærat, cur ita sit, ista ratio siue responsio sufficiens est, uel mihi, uel cuilibet alĩ. Exempli gratia, Apostolo Paulo, dicenti: Veritatem dico in Christo, non mentior, testimoniũ mihi perhibente conscientia mea, in spiritu sancto: quoniam tristitia est mihi magna, & continuus dolor cordi meo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei scdm carnẽ, qui sunt Israelitæ & cætera. Rationẽ huiusmodi debet admittere dolor, ut dicat: Mũdi sunt oculi tui, ne uideas malum, & respicere ad iniquitatem non poteris, quod est dicere: Non poteris fauere facientibus malum, facientibus iniquitatẽ, q̃nis cognati tui sint scdm carnẽ, sicut & nostri cognati sunt, cognati Prophetar̃ & Apostolor̃, tristitiã magnã & dolorẽ continuũ pro illis habentium. Quod dicimus hic respicere ad iniquitatẽ nõ poteris, tu cõfirmas in Euangelio, cũ dicis: Nõ possum ego à meipso facere qcq̃: sed sicut audio iudico. Præmiseras nãq̃ in iudicio tuo, nullam esse acceptionem personæ, dicendo. Et procedent qui bona fecerunt in resurrectionem uitæ, qui uero mala egerunt in resurrectionem iudicij, & subaudiendũ est, absq̃ distinctione Iudæi & Græci.

Qualem creauit deus diabolum. Ezech. 31

Ioan. 5

LIBRI PRIMI FINIS.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN ABACVC PROPHETAM. COMMENTARIORVM LIBER II.

Quid ergo intelligim⁹ caput eiusdē dom⁹, nisi aut ipm diabolū principē mūdi, aut originā le pcm, qd regni uel dom⁹ eius caput & principiū fuit? Hoc caput percussisti percussiōe lapidis. i. passiōe Christi, & ꝓinde recte dictū ē, qa egressus es in salutē populi tui. Deinde domus eiusdē denudasti fundamētū usq; ad collū. i. quicqd erroꝝ, quicqd uitioꝝ erat in mundo, nō dimisisti in cōcussum, tā illud qd latebat, sicut latet dom⁹ fundamētū, q̄ illud qd patebat, sicut patet corporis collū. Illis nāq; linguis igneis q̄s foris oñdisti, intus feruidi & fortes sapiētes facti & eloquētes, nō cessauerūt, donec ꝓpalarēt, mūdi huius sapiētia, quanta esset stultitia, q̄ dicebātur in tēplis gētiū sacra, quāta essent sacrilegia. Tertiū ē, hoc sp, de q̄ qd sit, iā semel & scdo dictū est. Segtur. ¶ Maledixisti sceptris eius, capiti bellatoꝝ ei⁹, ue nientibus vt turbo ad dispergendū me. Exultatio eoꝝ, sicut eius qui deuorat pauperē in abscondito. ¶ Qm distinctiōe trina distinctū est hoc cāticū, cuius ucq; distinctiōis ignū est, semp, siue diaplasma, tertia iā appositū, & in antedictis clare discernūtur, duæ personę filij & spūs sancti, delectat hāc tertiā partē cātici referre ad propriā personā patris, ut sit canticū siue laus totius trinitatis. Maledixisti (inqt) sceptris eius &c. Ac si dicat. Nō hac uice solū, nō hac uice primū pcussus est impius, qm passus ē Christus, sed iādudū dānatus fuerat, & triplex ē iudiciū dānationis eius. Primū est qd maledixisti sceptris eius. Scdm qd maledixisti capiti bellatoꝝ eius. Tertiū, cp maledixisti cūctis bellatoribus eius uenientibus ut turbo ad dispergendū me. Tūc maledixisti sceptris eius, qm in cœlo dānasti superbiā eius, uolētis tenere sceptra cœlidiuinūq; imperiū, & seipm facere altissimū. Dicebat em in corde suo, similis ero altissimo. Illis aūt sceptris maledixisti, i. ꝓpter illā p̄sumptionē irrecuperabiliter illū dānasti. Tūc uero maledixisti capiti bellatoꝝ eius, qm dixisti ad serpentē per quē deceperat hominē, quod fuit initiū belli eius, contra humanū genus, unde & idē serpens recte dicitur caput bellatoꝝ eius. Quia fecisti hæc, maledictus eris inter oīa animātia, & bestias terræ &c. In serpēte ipse maledicebatur, & ex eo uocabulū sumpsit, ut uocet serpēs antiquus. Maledicis nūc usq; cūctis bellatoribus eius, uenientibus ut turbo ad dispergendū me, & cūctos similes mei, timēteste. Illoꝝ primus fuit Pharao rex Aegyptius, nouissimus erit Antichristus. Ille nanq;, ucz Pharao primus post uerbū promissiōis, uelut quidā turbo dispergere me uoluit. i. auferre mihi effectū iuramēti quod ad Abrahā iurasti in repromissiōe beati seminis. i. Christi, qa ut nullū ueniret semē, masculos oēs necari ꝓcepit. Sed quid illi & cæteris ꝓuenerit, qs nescit? ¶ Etiā fecisti in mari equis tuis, in luto aquaꝝ multaꝝ. ¶ Cūq; ille ꝓsequēs ausus fuisset post eos ingredi, submersus ē cū exercitu suo in mari, & ibi deiecisti eū, & perīt cū curribus & equitib⁹ suis. Illi primi fuerūt oīm persecutiōe manifesta, ꝓsequētiū nomē tuū, cæteri oēs, sicut similes sunt uel fuerūt, ita similē sibi dānationē acqsierūt & acquirūt, & iuste maledicti sunt belletores eiusmodi, qa in hoc ipso exultāt, qd uacat eis occidere & ꝓsequi quod est assimulari diabolo siue Antichro. Hoc est qd ait, Exultatio eius, sicut q deuorat pauperē in abscōdito. Quis em est ille q deuorat pauperē in abscōdito, nisi ille q dū insidiat, ut rapiat pauperē, & rapit quantū ꝓt, Dicit in corde suo, deus nō requiret? Et q dē illud magnū & gloriosum fuit, quod illū carneū Pharaonē, & currus exercituū eius mare operuit, tuis aūt equis siue hominibus in eo mari uiā fecisti, sed multo maius multoq; gloriosius ē, quod eadē aqua pChri sacramētū credētes in eū, transmittit ad regnū æternū, oīa operiens peccata q̄ spūaliū sunt castra Aegyptioꝝ, & quod in mari huius seculi, ubi erat lutū aquaꝝ multaꝝ. i. nimiū carnalis & turbida cōuersatio gentiū, uiā fecisti equis tuis, de quibus supra dixi, q ascendes super equos tuos, & quadrigæ tuæ saluatio. ¶ Audiui & conturbatus est uenter meus a uoce contremuerūt labia mea. ¶ Versiculus iste idē sonat eādemq; animi rationē renouat, quā in initio ꝓmisit, Dñe (ingens) audiui auditionē tuā & timui. Exposuit quod audiēs timuisset & nūc demū quasi per illā bene ordinatæ oratiōis partē quā rhetores cōplexionē uocāt, ad primā propositionē rediens: audiui (inquit) & cōturbatus est uēter meus, à uoce cōtremuerūt labia mea. Cōturbatio hæc, siue tremor iste optabilis est, qa utilis est, magnūq; diuini respectus emolumentū habet. Ait em, Ad quē autē respiciam, nisi ad pauperculū & contritē spiritu, & trementū sermones meos? Cōturbato ergo uentre & à uoce quā intus audierat cōtremiscētibus labijs, optat eandē cōturbationē siue tremorē sibi adaugeri, & optādo dicit. Ingrediat putredo in ossib⁹ meis et subter me sca

Caput de domo impij.

Tertia distinctio addeum patrem.

Triplex damnationis iudiciū in diabolū

Sensus mysticus de equis in mari.

Tremor & cōturbatio bona

me ſcateat, vt requieſcã in die tribulatiõis, et aſcendã ad populũ accinctũ noſtrũ. ¶ Gratulor (inqt) qđ dicere iã potui, cõturbatus eſt uẽter meus, qđ dicere ille nõ meret, q non habet teneritudinẽ uẽtris, imò duriciã cordis tanq̃ duritiã lapidis, cuius deus cor nõ emollit uit, q̃liũ Pharao rex Aegypti notiſſimus habet in ſctis ſcripturis, gratulor (inq̃) q̃ opa tua dñe cõſideras intremui p̃ ipm̃ hũilitatis, opto aũt ut mihi adaugeas hũilitatẽ cordis, ut loq̃ns ad te dñm meũ, magis ac magis agnoſcã, qa ſum puluis & cinis, mox q̃ futur⁹ putredo & uermis. Putredo illa. i. putredinis illi⁹ memoria, q̃ poſtmodũ putreſcã, ingrediat in oſſib⁹ meis & ſubter me ſcateat. i. hũiliet totũ quicqđ ẽ in me uirtutis aut boni opis, & in radice cordis in pfundo cõſciẽtia magis ac magis accreſcat. Taliter em̃ fiet, ut regeſcã in die tribulatiõis, qđ ſciẽs Chr̃s tu⁹, ubi dixit: Et diſcite à me, qa mitis ſum & hũilis corde, ſtatim hoc addidit, & inuenietis requiẽ aiabus uſis. ¶ Et qs eſt ille dies tribulatiõis? Nõ longe q̃ratur, iã hoc tẽpus, in q̃ ſum⁹, in q̃ uiuim⁹, dies tribulatiõis eſt. Siue ſingulariter diẽ, ſiue plural'r dies dixeris, dies tribulatiõis eſt, dies mali ſunt, qa pleni ſunt aduerſis, pleni pctis. Beat⁹ hõ (inqt Pſal.) quẽ tu erudieris dñe, & de lege tua docueris eũ, ut mitiges ei à diẽb⁹ malis. Hãc intẽdẽs mitigationẽ iã dict⁹ Chr̃s tuus, loco memorato ita incẽpit: Venite ad me oẽs q laboratis & onerati eſtis, & ego reficiã uos. Quid em̃ eſt aliud, & ego reficiã uos, qm̃ & ego à diẽb⁹ malis mitigabo uos. Et oñdẽs in q̃, tollite (ait) iugũ meũ ſup uos, & diſcite qa mitis ſum & humilis corde, ac demũ intulit, & inuenietis requiẽ aiabus ueſtris. Ergo putredinẽ in oſſibus admittere, & ſubter ſe ſcatentẽ habere. i. ꝓpter cõſcientiã putredinis, qđ tu hõ mox futur⁹ es: Mitẽ eẽ & humilẽ corde, hoc eſt iã regeſcere, nõ ſolũ in futuro, uerũetiã in pñti ſeculo. ¶ Quid aũt ſibi uult, q̃ cũ dixiſſet, ut regeſcã in die tribulatiõis, addidit, & aſcendã ad populũ accinctũ noſtrũ? Quid niſi, q̃ mitẽ & humilẽ eẽ corde, eſt ueraciter amictũ eẽ, & ad populũ accinctũ aſcẽdere, populũ à q̃ regnũ cœlor̃ uim patitur, & uiolẽter diripit? Qua em̃ alia cinctura, niſi hũilitatis ſpũ Moſen accinctũ eſſe putas, ut fortiſſimũ ſpirituũ deũ unuiuerſę carnis teneret, dicentẽ: dimitte me, & ad ſuã uoluntatẽ inflecteret: Indubitãter ſciendũ eſt, qa abſq̃ hac cinctura nulla uſquã fortitudo inſtitiæ eſt, Quãuis multor̃ q̃ſpiã ſit operꝫ abſq̃ iſto iuſtitiæ præſidio nullus ẽ, nec ille popul⁹ accinct⁹ popul⁹ ei⁹ eſt, q accinctis renibus, carnes agni comedit, p̃ mare aſcẽdit, ſicut hic nũc dixerat, uiã feciſti in mari equis tuis, uane ſynagoga de omnib⁹ cõfidit, qa impoſſibile ẽ eos iuſtificari, q ſuã uolentes ſtatuere iuſtitiã, iuſtitiæ dei nõ ſunt ſubiecti. Hoc eſt qđ cõtinuo p̃ metaphorã aptiſſime dicit. ¶ Ficus enim nõ florebit, & nõ erit germẽ in vineis. Mentiet⁹ op⁹ oliue, & arua nõ afferent cibũ. Abſcidet⁹ de ouili pecus, & nõ erit armentũ in præſepibus. ¶ Sub iſto ſenario nũero, uniuerſa reprobat opa legis, q̃ ſex diebus opari cõcedit, & iccirco reprobat, qa Iudæus oparius legis nõ intẽdit, ut celebret ſabbatũ dñi, nõ habet fidẽ & hũilitatẽ, quã cõmẽdãs, inuenietis (ait) regẽ aiab⁹ ueſtris. Ficus & uinea, nec nõ & oliua pñti loco ſynagoga eſt, & arua nõ afferẽtia cibũ Iudaicæ cæremoniæ ſunt. Pecus & armentũ minores & maiores Iudæi, ſiue populus & ſacerdotes ſunt. Eor̃ oĩm, fidẽ & hũilitatẽ Chriſti nõ habentiũ, opa cũcta reprobãtur, & dicẽdo, ficus em̃ nõ florebit &c. Ac ſi dicat, Iccirco hũilitatis gratiã tãtope deſidero, qa in opibus legis nullus eſt iuſtitiæ fruct⁹, nullũ germẽ iuſtitiæ, nullũ opus iuſtitię, nullus oĩno uitalis cibus aĩæ. In q̃ pecus abſciſſum eſt de ouili, & armentũ à p̃ſepib⁹ fugit? In eo q̃ Iudæ⁹ nõ credit, q̃ iuſtitiæ dei nõ uult ſubñci, & nõ audire uocẽ dñi, ſiue paſtoris boni. Hinc ille dicit Sed uos nõ creditis, qa nõ eſtis ex ouib⁹ meis. Itẽ: Propterea uos nõ auditis, qa ex deo nõ eſtis. ¶ Ego aũt in dñõ gaudebo, & exultabo in deo Ieſu meo. Deus dñs fortitudo mea. ¶ Qđ dicit, hoc ẽ. Iccirco Iſrael ſectãdo iuſtitiæ legẽ in legẽ iuſtitiæ nõ puenit, qa non ex fide, ſed q̃ſi ex opibus. Ego aũt, nõ q̃ſi ex operib⁹, ſed ex fide credã in patrẽ & filiũ & ſp̃m ſanctũ. Nã dicẽdo, in dñõ gaudebo, cõfitet patrẽ, dicẽdo: exultabo in dñõ Ieſu meo: cõfitet filiũ, dicẽdo: deus dñs fortitudo mea, cõfitet ſp̃m ſanctũ. ¶ Et ponet pedes meos q̃ſi ceruor̃, & ſup excelſa mea deducet me victor in pſalmis canentẽ. ¶ Sicut em̃ pedes ceruorũ agiles ſunt ad dumeta tranſilienda, & alta petẽda, ſic per hãc fidẽ agilis ero, ut in legẽ iuſtitiæ perueniã, & in lapidẽ offenſiõis nõ offendã, & deducet me hæc iuſtitia fidei ſup excelſa mea. i. ſuper iuſtitiã operꝫ, deducet (inq̃) me victor, deus unus, pater & filius & ſpũs ſanctus, in pſalmis canentẽ uictoriã curſus mei, nõ operib⁹ meis, ſed gratiæ eius aſcribentẽ, & p̃ hoc gratias ſempiternas agentem.

Dies tribulationis.

Pſal. 93

Nume. 1 Exo. 32.

Ro. 10

Iheſus allegoricus de ficu, &c

Ioh. 10 Rom. 9

¶ Finis libri tertij in Abacuc.

¶ Prologus

ROLOGVS RVPPERTI ABBATIS IN SOPHONIAM PROPHETAM.

ROmissum tuum uerũ est Iesu Christe testis fidelis, promissum tuũ uerũ & fi-
dele est, quo spũm paracletũ ꝓmittens, inter cætera dixisti. Ille me clarificabit,
quia de meo accipiet, & annunciabit uobis. Omne qđ locuti sunt prophetæ,
omne quod scriptũ est in lege & prophetis & psalmis, tuũ est, & omnia quæ-
cunq; habet pater, tua sunt. Proinde in scripturis aliud q̃ te nihil quero, tu scis,
uel in hac parte filis cupio esse homini ædificãti domũ, q fodit in altũ, & posuit fundamen-
ta supra petrã. Vbi maior difficultas occurrit te inueniendi, ibi plerũq; te ipsum melius inue-
ni, & tũc demum in singulis prophetaꝝ libris me pueniſſe arbitratus sum ad petrã, supra q̃
fundamenta ponerẽ, qñ p meditatiõis instantiã, sub obscuritate literæ tuã inueni gloriã de-
siderabilẽ. Nõ enim ignoro causam fuisse ꝓphetis, propter q̃ necessario debuerint tuæ cla-
ritatis sacramẽta uerbis obtegere cõdensis, quã vcz causam in capite huius operis pro pos-
se latius expossui. Iã igitur nonũ in ordine duodecim prophetarũ Sophoniã te quærẽdo ꝓ-
mptus ingredi, sanctũ inuoco spiritũ, quẽ dedisti, q scripturas q̃ testimoniũ perhibent de te,
aperiendo, hactenus te clarificauit, & clarificare nõ definit, ut de isto qđq; tuo accipiat, & an-
nunciet mihi gloriã tuã quærẽti, solũmõ in fide & cognitiõe tui, spem uitæ æterni habẽti.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN SOPHONIAM PROPHETAM COMMENTARIORVM Liber Primus.

VErbum domini quod factum est ad Sophoniam filium Chusi, filii
Godolie, filii Amarie, filii Ezechie, in diebus Iosie filii Amon re-
gis Iuda. ¶Præter hunc & Iohel, q in ordine duodecim ꝓphetaꝝ secun-
dus ẽ, & Zacharias q undecimus ẽ, nullus eorũ in titulo paternũ nomẽ ha-
bet. Tradũt aũt Hebræi, ait B. Hier. cuiuscũq; prophetæ pater aut auus ꝓpo-
natur in titulo, ipsos qđq; prophetas fuisse. Hoc si uerũ ẽ, inqt, Sophonias ꝓ-
pheta generatiõe ut ita dicã prophetica, & glorioſa maioꝝ suoꝝ stirpe generatus est. Ha-
buit enim patrẽ Chusi, auũ Godoliã, proauũ Amariã, attauũ Ezechiã, & talẽ quadrigã ip-
se uelut extremus auriga cõpleuit. Verũ qualiscũq; illa traditio sit, illud magis delectat, qđ
secũdũ sequẽtis prophetiæ modũ, nomina ualde cõgrua sunt, & secũdũ interp̃tationẽ no-
minũ sese habet qualitas rerũ uel sensuũ, q ab isto uel ꝑ ipsum cõscripti sunt. Deniq; secun-
dum nomen Chusi, qđ interpt̃ humilitas, siue Aethiops meus, dicturus ẽ in isto dñs, ultra
flumina Aethiopiæ inde supplices mei, & secũdũ nomẽ Godoliæ, qđ interp̃tat magnitudo
dñi, nomẽq; Ezechiæ, qđ sonat fortitudinẽ dñi, magnifice & fortiter dicturus ẽ: Iuxta ẽ dies
dñi magnus, iuxta & uelox nimis, uox diei dñi amara, tribulabitur ibi fortis, & secundũ no-
men Amariæ, qđ uertitur in sermonẽ dñi, post acerrimã exclamationẽ magnitudinis atq;
fortitudinis, habiturus est sermonẽ exhortatiõis, sic incipiẽs: Cõuenite, cõgregamini gens
nõ amabilis, anteq̃ ueniat super uos ira furoris dñi. Porro secũdũ nomẽ suũ Sophoniã, quod
alij speculã, alij arcanũ dñi trãstulerũt, reuera speculatorẽ magnæ rei, scilicet iudicij dñi, qđ
utiq; grande arcanũ est, qa de illa die & hora, p̃ter deũ nemo scit. Hic ita incipit. ¶Congre-
gans congregabo omnia, a facie terre dicit dominus, congregans hominem ꝛpe-
cus, congregans uolatile celi ꝛ pisces maris. ¶Profecto, dominus qui hæc loquitur,
dei filius est, deus ipse & dominus, quod ex eo uel maxime liquet, quia longe inferius ita di-
cturus est. Quapropter expecta me, dicit dominus in die resurrectiõis meæ, in futurũ &c.
Non em̃ quæuis, sed quædã ex tribus personis beatæ trinitatis, certa psona diẽ resurrectio-
nis habitura erat, quę nõ ẽ alia, q̃ dei filius deus & dñs, tũc qdẽ homo futurus, passurus, mo-
riturus atq; resurrecturus, nunc aũt iam homo factus, passus, mortuus, sepultus, atq; à mor-
tuis resuscitatus, & adhuc in futurum, diem resurrectionis habens uniuersalis, quem nos,

ut ipſe iubet, expectamus. Igitur ipſe, q̃ in iſto loquitur: Congregans congregabo omnia a facie terræ, congregans hominẽ & pecus, congregans uolatile cœli & piſces maris, ipſe eſt qui in euangelio ſuo dicit: Et ego ſi exaltatus fuero a terra, omnia trahã ad meipſum. Et de quo Pſalmiſta ad deũ patrẽ: Minuiſti, inqt, eũ paulo minus ab angelis, gloria & honore coronaſti eũ, & cõſtituiſti eũ ſuper opera manuũ tuarũ. Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius, oues & boues uniuerſas, inſup & pecora cãpi. Volucres cœli & piſces maris. Nũqd de bobus & ouibus, de auibus & piſcibus cura eſt deo? An non potius hic intelligntur, aut intelligi debent de omni populo & natione, de omnium tribuum & linguarum diuerſitate, de cũctis hoib⁹ ſiue gẽtib⁹, q̃rũ ita mores diuiſi, ſtudia tã diuerſa ſunt, ut alĩ bob⁹, alĩ ouib⁹, alĩ auib⁹, alii piſcib⁹ uelles recte dicãt? Hec omnia traxit ad ſeipſum. Hæc (inquã) omnia dñe (inqt Pſalmiſta) ſubieciſti i ſub pedib⁹ eius, Futurũ (ait apoſtolus) de q̃ loqmur. Nũc aũt necdũ uidemus omnia ſubiecta ei, ſubaudit, qa multi cõtradicũt ei. Verũ iã factũ ẽ qđ ait: Et cõſtituiſti eũ ſuper opa manuũ tuarũ. Iã enim ꝓpter paſſionẽ mortis, gloria & honore coronat⁹ eſt. Et data eſt mihi (ait) omnis poteſtas in cẽlo & in terra. Quo tandẽ uel in q̃ ſubiiciẽtur ei, q̃ pertinaciter inimici eius ſunt, & contradicũt ei? Nimirũ ita, uel in eo, qđ protinus ſequit.

¶ Et ruinæ impiorũ erunt, & diſperdã homines a facie terræ, dicit dominus. ¶ Hæc euãgeliſta Matthæus & Iohannes nobis luce clariora fecerũt. Nam quod hic ait: Congregãs cõgregabo omnia à facie terræ, & ruinæ impiorũ erũt, hoc apud Matthæũ ita dicit dom⁹ omniũ: Cũ uenerit filius hominis in maieſtate ſua, & oẽs angeli eius cũ eo, tunc ſedebit ſup ſedem maieſtatis ſuæ, & congregabuntur ante eũ oẽs gentes &c uſq;, & ibunt hi in ſuppliciũ æternũ, iuſti aũt &c. Apud Iohannẽ aũt hoc modo: Amen dico uobis, quia uenit hora in qua oẽs qui in monumentis ſunt, audient uocẽ filii dei & procedent, qui bona fecerũt in reſurrectionẽ uitæ, qui uero mala egerũt in reſurrectionẽ iudicii. Non igitur dubiũ uel obſcurũ eſt hoc dictũ propheticũ: congregans congregabo omnia a facie terræ, dicit dñs. Cõgregans hominẽ & pecus, congregans uolatile cœli & piſces maris, & ruinæ impiorũ erũt & diſperdã homines a facie terræ, dicit dominus, quia uidelicet & hoc & illud, quod poſt modũ prophera loquitur: Iuxta eſt dies domini magnus, iuxta & uelox nimis, uox diei dñi amara, tribulabitur ibi fortis, dies iræ dies illa &c. de illo magno & uniuerſali iudicio loqtur quod futurũ eſſe in nouiſſimo die oẽs audiuim⁹. Porro poſt iſtud initiũ, antequã illud dicat: Iuxta ẽ dies dñi magnus, duo iudicia prænũciantur, quæ tunc futura uel facienda erãt ſup Iudam & Hieruſalẽ, alterũ propter ſanguinem prophetarũ, quẽ patres fuderunt, alterũ propter ſanguinẽ ipſius dñi, quẽ fundendo implere habebant filii menſurã patrũ ſuorũ. Libet hic literã perſcribere utriuſq; uindictæ ſiue iudicii, quod ut iam dictum eſt, uenturũ erat ſuper ciuitatem illam, & iam uenit. Sequitur ¶ Et extendam manum meam ſuper iudam, & ſuper omnes habitatores Hieruſalem, & diſperdam de loco hoc reliquias Baal, & nomina ædituorum cum ſacerdotibus, & eos qui adorant ſuper tecta militiam cẽli, & adorant, & iurant in domino, & iurant in Melchom, & qui auertuntur de poſt tergum domini, & qui non quæſierunt dominum, nec inueſtigauerũt eum. ¶ Hoc ut dictum, ita & factũ eſt poſt modum per regem Nabuchodonoſor, per exercitum Chaldæorum. Sequitur de eo quod faciendum erat per manus Romanorũ: Silete a facie domini dei, quia iuxta ẽ dies dñi, qa ꝑparauit hoſtiã, ſanctificauit uocatos ſuos &c. uſq;, & ædificabunt domos, & nõ habitabũt, & plantabũt uineas, & nõ bibent uinũ earũ, poſt q̃ ſtatim ſubiungitur de illo die magno uniuerſalis iudicii, iuxta eſt dies domini magnus, iuxta & uelox nimis &c. uſq;, quia conſummationẽ cũ feſtinatione facıet cũctis habitantibus terrã. Nunc per ordinem dicta tractem⁹. Et extendam, inquit, manum meã ſuper iudã, & ſuper oẽs habitatores Hieruſalẽ. Hoc ita præcedentibus continuatur, ut ubi dixit: & ruinæ impiorũ erũt, ſubaudias, iudæi primũ & Græci, iuxta ſenſum apoſtoli. Prior nanq; iudæus quã gentilis mala q̃ merebatur recepit, etiam tẽporibus ſuis. Hoc & hiſtoriæ tradunt, & prophetiæ teſtantur ꝑ diuinã ꝓuidẽtiã fuiſſe ordinatũ. Sume (ait dñs ad Hieremiã) calicẽ uini furoris huius de manu mea, & propinabis de illo cunctis gentib⁹, ad quas ego mittã te. Et accepi (inquit ille) calicẽ de manu dñi, & propinaui cũctis gẽtibus, ad quas miſit me dñs, Hieruſalẽ, et cũctis ciuitatib⁹ iuda, et regibus eius, et principibus eius, et deinde Pharaoni (inqt) regi Aegypti, et regib⁹ terræ Philiſtiim, re-

ſtim, regibus Tyri, & regibus Sidonis, & regib⁹ terræ inſulaꝝ, & regibus Arabiæ, & regi bus occidentis, & regibus Zambri, & regibus Helani, & regib⁹ Mœdoꝝ, & cūctis regib⁹ aquilonis, & cunctis principibus eoꝝ, & omnibus regnis terræ, q̄ ſuper faciē eius ſunt. Bi bētes aūt bibetis. Quia ecce in ciuitate in q̄ inuocatū ē nomē meū, ego incipio affligere, & uos quaſi innocentes immunes eritis? Igit ruinæ inquit impioꝝ erūt, & ſubaudiēdū ē, pri mū impij Iudæi, & deinde impii Græci ſiue gentiles. Nā & in iſtis particularibus uindictis quæ tēporaliter fiūt, gēte in gētē, & regno ſurgēte aduerſus regnū, quod p meū ſit iudiciū, in primis extēdā manū meā ſuper Iudā & ſup oēs habitatores Hieruſalē, uidelicet ꝓpter ſanguinē prophetaꝝ quē fuderūt, maxieq; propter Manaſſen, in quē magis hæc ſcelera re dūdabāt, quē cōtinuo ꝓphetic⁹ ſermo denotat, dicēs: Et diſpdā de loco hoc reliqas Baal, & nomina ædituoꝝ cū ſacerdotib⁹, & eos q adorāt, & iurāt dño, & iurāt in Melchō, & q auer tunt de poſt tergū dñi & q nō q̄ſierūt dōm, nec inueſtigauerūt eū. ¶ In tāta denic; uenerāt impietatē, ut in tēplo dei, iuxta q̄d ſcribit Ezechiel, & Regū liber q̄rtus indicat, ſtatuā Baal, quā imaginē zeli dñs uocat, ſtatuerint, & in eodē ſanctuario idola pariter & deum uenerati ſunt. Vñ ſignanter idoloꝝ ſacerdotes, nō ſacerdotes, ſed ædituos appellauit, & ædituos er go & ſacerdotes quōdā dei, & eos q ſuper tecta ritu gētiliū adorāt militiā cęli, ſcilicet ſolē & lunā, & aſtra reliqua, & q iurāt in nomine dñi, ſimul & in nomine idoli Ammonitaꝝ Mel chom, Diſperdā, inqt, de loco hoc, maxime (ut iā dictū ē) ꝓpter pctā Manaſſen, q amplius in huiuſmodi dōm irritauit, & impleuit Hieruſalē ſanguine innoxio uſq; ad os. Etenim cū Ioſia rege ſcriptura narraſſet, Veruntn̄, inqt, nō ē auerſus dñs ab ira furoris ſui magni, q̄ ira t⁹ eſt furor ei⁹ cōtra Iudā, propter irritatiōes, q̄bus prouocauerat eū Manaſſes. Septē ſunt e nunciatiōes, quo nūero plerūq; uniuerſitas ſignificari ſolet, quaꝝ prima ē: Et diſperdam de loco hoc reliqas Baal. Septima: Nec inueſtigauerūt dōm. Et ſi reciprocato ordine cōſide rentur, ſiue nūerent, hoc mō: Nō inueſtigauerūt dōm, & nō quæſierūt eū, & auertuntur de poſt tergū dñi, & iurāt in dño, & in Melchō, & adorāt ſuper tecta miliciā cęli, & nomina ha bent ædituoꝝ, & colūt Baal, ſemper malo p̄cedēti, id quod ſeq̄t deterius ē. Nā non inueſti gaſſe dōm malū q̄dē ē, non quæſiſſe aūt dū inueniri poſſit, peius, auerti aūt de poſt tergum dñi, i. dominū cōtēnere, & uolūtatē eius nolle intelligere, profecto peſſimum ē in religiōe. Porro cōtra religionē iurare in domino, & iurare in Melchō, quod interp̄tat rex eoꝝ, quod nomē ſimplicib⁹ haud impiū uideri poterat, malū erat, Adorare aūt ſuper tecta miliciā cęli quod & ip̄m ruſtica ſimplicitate fieri poterat, peius erat, ædituos uero eſſe, uel ſacerdotes in tēplo domini, q̄ diu illic erat Baal, profecto peſſimū erat. Sūm⁹ omniū cumul⁹ maloꝝ, erat ipſe Baal. Septē igit enūciatiōib⁹ maloꝝ omniū, maioꝝ atq; minoꝝ declamata ē uniuerſitas atq; diuerſitas, propter q̄ tūc irā Iuda & Hieruſalē cōmeruit, & ſuper habitatores eius manū ſuā extēderet dñs q hæc dicit: Erat aūt ille q necdū ſciebat uocare patrē aut matrē, qa uideli cet nec dū nat⁹ erat, q̄d poſtea factū ē, ea natiuitate, q̄ didicit & ſcruit uocare patrē & matrē, patrē utiq; adoptiuū ſiue nutritiū, & matrē uirginē. Recte igit uocari poterat nomē eius: ac celera manū tuā extēdere, feſtina peccatores de loco ſuo diſperdere, & captiuos in Babilo niā emittere, ſicut apud aliū prophetā uocari iuſſus eſt, Accelera ſpolia detrahere, feſtina p̄ dari, pro eo q̄ anteq̄ ſciret puer uocare patrē ſuū & matrē ſuā, auferēda erat fortitudo Da maſci, & ſpolia Samariæ, ipſo agēte. Sequitur L Silete a facie dñi dei, quia iuxta eſt dies dñi, q; preparauit hoſtiā, ſanctificatos ſuos, & erit in die hoſtie domini, viſitabo ſu per principes, & ſuper filios regis, & ſuper omnes qui induti ſunt veſte peregrina, & viſitabo ſuper omnē qui arrogante ringreditur ſup limē in die illa, qui cōplet do mum dñi dei ſui in iniquitate & dolo. J Quid eſt quod dicit, uel quos intuens dicit: Silete à facie domini dei, qa iuxta eſt dies domini? Iam ante dictū eſt, eū q ſic incipit, congregāsco gregabo omnia à facie terræ, Chriſtū dei filiū eſſe, q exaltat⁹ à terra, deberet omnia trahere ad ſe, & iudicare uiuos & mortuos in nouiſſimo dei, de quo poſtmodū dicit, Iuxta eſt dies domini magnus, iuxta eſt, & uelox nimis, & quod ante illud ultimū iudiciū duo iudicia fa cturus erat, ſuper illam terrenā Hieruſalē, quæ iam fecit, alterum per Nabucho donoſor & exercitum Chaldæorum, propter ſanguinem prophetarum, quem effuderunt: alterum per manus Romanorum, propter ipſum prophetarū dominū, quem occiderunt. De primo q̄d

faciendū erat per manus Chaldæoꝝ, dixerat. Et extendā manū meā ſuper Iudā, & ſuper oēs habitatores hieruſalē &c. Nūc de illo dicturus, q̄ per manus Romanoꝝ faciendū erat, ſic incipit: Silete à facie dñi dei, qa iuxta ē dies dñi. Ad qd ergo, uel quos intuens taliter edicit? Nimiꝝ nihil hic libēter intellexerim, q̄ illos petulcos, inſanos, & nocte illa paſchali crapulatos & ebrios, q audientes hūc dñm adiuratū a pōtifice, ut diceret ſi ipſe eſſet filius dei, tñ dētē tu dixiſti, & ammodo uidebitis filiū hominis, ſedentē a dextris uirtutis dei, & uenientē in nubibus cœli, exclamauerūt: Reus eſt mortis, & tunc expuerunt in faciē eius, & uelauerūt faciem eius, & colaphis eū ceciderūt, & palmas ei in faciē dederunt, dicentes: Prophetiza nobis, qs eſt qui te percuſſit? & aliis multis modis faciē eius conuiciati ſunt. Quale hoc erat in iudicio ſancti ſpiritus per ora prophetaꝝ loquebatur? O igitur irreuerentes & indiſciplinata, male nati & male educati, qd eſt qđ facitis? Silete a facie dñi dei, cōtinete os ueſtrū a facie dñi dei, hominis pro ſua reuerētia tremendi, etiā cūctis uirtutibus cœli. Quō uos eū inhonoraſtis? Silete, quia iuxta ē dies dñi. Et ſicut Moyſes dixerat, iuxta ē dies perditionis, & adeſſe feſtinant tēpora. Væ uobis in illa die huiut domini, & uos ſilebitis. Silebitis (inquā) etenim illa dies domini uobis erit dies perditionis, quia p̄parauit hoſtiā, ſanctificauit uocatos ſuos, præparauit inquā, hoſtiā, id eſt ſemetipſum, & præparatione ipſa talis hoſtiæ ſanctificauit uocatos ſuos, uidelicet quos ante ſecula præſciuit & prædeſtinauit ſuos fieri, & tēporibus ſuis uocauit per cūcta retro ſecula, uſq; in diē illā, qua faciem eius conſpuiſtis, uelaſtis atq; exalapaſtis, & contra eandem faciem eius mouiſtis capita ueſtra, dicentes, Vach, hoc totum quod ipſe ſuſtinuit, hoſtiæ preparatio fuit, et in illa hoſtia corporis ſui, ſanguinis ſui, ſanctificauit uocatos ſuos, ſanctificatione, quæ eſt omniū peccatoꝝ remiſſio. Quid ulterius iam reſtat, niſi ut relinquatur uobis domus ueſtra deſerta? Nimirū nulla eſt cauſa, propter quā diſtrictionis ueſtræ iudiciū differat, q̄m aſſumpſio iam facta eſt, quoniā miro modo de uobis mortuis uita eſt aſſumpta. Iuxta eſt illa dies dñi, qua iſtud fiat. Hæc ex perſona ſua prophetā inclamauit: Silete inquiens a facie dñi dei, qa iuxta ē dies dñi, & nō dixit magnus, iuxta & uelox nimis. Proinde expeditior currit explanatio, quia nihil obſeruātiæ noſtræ refragat, q̄ ſecundū propheticæ huius ſcripturæ textū, uel ordinē iudicioꝝ domini, tēpora diſtinxim⁹. Seqtur ex p̄ſona ipſi⁹ dñi, q anteri⁹ loquebat: Et erit inqt in die hoſtiæ dñi, uiſitabo ſup principes, & ſuper filios regis, & ſuper oēs q induti ſunt ueſte peregrina, & uiſitabo ſuper oēm q arroganter ingreditur ſuper limen in die illa, & qui cōplent domū dñi ſui iniqtate & dolo. Dies hoſtiæ dñi, tēpus eſt a paſſione dñi, quo uidelicet tēpore, poſt quadraginta annos, facta eſt uiſitatio hæc, quā nūc dicit, ſicut totus orbis audiuit. Illa uiſitatio talis maxime ex culpa principū ſacerdotū prouenit. Vnde recte primo loco, uiſitabo ſuper principes, ait. Qui aūt erant filij regis, niſi tam ipſi, q̄ cæteri Iudæi, gloriantes quaſi de ſingulari nobilitate generis? Gloriati ſunt nanq; nimis inſolenter, quodā loco dicentes: Semen Abrahæ ſumus, & nemini ſeruiuimus unq̄. Itē: Nos ex fornicatiōe nati nō ſumus, unū patrē habemus deū. Propter huiuſmodi ſuperbiā appellauit eos ipſe filios regni, ubi taliter locut⁹ eſt: Dico uobis, qđ ab oriēte & occidēte ueniēt, & recūbēt cū Abrahā & Iſac & Iacob in regno cœloꝝ, filij aūt regni eiicientur in tenebras exteriores. Quos illic filios regni, hic recte intelligimus filios regis, i. ſupbos, & cōtra oē genus humanū ſeſe extollētes, de nobilitate ſingulari, tāq̄ filios regis dei, maxime qa cōtra ueꝝ & unicū dei filiū cogitantes homicidiū, inter cætera dixerunt: Vnū patrē habemus deū. ¶ Quid aūt in eo pphetic⁹ ſermo denotat, dicēdo: Et ſup oēs q induti ſunt ueſte peregrina? Putaſne hypocriſis ueſtis ē peregrina? Vtq; nimiū pegrina. Quid enim in ueſtibus magis peregrinū, q̄ ſunt lupis rapacibus ueſtimenta ouiū? Quid inquā magis peregrinū, q̄ ei q intus ē plen⁹ iniqtate, foris hominibus iuſtū apparere? Quid magis peregrinū, q̄ dilatio Phylacterioꝝ & magnificatio fimbriaꝝ, & ſeſſio ſuper cathedrā Moyſi, p̄ſerti in illis, q̄ſcd'm opera nō ē faciendū. Tales erant ſcribę & phariſæi, nimiꝝ propter qđ hypocritæ ſepties uno breui ſermōe, apud Matthęū, uæ illis inclamat uiſitator iſte, q ſecūdū ueritatē huiꝰ pphetię, iā debebat ſuper illos uiſitare. Deiū, & uiſitabo ait, ſuper omnē q arrogāter igredit ſuper limē in die illa, q cōplēt domū dñi dei ſui iniqtate & dolo. Et qs ē de q̄ uerius dicas, qđ arrogāter ingredit ſuper limē, q̄ ille, q nō expectat, ut oſtiari⁹ illi aperiat, ſed uolēter intrat in ouile ouiū. Tales et hoc tēpore multi ſunt, et illo tēpore Annas et Caiphas

Vindicta in Iudæos, ꝓpter ſanguinē chriſti.

Veſtis peregrina hypocriſis.

Arrogans ingreſſus pontificum.

& Caiphas pontifices fuerunt, qui infelici cõmertio coemptũ lacerabant ſummũ ſacerdo-
tium alternatim, per annuas uices inter ſe diuidendo pontificiũ. Et quis de illis dubitet hoc
dictũ quod cõpleuerint domũ dei ſui iniqtate & dolo, quos ipſe dñs deus ore proprio redar
guens. Vos, inquit, patris mei domũ, quæ debuit eſſe dom⁹ orõis feciſtis ſpelũcã latronũ?
Hæc dicens nõne etiã facto ſignificauit uiſitationẽ, quæ in his ſonat uerbis prophetícis. Fe
cit enim quaſi flagellũ de funiculis, & oẽs eiecit de tẽplo, per hoc terribiliter innuens eos de
regno dei fore protinus eñciendos, imo nihil habere in illo templo uel regno, cuius ſe glori
abantur eſſe filios. L Et erit in die illa dicit dñs, vox clamoris a porta piſciũ, & ululatus a ſecunda, & contritio magna a collibus. J Portam piſcium uocabant eam, quę ui
cinior mari erat inter cunctas uias Hieruſalẽ, de qua & Eſdras refert. Portã uero piſciũ æ di
ficauerunt filij Aſanaa, ipſi texerunt eam, & ſtatuerũt ualuas eius & ſeras, & uectes. Quod
aũt ait, & ululatus à ſecunda, & ſecũdi muri in eodem climate portam ſignificat, de qua in li
bro regũ ſcriptũ eſt. Ierunt itaq; Helchias ſacerdos, & Haican, & Achobor, & Saphan, &
Aſaya ad Oldam prophetẽ uxorẽ Sellũ filij Tecuæ, filii Araas cuſtodis ueſtium q̃ habita
bat in ſecũda. Contritionẽ aũt magnã à collibus, de monte Sion, & excelſiore urbis parte
loquitur, qa cum altiora & arx ciuitatis fuerit occupata, facilior ẽ in prona deſcenſus. Vn-
de quibus ex rebus geſtis omnino gerendis, ſenſum propheta concepit, ut exclamationem
ita trifariã diuideret, ſcilicet in uocẽ clamoris à porta piſciũ, & uocẽ ululatus à ſecunda, & uo
cem contritiõis magnæ à collibus. Mirũ dictu & horrendũ ſenſibus, ſiue intellectibus, qũo
ſecũdũ iſtam uocũ diſtinctionẽ cõtigiſſe cõſtat, in illo famoſiſſimo excidio miſeræ Hieruſa
lem. Nã & anteq̃ Romano exercitu cingeretur, & toto tẽpore obſidiõis intus triplici ſediti
one nimis atrociter, nimis horribiliter, & ſupra q̃ dici pt ſcindebãt, lacerabãt, cõſcidebãt in
ſuis uiſceribus. Tres erant principes ſeditionũ, Iohannes, Eleazarus, & Symon. Eleazarus
cum ſuis ſuperiora urbis, & templũ occupauerunt, & inferiora Symõ, media Iohãnes obti
nebat. Quis unq̃ audiuit ſimilia his, quæ intrinſecus facta ſunt. Vere tãta fuerũt, ut ꝓpheti
ca explanatiõ e recte digna exiſtimẽtur, & ueraciter tunc fuit, uox clamoris a porta piſciũ, i.
ab inferiori urbis parte, ubi tirannizabat Simõ, & ululatus a ſecũda, i. a media, ubi beſtia Io-
hãnes ſæuiebat, & cõtritio magna a collib⁹, i. a tẽplo & arce ciuitatis, ubi Eleazar⁹ talis erat
dñs, q arã ipſam tẽpli ſanguine imbueret, & mortuis indigenis per atria diuina ſtagnũ face
ret diuerſoꝝ cadaueꝝ ſanguinis. Quid tm̃ paſſa es ò miſerrima ciuitas a romanis, quãtum a
tuis & indigenis? Imò q̃ unq̃ ciuitas uel gẽs talia pertulit ab extraneis, q̃lia tu a propriis? Sed
ceſſet omnis cõmiſeratio, cũ tu proprio fis cõdẽnata iudicio. Dixiſti enim: Sanguis eius ſuper
nos & ſup filios noſtros. Seqtur ergo tã dura q̃ iuſta cõceſſio. L Vlulate habitatores pi-
le. J Pila hoc loco nõ per breuẽ ſillabã legenda eſt, ſed per productã, ut de pila ſciamus dici,
in qua frumenta tundũtur, uas cõcauũ & medicoꝝ aptũ uſui, in quo ꝓprietyp ſanæ fieri ſo
lent. Et pulchre dictũ ẽ, q habitatis in pila, qđ ſcz ſicut frumẽta feriẽte deſuper uecte tũdũt,
ita de porta piſciũ, & de ſecũda, & de collib⁹ ꝓpriẽs in populũ decurrat exercitus. Qui cala-
mitatis illi⁹ obſidiõis & anguſtias cõpaſſæ ciuitatis uult attẽdere, nimirũ ipſe ꝓpẽdit q̃ cõgrua
ſimilitudine uſus ſit dicẽdo, habitatores pilæ, ſicut em̃ frumẽta in pilã ad hoc cõgerũtur, ut
feriente deſuper uecte diſſilire nõ ualẽtia tũdãtur, ita de cũctis iudeæ ciuitatibus uel regioni
bus cõfluẽs populus, repẽtina ẽ obſidione artatus, & p̃dictoꝝ principũ ſeditionis in mani
crudelitate deintus magis quã deforis ab hoſtib⁹, gladio famæ, & peſte inenarrabiliter diſ-
cruciatus, mirando circunſeptus dei iudicio, ut q ad hoſtes pro re medio uellet effugere nõ
poſſet. Sequitur. L Conticuit omnis populus Chanaan, diſperierunt oẽs in nuoluti
argento. J Quis ẽ iſte Chanaan? Nimirꝝ populus iudaicus, in quẽ dicit alius propheta: Pa
ter tuus Amorreus, & mater tua Cæthea, & Daniel ad presbyteꝝ ſenẽ loqtur. Semẽ Cha
naan, et non iudæ, ſpecies decepit te. Quare aũt præſenti loco nomen hoc aſſumpſit, et po-
pulus Chanaan quã populus iudæoꝝ dicere maluit? Nimirꝝ propter reꝝ uel meritorũ uerã
q̃litatẽ, et ꝓpter formidinẽ. Nã et alius propheta, formido inqt et laqueus, facta ẽ nobis ua
ticinatio et cõtritio. Occiditur enim in ſanctuario dñi propheta, et ſacerdos. Oportebat fal-
li populũ fallacẽ, quatenus dum de aliis putaret tale qđ et aliq̃s prophetaꝝ uiuere ſineret, et
ſcripturã uẽturis ſeculis profuturã reſeruaret. Igitur ois popul⁹ Canaã, qđ interptatur mot⁹

eorꝝ, id eſt, populus Iudæorꝝ, qui cõtra dñm caput mouerũt, motisiã pedibus, qa in ueritate nõ ſteterũt. cõticuit, ſubauditur à facie dñi, Debemus em̃ meminiſſe, qꝑ ſupra incipiens ita dixit: Silete à facie dñi dei, qa iuxta ẽ dies. Ille populus, ille ipiorꝝ cœt⁹, q tũc inſultauit, q tũc nõ ſiluit, q nõ ſolũ reueritus ẽ uerũ & ore & manibus inhonorauit faciẽ dñi, ecce cõticuit ecce authoritatẽ loquẽdi amiſit, & ſicut de quodã illorꝝ notiſſimo dictũ ẽ, & epiſcopatũ ei⁹ accipiat alter, ſic de omni popolo illo cerrũ eſt, qa magiſteriũ iã nõ habet, & ſicut hic ĩ pius nomẽ illi cõmetatũ eſt, nõ em̃ dixit propheta, conticuit ois populus Iuda, ſed ois populus Chanaan, ſic & honorẽ amiſerũt, & oẽm uocẽ, in ultimã uenũdati ſeruitutẽ, & captiui nõ utcũq; nonut olim in Babylone, ſed ipſa captiuitate diſperſi in totũ orbẽ. Maloꝝ omniũ totius ꝓditionis cauſa illis fuit auaritia, uſq; ad preciũ ſanguinis dilatata. Sequitur ergo Diſperierũt oẽs in uolutatiargẽto. Cauſæ huius exẽplũ omni populo illi Chananæo fuit ille Iudas proditor. Sicut em̃ ille cupiditate argẽti inuolutis, triginta argẽteis ſanguinẽ dñi uẽdidit illis & iccirco male perijt, ſic omnis ille populus maxime ex eo fuit intractabilis, qa retibus erat inuolutus argẽti & maxime propter hoc ipſum dñm oderũt, qadiſputabat cõtra auaritiã eorũ Secũdũ numerũ argẽteorũ, qbus et ille uendidit, et illi ſanguinẽ dñi emerũt triginta male dictiõibus, tã uenditorẽq; emptores inuoluti ſunt, quarũ in pſalmo centeſimooctauo: Prima eſt, conſtitue ſuper eũ peccatorẽ, Vltima, et operiãtur ſicut diploide cõfuſione ſua. Imò dictionis uis eſt, quia nõ dixit, diſperierũt oẽs habẽtes argentũ, ſed diſperierũt oẽs inuoluti argento. Longe aliud eſt habere argentũ, q̃ argẽto eſſe inuolutũ. Siquidẽ et Abrahã et Dauid. multiq; alij ſcĩ et iuſti argẽtũ habuerũt, in auro et argẽto diuites fuerũt, & ñ nõ diſperierũt. Quare? Vcz qa pecunias tanq̃ dñi poſſiderũt, nõ tãq̃ ſerui pecuniæ in pecunijs argẽti ſperauerũt Qui ĩ argẽto ſperãt uel cõfidũt, ipſi inuoluti ſunt, et tales oẽs diſpereũt. Diſcretiõe hac opus eſt, ubi dñs loquit diſcipulis ſuis. Q̃ difficile, qui pecunias habẽt, introibũt in regnũ dei. Poterãt enim obſtupere diſcipuli, et obſtupeſcebãt ait Euangeliſta Marcus, in uerbis eius. At Ieſus rurſus rñdens, ait illis: Filioli, q̃ difficile ẽ cõfidẽtes in pecunijs introire in regnũ dei et tũc demũ ita dixit: Facilius eſt camelũ ꝑ foramẽ acus trãſire, quã diuitẽ intro ire in regnũ dei. Igitur illos excepit diuites, qui quãuis habeãt pecunias, nõ tamẽ ſunt cõfidẽtes in pecunijs, et eos tãtũ diuites illa ſentẽtia ꝑmit, qui per hoc qđ cõfidũt in pecunijs, ſunt etiã et ab hoc propheta dicunt argẽto inuoluti, et eadem inuolutiõe ita groſſe facti, ut nimis difficile ſit eos introire regnũ dei. Sequitur: L Et erit in tẽpore illo, ſcrutabor Hieruſalẽ in lucernis, et viſitabo ſup viros defixos infecibus ſuis, qui dicũt in cordibus ſuis, non faciet dominus bene, et nõ faciet male J Quàm ultronea ſpiritus ſcti ũs dignatione occurrit, ne uel propheta uel alius quis ſolicitaret ea ſolicitudine, q̃ beat⁹ ſenex Abrahã ſolicitus, audito, quod dñs de Sodomis ait. Nũquid perdes iuſtũ cũ impio? Abſit à te, ut rem hãc factas, et occidas iuſtũ cũ impio fiatq; iuſtus ſicut impius. Nõ eſt hoc tuũ, qui iudicas omnẽ terrã. Cõceſſit illi dominus, concedit et huic quod non ſit ſuũ, occidere cũ impio iuſtũ, Iuſtus autẽ quodã modo dici poterat, quiſquis in ipſũ dominũ ignorãter peccauerat et audita uel cognita ueritate, pœnitentiã acturus erat, ſicut fecerũt ad pdicationẽ Petri, una die ex ipſis tria milia. Iuſt⁹ (inquã) utcũq; iã dici poterat, quiſqs eiuſmodi erat ſicut de ſemetipſo Abimelech, dñe (ĩquit) nũ gentẽ ignorãtẽ interficies? Tulerat nãq; uxorẽ Abrahæ ignorãter. Igitur et iniſto dñs ab eiuſmodi ſolicitudine, uel ipſum prophetã, uel quẽlibet aliũ liberat, cũ dicit: Et erit in tẽpore illo, ſcrutabor Hieruſalẽ in lucernis &c. Ac ſi dicat, Ante q̃ ꝓueniat ille dies uiſitationis, dies clamoris, & ululatus, & magnæ contritiõis, faciam qđ mulier ſapiens facit, quæ cũ perdiderit drachmã unã, accẽdit lucernã, & euertet domũ, & quærit diligẽter donec inueniat: Nõ tantũ unã, ſed plures lucernas ego accẽdã, id eſt, apoſtolos ſpũ ſancto et uirtute ex alto induã, ut ſint mihi teſtes uſq; ad ultimũ terræ, incipientibus ab Hieruſalẽ, et ab omni Iudæa et Samaria. Nimirũ hoc erit ſcrutari Hieruſalẽ in lucernis, et ubicũq; fuerit drachma, q̃ perdita eſt, latere non poterit. i. quicũq; ex deo erit, dignusq; Hieruſalẽ ciuitate cœleſti, in culpa perfidiæ non remanebit. Sicut em̃ drachma perdita drachma aurea, dũ quæritur cũ lucernis ad lumẽ lucernarꝝ relucet de tenebris, et inuenit: ſic oẽs ignorãtes & iuſtiq̃ lẽ ſe Abimelech iã dict⁹ fuiſſe teſtabat, audita ueritate dictorꝝ, et uiſa claritate ſignorꝝ, erũpẽt in uocẽ cõfeſſiõis, cõpũcti corde, atq; dicẽtes, qd faciem⁹ uiri frẽs, et pœnitentia

tentia ſuſcepta baptizati ſaluabunt. Ita ſcrutãdo Hieron'm, tã diu donec credat, quotq; p̃ordinati ſunt ad uitã æternã, tũc demũ uiſitabo ſup uiros defixos in fecibus ſuis, nõ faciet dñs bene, & nõ faciet male. Erũt nanq; proprio iudicio condẽnati, odiẽtes lucernas meas, & amãdo feces ſuas, & ſicut illi q uolutãtur in fecibus libidinis, dũ in occulto ſcortãtur, dũ polluũt & polluũtur, nolũt ſe requiri cũ lucernis, imò oderũt lucernas & abhorrẽt eas: ita illi nequã & inuidũ cõtra ueritatẽ habẽtes oculũ, odientes & me & patrẽ meũ, amãtes ſua pctã, & odientes iuſtitiã, habẽtes amorẽ p̃ntis ſeculi, odiũ futuri, nõ cupiẽt audire uerba dei q̃ proferentur, cũ ſignoꝝ teſtimonijs, imò ex eis, quos mittã ad eos, prophetis, & ſapiẽtibus, & ſcribis, occidẽt & crucifigẽt, & flagellabũt & perſequẽtur de ciuitate in ciuitatẽ, & dicẽt, falſum ẽ quod dicũt iſti. Nõ faciet dñs bene bonis, & nõ faciet male malis. i. non erit dies iudicij, aut certe iſte, quẽ dicũt dñm, quẽ crucifiximus, nullus eſt, nõ talis fuit aut erit, ut nobis bene uel male facere poſſit. Iccirco uiſitabo ſuper eos, ita, ut ueniat ſuper eos omnis ſanguis iuſtus, q̃ effuſus eſt ſuper terrã à ſanguine Abel iuſti. Dicãq; eis: Ecce relinquet uobis domus ueſtra deſerta, hoc eſt qđ cõtinue ſequtur. ¶ Et erit fortitudo eoꝝ in direptionẽ, & domus eorũ in deſertũ, & edificabunt domus & nõ habitabuut, & plantabunt vineas, & nõ bibent vinũ eoꝝ. ¶ Quid hoꝝ effectu manifeſtius? Fortitudo eoꝝ, qua primo cõtra deũ, deinde cõtra hoies male fortes fuerũt, facta eſt in direptionẽ. Quo fortes fuerũt contra dñm? Nimiꝝ ſicut phreneticus, cõtra medicũ. Non em̃ uera erat, aut uera eſt fortitudo illoꝝ, iuſtitiã ſuã ſtatuere uolentiũ, ſed falſa eſt omnino & fallax, ſicut fortitudo phrenetici, cũ percutit medicũ. Deinde miꝝ, & miro dei iudicio factũ, qđ cõtra homines ita de fortitudine præſumpſerũt, ut bellũ implacabile ſuſciperent contra Romanos, uictores omniũ gentiũ. Talis direptio nõ eſt audita uſquã gentiũ, qualis fuerit direptio fortitudinis eoꝝ. Domus eoꝝ quo facta eſt in deſertũ? Nimiꝝ ita, ut deſereretur tẽplũ illud ab omni p̃ſidio cœleſtiũ ſpũm dicentiũ: Tranſmigremus ex his ſedibus, qđ Ioſephus palã auditũ fuiſſe teſtatur. Aedificiũ domus illius. i. templi, ualde fuerat recentiori tpe auctũ, turribuſq; atq; porticibus ualde uenuſtatũ. Ipſa ciuitas domibus pulchris ornata, opibuſq; referta, regio undiq; uinetis arboribuſq; diuerſi generis, mire cõſita atq; uberrima. Sed cuncta exciſa, cũcta diruta, & igni concremata, in deſertũ redacta ſunt, & qui gladio ſuperfuerũt ex eis, in oẽs gentes captiui, ducti ſunt, & hoc mõ ueritas apparuit dicẽtis, & ædificabũt domos & nõ habitabũt, & plantabũt uineas, & nõ bibent uinũ eaꝝ. His p̃miſſis, qd protinus clamet, qd cõtinuo de excelſa ſpecula dicat, & annũciet ſpeculator iſte, attonitis auribus audiamus, q nos dormire nõ patit. Ait. ¶ Juxta eſt dies dñi magnus, iuxta eſt et velox nimis. Vox diei dñi amara tribulabitur ibi fortis. Dies ire dies illa, dies tribulationis et anguſtie, dies calamitatis et miſerie, dies tenebraꝝ et caliginis, dies nebule et turbinis, dies tube et clangoris, ſuper ciuitates munitas, et ſup angulos excelſos. Et tribulabo hoies et ambulabũt vt ceci, qz dño peccauerunt. Et effundet ſanguis eoꝝ ſicut humꝰ, et corpa eoꝝ ſicut ſtercora. Sed et argentum eorum et aurum nõ poterit eos liberare in die ire dñi. In igne zeli eius deuorabitur omnis terra, qz cõſummationẽ cum feſtinatiõe faciet cunctis habitãtibus terrã. ¶ O quãtus clamor & exclamatio, q̃ uehemẽs omni homini, niſi ei qui ſurdus eſt, q nõ habet aures audiendi. Quid erat quod uidebat, q̃ ita clamabat? Qualis erat uiſio mẽtis, cuius tanta eſt acrimonia uocis? Beatus papa Gregorius recte ad uim clamoris huius attonitus: Penſate (inqt) fratres chariſſimi ad conſpectũ tanti iudicis, qs in illo die terror erit, qñ iã in pœna remedium nõ erit, quæ illa cõfuſio, cui reatu ſuo exigente cõtingit in cõuentu omniũ hominũ angelorũq; erubeſcere: q pauor eũ, quẽ tranquillũ mens hũana capere nõ ualet, & iratũ uidere. Quẽ diẽ propheta intuens, ait: Dies iræ dies illa, dies tribulationis & anguſtiæ, dies calamitatis & miſeriæ, dies tenebraꝝ & caliginis dies nebulæ & turbinis, dies tubę & clãgoris. Pẽſate ergo frẽs extremi iudicij diẽ, ſup corda reproboꝝ, q̃ aſperitate ppheta uidit amareſcere, quẽ tot appellatiõib⁹ nõ ualet explicare. Quid oportuni⁹ obſeruare potuit de officio boni oratoris iuxta cõſiderationẽ rei, q̃ hoc, ut attẽtus fieret auditor, i exordio ſermõis, imò declamatiõis? Quo aũt ꝟbo, q̃li dicto attẽtionẽ ſpeculator meli⁹ excitaret, q̃ dicẽdo, iuxta ẽ. Cõtẽplatus ẽ diligẽter, mlto & claro intuitu & uidit, qa iuxta ẽ id qđ lippis & cęcutiẽtibus longe eſſe uidet, & dictũ, in tpa longa fiet iſtud.

Nec ſemel contentus dixiſſe, iuxta eſt dies dñi, repetiuit iuxta eſt, & uelox nimis, & uere ſecundũ magnitudinẽ periculi, iuxta & uelox nimis. & hoc nõ uane uidetur homini habenti quippiã de ſenſu dei, cuius ante oculos mille anni ſic ſunt tãq̃ dies heſterna, q̃ præterĩt, aut certe q̃d breuius eſt, tanq̃ cuſtodia in nocte. i. una de quatuor uigiliꝭ uniꝰ noctis. Imò quę ꝓ nihilo habẽtur eoꝝ anni erũt. i. inter ea reputabunt. Ille dies erit magnus, quãtus, ex quo dies eſſe cœperũt, nõ fuit, nec erit amplius. Quã aũt attẽdit cõtinuo dicẽs, uox diei dñi amara, tribulabitur ibi fortis? quã aliã putamus, niſi illã, Ite maledicti in ignẽ ęternũ, q̃ paratus eſt diabolo & angelis eius. Vere amara uox, Ibi (inquit) id eſt, in illa uoce, tribulabitur fortis, & quis fortis, niſi ſuperbus, fortis diabolus, fortes angeli eius, fortes homines ſequaces eius ibi tribulabũtur, in illa uoce tribulabũtur. Ergo ne ueraciter fortis, q̃ in uoce tribulabitur. Imò falſo fortis, uere inualidus, Fortis eñ dicitur, nõ ꝙ ita ſit, ſed ꝙ ita ſibi uideatur. Tunc autẽ nõ ita ſibi uidebitur, ſed nec negare poterit, ꝙ ſit inualidus, qñ una uoce fortis ille fortiũ rex uidẽtibus cũctis, præcipitabitur. ¶ Quanto impetu, q̃ magno ſpũ illius diei magnitudinẽ deſcribere geſtiẽs, dies (inq̃t) iræ, dies tribulatiõis & anguſtiæ, dies calamitatis & miſeriæ, dies tenebraꝝ & caliginis, dies nebulæ & turbuis, dies tubæ & clãgoris. Diẽ unã eandẽq̃ ſex uicibus cũ adiectionibus terrificis declamauit, & ſeptimã uicẽ non addidit. Cur hoc? Exiſtimo nimiꝝ, qa de ſeptima die nihil ibi erit, nihil de ſabbato dñi, ſed ſine requie, ſine ulla regetionis ſpe tribulabitur ibi fortis. Nã hoc totũ qđ tantis nominibus declamauit erit ſuper ciuitates munitas, & ſuper angelos excelſos. i. ſuper homines impios, & ſuper angelos ſuperbos Nã ciuitates cũ dicit munitas, ſubaudiendũ eſt citra dñm, & angelos cũ dicit excelſos, intelligenda eſt celſitudo principũ, cõtra ueꝝ & ſolũ excelſum dñm ſeſe extollentiũ. Iſtæ ſunt ciuitates munitæ, & iſti excelſi anguli, quos Apoſtolus manifeſtius exprimit, ut in euangelio fieri debuit, in quo reuelatur hæc ira ſiue dies iræ dei. Nã præmiſſo, reuelatur eñ ira dei de cœlo, ſecutus eſt dicens. ſuper omnẽ impietatẽ & iniuſtitiã hominũ eoꝝ, qui ueritatẽ dei in iniuſtitia detinent & c. Nõne talibus congruit, & iuſto iudicio repoſitũ eſt id, quod cõtinuo poſt uerba prophetæ ex ſua perſona dñs iudex dicit? & tribulabo (ait) homines & ambulabunt ut cæci. Et propheta ſtatim cõprobans iudiciũ cauſam reddit, quia dño peccauerunt. Recte eteñ illic ambulabant ut cæci, qui hic oculos uoluntarie contra ueritatẽ clauſerunt, quia cũ cognouiſſent deũ, non ſicut deũ glorificauerunt, aut gratias egerunt, ſed euanueſt in cogitationibus ſuis, & uoluntarie obſcuratũ eſt inſipiens cor eoꝝ, & dicentes ſe eſſe ſapiẽtes, & re uera pleriq̃ illoꝝ inuiſibilia dei à creatura mundi, per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpicientes, nihilominus, imò & amplius ſtulti facti ſunt, & mutauerunt gloriã incorruptibilis dei, in ſimilitudinẽ imaginis corruptibilis hominis, & uolucrũ & quadrupedũ & ſerpentiũ. Vere igitur cauſa eſt, quia domino peccauerunt. Quia uero propter hoc ipſum, & tradidit illos deus in deſideria cordis eorũ, in immundiciam, ut contumeliꝭ afficiant corpora ſua in ſemetipſis, & tradidit illos in paſſiones ignominiæ, ut tam fœminæ q̃ uiri immutarent naturalem uſum, in eũ uſum, qui eſt contra naturã, & tradidit illos in reprobũ ſenſum, ut faciant ea quæ nõ cõueniũt, Recta & iuſta eſt ſententia hæc, abiectionis eoꝝ pleniſſima & effundetur ſanguis eoꝝ ſicut humus, & corpora eoꝝ ſicut ſtercora. Quod deinde ſubiũgit ſed & argentũ eoꝝ & aurũ nõ poterit liberare eos in die iræ dñi, hoc iam in iſto tempore aſſertione nõ indiget, imò & notum & certũ eſt̃, quia nec aurum nec argentũ cũ eis qui poſſiderunt, ad illud ueniet, quippe cũ ſcriptum ſit alibi, quia cũ interierit, non ſumet oñia, neq̃ deſcendet cũ eo gloria eius. Amplius uero id quod ſequitur, Omne deſtruit auxilium auri & argenti, in igne (inquit) zeli eius deuorabitur omnis terra, quia cõſummationẽ cum feſtinatione faciet cunctis habitantibus terrã. Si eñ illo igne, quo iudicabitur ſeculum, deuorabitur omnis terra, quod uerũ eſt, ſicut alibi dicit: cœlum & terra tranſibunt, uerba aũt mea nõ tranſibunt, aurꝝ & argentũ ubi parebit, quod utiq; terra eſt? Sed & ſi placeret, nõq̃d eoꝝ eſſe deberet? Nihil intulerũt in hunc mundũ, & propterea peccatores nihil prẽter peccata tunc habebũt, & iccirco iuſtus ille ignis, iuſtiſſimi zeli domini, cõſummationẽ faciet feſtinanter, cunctis eis habitantibus terrã, propter hoc ipſum quod cœlum deſperantes, tota mente habitauerunt terram. Sequitur. Conuenite congregamini gens non amabilis. priuſq̃ pariat iuſſio, quaſi pulueren tranſeuntem diem, antequam ueniat ſup

uos ira furoris dñi. ¶ Hoc officiũ & hic mos eſt ſpeculatoris fidi, legati fidelis, ut non cõ tentus ſit clamaſſe quod uiderit uel nunciaſſe, cui rei legationẽ ſuſceperit, uerũetiã ſuperim pendat ſponteneũ quippiã ſermonis hortatorĩ, per qđ auditorẽ faciendo beneuolũ, ad cau telã neceſſariã properet excitare, q̃ magna pars eſt boni adiutorĩ. Hoc apoſtolus de ſemet ipſo pulchre oſtendit, cũ p̃miſſo ad Chorinthios, qm̃quidẽ deus erat in Chriſto mundũ re conſilians ſibi, & poſuit in nobis uerbũ reconſiliationis pro Chriſto, pro quo legatione fun gimur, deinde ſubiunugit. Adiuuantes aũt exhortamur, ne in uacuũ gratiam dei recipiatis. Sic iſte ubi ſpeculatoris more prophetico ore clamauit, quę uidiſſet mala uentura, primũ in partibus, deinde in uniuerſitate mundi, quaſi demiſſa paululũ declamationis uehementia, ſuauius incipit, & hortatur his uerbis. Cõuenite, cõgregamini, ſubauditur cõuentu, cõgre gatione, qua deo creatori cõiungi poſſumus & cõiungi debemus, qđ quicũq; non faciunt, ipſi ſunt tanq̃ puluis, quẽ proĩcit uentus à facie terræ. Hinc eſt quod dicit prius, quã pariat iuſſio, quaſi puluerẽ tranſeuntẽ diẽ, anteq̃ ueniat ſuper uos ira furoris domini. Nã inde pul uis mobilis eſt, & uentus dũ flauerit, diſpergit eũ & proĩcit à facie terræ, quia non cõuenit, nõ congregatus eſt in unũ, rore ſuſcepto, per quẽ poterat ſibimet cohærere, Cum aũt uen tus illum proiecerit, ubi parebit, aut unde conuenire uel congregari rurſus poterit? Ita ni mirum inde omnipotentis iuſſio pariet ſuper impios & incredulos, diẽ tranſeuntem, & eos tranſire facientem, quaſi puluerẽ, quia non conuenerunt, non congregati ſunt ad deũ & do minum per gratiæ eius roreẽ ſalutiferũ, per aquam & ſpiritum, per quẽ omnes quicunq; nõ pereunt unũ cum illo capite corpus effecti ſunt. Hoc Petrus ſciens, eodem'ſenſu quo & ipe dicebat. Saluamini à generatione iſta praua. Sciebat em̃, quia ſuper generationẽ illã primo paritura foret iuſſio, quaſi puluerẽ tranſeuntẽ diẽ, ut captiui diſpergerentur in omnes gen tes, & deinde cõmuniter cũ cæteris gentibus impijs, uentura eſſet ſuper eos ira furoris dñi, die uniuerſalis iudicij. Verbũ huiuſmodi priuſquã pariat iuſſio, pro re ſatis congruit illi, qui apud alium prophetam dicit. Tacui, ſemper ſilui, patiens fui, ſicut parturiens loquar. Illam nanq; iram furoris ſui diu continuit & diſtulit, ſed tandem tanto durius declarabit, quãto pa tientius ſuſtinuit, ſicut in utero habens, diu quidẽ uocẽ continet & continere poteſt, ſed cũ uenerit hora, non ſine clamore & gemitu depromit, quod apud ſe nonnihil habuerit. Talis quoq; compellatio gens non amabilis, ſenſum eundem habet, licet minus aſpere ſonet, q̃ il lud dictũ à Iohanne Baptiſta: Genimina uiperarũ quis oſtendit uobis fugere à uẽtura iraq; Sed & ipſe dominus, generatio (inquit) praua atq; peruerſa ſignũ quærit, & Petrus (ut ſupra iam dictũ eſt) ſaluamini (ait) à generatione iſta praua. Neq; hic neq; illic dictũ eſt ita ſine iu dicio legis. Primus nanq; Moſes dixit. Generatio praua atq; peruerſa, hæccine reddis do mino, & de uinea Sodomoꝝ uinea eoꝝ &c. Sequitur. ¶ Querite dñm deũ noſtrũ oẽs manſueti terre, qui iudiciũ eius eſtis operati. Querite iuſtum, querite manſuetũ, ſi quo abſcondamini in die furoris dñi, qz gaza deſtructa erit, & Aſcalon in deſertũ, Azotum in meridie ejcient, & Accaron eradicabitur. ¶ Sicut ubi reuelari per euan gelium cœpit ira dei de cœlo ſuper omnẽ impietatẽ hominũ primũ oportebat Iudæis loqui uerbũ dei, & deinde conuerti ad gentes, ſic in iſto ſpiritus propheticus ubi prænunciauit irã ſiue diem iræ & furoris domini iuxta eſſe, & uelocem nimis, primo gentẽ non amabilem, gentẽ Iudaicam exhortando compellauit dicens: Cõuenite & congregamini, & deinde o mnes gentes alloquitur dicendo: Quærite dominum deum noſtrũ omnes manſueti terræ, & hoc ipſum uerbũ, quærite, tertio repetit, quærite dominũ deum noſtrũ, quærite iuſtum, quærite manſuetũ, quod non aliud eſſe arbitror, q̃ credite in patrẽ, credite in filiũ, credite in ſp̃m ſanctũ. Qui huiuſmodi adhortationẽ receperunt uel recipiũt recte dicuntur manſueti & operati iuditiũ dei, ſicut econtra Iudæi qui repulerunt uerbũ, & indignos ſe iudicauerũt æternæ uitæ, dicuntur gens nõ amabilis. Et reuera oẽs mãſueti, p̃ hoc ipſum qđ ſunt mã ſueti & tractabiles uerbo dei, iudictũ operati ſunt, & operãtur dñi, iudicando ſemetipſos, ut nõ iudicentur, cuius uidelicet iudicij principiũ eſt ſemetipſos ut peccatores & reos mortis addicere patibulo domini. i. baptizare in morte eius, & conſepelirĩ in illo per baptiſmum in mortem, perfectio aũt eiuſdẽ iudicij uel iuſtitiæ eſt, ita de cætero in nouitate ambulare, quo modo ille ſurrexit à mortuis per gloriã patris. Mirũ quod talibus dicit, ſi quomodo abſcon

damini

damini in die furoris dñi. Ergo ne & ipſi uix abſcondentur in die furoris dñi? An non & hoc Petrus apoſtolus dicit? Ait enim. Si aũt primũ à nobis, quis finis eorũ, qui nõ credit dei Euangelio? Et ſi iuſtus uix ſaluabitur, impius & peccator ubi parebunt? Igitur quãuis mãſuetus quis quamuis iudiciũ ſit operatus dñi, ſemper ſibimet ſuſpectus ſit, nec ſe cõprehendiſſe arbitretur, quia nec iuſtus quiſpiam ſaluari poterit, ſi abſq; miſericordia iudicetur. Impius & peccator omnis, ſub nominibus recte intelligitur urbium Philiſtiim. Gaze, & Aſcalon Azoti & Accaron, duplicem, ut reor, ob cauſam. Prima cauſa eſt, quia gens Philiſtiim primo loco denotatur inter omnes gentes, quæ inuiderunt glorię domini, & manſuetis terræ ſcilicet Moyſi & cæteris aſcendentibus de te terra Aegypti. Aſcenderunt enim (ait) populi & irati ſunt, dolores obtinuerunt habitatores Philiſtiim, tunc cõturbati ſunt principes Edom & c. Primos nominauit habitatores Philiſtiim, quia primi doluerũt, & primi ad impugnãdum aſcendentem Iſraelem fuere præparati. Scriptum eſt enim. Igitur cũ emiſiſſet Pharao populum, nõ eos duxit dominus per uiam terræ Philiſtinorũ, quæ uicina eſt, reputãs ne forte pœniteret eũ, ſi uideret aduerſum ſe bella conſurgere. Alia cauſa eſt, quia ſub interpretationibus eorundem nominum omniũ illorum peruerſitas denotatur, qui ſecundum ſimilitudinem Philiſtiim, pios omnes ad eum fugientes, & hoc ſeculum nequam relinquentes, odio habent & perſequuntur. Gaza nanq; fortitudo eius. Aſcalon ponderata, uel ignis homicida Azotus ignis generatiõis, Accaron eradicatio uel ſterilitas interpretatur. Et eſt ſenſus. Omnes qui ſibi applaudunt in fortitudine corporis, & in potentia ſeculari, & dicũt cũ diabolo: In fortitudine manus meæ feci, diripiẽtur, & ad nihilũ dirigentur in die iræ domini. Similiter qui arſit ad effundendum ſanguinem, & multas ſcandalizauit animas ſceleris ſui menſurã recipiet, & eodẽ quo operatus eſt pondere, deprimetur, & implebitur in eo, uirũ ſanguinũ & doloſum abominabitur dominus, dum gehennæ ignibus cum diabolo cremabitur. Item dẽ qui arſit libidine & generationis incendio debachatus eſt. (Omnes enim adulterantes, quaſi Clibanus corda eorum) non in tenebris, non in occulto iudicio, ſed in meridie hoc eſt, quando ſancti plenam recipient claritatem, proiicietur in tenebras, & ſanctorũ conſortium non habebit. Item qui non ſolum nullos fructus habuit, ſed & peruerſitate doctrinæ ſuæ plurimos eradicauit, ipſe quoq; eradicabitur. Proinde quærite dñm omnes mãſueti terræ, & ne ſitis ſicut Gaza, id eſt ſicut male fortes, & non manſueti, qui ſuam quærentes ſtatuere iuſtitiam, iuſtitiæ dei non ſunt ſubiecti, quia talis Gaza deſtructa erit. Quærite dominum omnes manſueti, & ne ſitis ſicut Accaron, id eſt, ardentes igne homicidij, quorũ manus ſanguine plenæ ſunt, quia deſerta erit talis Accaron, ſicut dixit ueritas. Ecce relinquetur uobis domus ueſtra deſerta. Quærite dñm omnes manſueti, & nolite eſſe ſicut Azotus id eſt, ſicut hij, qui genuinam uoluptatem ultro exaſperantes, uerterunt in furorem, & conflauerunt ſibi ignem urentem, quia talis Azotus in meridie eiicitur, id eſt manifeſto iudicio condemnabitur, talis inquã Azotus, iudicium portabit Sodomorũ & Gomorræ, iuxta prophetã alium dicentẽ. Audite uerbũ domini principes Sodomorũ, percipite auribus legem dei mei populus Gomorræ. Quærite dominũ, & ne ſitis ſicut Accaron, id eſt ſicut ſterilis uinea domini ſabbaoth, domus Iſrael, quę cũ debuiſſet facere uuas iudicij & iuſtitiæ fecit labruſcas iniquitatis & clamoris, quia talis Accaron, talis ſterilitas eradicabitur. Omnibus quidem repoſita eſt ira furoris domini, gentibus incredulis, ſed maxime, & præ omnibus genti illi, quæ prima reſtitit, & perſecutionẽ excitauit Euangelio Chriſti, uel ſacramento baptiſmatis, ſecundũ ſimilitudinẽ Philiſtiim, quæ gens ut ſupra dictum eſt, prima inuidit & obſtere, bellumq; inferre prompta fuit Iſraeli aſcendenti de terra Aegypti, in tranſitu maris rubri. Sequitur ergo L: Ve qui habitatis funiculũ maris, gens perditorũ. Gens habitans funiculum maris. i. uicina baptiſmo Chriſti, ſicut gens Philiſtiim, uicina erat mari, per quod Iſrael tranſiuit. Quã enim uicina fuit illi ſacramẽto eternæ ſalutis, apud quã idẽ ſacramẽtũ Chriſtus moriens condidit, apud quã aquã & ſanguinẽ de ſuo latere fudit, apud quã dato ſpiritu ſancto, claruit multis ſignis & prodigijs, quod dux eſſet ipſe dominus in miſericordia populo quẽ redemit, gradientibus in fronte, in tranſitu maris rubri, tribus milibꝰ hominũ, quia ipſa die Pentecoſtes baptizati ſunt in nomine patris, & filij, & ſpũs ſancti. Væ tibi gens perditorũ, uæ tibi taliter habitanti funiculum maris, quia cũ poſſes trahere ad te funi-

culum

culum eiuſmodi, funiculũ diſtributionis, in qua ſorte diuidẽtur terra regni dei, non ſolũ noſtra attraxiſti, uerũetiã ſubeuntibus & trahentibus inuidiſti. ¶ Verbũ dñi ſuper vos Chanaan terra Philiſtinorũ, & diſperdã te, ita, vt non ſit habitator. ¶ Quod terra Philiſtiim terra ſit Chanaan, nulli dubiũ eſt, & qđ pñti loco Chanaan Iudæus ſit, iã dictũ eſt, & multis ſcripturarũ teſtimoniis cõprobari ſolet. Itaq; ſuper uos ò Chanaan, & ò terra Philiſtiim ſuper uos, ò nõ Iudæi, ſed Chananæi, ò non terra Hieroſolimorũ, ſed terra Philiſtinorũ. i. potione cadentiũ, uerbũ domini ſuper uos eſt, quod ego loquor non in bono, ſed in malo, nõ in gratia, ſed in ira, non in miſericordia, ſed in uindicta. Sequitur enim: Et diſperdã te ita, ut nõ ſit habitator. ¶ Et erit funiculus maris, requies paſtorũ, & caule ouiũ, & erit funiculus eis qui remanſerint de domo Iuda, ibi paſcentur in domibus Aſcalonis, ad veſperã requieſcent, qz viſitabit eos dñs deus eorũ, & auertet captiuitatẽ eorũ. ¶ Vtrũ ita factũ ſit, ut litera ſonat, q; terra Philiſtinorũ deſerta & abſq; ullo habitatore fuerit, deus uiderit. Diſperdã te (inquit) ita, ut nullus ſit habitator, & in tantã uenies uaſtitatẽ. ut omnes tuæ urbes munitiſſimæ in ouilia ſint paſtorũ. Quomõcũq; terræ illi, q̃ proprie dicta eſt terra Philiſtinorũ, contigerit, & terræ Moab, & terræ filiorũ Ammon, de quibus poſtmodũ dicturus eſt, Nos qui ſcimus ſignatũ fuiſſe librũ, & clauſas uiſiones prophetarũ, ſicut nonnullis eorũ legimus imperatũ. Dubitare non debemus ſacramenta rerũ ſpiritualiũ ſub rerũ corporaliũ recondita eſſe nominibus, & cuncta ad Chriſtũ applicãda, habentem clauim, ut in Apocalypſi legimus, qui & aperit, & nemo claudit, claudit & nemo aperit, quia cuncta in eo reſeruantur. Igitur ſuper uos ò terra Chanaan, terra Philiſtinorũ. i. ſuper uos ò Iudæi, uerbũ dñi eſt, qui iam ſemen Chanaan & non Iudæ, & terra eſtis Philiſtinorũ. i. potione cadentiũ, ex quo Chriſto dei filio dediſtis in eſcam ſuam fel, & in ſiti ſua potaſtis eum aceto, unde & facta eſt coràm uobis menſa ueſtra in laqueum & in retributionẽ & in ſcandalũ. Te ò terra eiuſmodi diſperdam (ait) ita, ut non ſit habitator. Iuxta quod & Pſalmiſta. Fiat (inquit) habitatio eorũ deſerta, & in tabernaculis eorũ non ſit qui inhabitet. Ita nanq; factũ eſt, Nõ eſt ex uobis qui habitet in illa terra ueſtra, uel dominetur in ea. Quid porro fiet de funiculo maris de quo pauloante dictũ eſt, Vę qui habitatis funiculum maris: Requies erit paſtorũ, & caulæ pecorũ. Qui ſunt paſtores, & quæ pecora ſiue oues: Nimirum paſtores illi, quos & princeps ille bonus paſtor eſt, qui poſuit animam ſuã pro ouibus ſuis. Et ille oues ſunt, de quibus ſdẽ ait. Et alias oues habeo, quæ non ſunt de hoc ouili, & illas oportet me adducere, & uocẽ meã audient, & fiet unũ ouile & unus paſtor. Funiculus maris, quẽ uos habitatis ò Iudæi. i. omne quod habere, uel quod uicini uidebamini eſſe ſacramento baptiſmatis Chriſti, quod inimicos noſtros Pharaonẽ ſpiritualẽ, & exercitũ eius operuit, ſcilicet lex & propheræ, cuncta quæ credita ſunt uobis eloquia dei, requies erunt paſtoribus iſtis, & erunt caulæ pecorũ ſicut ouiũ, quam dominus adduxit. Nonne ita eſt ò Iudæi, imò Chananæi ſiue Philiſtiim: Oues iſtæ & paſtores earum. i. Chriſtiani & doctores eorum, in illo tali funiculo quondã ueſtro nunc requieſcunt, quia legem & prophetas ueſtros ſcienter legũt. Ille ueſter funiculus hebraico quidẽ ſermone conſertus, deinde in græcũ ductus, & in latinum reductus, ampla fecit ſpacia cunctis gentibus, & ecce in ſpaciis eius requieſcimus, & caulæ pecorum. i. lectiones ſiue meditationes noſtræ ſunt. Mirum quod uos ipſi caulas nobis ouibus Chriſti, ne ueteraſcant, aut uetuſtate infirmentur & labaſcant, iugiter confirmatis, & ad confirmandũ nobis materiã ualidã ubiq; terrarũ ſubminiſtratis, dũ captiui in oẽs gentes libros ueſtros, imo iã noſtros circũfertis, ut quicquid de Chriſto prædicatur, Græcis & latinis ſiue barbaris, pñtes uos cũ ſcriptis ueſtris palàm teſtificemini, quod nõ ſit nouũ ſiue cõfictũ quicquid auribus eorum quaſi noua refert uox, euangelicæ prædicationis. Quod deinde ſubiungit: & erit funiculus eis, qui remanſerint de domo Iuda, cũ præcedenti dicto bene perſpectũ, cõiunctionẽ ſatis euidenter indicat aliarũ & aliarũ ouiũ in ouile unum. Qui enim ſunt qui remãſerunt de domo Iuda, uel quid eſt remanere de domo Iudæ: Nimirum remanere de domo Iuda, hoc eſt ſaluari de eadem gente perditorũ, gente Iudaica, & qui hoc modo remanſerũt uel remanebunt, primi apoſtoli fuerunt, & qui poſt ipſos uel per ipſos crediderunt, & illæ erunt reliquiæ, que ſaluæ fient, poſtquam ſubintrauerit plenitudo gentium. Pulchre ergo ita diſtinctum, & erit funiculus maris requies paſtorum & caulæ pecorum, quod

recte

recte intelligitur de pastorib⁹ & pecoribus plenitudinis gentiũ, ac demũ, Et erit funicul⁹ eius q remãserint de domo Iuda, q̃d nihilomin⁹ recte intelligit de illis reliquijs q̃ supsunt & supererũt de Israel, in quo cõtigit cæcitas. Simul de utrisq;, de ouibus siue pastorib⁹ partiũ utrarũ q̃; illud intelligendũ q̃d subiunctũ est. Ibi pascẽtur in domibus Ascalõis ad uesperã regescẽt. Quid est ibi pascẽtur, nisi in funiculo illo possidebũtur? Funiculus nãq; possessio est, iuxta illud: Pars aũt dñi populus ei⁹, Iacob funiculus hæreditatis ei⁹. Aut certe funicul⁹ dimẽsio possessiõis est, iuxta illud: Et eiecit à facie eorum gẽtes, & sorte diuisiteis terrã in funiculo distributiõis. Quolibet mõ accipiat, sensus totius summa est: Ibi pascẽtur in domib⁹ Ascalonis, ad uesperã regescẽt, ac si diceret: In sorte dñi cõputabunt, in finibus Abrahæ, Isaac, & Iacob collocabũt, in cęlestib⁹ mãsionib⁹, q̃s Ascolon. i. ignis homicida, scz Iudaica impietas suas esse domos gloriat. At illi filij regni ejcient in tenebras exteriores, isti aũt uenientes ab oriẽte & occidẽte, recũbent in finibus Abrahæ, Isaac, & Iacob. Vnde hoc? Quia uisitabit (inqt) eos dñs deus eorũ, & auertet captiuitatẽ eorũ. Quis ille dñs q uisitabit, nisi ipse q dixit de his, & de semetipso, Et fiet unũ ouile & un⁹ pastor? Ipse nãq; de uisitatiõe hac dicit in alio ꝓpheta: Ecce ego regrã oues meas, & uisitabo eas sicut uisitat pastor gregẽ suũ, in die qñ fuerit in medio ouiũ suarũ dissipatarũ &c. usq;: Ecce ego iudico inter pecus & pec⁹, arietẽ & hircũ, inter pecus pingue & pec⁹ macilentũ. Duo dicta sunt in illo, Visitabo oues meas, &, Iudicabo inter pecus & pec⁹, duo nihilomin⁹ in isto, qa uisitabit eos dñs deus eorũ, & auertet captiuitatẽ eorũ. Visitabit, subaudit, primo aduẽtu suo, ut sit ipse pastor, & ouẽ perditã ad gregẽ suo reportet humero. Auertet captiuitatẽ eorũ, scdo aduentu suo, qñ iudicabit utiq; inter pecus & pecus, & separabit oues ab hœdis, dicetq; ouib⁹ à dextris: Venite bñdicti patris mei, possidete paratũ uobis regnũ, & hędis à sinistris: Discedite à me maledicti in ignem æternum. ¶Finis libri primi in Sophoniam.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN SOPHONIAM PROPHETAM COMMENTARIORVM LIBER SECVNDVS.

ADuersariorum seu ueritati contradicentiũ uniuersitas trifarie diuisa est. Alia est diuisio Iudæorũ, & alia hæreticorũ, alia paganorũ, Super omnes diuisiones istas uerbũ dñi est, eo ordine quo nunc à nobis nominatæ sunt. Siquidẽ super Iudæos iam prolatũ est uerbũ, & ipsi designati sunt sub nominibus Chanaan & terræ Philistinorũ, dicendo: Verbũ domini super uos Chanaan terra Philistinorũ. Hęretici protin⁹ distinguũtur sub nominibus Moab & filiorũ Ammon, dicẽdo: Audiui opprobriũ Moab & blasphemias filiorũ Ammon, quæ exprobrauerũt populo meo, & magnificatij sunt super terminos eorũ. Subinde paganorũ impietas sub noĩe codẽnatur Aethiopũ. cũ dicit: Sed & uos Aethiopes interfecti gladio meo eritis. Protinus & ipse, qui est omniũ inimicorũ caput, diabolus, perditus atq; perdẽdus designat sub noĩe Assur, dicẽdo: Extẽdet manũ suã sup Aquilonẽ, & perdet Assur. Deniq; sub istis noĩb⁹ debere hmõi sensus suscipi satis probabile est, psertim qa præceptũ fuisse scimus ꝓphetis, nõ omnia manifeste loqui imò claudere sermonẽ, & signare librũ, & ligare testimoniũ, & signare legẽ discipulis dñi, cũ pollicitatiõe ista: Quia pertrãsibũt plurimi, & multiplex erit scientia. Præterea & illud nobiscũ facit, quia nec res præsentiũ, nec historiarũ, quæ de rebus gestis cõscriptæ sunt, aliq̃d suffragatur experimentũ siue testimoniũ, ei q simpliciter, & ut uulgo nota sunt, accipit nomina hæc Chanaan siue Philistinorũ, Moab & filiorũ Ammon atq; Aethiopũ. Nã & si nõ immunes fuere malorũ quę in mũdo facta sunt uel fiũt, nihil tamẽ usquã legitur tale uel tã magnũ, ut præsentis ꝓphetiæ litera sonat, simplicit audiẽtibus. Verbi gratia, cũ protinus ita loqtur. Viuo ego dicit dñs exercituũ, deus Israel, qa Moab & Sodoma erit, & filij Ammon quasi Gomorrha, siccitas spinarũ, & acerui salis, & desertũ usq; in æternũ. Sic de tetra

Philistijm

Philiſtinoꝝ. Quando eñ factum eſt quod dicit: Et erit requies paſtorum & caulæ pecoꝝ? Quando nullus in ea fuit habitator, & in tantã uenit uaſtitatem, quę lætabat in euerſione Iudææ, ut omnes urbes eius munitiſſimæ eſſent in ouilia paſtoꝝ atq; ita iculta et ſic ueprib⁹ atq; urticis operta, ut paſtores dereliquijs Iudeoꝝ in Aſcalone poſt meridiem requieſcerent, & in urbe quondam nobili greges ſuos accubare facerent. Proinde cœptum iter ſecuri pergamus, & ſpiritus ſancti uerba ſpiritualiter intellexiſſe contenti ſimus. ¶ Audiui ob probrium Moab et blaſphemias filioꝝ Ammon, que exprobrauerũt populo meo et magnificati ſunt ſuper terminos eorum. Propterea viuo ego dicit dominus exercituum, deus Iſrahel, quia Moab ut Sodoma erit, et filii Ammon quaſi Gomorrha, ſiccitas ſpinarum et acerui ſalis, et deſertũ uſque in eternũ. Reliquie populi mei diripient eos, et reſidui gentis mee poſſidebunt illos. Hoc eis eueniet pro ſuperbia ſua, quia blaſphemauerunt et magnificati ſunt ſupra populum dominum exercituum. ¶ Cauſa pro poſſe dicenda eſt, cur his nominibus hæretici diſignati ſunt, uel ob quam ſimilitudinem uocẽt Moab & filij Ammon. De Iudæis ſupra dictũ eſt, quod recte uocent Philiſtijm, uidelicet quia ſicut ubi acceſſerunt filij Iſrahel dẽ terra Aegypti per mare rubrũ, Philiſtijm qui uicini erãt mari, primi doluerunt, & primi bellum inferre parati fuerunt: ita ubi conditũ eſt baptiſmi ſacramẽtũ, Iudæi, penes quos conditũ eſt, primi uiderunt & inuiderũt, & primi contra fidem euangelicã perſecutionem exercuerũt, mala potione. ſ. ſpũ erroris inebriati, & inſanientes ſecundũ nomen Philiſtijm quod interpretat potione cadentes. De hæreticis nunc dicendũ, quod recte uocent Moab & filij Ammon. Quia ſicut Moab & filij Ammon, de conſanguinitate Abrahæ deſcenderũt, & tamen genus Abrahæ ſemper odeſt ita hæretici in Chriſtũ ſe credere dicunt, & tamen Chriſtianoꝝ catholicã fidem ſubuertere ſemper conati ſunt. Et quis hoc neſciat, quod de conſanguinitte Abrahę per inceſtũ nati ſunt Moab & filij Ammon? Dormierunt enim filiæ Loth nepotis Abrahæ cum patre ſuo, et maior qdem filia Moab: minor aũt peperit Ammon. Et Moab quidẽ ex patre. Ammon populus turbidus interpretat. Quis aũt popul⁹ magis turbid⁹ quã hęreticorum cætus, q alios turbida & cenulenta potãt doctrina, uelud turbida aquas? Sunt etiã hæretici ex patre diabolo æque ut Iudæi, qbus ipſe domin⁹. Vos inqt ex pfe diabolo eſtis. Igitur ut Philiſtijm, ita Moab & filii Ammõ. i. ſicut Iudæi ita & hæretici in deſertũ erũt uſq; in æternũ, qppe qui deſerẽtes deũ, & a deo deſerti, abſq; dubio peribũt in ſempiternũ. Audiui (ait) Moab obprobriũ & blaſphemias filioꝝ Ammõ. ſ. hęreticorũ, qui nimiꝝ exprobauerunt populo meo, populo chriſtiano ſecundũ exemplũ Moab, & magnificati ſuper terminos eorũ ſecundũ exẽplũ filioꝝ Ammõ. ¶ Quod fuit exẽplũ Moab? Illud nimirũ, q̃ fornicatus eſt populus cũ filiabos Moab, quæ ſecundũ ſuggeſtionẽ Balaã uocauerũt eos ad ſacrificia ſua, & comederunt & adorauerunt deos earũ, initiatusq; aſt Iſrael Beelphegor. Magnũ fuit illud opprobriũ Moab, & uſq; pſentẽ diẽ (ait Phinees) macula huius ſceleris in nobis permanet, multiq; de populo corruerunt. Secundũ illius obprobrii uel maculæ exẽplũ fuit & eſt obprobriũ hæreticorum, ſiue hæreſiarcharum, quales Marcion, Cherinthus, Ebion & Arrius aliiq; q̃ plures extiterunt. In quo? In eo uidelicet, quod non per ignorantiã errauerunt, ſed ſicut ille Moab ſcienter & præeunte cõſilio, quatenus auxilio dei deſtitutũ redderet Hieruſalẽ effecit, ut initiaretur Beelphegor, ita & iſti ſcienter, quatenus populum eccleſiaſticum omni ueritatis honore nudarent, & in perditionem traherent, turpia & probroſa ſinguli ſuorum dogmatũ ſimulachra propalauerunt. Quod autem uel quale fuit exẽplũ filiorum Ammõ? In quo illi priores ſuper terminos Iſrael magnificati ſunt? Tulit Iſrael ait, rex filiorum Ammõ, terrã meam, quando aſcendit de Aegypto. Econtra Iepthe dux Iſrael, Non tulit iſrael terram Moab, nec terram filiorum Ammõ: ſed dominus deus ſubuertit Amorræũ, pugnans contra illum, pro populo ſuo Iſrael, & tu nũc uis poſſidere terrã eius? Nonne ea, quæ poſſedit Chamos deus tuus, tibi iure debẽtur. Quæ aũt dñs deus noſter uictor obtinuit, in noſtram cedent poſſeſſionẽ. Diſceptatio fuit uehemens contra filios Ammon, eo modo ſignificantes ſe ſuper terminos Iſrael. Sed & ante hoc copulati regimo ab percuſſerãt Iſrael, atq; poſſederãturbẽ palmarũ. Secũdũ illi⁹ diſceptatiõis exẽplà iugẽ atq; pertinacẽ hæretici cõtra catholicã eccleſiæ diſceptationem habuerũt, & ſuper terminos ei⁹

Cur hæretici dicuntur moab & filij Ammon.

magnificati ſunt, ſuper terminos fidei quos patres noſtri prophetæ & apoſtoli poſuerũt, ad
hĩciendo aliquid ſuper poſitionẽ, uel diminuẽdo quippiã depoſitiõe illoꝝ, non timentes il-
Apo. 22 lud quod in Apocalypſi ſcriptũ eſt: Si quis adiecerit ſupra hæc, adhĩciet deus ſupra illũ pla-
gas quę ſcriptæ ſunt in libro hoc: & ſi quis diminuerit de uerbis libri prophetiæ huius, auſe-
ret deus partem eius de ligno uitæ, & de ciuitate ſancta. Nonne & in Pſalmo ſcriptũ eſt: Po-
ſtula à me, & dabo tibi gẽtes hæreditatẽ tuã, & poſſeſſionem tuã terminos terræ? At illi cũ
eſſent in partibus terræ, alĩ in Aſia, alĩ in Europa, alĩ in Aphrica contra ſemetipſos diuiſi
& contra catholicam eccleſiam cõiuncti, ſinguli ſuas partes conſtuere pro catholica eccle-
Quid erunt hę retici. ſia contendentes, non parum eccleſię terminos, quãtum in ipſis fuit diminuerũt, claudere
uolẽtes in parte poſſeſſionẽ hriſti pfinitã uſq; ad terminos terrę. Ita ſuper terminos populi
domini magnificati ſunt, et exprobauerũt & blaſphemauerũt. Propterea uiuo ego dicit do-
Mat. 3 minus exercituũ, deus Iſrael, quia moab ut Sodoma erit, & filĩ ammon quaſi Gomorrha
¶ Quid erit Moab ut Sodoma, & quid erũt filĩ Ammõ quaſi Gomorrha? Siccitas ſpinaꝝ
& acerui ſalis, & deſertũ uſq; in æternũ. Ad quid ualet ſiccitas ſpinaꝝ, niſi ut mittantur in
ignẽ uel ſubmittatur eis ignis ut ardeãt? Et ad quid ualet aceruus ſalis, pſertim niſi fatuati, niſi
ut mittatur foras, & conculcetur? Igitur qd dicit, hoc ẽ, qm̃ ipſi ſunt ſpinæ, de quibus nõ col
liguntur ficus, & rubus de quo nõ uindemiat uua, tradẽt igni ut Sodoma, & quaſi Gomor
rha, imo tollerabiliꝰ erit terræ Sodomoꝝ & Gomorrhęoꝝ in die iudicĩ, q̃ illis q nõ rece-
perũt uos, ait dñs, neq; audierũt ſermões ueſtros. Qđ ſi illis ita erit, q nõ recipiũt neq; audiũt,
quãto magis hæreticis q inſidioſe recipiũt & inſidioſe audiũt, ut dũ pſitẽt partẽ, poſſint ſub
uertere totũ. Iuſte igitur & deſertũ, ing t, erũt uſq; in æternũ. i. peccatũ eoꝝ nõ remittet eis,
neq; in hoc ſeculo neq; in futuro, qđ uere ẽ eẽ deſertũ: qa uidelicet extra domũ dei, quę ẽ ec
cleſia dei, unde ipſi exierũt, nihil ẽ niſi deſertũ. An & lex hoc ipſum nõ dicit: Ammonites,
inqt, & Moabites, etiã poſt decimã g enerationẽ, nõ intrabũt eccleſiã dñi in æternũ. Qđ &
ſi qđ aliqñ ſapidũ locuti ſunt aut ſcripſerũt, quoniã & acerui ſalis ſore dicti ſunt: reliqæ inqt
populi mei diripient illos, & reſidui gẽtis meæ poſſidebũt eos. Nec miꝝ, ſi inter mortuoꝝ &
moriẽtiũ hæreticoꝝ monimẽta qppiã reperitur quo uelut ſale uiri catholici bñ utantur, dũ
Hæreticoꝝ li bri ſicus uxor Loth. in typũ illoꝝ luxor Loth, quæ auia fuit iſtoꝝ filioꝝ Moab & filioꝝ Ammõ, ita mortua fue-
rit, ut mortua uerteretur in ſtatuã ſalis. Eſt qdem ſalis natura ad oẽm eſcã neceſſaria, pulmẽ-
tis enim ſaporẽ dat, auiditatẽ excitat. Quinetiã pecudes, armẽta & iumẽta ſale maxime pro
uocantur ad paſtũ, multo largiores lacte, multoq; gratiores caſei dote. Sed & illa uerſa in ſta
tuam ſalis, pecudibus, armentis ſiue iumẽtis lingẽtibus eo modo proficere potuit, nunquid
& ſibimet ſapuit? Sic nimiꝝ, qcquid, ſiue utiliũ hiſtoriaꝝ, ſiue moraliũ doctrinarum, ſiue al
legoricarum expoſitionũ ſcripſerunt, nihil eis proderit, ſed reliquiæ populi dñi diripient co
dices, illos: reſidui. i. nõ perditi pueri, gẽtis dñi, uiri eccleſiaſtici, lectores & auditores catho-
lici poſſidebunt eos, legent eos, ut iegũt Iudæi cuiuſpiã opus grande uel paruũ, utputa Ioſe
phi, uel cuiuslibet cæteroꝝ. ¶ Hoc, inqt, eis eueniet pro ſuperbia ſua, qa blaſphemauerũt,
& magnificati ſunt ſuper populũ domini exercituũ. Cũ multa ſint peccata, quoddã pecca-
tum certũ eſt, propter quod hæretici deſertum fuerunt, ut ſupra iam dictũ eſt, in æternum.
Hoc eſt ſuperbire, & non per ignorantiam, ſed per ſuperbiam, ſeu per inuidiam contra ue-
ritatem dei uerba proferre. Nam omne peccatum, ait dominus, & blaſphemia remittetur
hominibus, ſpiritus autem blaſphemiæ non remittetur. Et quicunq; dixerit uerbum cõtra
filiũ hominis, remittetur ei, qui aũt dixerit cõtra ſpm̃ ſanctũ, non remittetur ei, neq; in hoc
ſeculo, neq; in futuro. Tanti huius peccati reus ille addicitur, qui ſciens ueritatẽ dei, totis in-
genĩ uiribus ecõtra nititur, & tunc demum uerbum dicere contra ſpiritum ſanctum cõuin
citur, qñ uerba ſcripturæ, quæ utiq; uerba ſunt ſpũs ſcti, intelligẽs, imo intelligere nolẽs, cõ
traria loquitur. Quid igit aliud aſtruit hic ſermo prophetic⁹, dicẽdo: Hoc eis eueniet pro ſu
perbia ſua, quia blaſphemauerũt, niſi qđ in euãgelio ſuo confirmat ipſum uerbũ incarnatũ?
Sequitur. ⊥ Horribilis dominus ſuper eos, & attenuabit oẽs deos terræ, & adorabũt eũ uiri
1. Pet. 1 de loco ſuo, omnes inſulæ gẽtium. ⊥ Vere infelices ſuper quos dominus horribilis eſt. Vñ
enim hoc? Nonne deus natura dulcis & ſuauis eſt, & ad uidendũ ſerenus & deſiderabilis?
ut pote in quẽ deſiderant angeli proſpicere, miro atq; ineffabili modo ſemper proſpiciẽtes,
& ſemper

& ſemper proſpicere deſiderantes. Ergo infelices nimis, quibus pro conſcientia cõtigit hor
rere faciẽ pietatis, & ſic perire à facie dei, ſicut fluit cera à facie ignis. Iã in iſta uita miſeri hor Pſ. 67
rorẽ illũ ſentiunt, & neſcio quã in conſolatione doloris ſui negant eſſe quod eſſe ſciunt,
tanquam hoc deſtruat uel deſtruere poſſit ueritatem, quod eam ipſi in mendacio detinent.
Et attenuabit inquit, oẽs deos terræ. Hic ſubaudiendũ uel ſubintelligendũ, qui ſemetipſos
deos fecerũt. Sunt enim dii terræ, ſuper quos nõ eſt horribilis, & quos non attenuabit dñs,
uidelicet illi de q̃bus Pſalmiſta cũ dixiſſet, Principes populorũ cõgregati ſunt cũ deo Abra Dñi terræ q̃boni
ham, ſubiũxit: quoniã dñi fortes terræ uehemẽter eleuati ſunt. Et ẽ ſenſus: qm̃ p̃dicatores, q̃
in primis erant terra, facti dñi & filij excelſi, facti ſortes per fidẽ & per bona opera, uehemen Pſal. 46
ter eleuati ſunt per miracula, & ita factũ eſt, ut multi ad fidem generarentur, multi de prin
cipibus quoq; i. regibus aliiſq; pontificibus cũ deo Abrahã credendo congregarentur. I
gitur de illis ſolũmõ hic agitur, qui ſemetipſos deos fecerunt: quia p̃miſſum eſt de ſuperbia Dñi terræ mali
eorũ, & magnificati ſunt ſuper populũ dñi exercituũ, & eodẽ mõ hic dicuntur dñi, quo in
Canticis canticorũ ſodales dei, & dñi noſtri Ieſu Chriſti: Indica mihi quẽ diligit anima mea,
ubi paſcas, ubi cubes in meridie, ne uagari incipiã poſt greges ſodaliũ tuorũ. Iſti dñi ſodales
dñi, qui niſi hæretici ſunt, de q̃bus hic ſermo eſt ſub nominibus Moab & filiorũ Ammõ. Su
per eos plane horribilis dñs, & attenuauit magnificentiã illorũ, qa etſi in breui magnificati
ſunt ſuper populũ dñi exercituũ, q̃ſi ſterqliniũ in fine perditi ſunt, & taliũ cuiuſq; meſſem, Iob. 7
ſi qua fuit, comedit famelicus, & ipſum rapuit armatus. Illis attenuatis adorabunt inqt, dñm
uiri, de loco ſuo oẽs inſulæ gentiũ. Dictũ hoc, & dicendũ cum ſubſannatiõe aduerſus eiuſ
modi deos, q̃ iam non habent locũ ſuũ, imo quos iã nõ intuebitur locus eorũ uel cognoſcet
amplius, ſicut per B. Iob dicitur: qa ſicut conſumitur nubes & pertrãſit, ſic q̃ deſcẽderit ad
inferos, nõ aſcẽdet nec reuertetur ultra in domũ ſuã, neq; cognoſcet eũ amplius locus eius.
Viri iſti, q̃ nõ deſeruerũt locũ ſuũ, oẽs inſulæ gẽtiũ. i. oẽs eccleſiæ, q̃ cõſtitũt in medio gẽtiũ Inſulæ gentiũ
ſicut inſulæ, q̃uis marinis fluctibus undiq; tũdantur, ſtãt, & locũ ſuũ nõ deſerũt, adorabunt ecclesia Chri.
de loco ſuo dñm, & hũc crucifixũ, deũ & hoẽm Ieſum Chr̃m. Locus eorũ apud ipſum deũ
eſt, ſicut ipſe ad Moyſen: Ecce inqt, ẽ locus apud me, & ſtabis ſupra petrã &c. Locus ille hu
militas eſt, ſicut Pſalmiſta teſtat dicẽs: Si nõ Moyſes electus eius ſtetiſſet in cõtractiõe. i. ni
mia mentis humilitate in cõſpectu eius. Locũ hũc hæretici nõ inueniſſe arguũtur, q̃bus hoc
quod hactenus dictũ ẽ, eueniet, inqt, pro ſuperbia ſua, qa blaſphemauerunt & magnificati
ſunt ſuper populũ dñi exercituũ. Segtur: Sed & uos Aethiopes interfecti gladio meo eri
tis. Iam ſuperius dictũ eſt, triplices eſſe eccleſiæ hoſtes. ſ. Iudæos, hæreticos atq; paganos,
& Iudæos ſub nominibus Chanaan et Philiſtinorũ: hæreticos aũt ſub nominibus Moab
& filiorũ ammon: paganos uero hic deſignari ſub noie Aethiopũ. Cur paganos ſub nomi Cur paganã
ne Aethiopũ. Quia uidelicet ſicut pellis Aethiopica magis quã cæterarũ gentiũ nigra eſt, hic Aethiopes
ita paganorũ magis quã Iudæorũ, aut hæreticorũ impietas nota ẽ. Siquidẽ iudæi atq; hæreti dicuntur.
ci quodam diuini nominis cãdore, utcunq; ſe palliauerũt, pagani nõ unũ deũ, ſed multa dæ
monia publico errore coluerũt, Igit nõ ſoli Chanaã & Philiſtiim, & Moab & ſilij Ammõ,
ſed & uos inqt Aethiopes interfecti gladio meo eritis. i. nõ ſoli iudæi atq; hæretici, q̃ legẽ ac
ceperunt, ſed & uos pagani ſiue gẽtiles, eiuſmodi legẽ nõ habẽtes, iudicio meo cõdẽnabimi
ni. Nõ enim ẽ diſtinctio apud deũ. Quicũq; enim ſine lege peccauerũt, ſine lege peribũt, &
quicũq; in lege peccauerũt, per legẽ iudicabũtur. Sequitur adhuc. ⌜Extendet manũ ſuã ſu
per aquilonẽ, & perdet Aſſur.⌟ Notũ ẽ in ſctis ꝓpheticis ſcripturis, nomine aquilõis, & no
mie Aſſur diabolũ ſignificari. Ipe aũt. ſ. diabol⁹, inimicorũ caput ẽ, & ſicut caput mẽbris, i
ta cũctis p̃minet inimicis, ſup q̃s euaginat⁹ ẽ gladius dñi, de quo & nũc hic dictũ eſt. Et uos
Aethiopes interfecti gladio meo eritis, ſtatimq; ſubiũctũ Extẽdet manũ ſuã ſup aquilonẽ
& pdet Aſſur, & in cãtico Deut: p̃miſſo: Si acuero ut fulgur gladiũ meũ, & arripuerit iudi
cium manus mea, reddã ultionẽ hoſtib⁹ meis, & his qui oderũt retribuã. Inebriabo ſagittas me
as ſanguine, et gladius meus deuorabit carnes, ita demũ ſubditũ ẽ, de cruore occiſorũ et dẽ
manu inimicorũ capitis, ita hic et illic, uerbis quidẽ diuerſis, ſed eodẽ ſenſu oim impiorũ, et
ipſius diaboli dãnatio, certa et ineuitabilis denũciat. Fuerit quidẽ carne⁹ Aſſur. i. gẽs Aſſyo
rũ, q̃ circa hui⁹ ꝓphetiæ tpa ſolutũ ẽ imperiũ, et Niniue metropolis eiuſdẽ imperij, quã ſub

uerterunt Chladæi, de qua & protinus dicit. ¶ Et ponet ſpecioſam in ſolitudinem, & in inuium quaſi deſertum, & accubabunt in medio eius greges, omnes beſtiæ gẽtium & Onocrotalus. & Ericius in liminibus eius mozabuntur. Vox cantantis in fenestra, coruus in ſuperliminari, quoniam attenuabo robur eius. Hæc eſt ciuitas gloriosa habitans in confidentia, quæ dicebat in corde ſuo. Ego ſum, & extra me non eſt alia amplius. Quomodo facta eſt in deſertum cubile beſtiæ? Omnis qui tranſit per eam ſibilabit, & mouebit manum ſuam. ¶ Fuerit (inquam) & ille carneus Aſſur, & ciuitas Niniue, quæ hic appellat ſpecioſa, & facta à Babyloniꝫ tãta eius uaſtitas, ut ex iſtis uerbis datur intelligi, Onocratal⁹ & Ericius in liminibus ei⁹ morabunt, uox cãtãtis in fenestra, coruus in ſuperliminari, quę indicia ſunt ſolitudinis. Veruntamẽ res, quæ in parte geſta eſt, intelligentiam eoꝝ, quæ in toto futura ſunt, non deſtruit, imò magis aſtruit, cũ per experimenta magnaꝝ urbiũ quæ deſtructæ ſunt, cõpellit audiens credere eũangelicæ ueritati, quia præterit figura huius mũdi, & quia ſcdm ſimilitudinẽ. ſ. Niniue atq; Babylonis, tota quoq; mundũ dñs in fine iudicabit. Iam quia de ſubuerſiõe Niniue, quod fuerint exẽplo totius mundi perituri alias dictũ, a ſanctis doctoribus affatim eſt declamatum. Nos ad cætera properãtes, illud tm̃ dicere libet, quid ſit huic ſpecioſe dicere in corde ſuo. Ego ſum & extra me nõ eſt alia amplius. & quõ oñis qui trãſit per eam, ſibilabit, & mouebit manum ſuam. ¶ Nimiꝝ hoc dicere, ego ſum, & extra me nõ eſt alia amplius, ſupbire ẽ, & tm̃modo in p̃ſentib⁹ cõfidere, nullãq; poſt hanc aliã uitã credere uel ſperare. Impioꝝ ẽ ita exiſtimare qui (ut Sapia perhibet) dixerũt apud ſe cogitantes non recte. Exiguũ & cũ tædio eſt tẽpus uitæ noſtræ, & nõ eſt refrigeriũ in fine hoĩs, & nõ eſt, qui agnit⁹ ſit reuerſus ab inferis, quia ex nihilo nati ſumus & poſt hoc erimus, tanq̃ ſi nõ fuerim⁹. Venite ergo, & fruamur bonis quæ ſunt, & ubiq; relinquamus ſigna lætitiæ, qm̃ hæc eſt pars noſtra, & hæc eſt ſors. Cum hæc & his ſimilia dicit in corde ſuo impioꝝ uniuerſitas, quid niſi ſpecioſa iſta ciuitas Aſſur, uniuerſa cupiditas mundi hui⁹ loquit? Ego ſum, & extra me nõ alia amplius? At uero oñis qui trãſit per eã, qui cũ Abrahã, & Iſaac, & Iacob patribus ſanctis cõfitet, q̃ peregrinus ſit & aduena ſuper terrã, & nõ uult hic habere manentẽ ciuitatẽ, ſed futurã inquirit cũ uiderit q̃d Onocrotalus, Ericius, & coruus poſſidebũt ſpecioſam hãc, nõ iam ſpecioſam ut nunc uidet ſed deſertã, ubi p̃terierit figura huius mũdi ſibilabit & mouebit manũ ſuã. i. nec allocutiõe nec dicã cõſolatõe dignã iudicãs, ſolo nutu, uel geſtu oris & man⁹ ſuæ deſpiciet, & ſubſannabit eã. Sequit. ¶ Ve prouocatrix, & redempta ciuitas. Columba non audiuit vocem: & non ſuſcepit diſciplinam, in domino non eſt confiſa. Ad dominum deum ſuum nõ appropinquauit. Principes eius in medio eius, quaſi leones rugiẽtes. Iudices eius quaſi lupi veſpere, non relinquebant in mane. Prophetæ eius veſani, viri infideles. Sacerdotes eius polluerunt ſanctum iniuſte egerunt contra legem. ¶ Super quã cœpit intẽtio iudicij dicẽdo, Et extendã manũ meã ſup Iudã, & ſup oñes habitatores Hieruſalẽ, ſup eadẽ ciuitatẽ, & cõſummt, dicẽdo: Væ ꝓuocatrix, & redempta ciuitas Quæ enim alia ciuitas adeo ꝓuocatrix, quã paſſim, & ferè ubiq; ſancta ſcriptura dñm ꝓuocaſſe arguit? Ipſa prouocatrix, ipſa redẽpta, & tanto damnabilior prouocatrix, quãto pluribus redẽpta bñficijs. Prouocatiões ei⁹ magna cũ admiratiõe hic denarrãtur, cũ in primis colũba ipſa noiatur, & deinde leonũ ſæuitiã, lupoꝝ ferocitatẽ, uel habuiſſe, uel habere declamatur. Colũba inqt, nõ audiuit uocẽ, & non ſuſcepit diſciplinã, hoc dicere ẽ, mãſueta quondã ciuitas uel gẽs rebellis facta ẽ, incorrigibilis perſeuerat Quid enim mãſuetius Abrahã, Iſaac & Iacob, cæterisq; pfibus, Moſe & Dauid, cæterisq; ſanctis & prophetis uel iuſtis hominib⁹? Si illos & uniuerſam illi⁹ gẽtis uel ciuitatis electionẽ cõſideres, recte nimirũ ciuitas colũba dicta ẽ. Ecõtra ſi illos attẽdas, q̃ prophetas & iuſtos hoĩes occiderũt, q̃ dñm dereliquerũt, & Baal, cæteraq; portẽta coluerũt, & alia ſacrilegia cõmiſerũt, ueraciter dicas ea nõ audiuit uocẽ, & nõ ſuſcepit diſciplinã, i dño nõ ẽ cõfiſa, ad dñm deũ ſuũ nõ appꝓpinq̃uit. Itẽ ſi attẽdas, q̃liter in tp̃m dñm eadẽ ciuitas egerit, quo gñratio mala & adultera illũ occidẽdo mẽſurã patrũ ſuorũ impleuerit, recte dictũ aĩaduertis: Principes ei⁹ in medio ei⁹ q̃ſi leones rugiẽtes, iudices ei⁹ lupi ueſpe, non relinquebãt in mane, ꝓphetę ei⁹ ueſani, uiri infideles, ſacerdotes eius polluerũt ſanctũ, iniuſte egerũt, cõtra legẽ. Quis nõ miret hęc de ea q̃ fuit uel eẽ debuit colũba? Quo

Vox impioꝝ qui nõ credũt aliã poſt hanc vitam.

Heb. 13

CAP. III

Prouocatrix & redẽpta ciuitas Hieruſalem, quæ olim columba.

1. Cor. 7

Quomõ leones colũba genuit? qũo lupos enutriuit? qũo uesanos fouit, qũo infideles edu- Qũo polluẽ-
cauit? qũo de pullis suis tales sacerdotes ædidit, q pollueret sanctũ, qui quasi scdm legẽ ma- runt sctm.
ledictũ facerẽt sanctũ sanctorũ? Dixerũt em̃: Ecce lex dicit: quia maledictus à deo est ois q Deut. 21
pẽdet in ligno. Hic aũt dicit, q sit sanctus, q sit ipse benedictus, de q Psalmus dicit: Benedi- Psal. 117
ctus q uenit in noĩe dñi. Appẽdamus ergo eũ in patibulo, & erit nõ benedictus, sed maledi
ctus: erit non sanctus, sed pollutus tanq̃ leprosus. Hoc mõ polluerũt sanctũ, & ita polluẽtes
sanctũ: nimiq; iniuste cõtra legẽ egerunt. Lex em̃ ita dixit, ita p̃misit, qñ peccauerit hõ, qđ
mortẽ plectendũ est: demũ ita subiũxit: & adiudicatus morti suspẽsus fuerit in patibulo, Ar
ille hõ nõ peccauerat, qđ morte plectendũ esset, imò sanctꝰ erat, & sanctus est. Ergo polluẽ
do sanctũ, suo iudicio cõstituẽdo maledictũ, quẽ cõstat eẽ benedictũ, iniuste egerũt cõtra
legem, dum uolũt impietatis suę patronã facere legẽ. ¶ Bñs iustus in medio eius, nõ fa
ciet iniquitatem. Mane mane iudicium suum dabit in luce, & non obscundetur. ¶
Illi nimis iniuste egerũt, illo modo polluẽtes sanctũ, & eũ qui benedictꝰ est, uolẽtes constã
ter esse maledictũ, sed dñs iustus in medio eius, nõ faciet iniquitatẽ: neq; enim iniustꝰ est, aut
esse põt, uel iniustã dare aut scribere legẽ. Nõne esset iniquitas, si maledictũ esse cõcederet
hoiem, ex sui patibuli pœna, nõ præcedẽte patibuli causa? Nõ faciet, nec fecit hoc non seq̃
tur tale sacerdotũ iudiciũ, neq; dedit sacerdotibus tale legis decretũ. Præmisit causam, quã- Lex de suspen
do peccauerit hõ qđ morte plectendũ est, & deinde subiũxit: & adiudicatus morti suspẽsus so in patibulo
fuerit in patibulo, qđ à iusticia uel æquitate non discrepat: & deinde qđ miserationis est, nõ
(inqt) pmanebit cadauer eius in ligno: sed in eadẽ die sepelieꝫ, sempq; ppe morituris sepeliri
uel sepultura nõ carere optabile fuit, mirãq; causam huius cẽsuræ subdidit: qa maledictus à
deo est, ois q pẽdet in ligno, & nequaq̃ cõtaminabis terrã tuã, quã dñs deus tuꝰ dederit tibi
in possessionẽ. Miro mõ ò sacerdotes dũ sanctũ polluere tẽtatis lex cõtra q̃ iniuste egistis,
uos in astutia sua cõprehẽdit, ita ut & illum facere maledictũ nõ possetis, nec insepultũ relin
quẽdo contaminare terrã corpis sancti, imò & oñi mũdo, uobis nesciẽtibus, p uos ꝓuisum
fuit, sepeliẽdo resurrectuꝝ principẽ & authorẽ resurrectiõis. Nõ igit faciet iniqtatẽ dñs iu Matt. 26
stus, nõ cõsentiet uobis lex dñi iusti, nõ erit uestri simꝫis, sicut uos existimastis iniqui. Sed qđ?
Mane mane iudiciũ suũ dabit in luce, & nõ abscõdet. Vos iudiciũ uestrũ dedistis i nocte su
pfactm̃, clamãdo qđ eẽt reus mortis, peo qđ nõ negauit se eẽ sctm̃ dei, qđ uobis interrogã
tibus cõfessus est se esse Chm̃ filiũ dei benedicti: dñs aũt mane dabit, mane manifestũ faciet
iudiciũ suũ, de illo sancto quale sit, & hoc in luce: ita ut nõ abscõdat. Dicet em̃ illi: Exurge Psal. 107
gloria mea exurge psalteriũ & cithara, atq; ille rñdebit: exurgã diluculo, & ita fiet. Ita iudici
um suũ dabit mane, & dabit in luce, & nõ abscõdet, imo in oẽm terrã exiuit sonꝰ, & in fines
orbis terrę audiet, qđ lõge aliter, & dissimiliter à uobis iniustis, de illo sancto suo iudicio dñs
iustus, in medio uestrũ uobis uidẽtibus & audiẽtibus, & p iniusto iudicio pœnas exoluẽtibꝰ
¶ Illesciuit aũt iniquus cõfusionẽ: ¶ Et hoc admiratiue dictũ est, & reuera mirãda est im
pudentia, nõ erubescere uel cõfundi, manifesto in tã clara luce iudicio dei de cã illius sctã, iu
xta qđ cecinit Psalmista: Iudica me deus, & discerne causam de gẽte nõ sancta Eodẽ mõ hic Psal. 42
dictũ est: nesciuit iniquꝰ cõfusionẽ, cui & apud Hieremiã, dñs ait: Frõs mulieris meretricis
facta ẽtibi, erubescere noluisti. Iã ac si quæras, qũo uel qd agẽdo deus dedisti in luce iudiciũ Hier. 3
tuũ, ita subiũgit: ¶ Bisperdidi gẽtes, & dissipati sunt anguli eoꝝ. Desertas feci vias
eius, eo qđ non sit qui transeat. Desolate sunt ciuitates eoꝝ, nõ remanẽte viro nec
vllo habitatore. ¶ Hoc (inqt) ẽ iudiciũ meũ ꝓpter sanctũ quẽ polluerũt, & ita manifestũ
ut iam nemo sit qui interroget, scientibus & uidẽtibus cũctis: qa disperdidi illos qui tã iniu
ste egerũt, & nõ paucos, sed tãta multitudie, ut recte dixerim gẽtes: qa primũ ciuitates oẽs,
& subiectos pagos, tribus oẽs, diuersa cõfinia, tãdemq; ipsam metro polim Hierusalẽ disp
didi. Hoc est qđ ait disperdidi gẽtes, & dissipati sunt anguli. i. principes eaꝝ, imo leones eaꝝ Matt. 23
lupi eaꝝ, sicut iam dictũ est. Olim celeberrima ciuitas & templũ, q̃ nihil erat in toto mundo
augustius, quo frequentabit? Quo uiæ eius cõfluentibꝰ turbis populoꝝ stipabant? At nũc Esa. 42
desertas fecit illas, eo qđ nõ sit qui transeat & sicut in uero iudicio dixi: Ecce relinquet uobis
domus uꝛa deserta, ita in uero iudicio feci, qđ desolatæ sunt ciuitates, nõ remanẽte uiro, nec
ullo habitatore, Nunqd aũt hoc nimis ꝓperãter egi, & patiẽtiã nullã exhibui? imo tacui, diu

filui, patiens fui. ¶ Dixi: Attamen timebis me, ſuſcipies diſciplinam, & non peribit habitaculum eius propter omnia in quibus viſitaui eam: Cæterum tamen diluculo ſurgentes, corruperunt omnes cogitationes ſuas. ¶ Senſus hic eſt: Miſi pphetas meos conſurgens diluculo, & ad pœnitentiã puocans, dixiq; feci qdem tibi hæc oia Hieruſalem, ſed feci ut timeres me, & ſuſciperes diſciplinã, & non periret habitaculũ tuũ, hoc eſt tẽplum, propter oia ſcelera quę geſſeras. At ecõtratio habitatores Hieruſalem, me eos ad pœnitentiã prouocãte, quaſi de induſtria & ex cõtentione diluculo ſurrexerũt, ut feſtinatione qua ad me redire debuerãt, cõplerent oẽs cogitatões ſuas, & ope demõſtrarent qđ mẽte conceperãt Ita q; qđ ait, dixi, attñ timebis me, ſuſcipies diſciplinã, qm̃ nõ ẽ factũ, qđ dixit, cum ſignificatõe dubitãtis intelligẽdũ ẽ, ac ſi diceret: Dixi, forſitã timebis me, forſitã ſuſcipies diſciplinã, mandaui Prophetis meis, dicens: loquimini ad eũ uerba mea, forſitã audiet & timebit uel quieſcet & nõ peribit habitaculũ eius. qđ futuꝝ eſt, niſi timuerit me, niſi ſuſceperit diſciplinã. Solet eñ deus interdũ loqui cũ ſignificatõe dubitãtis cũ apud eũ nihil dubiũ ſit. Filiis, ait ipſe ad Ezechielẽ, dices ad filios Iſrl, hæc dicit dñs deus, ſi forte uel ipſi audiant, uel ſi forte quieſcãt qm̃ domus exaſperãs eſt. Item: Loqueris ergo uerba mea ad eos, ſi forte audiant, & timeãt uel quieſcãt, qm̃ irritatores ſunt. Quod aũt ita, q uaſi dubiꝰ loqtur, cõdeſcẽſio eſt ad eos uel propter eos, q dubiꝰ ſunt uel eſſe poſſunt niſi experiant nec iudicia dei iuſta ueneranť, niſi experimẽto didicerint, incorrigibiles eos fuiſſe, q̃s ſpreuit, aut iudicauit deꝰ. Sequitur ¶ Quapropter expecta me, dicit dominus in die tribulationis mee in futurũ, quia iudicium meum, vt congregem gentes, & colligam regna. Et effundam ſuper eos indignationem meam, & omnem iram furoris mei. In igne enim zeli mei deuorabitur omnis terra quia tunc reddam populis labium electum, vt inuocent omnes nomen domini, & ſeruiant ei humero vno. ¶ Poſtq̃ ſup impios & peccatores & illam quæ puocatrix merebať dici Hieruſalẽ, ſæueritatẽ iuſti iudicij declamauit. nũc tandẽ ad eam cõuertitur quæ habet aurẽ fidei, & ea quæ ſunt gratiæ, quæ ſunt miſericordiæ, familiariter inſinuat illi, quã uocat & filiã Sion nuncupat Iſrael, nominat filiã Hieruſalẽ: lauda (inquiens) filia Sion, iubila Iſrael, lætare & exulta in omni cordi filia Hieruſalẽ, & cætera uſq; in finem quæ ita concludit: dabo enim uos in laudẽ, & in nomen oĩb; us populis terrę, cũ cõuertero captiuitatẽ ueſtrã, corã oculis uſis dicit dñs. Quapropter (inq t) quoniã ſicut in initio dixi cõgregãs cõgregabo oia, à facie terræ. i. oſa trahã ad meipm. ſi. in die reſurrectõis meę: poſtq̃ fuero exaltatꝰ à terra, & hæc oia quæ dicta ſunt: faciã ſup eos qui me nõ expectãt, q in me nõ credũt, tu expecta me, tu crede & ſpera in me, in die reſurrectõis meę in futurũ. i. ex qua die reſurgam à mortuis, uſq; in diem nouiſſimũ: quia tunc faciem iudiciũ, & hoc erit iudiciũ meum, ut cõgregẽ gẽtes, & colligã regna. Tunc enim ſedebit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ & ueniẽt oẽs angeli cum eo, & congregabunť ante eum oẽs gentes. Expecta me in die reſurrectõis meæ, illuminatos habẽs oculos clara & certa fide reſurrectõis meæ, quã q nõ credit, nõ eſt in die, ſed in nocte Expecta me memor illius dicti angelorũ teſtiũ meorũ, ſic uenier, quẽadmodũ uidiſtis eũ euntẽ in cœlũ. Cũ dicit ut congregẽ gẽtes, & colligã regna, ſubauditur à ſiniſtris, Seqtur enim: Et effũdã ſup eos indignationẽ meã, & oẽm irã furoris mei uidelicet dum dicã eis: Diſcedite à me maledicti in ignẽ æternũ, qui paratus eſt diabolo & angelis eis. In igne enim zeli mei deuorabitur ois terra. i. oẽs impij q cœlũ nõ reſpiciẽtes, cũcta terrena geſſerũt opa tam qui ſine lege, q̃ qui in lege peccauerũt. Quicũq; enim ſine lege peccauerũt, ſine lege peribũt, & qcũq; in lege peccauerũt, per legẽ iudicabunť. Tu aũt a dextris eris, cũ hoc auditu uenite benedicti patris mei. poſſidete paratũ uobis regnũ à cõſtitutione mundi, & tu eris tũc illa regina de qua dicebať mihi: Aſtitit regina à dextris tuis. Quia tũc reddã populis labiũ electũ tũc rettibuã populis fructũ labioꝝ nomini meo confitentiũ quia uidelicet nomini meo cõfiteri, hoc habere eſt labiũ electũ labiũ mundũ uitæ ętęrnæ & cãtici ſempiterni retributõe dignũ. In quo reddã illis? In eo ut inuocent oẽs nomen dñi, & ſeruiãt ei humero uno. ¶ Num parua eſt iſta redditio? Aut nunqd parũ ẽ illic inuocanomen domini, & ſeruire domino. Imò magnũ atq; magnificũ, & omne experãs deſideriũ, illic eſt uocatõis & ſeruitꝫ bonũ. Hoc Pſalmiſta ſciẽs cũ dixiſſet Illuc enim aſcẽderũt tribus tribus domini, teſtimoniũ Iſrael, hoc ſubiũxit, ad cõfitẽdũ nomi domini, & magnificentius dicere

Ezech. 2

Iohan. 12

Mat. 25

dicere non potuſt, & in Apocalypſi unus de ſenioribus dicit Iohanni, hi ſunt qui uenerunt de tribulatione magna, & lauerũt ſtolas ſuas, & dealbauerũt eas in ſanguine agni: ideo ſunt añ thronũ dei, & ſeruiũt ei die ac nocte in templo eius. Igitur nõ ut ibidẽ litera ſonat, regnũ illud uel ciuitatẽ dei uiuentis Hieruſalẽ cœleſtẽ, Chriſtianus uel ſpiritualis hõ exiſtimet, aut exiſtimare debet auro ſtratã, gẽmiſq; aut margaritis proſtratã: quia ucz nõ in auro aut lapidibus preciosis: ſed in confeſſione nominis domini, & in ſeruitio eius eſt regnũ dei. ¶ Seruiũt aũt illic ſeruitio pfecto, qđ mira breuitate Propheta hic innuit, cũ dicit humero uno. Quid nã eſt humero uno, niſi corde indiuiſo. Non ita hic in iſto exilio, ubi diſpoſiti ſumus ad ſeruiendũ eidẽ dño. Multæ nanq; ſunt huius mũdi uarietates, & animus mortaliũ, q̃uis iuſtorũ atq; pfectorz, uix una hora ſecũ totus eſt. Nõ ergo aut eſſe pt hic qđ promittit illic. Scien dũ eſt aũt & manifeſtius dicendũ, q̃ cauſa faciat ut poſſit illic ſeruiri humero uno, humero indiuiſo. Quænã illa eſt? Vcz qa ciuitatis illius regni illius rex & dñs, unus & ſolus eſt, unus deus pater & filius & ſpũs ſanctus eſt indiuiſus, & inſeparabilis Imperij rex, & hic idẽ ipſe ẽ idem permanet incõmutabilis ſubſtantiæ, & inuariabilis animi eſt, & una ſemp triũ perſonarz unius dei uoluntas eſt. Hinc indiuiſum imperiũ habet, quia indiuiſus & inuariabilis ipſe eſt, iuxta illud ab ipſo dictũ: Ego ſum qui ſum. Proinde qđ hic dicit, ut inuocẽt oẽs nomẽ dñi, & ſeruient ei humero uno, nihil aliud eſſe arbitror, quã quod fuerat in Pſalmo dictũ, cõmutato duntaxat ordine ſententiarz. Cuius participatio eius in idipſum: Illuc em aſcenderunt tribus tribus dñi teſtimoniũ Iſrael ad confitendũ nomẽ dñi. Nam inuocare nomẽ dñi quid aliud eſt, niſi confiteri nomini domini. Et huic dño humero uno ſeruire, qđ aliud eſt, niſi participatio eius in idipm. Sequitur. ℒ Vltra flumina Aethiopie inde ſupplices mei filij diſperſorz meorz deferent munus mihi. ⅃ Sita dixiſſet: quia tũc reddã populo meo labiũ electũ, ut inuocet nomẽ domini, putaret ut contenderet Iudæus de ſe tm̃odo eſſe dictũ, ut cõtendere ſolet, quaſi Iudæorz ſit deus tm̃ & nõ etiã gentiũ. Nũc aũt cũ dicit: reddã populis negare nõ pt, quin & de aliis cura deo ſit, qđ etiã aliunde iã dudũ prouiderit ſibi de confeſſores nominis ſui, & ita eſt. Nã ultra (inquit) flumina Aethiopiæ, i. in fines orbis terræ, ſubauditur: exibit ſonus prædicatiõis Euangelicæ: & inde ò filia cui loquor, cui dico, expecta me, & cui protinus dicturus ſum: lauda filia Sion, lætare & exulta in omni corde filia Hieruſalẽ: deinde inq̃, de finibus terræ ſupplices mei. ſ. Apoſtoli, deferent mihi munus diſperſorz meorz. i. diſperſos meos congregabuntin unũ, quod mihi utiq; erit munus magnũ hoc ſciens Euangeliſta, cum eſſet (inquit) Caiphas pontifex anni illius, prophetauit: qa Ieſus moriturus erat pro gente, & non tm̃ pro gente, ſed ut filios dei qui erant diſperſi, cõgregaret in unũ. Hoc o tibi filia pro magua cõſolatione dictũ eſt, quia ſi ex te exierunt, qui tui eſſe debuerũt, filij ſcelerati, ſemẽ nequã, nihilominus multiplicaberis, & in filijs lætaberis, q pfecto ueniẽt de longe, qđ magnifice ſignificat, dicẽdo: ultra flumĩa Aethiopiæ, nõ quod de ſola debeant Aethiopia uenire, cũ per aliũ prophetã dixerim: Ecce iſti de longe uenient & ecce illi ab aquilone & mari, & iſti de terra auſtrali, ſed qđ uniuerſitas gentiũ ꝓpter tenebras, in quibus erãt, ignorantiæ, & propter pſecutionẽ principũ uel tyrãnorz recte ſignificetur, p impetus fluminũ, & per nigredinẽ Aethiopiæ. Simul & plurimũ laudis dat ſupplicibus ſuis qđ trãſmeare debeãt flumina Aethiopiæ, & deinde ſibi diſpſorz ſuorz munus deferre. i. oĩm pſequentiũ tyrannorz ſæuitiã exuperare, & eccleſiã ſibi de gẽtibus adducere, ſecũ dũ typũ qui in eo pceſſit quod regina Saba uenit à finibus terræ audire ſapiam Salomonis. Nunquid aũt o filia ſemper nigri erũt illi Aethiopes ſupplices mei, aut tu ſemper Aethiopiſſa eris, ut ſit ſemper unde erubeſcere poſſis? Imo audi qđ ſequitur. ℒ In die illa nõ confunderis ſup cũctis adinuentiõibus tuis, quib? ꝓuaricata es in me, qz tunc auferã de medio tui magniloquos ſuperbie tue, z non adijcies exaltari amplius in mõte ſancto meo. ⅃ Magna ꝓmiſſio, magna cõſolatio. Nũc interim anteq̃ ueniat dies ille, dies reſurrectiõis meæ, cõfunderis, & nõ abſq; re, cũ dicis & cõfiteris ueraci cõfeſſiõe qꝑ piã tale ut eſt illud Eſaiæ: Sicut pãnus mẽſtruatæ oẽs iuſtitiæ noſtræ. At uero in illa die ita nõ erit, ꝑtim cũ ut fiet, qđ nũc ꝓmitto tibi in ꝓphetis & in pſalmis, qa erit fons patẽs domui Dauid, & habitãtibus Hier'm in ablationẽ pctõris & mẽſtruatæ. Vñ & Dauid, bona ſpe exultãs in ſpũ ſctõ: Aſpges me (inqt) hyſopo & mũdabor, lauabis me & ſuper niuẽ dealbabor.

Apo. 7

Seruire humero uno.

Rom. 3

Pſalm. 50

Pſal. 33 Equidem quàmuis & alibi dicat: Accedite ad eũ & illuminamini, & facies ueſtræ non confundentur: tamen in præſenti uita, q̃uis uiuitur mortali conditione, & nõdum plenus eſt in
Ron. 2. 6 te dies illę reſurrectiõis meæ, erubeſcis modo quodã, iuxta illud, quẽ ergo fructũ habuiſtis, tunc in quibus erubeſcitis nunc, ſed iſta confuſio gloriam adducit, & ipſa omnino ſuccedẽ
te gloria pertranſibit. Cum em̃ uenerit plenitudo illius diei, plenitudo meæ reſurrectiõis, cũ reſurrexerint membra, ſicut caput reſurrexit, nũquid recordatio præteritæ nigredinis quic
q̃ afferet cõfuſionis. Imo locupletiſſima erit materia cantationis ipſa miſeriæ recordatio, iu
Pſal. 88 xta illud: Miſericordias dñi, in æternũ cantabo. Nũquid uel alius quis improperare poterit tibi, quod tu Aethiopiſſa fueris, uel mihi, quod Aethiopiſſam uxorẽ duxerim? Iam Mariã operuit candens lepra tanq̃ nix, & extra caſtra manet ſeptem diebus, pro eo quod murmurauit contra Moſen, propter uxorem eius Aethiopiſſam. Et ut manifeſtius dicam iã ſynagogam immunditia ſuæ iniquitatis, omni ſeculo notã fecit, proiectam nõ ſolũ ſecundũ animam de regno dei, uerumetiã ſecundũ corpus de ciuitate & templo quondã dei, & foris manet, mente & corpore diſperſa ſecundũ illud: Diſperge illos in uirtute tua, & donec pertrãſeant ſeptem dies. i. donec plenitudo gentium ſubintroeat, non reuocabitur in caſtra hæc, pro eo quod improperat tibi uel ſupplicibus tuis, quod Aethiopes fuerint, & mihi de talibus ergo eccleſiam conjunxerim. Quanto magis in plenitudine illius diei in reſurrectione
Magniloq; Iudæi. uniuerſali omne os obſtructum erit? Prędico tibi, quia tunc auferam de medio tui magniloquos ſuperbiæ tuæ. ſ. iſtos qui ſe dicunt Iudęos eſſe, & nõ ſunt, ſed ſunt in ſynagoga ſatanæ, uere magniloqui & ſuperbi, in eo maxime, quod ſuam quærẽtes ſtatuere iuſtitiam, iuſtitiæ dei non ſunt ſubiecti, quæ uidelicet ſuperbia ſic tua ſuperbia dicitur eſſe, qũo illi dicuntur eẽ filĩ tui uel filĩ Abrahæ, & ſe unum patrem deum dicunt habere. Hoc facto non adĩcies altari amplius in monte ſancto meo, ſed ſtabis in magno & æterno ſanctę humilitatis firmamento, ſciens & perfectæ cognoſcens, quod nunc ex parte cognoſcis, & ueraciter confiteris, quia de ſuis operibus nullus unq̃ potuit uel poterit in conſpectu dei iuſtificari. Imo oẽs peccauerunt, & egent gloria dei, & qũod tunc probatione non indigebit, quia res manifeſta erit. Auferentur magniloqui, & qui relinquentur ibi? Ait: ⌊ Et derelinquã in medio tui populũ pauperẽ et egenũ, et ſperabũt in nomine dñi reliquię Iſrael. ⌋ Sicut magniloqui ueraciter dicuntur & ſunt, qui in ſemetipſis tanq̃ iuſti confidunt, & de operibus le
Quis eſt populus pauper & egenus. gis præſumunt, ita pauperes & egeni recte dicuntur & ſunt, qui ſe peccatores eſſe cognoſcunt, & nõ niſi per fidẽ Ieſu Chriſti iuſtificari ſe ſentiunt. Talem populũ ita pauperẽ, ita egenũ, pauperẽ ſpiritu, ſcientem ſe egere uel eguiſſe gloria dei, quæ eſt iuſtificari gratis per
Rom. 4 Mat. 8 fidẽ Ieſu Chriſti: derelinquã (ait) in medio tui, ut uenientes ab oriente & occidente, recumbant in ſinũ Abrahæ, magniloquis illis filĩs regni in tenebras exteriores eiectis. Fiet tamẽ quandoq; ut ſperent in nomine domini reliquiæ Iſrael. ſ. cũ plenitudo gentiũ ſubintroierit. Quid erit illis ſperare in nomine domini, niſi deponere pertinaciã, qua ſe iuſtificari arbitrantur ex operibus ſuis, & oẽm iuſtificationẽ credere in ſolo nomine domini, in fide Ieſu Chriſti? Sequitur: ⌊ Non facient iniquitatẽ, nec loquentur mendaciũ, et nõ inuenietur in ore
Magna ac beata remuneratio. eius lingua doloſa: quoniã ipſi paſcẽtur et accubabunt, et non erit qui exterreat. ⌋ Felix ille dies reſurrectionis, in cuius plenitudine nec uerbo nec opere quiſquam peccabit. Magna & beata remuneratio omni animæ uel omni homini, qui nunc & ſi iniquitatẽ fecit, & mendaciũ locutus eſt, iã ulterius iniquitatẽ facere, & mendaciũ loqui non uult: Magna (inquã) & beata remuneratio, quia nunc accipiet ſtabilitatẽ hanc, ut iniquitatẽ facere, uel mendaciũ loqui iã non poſſit, quippe ubi iã malã uoluntatẽ habere nõ poterit beata a
Deo creatori ſuo ſociata uel coniuncta, inſeparabiliter per ſpiritũ amoris æterni. ⌊ Lauda
Trinitatẽ hic ſæpe inſinuat Prophęta. filia Syon, iubila Iſrael, letare et exulta in omni corde filia Hieruſalem. ⌋ Subaudi
tur hanc promiſſionẽ habens: Lauda Deũ patrẽ, & iubila Deo filio, lætare & exulta in Deo ſpiritu ſancto, quæ ſancta Trinitas unus Deus eſt, unde accepiſti, quod es filia Sion, quod es Iſrael, quod es filia Hieruſalem, filia Sion per fidem, Iſrael per ſpem, filia Hieruſalem per charitatem. ⌊ Abſtulit dominus iudicium tuum, auertit inimicos tuos: rex Iſrael, dominus in medio tui: non timebis malum ultra. ⌋ Verę pulchra, ſed admodũ occulta prædicatio ſanctæ & individuæ trinitatis. Dominus deus pater iudicium tuum abſtulit,

rex

Rex Iſrael Dei filius inimicos tuos auertit, Dominus ſpiritus ſanctus in medio tui eſt, & lẽ circo nõ timebis malum ultra: quia quẽ nũc uides per ſpeculum in ænigmate, tunc uidebis facie ad faciem, & mors ultra nõ etit, quæ fuit iudiciũ tuũ ſuper omne genus humanũ Adã peccante prolatum. Neq; luctus neq; clamor, neq; dolor ultra erit ultra, quæ prima abierũt ⌊In illa die dicetur Hieruſalem: Noli timere Sion, non diſſoluantur manus tuæ, dominꝰ deus tuus in medio tui fortis, ipſe ſaluabit. Gaudebit ſuper te in lætitia, ſilebit in dilectione tua, exultabit ſuper te in laude. ⌋Q; lætus trinitatis amator animus hoc attendit, quod hic ſpũs ſanctus per os prophetæ indubitabili ueritate loquens, quaſi tinnulam fidei tripudiat cantilenam, & iocunditatis ſuos modulos triplicat, ut excitata audientis anima, iam per hæc uerba meditando guſtare uel ſpeculari incipiat, quod deus ſuus ſancta trinitas, quam uidelicet trinitatem, quia tunc mundus nomen eius, quod eſt pater, & filius, & ſpiritus ſanctus, portare non poterat, iccirco quærendum non eſt hic, cur non ita Prophera diſtinxit, ſicut ipſe in Euangelio ſuo dominus deprompſit, dicendo: In nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti. ¶ Ecce quatuor modis opus decantauit, quod circa nos agit uelactura eſt indiuiſa unitas trinitatis. Primo mõ ita ſonat, uox exultatiõis, & reuera ſonus epulantis. Lauda filia Sion, iubila Iſrael, lætare & exulta in omni corde filia Hieruſalẽ. Secundo aũt ſic: Abſtulit dñs iudicium tuũ, auertit inimicos tuos rex Iſrael, dominus in medio tui. Tertio uero ita: In die illa dicetur Hieruſalẽ noli timere. Sion non diſſoluantur manus tuæ, dominus deus in medio tui fortis ipſe ſaluabit. Quarto aũt ſic: Gaudebit ſuper te in lætitia, ſilebit in dilectione tua, exultabit ſuper te in laude. Quàm pulchre quatuor his modis uariatur uox unius eiuſdemq; laudis, trinis per ſingulos modos diſtincta clauſulis. Quàm pulchre (inq;) ſi cõſideres quia quatuor ſunt, quæ in uno Chriſto per maxima propter nos operata eſt unitas trinitatis, quæ ne ſcire nõ licet ulli animæ, quæ & Sion, & Iſrael, & Hieruſalẽ digna ſit nũcupari. Quæ ſunt illa? Incarnatio, paſſio, reſurrectio, & aſcenſio. Incarnatio, trinitatis opus eſt: quia ut incarnaretur filius, pater illum miſit, ipſe uirginis uteꝝ ingreſſus eſt. Spiritus ſanctus illi ueꝝ corpꝰ ueram carnem de carne uirginis condidit, & cum anima rationabili carnẽ noſtram ueꝝ hominẽ ut indueret, ipſe effecit. Paſſio, trinitatis opus eſt, quia calicem illum, quem pater dedit filius bibit, & per ſpiritum ſanctum (ait apoſtolus) ſeſe hoſtiam obtulit ut emundaret cõſcientiam noſtram ab operibus mortuis. Reſurrectio, trinitatis opus eſt: qa pater: Exurge gloria mea dixit: filius exurgam diluculo reſpondit: ſpiritus ſanctus eadem die ex ore eius in remiſſionem peccatorum proceſſit inſufflantis & dicentis: Accipite ſpiritum ſanctũ, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis. Aſcenſio, trinitatis opus eſt, quia dixit pater: ſede à dextris meis, filius aſcendit & ſedit, ſpiritus ſanctus de illo confeſſu ſuper diſcipulos ueniens, diuiſiones gratiarum illis diſtribuit. Itaq; pro eo eo, quia deus homo factus eſt. Lauda Sion, iubila Iſrael, lætare & exulta in omni corde filia Hieruſalem: quia inde tu filia Sion, quod ſicut deus patribus promiſit, ita filium ſuum miſit: inde tu Iſrael, quia natura tua cum dei filio dei uerbo, in unum perſonam aſſumpta, reuera cum deo directa eſt ſecundũ nomen Iſrael: inde tu filia Hieruſalem, quia per eandem diuinæ & humanæ naturæ coninctionẽ, tu quæ de terra eras, cœleſtibus in pace ſociata es, & iam quidem per hoc ipſum, quod propter te paſſus eſt, iudicium tuum, iudicium mortis abſtulit, inimicos tuos auertit ſcilicet malignos ſpiritus, & ipſum principẽ mundi, quẽ foras miſit, & illo foras miſſo, dominus in medio eſt tui, & malum illud præuaricationis antiquæ, tranſgreſſionis paternæ, non timebis. Verum tamen eſt adhuc aliquid quod times dum in corpore uiuis, ſcilicet mors carnis & paſſiones corporis. Sed certum tibi eſt & eſſe debet, quia in illa die reſurrectionis uniuerſalis dicetur tibi: noli timere, uidelicet, quia mors ultra non erit, non diſſoluantur manus tuæ, quia immutata, & impaſſibilis facta eris. Porro gaudium quo gaudebit ſuper te in lætitia, ſilentium quo ſilebit, in dilectione tua, exultatio qua exultabit ſuper te in laude Trinitas ſancta, oculus non uidit, auris non audiuit, & in cor hominis nõn aſcendit. Sequitur. ⌊ Nugas quia lege receſſerant, congregabo, quia exte erant, vt non vltra babeas ſuper eos opprobrium. ⌋ Nugas dixit nugaces homines, uidelicet, qui Dominum ipſum, de quo hic ſermo eſt, ſicut Sapientia teſtatur, calumniatur, dicentes: Quoniam diſſimilis eſt alijs uita illius, & immutatæ ſunt uiæ illius. Tanquàm nugaces æſtimati ſumus ab illo, & abſtine-

1. Cor. 13 Apoc. 21

Quatuor Chriſti ſacramenta opera vnius trinitatis.

Incarnatio.

Paſſio.

Reſurrectio.

Aſcenſio.

& abſtinet ſe à uijs noſtris, tanq̃ ab immundicijs. Eiuſmodi nugas (inquit) illos nugaces, qui à lege receſſerant, dicentes: Aduerſus dñm, & aduerſus Chriſtũ eius, Dirũpamus uincula eor̃, & proñciamus à nobis iugum ipſor̃, Congregabo: quia ex te erant. i. in faſciculos ad comburendũ alligabo, & maius iudicium portabunt, propter hoc ipſum, quia ex te erant, quia legem acceperant, quia ſemen Abrahæ erant, quia Iſraelitæ erant, quia miniſtri Chriſti erant, unde & obproprio tibi fuerunt, & propter eos blaſphematum eſt nomẽ meum. Congregabo eos, ut non ultra habeas ſuper eis obprobrium, ut non ultra in comparatione tui iuſtificet ſe Sodoma ſiue Gomorrha, neq; dicat mare ut Syon erubeſcat, quod nimir̃ dicit quoties manifeſta gentilitas tibi propter aliquos, qui inte gentiliter uiuunt, inſultant. ⁋ Ecce ego interficiam oẽs, qui afflixerunt te in tpe illo. ⁋ Non eos tantum, qui ex te erant, & ex te exierunt, imò ex te non erant, ſicut quidam tuor̃ dicit: Ex nobis exierũt ſed non erant ex nobis, non (inq̃) illos tm̃, ſed & omnes qui te afflixerunt, ſiue in lege ſiue ſine lege peccantes, interficiam in tempore illo, eos qui in lege peccauerunt per legem iudicãdo, & eos qui ſine lege peccauerunt, ſine lege perditioni dando. ⁋ Et ſaluabo claudicantem, ⁊ eã que eiecta erat congregabo, ⁊ ponã eos in laudẽ, ⁊ in nomẽ in omni terra cõfuſiõis eor̃ in tpe illo, quo adducã vos, ⁊ in tpe quo cõgregabo vos. ⁋ Magna dignatio, quã omnes nouimus, excelſi dñi, quiiuxa illud Pſalmiſtæ: Qm̃ excelſus dñs & humilia reſpicit, & alta à longe cognoſcit, & fecit & facit. Nam uidete (inqt) uocationẽ ueſtrã fratres, qa nõ multi ſapientes ſecundũ carnẽ, non multi potentes: ſed quæ ſtulta ſunt mũdi, elegit deus, ut confundat ſapientes, & infirma mũdi elegit deus, ut cõfundat fortia, & ignobilia mundi & contemptibilia elegit deus, & quæ non ſunt, ut ea quę ſunt deſtrueret. Quid aliud hic dici placet, dũ dicit: Et ſaluabo claudicantem, & eã quæ eiecta erat, congregabo? Nam per claudicantem & eiectã cuncta infirma ſiue impotentia cuncta ſtulta & ignobilia & contemptibilia, recte propheticus ſermo deſignat. Saluabo (inqt) & congregabo huiuſmodi? & ponã eos in laudẽ, & in nomen in omni terra confuſionis eor̃. i. faciã eos laudabiles atq; nominatos illic, ubi erant ſine nomine, ut uidebantur illaudabiles, ucz confundẽdo per ipſos & deſtruendo ſapientes, fortes atq; potentes illos, quor̃ in oculis habebãtur ignobiles, & uidebantur contemptibiles: hoc (inq̃) faciam in tpe illo, quo adducã uos, & in tẽpore quo congregabo uos. i. non ſolum in futuro, uerumetiã in pñti ſeculo faciam nominatos & inclytos illos de humilitate uocatos principes ueſtros, ita ut ſicut ad Moſen dixit: Ecce conſtitui te deum Pharaonis, ita & iſti dij terræ dicantur & ſint iuxta illa Dauidicũ: Principes populor̃ congregati ſunt cum deo Abraham, qm̃ dij fortes terræ uehementer eleuati ſunt. ⁋ Dabo enim vos in nomen, ⁊ in laudem omnibus populis terre, cum cõuerto captiuitatẽ veſtrã coram oculis veſtris, dicit dñs. ⁋ Oẽs populos terræ hic intelligimus electos de omnibus populis terræ, qui dicũt in Apocalyſi, & redemiſti nos deo, ex omni tribu & lingua, & populo, & natione. Quos iſtos uel quod ob meritum, idaturum ſe promittit, eos in nomen & in laudem, cum conuerterit captiuitatem ipſor̃ coram oculis eor̃? Nimir̃ illos quos iam diximus: Principes populor̃, quor̃ labore & induſtria, cooperante eis dei gratia, factũ eſt & fit, hoc ipſum quod conuertitur, & conuertetur captiuitas eorum corã oculis eor̃, quæ ucz cõuerſio captiuitatis nunc inchoata, tunc perfecta erit, quãdo reſurgent mortui, & conſtituentur à dextris, mox percepturi regnũ, quod paratũ eſt eis ab origine mundi. Magnũ cõuerſæ captiuitatis ſpectaculũ ipſor̃ quondã captiuor̃, & magna præſentis admiratio fœlicitatis apud ipſos, recolentes magnitudinẽ tranſactæ miſeriæ præteritæ captiuitatis. Proinde cũ dixiſſet, cũ conuertero captiuitatẽ ueſtrã, magnifice addit coram oculis ueſtris. Tunc iſti principes uel patres ſiue apoſtoli, & quicunq; conuertendæ huius captiuitatis adiutores fuerunt uel ſunt, in nomen & in laudem. i. nominati & laudabiles eiſdem erunt, quos adiuuerunt, ut conuerteretur captiuitas eor̃, & ualde iuſto ordine principes uel patres, imò & ſaluatores poſt deũ illos ſe habere gaudebunt. Hæc oñia dicit dñs, ſubauditur, qui non mentitur, & cuius omnia dicta neceſſario implebuntur: cęlũ enim (inquit) & terra tranſibunt, uerba autem mea non tranſibunt.

Pſal 2 Mat. 13

Rom. 2 Ezec. 16 Eſa. 23

1. Ioh. 2

Rom. 2

Pſal 17 1. Cor. 1

Exo. 7 Pſal. 46

Apo. 5

Mat. 25

Ibidem. 24

¶ Libri ſecundi in Sophoniam Prophetam finis.

Prologus

PROLOGVS RVPERT. IN AGGAEVM PROPHETAM.

AGgæus, decimus eſt in ordine. XII. prophetarꝝ. Spūs ſcūs q̄ p os prophetarꝝ loquebatur p̄ſagio ſignari uoluit noie, ut uocaret Aggæus, ucꝫ ſcdm negotiū, de quo per os eius erat locutur⁹. Hoc nāq; nomē Aggæus, interpretat festiuus. & magnā utiq; feſtiuitatē p̄ſpiciebat eius oculus, dū iſta loqueret, q̄ nūc habemus in manibus, dū diceret p eū dñs: populus iſte dicit: Nondū uenit tēpus domus dñi ædificādæ, & dū iubente dño interrogaret ſacerdotes, dicens: Si tulerit hō carnē ſanctificatā in ora ueſtimēti ſui, & tetigerit de ſummitate eius panē aut pulmentū, aut uinū, aut oleū, aut oēm cibū, nūqd ſanctificabit? & ſi tetigerit pollutus in aīa ex oīibus his, nunquid contaminabitur? Hæc &c. hmōi dicta ſiue interrogata q intelligit, cur ſcribi digna fuerint, pfecto magnā & dignā ſentit cauſam huius quoq; noīs Aggæi. i. feſtiui, nec dubitat quin tale uocabulū ſortitus ille fuerit nutu dei, qui quos p̄ſciuit ſanctos, & p̄deſtinauit illos & uocauit, iuſtificauit & magnificauit. Nunqd eñ feſtiuitas alia nō erat in corde prophetæ, niſi lætitia, qualē habebat uel habere poterat cū plebe, de illa reædificatiōe tēpli manufacti, iterꝫ cōtaminandi, iterꝫ irrecuperabiliter arfuri? Equidē fuerit eiuſdē tēpli reædificatio, quā p̄ uidebat, materia magnæ feſtiuitatis, ueruntamē nō ſcdm ſe uel propter ſe, ſed propter oim ſanctorꝝ, & angelorꝝ, & hoim feſtiuitatē Chriſtū: qa futurꝝ erat, ut reædificato tēplo, muri quoq; ciuitatis poſtmodū reædificarētur, & rurſus ciuitas habitaretur, & reædificata ciuitate rurſus coaleſceret in terra populus, unde Chriſtus ſeruata ueritate promiſſionis, quæ ad Abraham & ad Dauid facta, & iuramento firmata fuerat, naſceretur. Igitur omnia q̄ hic ioquitur Aggæus ſic adiuuāte ſpū ſancto ſuſcipimus, ut eū omnino in Chriſtū tēdere nō dubitemus: & tunc demū nos quoq; Aggæi. i. feſtiui quodammō dici uel eſſe poterimus, ucꝫ contēplando idipſum, quod iſte cōtemplatur⁹, diuino utiq; præſagio uocat⁹ eſt Aggæus.

Aggæus, idē, feſtiuus.

Lætitia Aggei in Chriſtū tendit.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN AGGAEVM PROPHETAM COMMENTARIORVM Liber Vnicus.

IN anno ſecundo Darij regis, in menſe ſexto, in die una mēſis, factū eſt uerbū dñi in manu Aggei prophetæ, ad Zorobabel filiū Salathiel ducē Juda, & Jeſum filiū Joſedech ſacerdotē magnū dicens: Hæc ait dñs exercituū, dicens: Populus iſte dicit. Nō dū uenit tēpus domus dñi edificādæ. Et factum eſt uerbū dñi in manu Aggei prophetæ, dicens: Nunquid tempus uobis eſt ut habitetis in domibus laquearis, & domus iſta deſerta? ¶ Primo illud operæ pretium eſt quod ſicut Nabuchodonoſor in ſanctis propheticis ſcripturis diabolo aſſimilatur, uel ſimilis demonſtratur, ob eam cauſam qua populum deſcaptiuū de Hieruſalem in Babylonem adduxit ſecundū ſimilitudinem diaboli, qui genus humanū in primis parentibus de paradyſo in hunc modum captiuauit. Ita Zorobabel & Ieſus filius Joſedech, & cæteri filij tranſmigrationis, qui aſcendentes de Babylone, templum & ciuitatem dei reædificauit, illos ſignificauerunt patres ſiue patriarchas & populum, nec ſolum ſignificauerunt, uerumetiam pars eorum fuerunt, qui de hoc mundo tendentes ad deum, hoc meruerunt, ut de carne ipſorum naſceretur Chriſtus, templum non manufactum. Nam ſicut templum illud à filijs captiuitatis ædificatum eſt, ita Chriſtus de patribus, confitentibus quod peregrini & hoſpites eſſent ſuper terrā natus eſt. Vnde & corpus ſuū templum ipſe nuncupauit. Soluite (inquens) templū hoc, & poſt triduū excitabo illud. Nā hoc dicebat (ait Euan.) de templo corporis ſui. Cū igitur hic ita dicit: factū eſt uerbū dñi in manu Aggæi prophetæ ad Zorobabel filiū Salathiel ducē Iuda, & Ieſum filiū Joſedech ſacerdotē magnū dicens

Filii tranſmigrationis.

Hæc ait

Hæc ait dñs exercituũ, dicens: Populus iſte dicit, nondũ uenit tempus domus dñi ædificandæ, & hoc dicto nihil amplius addit, niſi rurſus præmiſſo, & factum eſt uerbum dñi in manu Aggæi, profecto hoc ipſum populus iſte dicit: nondũ uenit tẽpus domus dñi ædificandæ. Tale oportet intelligi, quale nõ potuiſſet ſciri, niſi per uerbũ dñi, quale Aggæus ſcire nõ poſſet, niſi Propheta eſſet, niſi ad eũ uel in manu eius uerbũ dñi factũ fuiſſet. ¶ Et quod illud eſt, niſi quod hodieq; audim⁹ & uidemus? Nã populus iſte notabilis, & publica captiuitate notatus & notus, populus Iudaicus dicit: quia Meſſias nondũ uenit, tempus ædificãdæ domus dei nondũ uenit. Nos aũt dicimus, credimus, propter quod & loquimur, quia tempus iamdudũ uenit, iamdudũ templũ hoc ædificatũ eſt, & in eo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, & hoc de carne Marię uirginis ædificatum eſt. Nõ (inquiũt) ille fuit Meſſias nec eſt, q de Maria natus eſt, ueniet alius, eũ expectam⁹ adhuc. Dum hoc populus iſte dicit, nõne ſacrilegiũ facit? Mendacẽ quippe facit patriarchã & patrẽ ſuũ dicentẽ Non auferetur ſceptrũ de Iuda, & dux de femore eius, donec ueniat q mittendus eſt. Si uerum ille dixit, imò quia uerũ dixit, ubi ablatũ eſt ſceptrũ de Iuda, regnante Herode, alienigena, q patre Idumæo & matre ortus erat Arabica. Iam tunc erat aduẽtus Meſſiæ qđ tẽpus (ut iam dictũ eſt) erat domus domini ædificãdæ, de qua & in parabolis dictũ eſt: Sapientia ædificauit ſibi domũ, ſcidit columnas ſeptem. Hoc animaduerſo, conſtat profecto: qa non uane, qa non abſq; propheticæ authoritatis dignitate præmiſſum eſt. Factũ eſt uerbum domini in manu Aggæi prophetæ. Hæc ait dñs exercituum dicens: Et tunc demũ breuis iſte ſermo ſubiunctus eſt, populus iſte dicit: Nondũ uenit tempus domus domini ædificandæ In paucis quippe uerbis, magnũ iſtius populi malũ ſignabatur, quod uc3 uenientẽ Chriſtũ nõ ſuſcepturus, aliumq; foret expectaturus. Vnde & ipſe loquitur: Ego ueni in noie patris mei, & nõ ſuſcepiſtis me. Si alius uenerit nomine ſuo, illũ ſuſcipietis. ¶ Ecce aliud: Et factũ eſt uerbũ domini in manu Aggæi prophetæ dicens: Nunqd tempus eſt uobis, ut habitetis in domibus laqueatis, & domus iſta deſerta? Et hoc nimiũ quod ait: Nũquid uobis tẽpus ẽ ut habitetis in domibus laqueatis, & dom⁹ iſta deſerta, tã magnũ eſt, & ita magnifice intelligi debet, ut dignũ ſit uerbo dñi, & ore prophetali, qm̃ edictũ eſt præmiſſa tali enunciatione & factũ eſt uerbũ domini in manu Aggæi prophetæ. Et reuera magnũ & magnæ eſt ſtultitiæ mendaciũ, quod populus iſte, cũ dicit: nondũ ueniſſe tempus ædificandæ domus domini cõtendit nihilominus tempus ſibi eſſe, ut habitet in domibus laqueatis. i. cũ Chriſtum neget ueniſſe, nihilominus aſſerat paradyſi uel regni dei manſiones iã à patribus poſſideri, & ſibi hæreditatẽ illam omnino deberi. Veritas em̃ ita ſe habet, qđ nulli regni cœlorũ aditus patere potuiſſet, niſi per aduentũ Chriſti, & qđ nõ ſit in alio aliquo ſalus, aut aliud nomẽ ſub cœlo datum hominibus in quo oporteat nos ſaluos fieri. Interroga Iudæũ in quo uel unde cõfidat ſaluari, uel paradyſum ingredi, ſi Chriſtus nondũ uenit. Et reſpondet tibi, quod p Abraham, uel per iuſtitiã ſuã factus ſit aptus regno dei. Ergo (inquit Propheta) dom⁹ iſta deſerta, i. aduẽtus Chriſti nulla eſt gratia, nulla eſt utilitas. Vt quid eñ Chriſtus promiſſus fuit aut uenire debuit, ſi abſq; aduentu eius homo per iuſtitiam ſuã ſaluari potuit? Igitur unde apud alium Prophetam arguitur populus iſte, dicendo: Duo mala fecit populus meus, me dereliquerunt fontem aquæ uiuæ, & foderunt ſibi ciſternas, quæ non ualent aquã cõtinere. Inde & hic arguitur ænigmatice dicẽdo: Populus iſte dicit: Nondũ uenit tẽpus domus dñi ædificandæ, & nunquid uobis tempus eſt ut habitetis in domibus laqueatis, & domus iſta deſerta? Vnũ quippe malum eſt, negare Chriſtũ ueniſſe, aliud domos ſiue manſiones regni dei ſibi uel patribus ſuis arrogare, & ad hoc, ut in illas manſiones inducerẽtur ſcti, aduentum Chriſti non neceſſarium reputare. ¶ Sciendũ autem propter iſtam domũ nõ manufactum propter incarnationem uerbi dei filij dei futuram, reædificationem illius manufactæ domus fuiſſe neceſſariã. Si enim domus illa & ciuitas reædificata, & gens reſtituta nõ fuiſſet, unde promiſſio uel aduentus Chriſti, uel propoſitum eius adimpleretur, præſertim cũ per alios prophetas dixiſſet: Quia de Syon exibit lex, & uerbum domini de Hieruſalem. Vnde & ſi tunc tpis non intelligebãtur quæ nunc in iſtis prophetæ uerbis intelligimus, attamẽ nonnihil cõferebat iple carnalis ſenſus, quo eadem uerba intelligentes, ad ædificandam domũ illam accendebant. Vnde & in libro Eſdræ ſcriptũ eſt, Et nõ fiebat op⁹ uſq; ad annum

Iudæi male negant Chriſtũ aduenuiſſe.

Dnomala cõmittũt Iudæi.

annum ſecundum regni Darii regis Perſarũ. Prophetauerũt aũt Aggæus propheta & Zacharias filius Addo, pphetãtes ad Iudæos q erant in Iudæa & Hieruſalẽ, in nomine dei Iſrael. Tunc ſurrexerũt Zorobabel filius Salathiel, & Ioſue filius Ioſedech, & cœperunt ædificare remplũ dei in Hieruſalẽ, & cũ eis prophetæ dei adiuuãtes eos. Veruntamen qđ populus ille tunc temporis dixerit, nondũ uenit tẽpus domus dñi ædificandæ, ex eadẽ ſcriptura Eſdræ non cõprobatur, imo omnis inquit populus uociferabatur clamore magno in laudando dñm, eo qđ fundatũ eſſet tẽplũ dñi. Hoc tñ qb uſdã eorũ diſplicebat, & fletũ incutiebat, qđ minus fiebat q̃ fuerat. Siquidẽ, ut Ioſephus quoq; meminit, cũ fuiſſent altitudinis cubitorũ centũ uiginti, reædificatũ eſt in altitudine cubitorũ ſexaginta ex p̃cepto Darii, quod tandẽ Herodes in antiquã magnitudinẽ reformauit. Plurimi inquit, Eſdras de ſacerdotib⁹ & leuitis, & principes patrũ & ſeniores, q uiderant tẽplũ priuſq̃ fundatũ eſſet, & hoc tẽplũ in oculis eorũ, flebant uoce magna, & multi uociferantes in lætitia eleuabant uocẽ, nec poterat qſquã agnoſcere uocẽ clamoris lætantiũ, & uocẽ fletus populi. Vnde ergo ſecundũ literam dictũ eſſe conſtabit. Populus iſte dicit, nondũ uenit tempus domus dũi ædificãdæ. Igitur qũocunq; tunc res ſeſe habuerit, nos, ut cœpimus, ſic intelligere curemus, tanq̃ uerbum domini, tanq̃ prophetiã tendentem quo oẽs prophetæ intendũt in tempora uel ſacramenta chriſti. Sequitur ¶ **Et nunc hec dicit dominus exercituũ. Ponite corda ueſtra ſuper uias ueſtras. Seminaſtis multum, & intuliſtis parũ. Comediſtis & non eſtis ſatiati. Bibiſtis & non eſtis inebriati. Operuiſtis vos & non eſtis calefacti. Et qui mercedes congregauit, miſit eas in ſacculum pertuſum.** ¶ Et hæc ut litera ſonat, non facile probantur ex hiſtoriis, quia uidelicet quod intermiſſum eſt opus, & non fiebat uſq; ad annum ſecundũ regni Darii, hoc egerunt hoſtes Iudæ & Beniamin, quia conduxerunt aduerſum eos conſiliatores, ut deſtruerent conſilium eorum omnibus diebus Cyri regis Perſarum. Si inuito populo dei intermiſſum eſt, quomodo illa intermiſſio pro crimine reputatur ei, & uindicatur in eum ſterilitate terræ, & defectu potus atq; ciborum, & calefactionis ſiue ueſtiũ? Itaq; ſicut iam dictũ eſt, quomodocunq; tunc ſe res habuerit, ſpiritualiter, ut cœptum eſt, intelligere curemus uerba ſpiritus ſancti. O iudæi, qui in utroq; peccatis, & in eo quod dicit, nondum eſt tempus domus domini ædificandæ, quod eſt dicere, nondum eſt tempus aduentus Chriſti. Et in eo quod habitare præſumitis in domibus laqueatis, domus autem iſta deſerta, quod eſt confidere in operibus legis, tanquam Chriſti gratia uobis ad ſalutem non ſit neceſſaria. Ponite corda ueſtra ſuper uias ueſtras, conſiderate diligenter operationes ſiue actiones ueſtras. Deniq; hoc pacto ſic uobis contingit, ſicut illi qui ſeminauit multum, & intulit parum, & ſicut illi qui comedit, & non eſt ſaturatus, ſicut illi qui bibit, & non eſt inebriatus, ſicut illi qui operuit ſe, & non eſt calefactus, ſicut illi qui mercedes congregauit, & miſit eas in ſaccũ pertuſum. Seminaſtis quippe multã ſalutẽ, nam ſalus ex Iudæis eſt, ſed intuliſtis parum, quia uidelicet quicquid ex patribus habere potuiſtis, parũ eſt, imo nihil confert non ſuſcipientibus ſemen benedictionis Chriſtum. Comediſtis & nõ eſtis ſatiati quia uidelicet paleam ſectantes literæ occidentis, nõ attigiſtis granũ ſpiritus uiuificantis. Bibiſtis & non eſtis ebriati, quia lugentes non intellexiſtis, nolentes intereſſe nuptiis dñicæ incarnationis, ubi de aqua uinũ fit. Operuiſtis uos, & non eſtis calefacti, id eſt, p̃claris nominibus patrũ, & ſacerdotio legis adoranti, & exteriori religiõe ueſtiti, nihilomin⁹ q̃ gentes frigidi permãſiſtis, nõ habentes dilectionẽ dei in uobis. Et qui ex uobis mercedes congregauit. i. q aliqua operatus ẽ ſecundũ præcepta legis, ſic perdidit, qũo qui mercedes miſit in ſaccũ pertuſum, qa profecto abſq; fide Chriſti, nihil opera proſunt. ¶ **Hec dicit dñs exercituũ. Ponite corda ueſtra ſuper uias ueſtras, aſcẽdite in montẽ, portate lignũ, & edificate domum, & acceptabilis mihi erit, & glorificabor dicit dominus.** ¶ Cum iã domus iſta quã dicimus domus uel tẽplum corporis, in quo corporaliter inhabitat omnis plenitudo diuinitatis, ædificatũ ſit, quomodo adhuc dicitur uel dicendũ eſt populo iſti ex imperio dñi exercituũ: aſcendite in montem, portate lignũ, & ædificate domum? Qũo inquã, niſi ac ſi dicatur: credite ueniſſe Chriſtũ, credite in crucifixũ, credite illum reſurrexiſſe, & aſcendiſſe in cœlũ. Deniq; illi quidem primi ædificauerunt hanc domum, qui p̃ miſſionem acceperũt, & ex quibus ipe Chriſus eſt ſecũdũ carnem, ſed nos quoq; poſteriores,

Eſd. 3

Ioſephus de anti. li. 15. ca. 1

Miſticus ſenſus hic potius attendi debet q̃ litera.

Iohan. 4

2. Cor. 3

Coloſſ. 2

Rom. 9

ꝙtieſcũꝙ ꝑdicamus uel recitamus librũ generatiõis eiuſdẽ Ieſu Chri filij Dauid, filij Abrahã, & in ſummo eiuſdẽ generatiõis uertice Ieſum q de Maria natus ẽ teſtificamur eẽ Chriſtũ, ꝓfecto aſcẽdimus in mõtẽ, q iuxta uiſionẽ Danielis impleuit orbẽ terrarũ, & in quãtũ uel ipſi credẽdo uel alijs prædicãdo credentiũ facimus creſcere numerũ, intantũ portamus lignũ, ædificamus domũ, & huiuſmodi ædificatio ſiue domus acceptabilis mihi erit & glorificabor dicit dñs. ℣ Reſpexiſtis ad amplius, ꝛ ecce factũ eſt minus, intuliſtis in domũ, ꝛ exufflaui illud. ℣ Nõ facitis ò Iudæi qđ mandaui uobis, ut optetis iuſtificari per fidẽ Ieſu Chri, ſed reſpexiſtis ad amplius. i. uoluiſtis iuſtificari ex operibus, quaſi opus ueſtrũ ſit amplius, q̃ fides eius, & ecce factũ eſt minus, qđ ex eo ſatis paret, qa qcquid operꝭ intuliſtis in domũ, exufflaui illud, & diſperſum eſt, ſicut exufflãte aliquo diſpergitur puluis exiguus & uos quoꝙ cũ opibus ueſtris eadẽ exufflatiõe in oẽs gẽtes diſperſi eſtis. ℣ Quã ob cãm dicit dñs exercituũ: Quia domꝰ mea deſerta eſt, vos feſtinatis vnuſquiſqꝫ in domum ſuã. ꝓpter hoc ꝓhibiti ſunt ſup vos cœli, ne darent rorem, ꝛ terra prohibita eſt ne daret germẽ ſuum, ꝛ vocaui ſiccitatẽ ſuper terrã, ꝛ ſuper montes, ꝛ ſuper triticum ꝛ ſuper vinum, et ſuper oleum, ꝛ quecunꝙ ꝓfert humus, et ſuper homines et ſuper iumenta, et ſuper omnẽ laborẽ manuũ. ℣ Hæc ut ſupra diximus ſecundũ literã accidiſſe, difficile ex hiſtorijs comprobatur, uidelicet, quod populus dixerit, nondum uenit tempus domus dñi ædificandæ, & qđ iccirco prohibiti ſint cœli, ne darent rorem, & terra ne daret germen ſuũ. Nã ut Eſdras memorat & diligenter denarrat, cum alacritate magna opus faciebant ſimul, laudantes dñm, & cõcinnẽtes in hymnis & confeſſione, quoniã bonus, qm̃ inæternũ miſericordia eius ſup Iſrahel, donec p accuſationẽ hoſtiũ Iudę & Beniamin actũ eſt, ut opus intermitteretur, ut iã ſupra meminimus. Nõ ergo cauſa manifeſta eſt cur ex die qua opus intermiſſum eſt, ſterilitas terræ uel ſiccitas iuſte illis accidere debuerit. niſi qđ ſatis credibile eſt qa prohibiti ędificare domũ dñi, nimis cito prohibentibus acquieuerũt, & circa ædificationẽ domus dñi negligẽtes atq; ſocordes effecti ſunt, gaudentes, q̃d per hanc occaſionẽ uacaret cuiq; ſuũ domũ ædificare ad habitandũ, Cęterũ quomõcunꝙ tunc actũ ſic, nos Aggæum prophetã eſſe ſcimus unũ de prophetis, per quos utiꝙ locutus eſt ſpũs ſanctus, & iccirco ſub uerbis, qbus præſentis excitabãtur & conſortabãtur, myſteria futurorũ prophetico more illũ ſignaſſe nõ dubitamus. Cœpto igitur mõ perſequamur. Quã ob cauſam dicit dominus exercituũ, uobis reſpiciẽtibus ad amplius: ecce factũ eſt minus, & cũ hoc ipſum inferretis in domũ, exufflaui illud: Quã ob cauſam odi, et proieci feſtiuitates ueſtras: Videlicet qa domus mea deſerta eſt, & uos feſtinatis unuſquiſqꝫ in domum ſuã. i. qa uos nõ quætitis iuſtificari p Chriſtũ, cuius ſolũ corpus, iuſtitię domus eſt, & totius diuinitatis tẽplũ, & eius iuſtitiæ non ſubiecti, feſtinatis unuſquiſqꝫ ſtatuere iuſtitiam ſuam. Propter hoc ſuper uos ꝓhibiti ſunt cœli, ne darẽt rorẽ, ꝓhibiti ſunt apli apud uos perdere ſermonẽ, & terra, ſcz eccl'ia p orbẽ terrarꝫ diffuſa prohibita ẽ dare germẽ ſuũ, ꝓhibita eſt uobis ĩgerere euãgeliũ, nõ qđ debeat ſalutẽ ueſtrã cupere, ſed q̃d nõ ualeat uolẽtib' uobis adſalutẽ ꝑficere, & uocaui ſiccitatẽ, & ſicut per alium dicit ꝓphetã: Nubib' mãdaui, ne ſup uos quõdã uineam meam, pluãt imbrẽ. Segtur. ℣ Et audiuit Zorobabel, filius Salathiel, et Jeſus, filius Joſedech, ſacerdos magnus, et oẽs reliquie populi, vocem dñi dei ſui, et verba Aggei prophete, ſicut miſit eũ dominus deus vocẽ eor ad ipſos, et timuit populus a facie dñi. Et dixit Aggeus nũcius dñi, de nũtijs domini, populo dicẽs. Ego vobiſcũ dicit dñs. Et ſuſcitauit dominus ſpm̃ Zorobabel filius Salathiel, ducis Juda, et ſpiritum Jeſu, filii Joſedech, ſacerdotis magni, ſpiritum reliquor de omni populo, et ingreſſi ſunt, et faciebãt opus in domo domini exercituũ die ſui, in die viceſimaquarta et quarta mẽſis, in ſexto mẽſe, in anno ſecundo Darii regis. ℣ Manifeſtius non eſt immorandum, Veruntamen hic non prætereundum, duos homines Zorobabel & Ieſum ſacerdotẽ magnũ qui templũ illud manufactũ reædificauerũt quoddã exẽplar extitiſſe omniũ, q tẽpli nõ manufacti ſcz corpis Chri fidẽ ſuſceperunt ſuſcipiũt, & ſuſcepturi ſunt. Deniꝙ alter illorꝫ, vcz Zorobabel, filius Salathiel, qui filius Iechoniæ fuit, de tribu erat regali, Ieſus uero filiꝰ Joſedech ſacerdos de ſtirpe ſacerdotali. Nõ ng & oẽs, qui ad ſpũale tendũt uel ꝓtingũt, tẽpli nõ manufacti corpis Chriſti, & ſacerdotis

& regis,

& regis, ſacerdotes & reges ſunt? Vos aũt (inqt Petrus) genus electũ, regale ſacerdotiũ Et in Apoca. gratiarũ actionis ipſorũ uox iſta eſt: Feciſti eĩ nos deo nr̃o regnũ & ſacerdotes ¶ Sed & hoc qđ in ſexto mẽſe ingreſſi ſunt, & faciebant opus in domo dn̄i, pro ipſa pfectõe nũeri ſenarij reminiſci nos facit, qđ angelus ad Mariã dixit, ubi ingrediebat in uterũ uirgis uerbũ deus, ſapiẽtia dei, domũ de carne eius mox ædificatura ſibi: Et hic mẽſis ẽ ſextus illi, q̃ uocat ſterilis. Forte & hic mẽſis ſextus anni ſecũdi Darij, q̃ ingreſſi ſunt, & faciebãt opus in domo dn̄i, & illic mẽſis ſextus à cõceptiõe Iohãnis, q̃ cõcipiẽte uirgine de ſpũ ſancto, inchoatũ eſt tẽplũ corpis dn̄ici, lectorẽ delectat ꝓpter pfectionẽ (ut iã dictũ ẽ) nũeri ſenarij, q̃ conſtat ex partib⁹ ſuis. Eſt eĩ dimidiũ eius ternarius, tertia pars binarius, ſexta unitas, q̃ vcz partes ſimuliũctę ſenariũ perfiũt, Eiuſmodi nũeros, q̃ ualde rari ſunt, Arithmetici pfectos dicũt. Ex ipſo igit̃ nũero cõmoniti, libẽter hic q̃q; p̃dicam⁹, qa pfecti⁹ inter cũcta opa mũdi nihil eſt tẽplo corporis Chriſti, quod ędificatũ eſt in abſolutione captiuitatis generis humani ſcđm typũ tẽpli illius manufacti q̃đ ædificatũ ẽ in abſolutiõe captiuitatis populi de q̃ de Babylone redijt. Sequit. ⊥ In ſeptimo mẽſe, uiceſimo & prima mẽſis, factũ eſt uerbũ dn̄i in manu Aggei ꝓphete, dicẽs: Loquere ad Zorobabel Salathiel, ducẽ Iuda, & ad Ieſum filium Ioſedech, ſacerdotem magnum, & ad reliquos populi dices: Quis in uobis eſt derelictus, qui uidit domum iſtam in gloria ſua prima? & quid uos uidetis hanc nũc? Nunquid non ita eſt, quaſi non ſit in oculis ueſtris? & nunc cõfortare Zorobabel dicit dominus & confortare Ieſu, filij Ioſedech, ſacerdos magne, confortare omnis populus terræ, dicit dominus exercituum. Verbũ quod pepigi uobiſcũ, cum egrederemini de terra Aegypti, & ſpiritus meus erit in medio ueſtrum. Nolite timere quia hec dicit dominus exercituum. Adhuc unum modicũ eſt, & ego commouebo cœlum & terram, & mare, & aridã, & mouebo omnes gentes, & ueniet deſideratus cunctis gentibus, & implebo domum iſtam gloria, dicit dominus exercituum. Meum eſt argentum, & meum eſt aurum dicit dominus exercituum. Magna erit gloria domus iſtius nouiſſimæ plus quam primę, dicit dominus exercituum, & in loco iſto dabo pacem, dicit dominus exercitium. ⊥ Totum hoc capitulum ſimul poſuimus, ut quonam per ſe ſatis patet literalis ſenſus, totius ad delectationem latentis in ea myſterij diligens pertingat animus. Nimirum q̃ñ (ut ſupra iã dictũ) mouimus, fundatũ eſt tẽplũ dn̄i. Plurimi (inqt Eſdras) etiã de ſacerdotibus & leuitis, et principes patrũ, & ſeniores, qui uiderãt tẽplũ, anteq̃ fundatũ eſſet, & hoc in oculis eorũ flebant uoce magna, & multi uociferãtes in lætitia eleuabant uocẽ ſuã, nec poterat quis q̃ agnoſcere uocẽ clamoris lætanuũ, & uocẽ fletus populi. Cauſa hæc fuit, ut diceret dn̄s. Quis in uobis eſt derelictus q̃ uidit domũ iſtã in gloria ſua prima? & qđ uos uidetis hanc nũc? Nunqđ nõ ita eſt, q̃ſi nõ ſit in oculis ueſtris? Fiebat eĩ fere tẽplũ, dimidio minus q̃ fuerat prius. Hoc proſpiciẽs ſiue intẽdens, magna erit gloria domus iſtius nouiſſimæ, plus q̃ primę dicit dn̄s exercituũ & in loco iſto dabo pacẽ. i. peccatorũ remiſſionẽ dicit dominus exercituũ. Equidẽ Herodes tẽplũ illud, q̃ñ erat priore minus, depoſuit, & in antiquã magnitudinẽ reformauit, multis & magis ædificijs decorauit, ſed hoc nunq̃ dominus exercituũ pro gloria reputare ſit dignatus, qđ hõ funeſtus, rex impius opatus eſt exæquari uel etiã p̃ferri cõtendẽs regi magni opinionis, & ſapientiſſimo Solomoni. Gloria illa, gloria uera fuit loco uel tẽplo illi, ꝙ in eo deus hõ factus, offerri ẽ dignatus, ſecundũ cõſuetudinẽ legis dicẽtis: Quia oẽ maſculinũ adapiẽs uuluã, ſanctũ dn̄o uocabitur, & qđ in loco illo, in ciuitate illa, añ portas urbis, pomni mũdo crucifixus, pacẽ. i. peccatorũ remiſſionẽ dedit credentib⁹, & his q̃ prope erãt, Iudæis, & his q̃ lõge erãt Gẽtibus. Nũc illud dicere libet, qa quoꝝ in oculis domus q̃ fundebatur, ſic erat q̃ſi nõ eſſet, q̃ uiderãt illã in gloria ſua prima, flebãt uoce magna, uociferãtibus in lętitia iunioribus, q̃ priorẽ illã nõ uiderant, nonnullã ſimilitudinẽ p̃tulerũt eorũ, q̃ tempore euangelicæ p̃dicationis credentes, ex circunciſiõe grandẽ excitauerũt tumultũ, & eos q̃ crediderunt ex gentib⁹, turbauerũt, ſicut habemus in Actibus apoſtolorũ. Dom⁹ qppe nouiſſima ſic erat, quaſi non eſſet in oculis eorũ, in cõparatione eius, quã prius uiderũt. i. fides Chriſti, & ritus ſacrificii noui, ſacrificii ueri, cuius ipſe Chriſtus author eſt, ſacerdos inæternũ, ſcđm ordinẽ Melchiſedech, non ualere ad ſalutẽ illis uiſus eſt, niſi circuncliderentur, & omnem obſeruarent morem, quem tradidit Moſes. Sed quid dicit ſermo propheticus. Et nunc con-

CAP.II

1.Pet.2 Myſteriũ uuarũ meri ſenarij. Luc. 1

1.Eſd.3

Fortare Zorobabel, dicit dñs, & cõfortare Iesu filij Iosedech, sacerdos magne, & confortare oĩs populus terræ dicit dñs exercituũ, & facite qm̃ ego uobiscũ sum, dicit dñs exercituũ. Sicut dixit ita factũ ẽ, qm̃ cõfortat' ẽ oĩs, in q̃ erat dñs exercituũ, spũs paracletus, etem̃ discipuli gaudio et cõsolatiõe sancti spũs replebãtur, & in eo ꝙ quotidie crescebat, & augebatur credentiũ nũerus, fiebat quotidie, & fit, & fiet usq; in finẽ seculi, quod dictũ est, magna erit gloria domus istius nouissime, plus quã primę. Eiusdẽ glorię summũ erit illud quod ait. Ad huc unũ modicũ, & ego cõmouebo cœlũ & terrã, & mare & aridã, & mouebo oẽs gẽtes, & ueniet desideratus cunctis gentibus. Magna erit illa motio, glorioſa erit illius desiderati uisio. Hinc ipse dicit: Et erunt signa in sole, & luna, & stellis, & in terris pressura gentiũ præ confusione sonitus maris & fluctuũ, arescẽtibus hominibus p̃ timore & expectatiõe, q̃ superueniet uniuerso orbi. Nam uirtutes cœlorũ mouebuntur. Et tunc uidebũt filiũ hominis uenientẽ in nubib', cũ potestate magna & maiestate. Et tũc fine dubio plena & perfecta erit gloria dom' hui' nouissimæ Chri & ecclesiæ. Proinde cũ dixisset: & ueniet desideratus cunctis gẽtibus, ita subiũxit, & implabo domũ istã gl'ia, dicit dñs exercituũ. Interim gloria ndũ pfecta est, qa gloriamur (inqt Apl'us) nõdũ in re, sed in spe gl'iæ filiorũ dei. Ibi erit plen' fidei fructus, qa spũaliter egressi sumus de terra Aegypti, credentes in Christũ, et spũ scto in baptismate signati, hoc ipse promittẽs, uerbũ inqt, quod pepigi uobiscũ, cũ egredemini de terra Aegypti, & spũs me' erit in medio uestrũ. Videbitis sicut ẽ, uidebitis facie ad faciẽ, euacuato quod ex parte ẽ. Qđ toties repetit, dicit dñs exercituũ, nullũ legenti uel audiẽti parere debet fastidiũ, imo facere attentũ, docilẽ & beneuolũ auditorẽ, ut sentiat magnã esse q̃ audit, & dignã promissore deo remunerationẽ. L In uicesima quarta noni mẽsis in anno secundo Darij regis, factũ est uerbum domini ad Aggæum prophetam, dicens: Hæc dicit dominus exercituũ: Interroga sacerdotes legem dicens: Si tulerit homo carnem sanctificatam in ora uestimenti sui, & tetigerit de summitate eius panem aut pulmentum, aut uinum aut oleum, aut omnem cibum, nunquid sanctificabitur. Respondentes autem sacerdotes dixerunt: Non. Et dixit Aggæus: Si tetigerit pollutus in anima ex omnibus his, nunquid contaminabitur. Et respondẽrũt sacerdotes & dixerunt: Contaminabitur. Et respõdit Aggæus, & dixit: Sic populus iste, & sic gens ista ante faciem meam, dicit dominus, & sic omne opus manuum eorum, & omnia quæ obtulerunt ei, contaminata erunt. ¶Ecce hic tertio factum ad Aggæum uerbũ domini, pulchrum et delectabile fidei mysteriũ, sua interrogatione innuit, quod non nisi fidelis et euangelicæ gratiæ studiosus aĩaduertere possit. Deniq; ptima responsione qua interrogãti domino, siue prophetæ, si tulerit homo carnem sanctificatã in ora uestimenti sui, & tetigerit de summitate eius panẽ aut pulmentũ, aut unum aut oleũ, aut omnem cibum, nunquid sanctificabitur? Respondent sacerdotes: Non. Conuincunt et iudicant ex ore suo Iudæi cũ sacerdotibus suis, qđ ex lege nõ possunt iustificari. Quis em̃ fuit hõ, q sanctificatã carnẽ absconditã, et colligatã tulit in ora uestimenti sui, nisi Moses, q sacrosanctæ carnis et passiõis Chri sacramẽta sub uelamine legis abscondit? Hoc deniq; est, qđ in sancta ecclia ubiq; prædicat, qđ in oĩbus ecclesiis Apostolus, et oĩs docet discipulorũ Chri chorus, qa quicqđ cærimoniarũ in immolatiõe agni paschalis, et in cæteris Moses tradidit, aut scripsit, typus fuit salutiferę passiõis Christi. Itaq; dare legẽ eiusmodi sine dubio carnẽ sanctificatã fuit ferre in ora uestimẽti, et eiusdẽ legis litera, pplm in cib' et potibus instruere. Hoc fuit de sũmitate uestimẽti panẽ, aut pulmẽtũ, aut uinũ, aut oleũ, aut oẽm cibũ tangere. Sed nunqđ sanctificabitur qui ppiã taliũ tactũ de summitate uestimenti, cui' in ora caro sanctificata portat? Nõ, inquiũt sacerdotes legẽ sciẽtes, et qđ dicũt, uerũ est. Igitur nec uos ò Iudæi, nec patres uestri, de lege sanctificati estis, qa qđ est lex, nisi uestimentũ pãnus, cuius in ora caro sanctificata, caro Christi portat. i. figurat? ¶Secũda rñsione, q̃ interrogãti dño, si tetigerit pollutus in aĩa, ex oĩbus his nũqđ cõtaminabitur? rñdẽt sacerdotes et dicũt: Cotaminabitur, sine dubio cõuincunt et iudicant ex ore suo Iudęi cum sacerdotib' suis ꝙ tã imũdi sint, ut cõtaminet oĩs homo, quicũq; cõmunicat eorũ cærimoniis. Quis em̃ est pollutus in aĩa. i. in morte hominis, nisi Iudaicus ppl'is, q mediatorẽ dei et hominũ Iesũ Christũ occidit, & eundẽ nũc iste blasphemare nõ desinit? Igitur sic, inqt, popul' iste, & sic gens ista ante faciẽ meã dicit dñs, subauditur, nõ est sanctificatus ex lege, quã Moses dedit.

Ex lege iustificatio non est.

Cæremonię legis, figura christi.

Iudæi in anima polluti.

Sicus

pre multitudine hominũ et iumentorũ in medio eius et ego ero ei(ait dñs) murus ignis in circuitu,et in gloria ero in medio eius. ¶Magnũ gaudiũ angelorũ,magnum in his uerbis,iſtis pro re quæ accidit cœleſtibus ſpiritibus & terrenis homnib⁹,lęticiæ tripudiũ.Nã qa præualuit dñs exercituũ, & detritis cornibus regnorũ gentiũ, propoſitũ dei ad effectũ puenit,ut ædificaret Hierl'm,& in ea templũ nomini dñi. Gaudent angeli,& hoies nolũt eſſe participes gaudij ſui. Vere magna gaudẽdi ratio,ſed attẽdas non ſolũ tẽplũ illud manufactum,qd Zorobabel fundauit & pfecit,nec ſolũ ciuitatẽ illã,cuius muros Neemias cõſtruxit,detrito dũtaxat uno cornu regni Babylonici p fabrũ regni perfici, ſed tẽplũ non manufactũ & ciuitatẽ dei uiuẽtis Hierl'm cœleſtẽ,quæ detritis cunctis quatuor cornibus illis.nũc uſq; ædificat ut ciuitas(ut ait Pſalmiſta)cuius participatio eius in idipſum,cuius tẽplũ iamdudũ ædificatũ eſt,imò & Iudaica impietate ſolutũ fuit,et poſt triduũ excitatus eſt. Templũ aliud ciuitas illa nõ habet,nã templũ(ait Iohãnes) nõ uidi in ea,dñs em̃ omnipotẽs templũ illius eſt et agnus. Illuc ſine dubio tẽdit hęc pphetica uiſio,et inde gaudent angeli,q; tale cũ hominib⁹ tẽplũ ſemp ſint habituri,talẽ cũ hominib⁹ ciuitatotẽ ſemp ſint habituri.Quare aũt maxime tũc tẽporis uiſio p hac re demõſtrari debuit angelicæ cõgratulationis,niſi qa ciuitas illa terrena et templũ illud manufactũ,quæ tunc reædificari incipiebãt, quędã erãt inſtrumenta ſiue initia cœleſtis illius ciuitatis,Nã(ut ante iã dictũ eſt, de loco et ciuitate uel gẽte illa,iuxta pmiſſiones dei,Chriſtũ naſci oportebat,et inde iã tunc gaudium quia reædificato tẽplo et ciuitate illa ſanctorũ ſpes nõ peribat,& pmiſſio pmanebat. Vnde quomõ nunc gaudere geſtiunt. Ecce inqt uir, & in manu eius funiculus mẽſorũ,& funiculus ille alaciter quid ageret ſignificabat et ut amplius inquireret uidentẽ excitabat. Nec ille moratus,q̃,inqt,tu uadis? ut metiar(ait)Hieruſalẽ, & uideã quãta ſit latitudo ei⁹,& quãta lõgitudo illi⁹.Breuiter aſſeruit qd ędificatio non in incerto eſſet aut deberet differri. Nũquid aũt uir ille cui⁹ eſt funiculũ in manu habere,nõdũ ſciebat quãtæ lõgitudinis Hierl'm,et quãtæ deberet latitudinis eſſe? Si de ciuitate illa terrena ſiue manufacta q̃ritur, non magnũ erat illi uiro ſcire uel uidere,ſed nec ullus pphetarũ dignũ duxit ſcripto,ad noſtrã noticiã tranſmittere,quãta fuerit latitudo uel longitudo eius. Porrò de ciuitate cœleſti,cuius illa ciuitas quoddã exẽplar fuit,haud dubiũ eſt quin lõgitudinis et latitudinis mẽſor ſit ille uir cuius in manu funiculus ẽ,qui oĩs diuiſiõis gratiarũ cũ patre et æqualẽ ſpũ ſancto poteſtatẽ habet& hmõi dimẽſiões ita uidet,ut uidere faciat, nec quenq̃ lateat quãta debeat eẽ lõgitudo illius, quæ eſt fides,ſcz uſq; ad mortẽ,& quanta latitudo,quæ eſt dilectio,ſcz uſq; ad mortẽ. Nam eſto(inqt) fidelis uſq; ad mortẽ. Et maiorẽ hac dilectionẽ nemo habet, ut animã ſuã ponat quis pro amicis ſuis, & tãta quidẽ lõgitudo,tãta latitudo,tã in iſto ſeculo habẽda,ubi p fide mori qs poteſt,pro dilectione animã ſuã ponere poteſt. Sed in illo ſeculo quo cũ peruenerit neq; mors,neq; luctus,neq; clamor,neq; dolor erit ultra,qd erit longitudo & qd latitudo,niſi longitudinis & latitudinis huiuſce remuneratio? Hoc illi uiro uidere pfectionẽ erat oſtendere atq; pmittere. Ad hoc dictũ illi⁹ uiri,ecce,inqt,angelus q loquebat in me egrediebat, forte dimẽſiones illas inſpecturus. Docẽdus aũt erat ppheta ne hũano ſenſu acciperet id q; de latitudine & longitudine audierat. Alius ergo,inquit,angelus egrediebatur in occurſum eius & dixit ad eũ: Curre & loquere ad puerũ iſtũ dicẽs: Abſq; muro habitabitur Hieruſalẽ. Quæ cauſa,putas prophetã hic angelus puerũ appellat,niſi quia,ſicut iã dictũ ẽ, docẽdus erat? Eſt em̃ quædã ſenſus pueritia,quæ in iſto quidẽ nõdũ reprehenſibilis erat,qa non eũ audiẽdo uel uidẽdo talia multũ tẽpus habebat. Reprehendũtur autem in his q propter tẽpus eſſe deberẽt,& nõ ſunt pfecti ſiue magiſtri q̃lib⁹ apoſtolus. Quoniã, inqt,imbecilles facti eſtis,quib⁹ lacte opus ſit nõ ſolido cibo. Omnis em̃ qui lactis eſt particeps,expers eſt ſermonis iuſtitiæ,paruulus enĩ eſt. Perfectorũ aũt eſt ſolidus cibus eorũ qui pro conſuetudine exercitatos habent ſenſus. Hæc apoſtoli ſentẽtia pſenti q̃q; exemplo clarior fit. Videbat hic oculis eleuatis uirũ,cuius in manu funiculus menſorũ,& audierat eũ dicẽtẽ,ut metiar Hieruſalem & uideãt quãta ſit latitudo eius,& quãta lõgitudo illius. Si nõdũ aliud quid itelligebat in uiſu illo niſi terrenæ illius ciuitatis dimenſiões, profecto puer erat, puerilẽ ſenſum habebat, & interim uiſio quam uidebat,quia de terreno tantũ ædificio gaudebat, nõ ſolidus ille cibus, ſed quædam erat lactis alimonia. Recte igitur puer dictus eſt, ſed cito in uirum profi

Templũ non manufactum

Congratulatio angelorum

cere habebat ꝑsenti magisterio cœlestiũ spirituũ dicẽtiũ. Absq; muro habitabit Hierusalẽ præ multitudine hoim & iumẽtoꝝ in medio eius, & ego ero ei (ait dñs) murus ignis in circuitu, & in gloria ero in medio eiꝰ. Est em̃ sensus: Hierusalẽ q̃ per nos ædificat, quã per semetipsum uir iste metitur, muro manufacto non circundat, sed tota spũalis est ædificatio eius.

Dominus murus eius. Dñs ipse murus eius, murus ignis in circuitu, per q̃ ciuitas illa quã firma sit satis innuitur. Cũ em̃ scriptũ sit, sicut fluit cera à facie ignis, sic pereãt peccatores à facie dei. Quis ibi hostẽ timebit? qs de inimico solicitꝰ erit? Ergo qđ in Psalmo de hac ipsa Hierlm dictũ ẽ: mõtes in circuitu eius, & dñs in circuitu populi sui, magnifice ꝑsens locus illustrat ei, q sensum excessit pueri. Quod deinde ubi dixerat, ego dñs murus ignis in circuitu, subiũxit, & in gloria ero in medio eius. Itidẽ lõge supra sensum pueri est, qa uidelicet nõ sicut homo localis & terrenus in medio hoim localiũ & terrenoꝝ, sed sicut deus creator spirituũ in medio erit angeloꝝ & hominũ in tẽplis cordiũ, in domibꝰ quæ ipsa corpora sanctoꝝ & animaꝝ pręcordia sunt

Iudæi, pueri centũ annorũ sunt. quod quale est uel erit, oculus non uidit & auris non audiuit, & in cor hominis non ascendit. ¶ Pueri quidã qui nũquã ꝓficiũt, pueri cẽtũ annoꝝ, istud q̃ hic dictũ est, absq; muro habitabitur Hierusalẽ præ multitudine hominũ & iumẽtoꝝ in medio eius, putant carnaliter esse uentuꝝ, uidelicet quod Hierusalẽ tantã beatitudinẽ habitura sit, ut præ multitudine hominũ & iumẽtoꝝ omniũ murũ habere nõ possit, sed domini defensio murꝰ sit ipsius & illius in medio habitãtis gloria perfruatur. Ad puerũ huiusmodi, puerũ centũ annoꝝ qui moritur est maledictũ, ppꝛus em̃ Iudaicus est, nõ currit neq; mittitur angelus ut ad eũ loquat, nec enim audire aut secũdũ sensum senũ intelligere vult. Nos aũt cũ isto puero, qui audiendo & intelligendo ꝓfecit in uirũ, sic intelligimus q̃ dictũ est præ multitudine hominũ & iumẽtoꝝ in medio eius, absq; muro habitabitur, ut nũc manifeste oculis apertis uidemus. Quis em̃ regũ aut imperatoꝝ tã magnũ siue tã amplũ potuisset facere murũ, q cõcluderet orbẽ terraꝝ? Nisi aũt concluderet orbẽ terraꝝ, non posset ambire Hierusalẽ istã scilicet ecclesiã, qa uidelicet in toto diffusa est orbe terrarũ. In ea dicuntur homines q spũalia sapiũt, iumenta uere q simpliciter sapiũt, iuuãt aũt eos qui cũ sint spũales, sua spũalia seminant illis, & eoꝝ carnalia metũt. Et hic quidẽ in pręsenti seculo talis Hierusalẽ pegrina pars cęlestis Hierusalẽ, iccirco absq; muro habitabitur, qa nõ uno in loco, nõ in una gẽte cõtinet, sed (ut iã dictũ est) p orbẽ terrarum diffunditur. In illo aũ seculo quo hinc quotidie transfertur, multo maxime nec est nec esse debet aut ꝑt murus in circuitu eius, nisi domin⁹ qui & in gl'ia erit in medio eius. Sequit. **Lo fugite de terra aquilonis dicit dñs, quoniam celi dispersi vos dicit dñs o Sion fuge que habitas apud filiã Babylonis, quia hec dicit dñs exercituum: post gloriã misit me ad gentes que spoliauerũt vos. Qui enim tetigerit vos, tãgit puptilã oculi mei. Quia ecce ego leuo manũ meã sup eos, z erũt prede his qui seruiebãt sibi z cognoscetis, quia dñs exercituũ misit me.** Quã oportune quãsapienter spũs sanctus dũ senibus loquatur, & senili auditoris animo delectetur, interim puero blandit, qualis uero tutos tũc erat populꝰ qui de Babylonica captiuitate reuertebat, cuiꝰ sensum supgredi uolebat istũ, quẽ appellabat angelus puerũ, dicens: curre & loquere ad puerum istũ. Nã puero centenario de quo iã dictũ est nequaquã blanditur, sed dicit ei qa morietur. Quomodo uel ad qđ blanditur illi puero, id est, simplici populo? Videlicet ita loquendo, ut sentiat talis puer sese diuina inuitatione reuocari dẽ Babylone ad reædificandã ciuitatẽ uel templũ, cuius reædificatio (sicut iam dictum est) pręparatio erat salutis humanæ. Puer erat quisquis nihil aliud præter restitutionem loci & gentis sperare sciebat, quenq; saltẽ hoc exiguum delectabat. Vir aũt imò & senex erat, quisquis loci illius restitutionem non propter ipm locũ, sed ꝑpter eũ q inde uenturꝰ erat scilicet Christũ desiderabat. Vocatiuũ casum cõgeminans, ò ò fugite (inqt) de terra aquilonis, itemq; tertio, o Sion, fuge quæ habitas apud filiã Babylonis. Fugite de terra aquilonis, idẽ est, quod fuge quæ habitas apud filiã Babylonis. Plagæ nãq; orbis quas Græci appellant Clymata iuxta situ Hierusalem intelligũtur & templi, & iuxta situ illius Babylon, apud quã captiuus erat dei populus, in parte est aquilonari. Hoc ergo qđ dicitur o o fugite o Sion fuge, sic intelligitur, sensu quidẽ puerili, sed nõ inutili. Ecce qũo pęnitet dominum mali quod fecit nobis, quomõ dolet sup ciuitate inclyta & templo nobili, in qua sola ciuitate glorificabatur, in quo tẽplo vnico nomẽ eius inuocabatur

Clymata secũdũ situm Hierusalem

batur. Nec mirũ, magnũ em̃ illic erat nom̃ eius, magnus honor impẽdebatur nomini eius Cyrus nos illuc redire nõ cõpulit, sed tantũmodo radeundi licentiã dedit. Quis est in uobis (ait) de uniuerso populo dñi cœli? Sit deus illius cũ ipso, et ascẽdat Hierusalẽ quę est in Iude & ædificet domũ dñi dei sui Israhel. Quantopere nos inuitat, ut properanter uelimus exire de terra ista, terra Babylonis immũda, dũ dicit, ò ò fugite de terra aquilonis, ò Sion fuge, q̃ habitas apud filiã Babylonis, & quantũ pœnitet eũ de his q̃ passi sumus, q̃ em̃ deinceps tetigerit nos, tanget pupillã oculi eius, & prædæ nobis erũt hi, qbus seruiebamus, id est, capti uos ducemus eos, q̃ captiuos duxerũt nos. Iste sensus (ut iã dictũ est) puerilis quidẽ est, sed utilis, qa quomodocũq; factũ sit, factũ est ut restrueret locus & gẽs unde salutẽ mũdo Christũ oportebat nasci, ¶ Sensus tanto utilior quãto solidus cibus lacte melior existit, in discipulis Chri est. Primo, ipsa q̃ hic loquitur p̃sona, cognoscẽda est. Vnde cognoscet? Nimirũ ex eo qđ ait dñs exercituũ, post gloriã misit me ad gẽtes q̃ spoliauerũt uos, itẽq; & cognoscetis quia dñs exercituũ misit me, lauda & lætare filia Sion, quia ecce ego uenio & habitabo in medio tui ait dñs. Quis ẽ iste dñs exercituũ, quẽ post gl̃iam misit dñs exercituũ. Quis inquã, nisi dñs filius dñi patris? Filiũ nãq; dñm & deũ, qđ iuste credimus & fidel̃r cõfitemur misit in hunc mundũ post gloriã pater deus & dñs. Quã post gloriã? Nimirũ post gloriam diuinitatis longe & infinite post q̃ erat in forma dei, Quod nõ est aliud q̃ in gloria dei, hinc Ap̃lus dicit: Qui cũ in forma dei esset, nõ rapinã arbitratus est esse se æqualẽ deo, sed semet ipsum exinaniuit formã serui accipiens &c. Itaq; dictũ hoc propheticũ gratũ & gratiosum nobis sit, qa fidele est testimoniũ dñi nostri Iesu Christi, nõ solũ quidẽ, sed de multis unum pulcherrimũ atq; clarissimũ. Igitur ab isto loco illuc se intẽdat aĩus, quo post detrita (ut iam dictũ est) cornua gentiũ, uictor propositi deus, promissum suũ impleuit, & iusiurãdũ quod iurauit ad Abrahã patrẽ nostrũ, datus̃ se nobis mittẽdo in hũc mundũ filiũ suæ charitatis, propter nimiã charitatẽ qua deus mundũ dilexit. Hic pulcherrimus est ordo prophetiæ q̃ tenus post reuersionẽ eius ad Hier̃m in misericordi̇̃s, qbus domus eius ædificata est in ea, & post detritionẽ regnor̃ quatuor, q̃ per quatuor cornua significat sunt, & p̃ quæ sibi succedentia, draco diabolus insectando pp̃m illũ, promissionis effectũ auertere nitebatur, uenisse, qui promissus fuerat cõsideretur, & dicta hæc, ò ò fugite de terra aquilonis &c. tanquã p̃sentis eius uoces audiant. Quid em̃ est aliud, fugite de terra aquilonis, siue fuge Sion quæ habitas apud filiã Babylonis, q̃ hoc initiũ eius euangelicæ p̃dicationis: pœnitetiã agite, appropinquabit em̃ regnũ dei. Deniq; incredulũ est & cordis impœnitẽtis, hoc est, pmanere in terra aquilonis, uenti utiq; frigidi, per quẽ diabolus solet in scripturis figurati, & econtra, fugere de terra aquilonis, hoc est, credere, & pœnitentiã agere cũ spe perueniendi ad regnũ dei. Item, habitare apud filiã Babylonis, hoc est seruire uici̇̃s & cõcupiscenti̇̃s: & ecõtra, fugere de habitatione Babylonis, hoc est, cessare ab eisdem uiti̇̃s & cõcupiscẽti̇̃s. Duæ causæ quas hic posuit, qm̃ in quatuor uentis cœli dispersi uos, quia post gloriã misit me ad gentes quæ spoliauerũt uos, unã rationẽ faciunt, & illius unius cõtinent sensum, quã Euangelista scripsit, qa Iesus morturus erat, ut filios dei, qui dispersi erãt, cõgregaret in unũ. Ratio hæc sic in isto diuisa est, ut omni habenti aures audiendi, prima parte timorẽ incutere sequente dilectionẽ insinuare uelit. Dũ em̃ p̃missio, fugite de terra aquilonis, quod est dicere, nolite cordis esse impœnitẽtis, subiungit, qm̃ in quatuor uentis cœli dispersi uos, oportuno timore cõcutitur attentus auditor, si tñ intelligit, quo uel ob quã causam facta sit illa dispersio, qua sparsim mixtimq; inter malos & reprobos electi nascũtur in hoc mũdo, q̃ simul esse & soli nasci debuissent in paradiso. Cũ itẽ p̃misso, ò Sion fuge quæ habitas apud filiam Babylonis, subiungit, quia post gloriã misit me ad gentes. Magna dilectionis dei offertur occasio, consideranti quod ueraciter dictũ sit: quam bonus Israel deus. Quia uidelicet sic dilexit mundũ, ut filiũ suũ unigenitũ daret, ut omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat uitã æternã. Et q̃ bonus sit idẽ unigenitus, qui cũ in forma dei esset, propter nos accepit formã serui, atq; post gloriã claritatis quã habuit apud deũ prius q̃ mundus fieret, saturatus est opprobri̇̃s, dans percutienti maxillã, & factus est obediens usq; ad mortẽ, mortẽ aũt crucis & qui misit, & qui missus est, dñs exercituũ est, testatur p̃sens locus scripturæ ueritatis. Nã ne forte quis nõ audierit, non contentus fuit semel dixisse de isto, qui post gloriã missus est,

Sensus mysticus.

Fugere de terra aquilonis, est pœnitentiam agere.

quod dñs sit, sed tertio repetiuit, dicit dñs: Pauculis dictionibus interiectis, & de illo q̃ misit secũdo asseruit quod dñs exercituũ sit. Iam quippe semel dixit, iste dñs qui missus est, & cognoscetis quia dominus exercituũ misit me, & paucis interiectis, iterũ dicturus est filiæ Sion, & scies quia dominus exercituũ misit me ad te. Interea uide q̃ sapienter q̃ mira arte sapientiæ, puerũ illũ supradictũ capit, scilicet populũ illius tẽporis, qui sperare nesciebat tale quid, qui nõ posset uesci tam solido cibo tantæ promissionis, & iccirco oportebat eũ lactari lacte literali quod est huiusmodi. Cũ dixisset: Post gloriã misit me ad gentes, addidit, quæ spoliauerũt uos, & subiunxit, qui eñ tetigerit uos, tanget pupillã oculi eius, siue oculi mei, quia ecce ego leuo manũ meã super eos, & erunt prædæ his qui seruiebant sibi, hoc eñ littera sonat, quod talis deberet rerũ mutatio fieri, ut reuersi de Babylonia captiuitate, multiplicati atq; roborati, præsente cũ eis dño irent super Babylonios & cæteras gentes, à quibus fuerant spoliati, & uersa uice spoliarent eos, cederentq; sibi in prædã hi, quibus seruierant ipsi eodẽ genere uel modo prædæ siue seruitñ. Bonis nobis error pueri, siue sensus puerilis, & cunctis profuturus seculis, quia uidelicet tali spe alacriores effecti, reuersi sunt & ædificauerunt, & scripturã, quæ utiq; pro nobis gentibus facit quasi cõtra nos agentẽ, nobisq; cõtraria ꝓmittentẽ, maiorẽ cũ fauore susceperũt & custodierũt tanquã, ut scripturã ut uere est diuinæ authoritatis. Deus aũt qũo cogitauit, ita & fecit, leuauit manũ suã super gentes, q̃ spoliauerũt Iudæos, ornatus ciuitatis & tẽpli & q̃bus seruierũt & seruiũt Iudæi, quarũ gentium maxime fuere Romani: & ecce ipsi sunt prædæ Iudæis scz apl'is, qui utiq; sunt ex Iudæis. Quomodo gẽtes siue Romani p̃dæ sunt apostolis? Nimirũ eo modo quo piscatoribus piscículi, Sic eñ quisbusdã eoꝝ quãdo uocauit eos, dixit: Venite post me, & faciã uos fieri piscatores hoim. Isti sunt & quicq; similes illis, quos qui tetigerit, tãget pupillã oculi mei, nõ ut ego cæcus fiam, sed ut cæci sint ipsi qui tetigerunt, & ego abscondã faciẽ meã ab eis quomodo abscondit & auertit quis, ictũ uitans aduersarñ insidiantis, pupillã oculi sui. Sequitur **Lauda & lætare filia Sion, q̃ ecce venio & habitabo in medio tui, ait dominus, Et applicabuntur gentes multæ ad dominum in die illa, & erunt mihi in populum & habitabo in medio tui, & scies q̃ dominus exercituum misit me ad te. Et possedit dominus Judam partem suam in terra sanctificata, & elegit adhuc Hierusalẽ. Sileat omnis caro a facie domini, q̃ consurrexit de habitaculo sancto suo.** Sicut iam ante prælibauimus, bis ab ista persona domini exercituũ, quę hic loquitur, dictũ est, Dominus exercituum misit me, quia dicturus, lauda & lætare filia Sion, sic præcedentia finierat & cognoscetis quia dominus exercituũ misit me, & ecce iterũ præmisso, & habitabo in medio tui, subiungit, & scies quia dominus exercituũ misit me ad te. Pulchrũ hoc & considerationẽ dignũ est, quia profecto filiũ, qui reuera dominus exercituũ est, misit pater sine dubio dominus exercituũ, misit spũs sanctus ueraciter dominus exercituũ, Duæ personæ patris & spũs sancti unã personã filij miserunt, sic apud Esaiã ipse loquitur, & nũc dominus misit me, & spũs eius. Nimirũ quãdo beata uirgo Maria, nunciante angelo, cõcepit, nunc filium dominũ exercituũ, & pater dominus exercituũ misit & spũs sanctus dñs exercituũ misit eũ in uterũ eiusdẽ uirginis. Pater, quẽadmodũ ipse dicit: Eructauit cor meũ uerbũ bonũ. Spiritus sanctus quẽadmodũ angelus ad Mariã: Spiritus sanctus (ait) superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi: & ad Ioseph, quod eñ in ea natũ est de spiritu sancto natum. Super hoc lauda & lætare filia Sion ait dominus ipse qui missus est, deus ex dei patris generatione, & homo ex sancti spiritus operatiõe, quia ecce ego uenio & habitabo in medio tui. Quid est in medio tui? nisi in cõmunione naturæ tuæ, cũ substantia ueræ carnis: Nam uerbũ caro factũ est, & habitabit in nobis. Ergo in medio tui, hoc est præter peccatũ oĩa suscipiens quæ sunt tuæ conditionis: primo nouẽ mensibus habitans in hospitio uentris fœminei, deinde in cunabulis, imo in præsepi inuolutus pannis, circũcũsus, & ad templũ deportatus, cũ hostia legali, & per annos triginta patiens omnia quæ sunt humanæ fragilitatis, præter peccatũ (ut iam dictũ est) modis omnibus inuẽtus est homo, & mortis quoq; experimẽto. Vere magna materia laudationis & lætitiæ talis aduentus, & talis domini cohabitatio. Quamobrẽ & ita præmisit, lauda & lætare filia Sion. Omnis anima quæ tantũ bonũ per fidem speculando mereris dici & esse Sion. Anima Iohannis uere filia Sion, prima lætata est,

post illã

poſt illã lætitiæ matrẽ, cuius in medio, cuiº in utero iã hic dñs habitabat. Vnde & laudabat in lætitia, lætabatur in laude, dicendo: Magnificat aia mea dñm, & exultauit ſpũs meus in deo ſalutari meo. Poſt eã prima laudauit & lætata eſt anima Iohannis. Ecce enim (ait) Elizabeth ex quo facta eſt uox ſalutatiõis tuę in auribus meis, exultauit in gaudio infans in utero meo. Vbi tempus loquendi afficit illius lætitiæ, cauſam pulchra cũ laude taliter deprompſit. Qui habet ſponſam, ſponſus eſt, amicus aũt ſponſi, qui ſtat & audit eũ, gaudio gaudet propter uocem eius. Hoc ergo gaudiũ meũ impletũ eſt, quod deinde dicit dñs: Et applicabuntur gentes multæ ad dñm in die illa, & erunt mihi in populũ, manifeſtũ atq; perſpicuũ eſt, quia uidelicet ex quo dies iſta illuxit, uel tẽpus aduenit, de quo in Eſaia dñs: in tempore placito (inquit) exaudiui te, & in die ſalutis adiuui te, Apoſtolus autẽ ſuccinit: ecce nunc tẽpus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis, & ex eo gentes multæ applicantur ad dñm, & ſunt ei in populum. Porro ante diẽ hanc, notus tm̃ in Iudæa deus, in Iſrael magnũ nomẽ eius, & recte aliæ quoq; gentes applicantur ad dñm, & ſunt ei in populũ, licet inuideant & indignentur Iudæi, qui ſibi uidentur ſoli eſſe filia Sion, & non pertinẽt ad filiam Sion. Quid enim? an Iudæorum deus tantũ? nonne & gentiũ? imò & gentium. Et habitabo (inquit) in medio tui, ſcilicet ſecundo aduentu, nõ quomodo primo aduentu uenio, ſicut iam dixi, ut habitem in medio tui. Primo nanq; paſſibilis atq; mortalis atq; iudicandus. Secundo impaſſibilis atq; immortalis deus iudicũ dominus, habitabo in medio tui. Primæ habitationis in medio tui fructus hic eſt, ut applicentur gentes multæ ad dominũ, ſequentis habitatiõis erit effectus quẽ Iohannes dicit: Scimus quia cum apparuerit, ſimiles ei erimus, quoniam uidebimº eũ ſicuti eſt. Illud uidere, perfectum erit ſcire, de quo hic ait: & ſcies quia dominus exercituum miſit me ad te. Quid porro ſibi uult? quod cum dixiſſet: & applicabuntur gentes multæ ad dominum, & erunt mihi in populum, ſubinngit atq; ait: & poſſidebit dominus Iudam partẽ ſuã in terra ſanctificata, & eliget adhuc Hieruſalem? Nimirum quia faciendum, & huic erat, quod prophetis alijs iubetur, ſcilicet claudere ſermonem, ligare teſtimonium, quia uidelicet ſic expediebat, nec enim portare potuiſſet homines, ſi manifeſte diceret illis deus, id quod intendebat. Ecce illud quod dixerat, & applicabuntur gentes multæ ad dominũ, ſubtegit dicendo: Et poſſidebit dominus Iudam partem ſuam, quo nomine, quoniam Iuda interpretatur confeſſio, cum ſignificentur omnes gentes Chriſtum confitentes, putare poterat ille populus Iudæ, qui hæc audiebat, quod qualicunque modo applicandæ forent ad dominum multæ gentes, tamen ipſe ſolus domini pars eſſe deberet, quæ exiſtimatio nihil propoſito dei nocuit aut nocet, imò prodeſt, quia dum illi benevoli fuerunt, ſcriptura nobis cuſtodita eſt. Senſus hic eſt, Iudam partẽ ſuã, id eſt, eos qui præordinati ſunt ad uitã. qui ſecundũ propoſitũ uocati ſunt ſancti, quos præſciuit & prædeſtinauit cõformes fieri imaginis filij ſui, qui omnis Iuda, Idẽ credentes atq; cõfitẽtes ſunt, & pars domini ſunt, poſſidebit dominus in terra ſanctificata, in terra uiuentiũ, ubi quod eſt, totũ ſanctum eſt, & ita poſſidebit ut nullus deſit de numero eorũ, & quia non ſufficiunt qui de iſta terrena Hieruſalẽ illuc aſcendũt, adhuc eliget de alijs quoq; gentibus, aſſument qui ſint Hierm̃. Nonne in his quę dicta ſunt, merito cõfortentur manus diſſolutæ, & genua debilia roborentur? Nonne merito dicant puſillanimis, confortamini & nolite timere? Sequitur ergo. **Sileat omnis caro a facie domini, quia conſurrexit de habitaculo ſancto ſuo:** Ac ſi dicat: Sileãt quatuor cornua, quæ uentilauerũt Iudam & Iſrahel & Hierm̃, ſileant omnes qui regnare præſumpſerunt, domino neſciẽte, domino nõ probante, quia caro ſunt Aſſyrij cũ Babylonijs Perſæ cũ Mœdis, Macedones ſiue Græci, Romani terribiles & ut uidebatur ferrei. Sileãt (inquã) á facie domini, quia conſurrexit de habitaculo ſancto ſuo: qa throni eius poſiti ſunt & iudiciũ ſedit, & iudicatum eſt interfici beſtias cornutas, & auferri poteſtatẽ eorũ & dari poteſtatem & honorem & regnũ, filio hominis uenienti in nubibus cœli, ut ſuſcipiant regnum ſancti dei altiſſimi, quibus inſultabant regnãtes beſtiæ, tanquam peregrinis atq; captiuis, & obtineant regnum uſq; in ſeculum, & ſeculum ſeculorum.

¶ Finis libri primi in Zachariam.

Rupert.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN ZACHARIAM PROPHETAM COMMENTARIORVM Liber Secundus.

HAbemus, inqt Apostolus Petr⁹, firmiorē ꝓpheticū sermonē cui bene facitis, attēdētes tanq̄ lucernæ lucēti in caliginoso loco, donec dies illucescat, & lucifer oriatur in cordibus uestris. Dulce est auditu, dulcius experimento, qđ ꝓpheticus sermo lucerna ardēs & lucēs sit, quā utiq; spūs sctūs Chīsto suo parauit. Vñ uideri possit ille in hac nocte ꝑ speculū in ænigmate, donec illucescat ille dies, in quo uidēdus est facie ad faciē æternā uisiōe. Hæc intētio nostra sit ut in lumine huiꝰ lucernæ nō ad horā, sed ad æternā eiusdē Christi gloriā exultare uelimus, cuius exultatiōis hoc initiū est, ut ꝓphetica testimonia meditātes, ex parte sciamus, & nos quoq; ex parte ꝓphetemꝰ, donec ueniat q̄d pfectū est, & qđ ex parte est euacuetur. Cum hac simplicitate oculi, nūc usq; progressi, lucidū persequamur ordinē huius prophetiæ, reuera lucētis lucernę, cuius in lumine corde & ore dignū sit exultare omni aiæ, q̄ Chīi claritatē nō ficta diligit charitate, & spe nostra hæc sit, quā sapiētia ꝓmittit, qa de fructu oris sui hō satiabit bonis. Magnæ & pulcherrimę uisiōis pars a liquāta decursa ē, ucz ab eo q̄d ait: uidi p noctē, & ecce uir ascēdēs su p equū rufum, usq; ad id: Siliet oīs caro à facie dñi, qa cōsurrexerit de habitaculo sctō suo, in q̄ ucz parte illud cōsiderandū est, qa frustrata sunt pugnātia cōtra deū regna mūdi, & illis ꝓtr missis, nascēte Christo uenit regnū dei. Post hæc seqtur. ℒ Et ostēdit mihi Jesum sacerdotē magnū, stantē coꝝ angelo dñi, ⁊ Satan stabat a dextris eiꝰ, vt aduersaret ei. Et dixit dñs ad Satan: Increpet dñs in te Satan, ⁊ increpet dñs in te qui elegit Hierusalē. Nūquid nō iste torris est erutus de igne? Et Jesus erat indutus vestibus sordidis, ⁊ stabat ante faciē angeli, Qui rndit, ⁊ ait ad eos qui stabāt coꝝ se, dicēs: Auferte vestimēta sordida ab eo, ⁊ dixit ad eū: Ecce abstuli a te iniquitatem tuā, ⁊ indui te mutatoriis, ⁊ dixit: Ponite cidarim mundā super caput eiꝰ. Et posuerūt cidarim mūdā sup caput eiꝰ, ⁊ induerūt eū vestibus. Et angelus dñi stabat, ⁊ cōtestabatur angelus dñi Jesum, dicēs: Hec dicit dñs exercituū, Si in vijs meis ambuleueris, ⁊ custodiā meā custodieris, tu quoq; indicabis domū meā, ⁊ custodies atria mea, ⁊ dabo tibi de bis ambulantes, qui nunc bis assistūt, audi Jesu sacerdos magne, tu ⁊ amici tui, qui habitāt coꝝ te, qz viri portendētes sunt, Ecce enim ego adduco seruū meū oriētē, qz ecce lapis quē dedi coꝝ Jesu, sup lapidē vnū septē oculi sūt. Ecce ego celabo sculpturā eiꝰ, ait dñs exercituū, ⁊ auferā iniquitatē terre illiꝰ in die vna. In die illa, dicit dñs exercituū, vocabit vir amicū suū, subter vineā ⁊ subter ficū. ℐn ꝓcedētibꝰ dicēdo: post gloriā misit me ad gētes, & ecce uenio & habitabo in medio tui &c. Dñicæ incarnatiōis significat mysteriū, in pūtibus tentatiōnū & passiōnis eiꝰ subrutilat sacramētū, in sequētibus ueroresurrectiōis eius triūphale gaudiū, ubi post hæc ꝓpheta mox dicturꝰ est. Vidi, & ecce candelabrū aureū totū, &c. Et oñdit mihi (inqt) Iesum sacerdotē magnū. Hebræi (inqt beatus Hieron.) Iesum sacerdotē magnū filiū Iosedech intelligi uolunt, q cū Zorobobel populo p̄fuit, cuiꝰ aduersarius à dextris stabat, & nō à finistris, qa uera erat accusatio, eo q̄ & ipse cū cæteris alienigenā accepisset uxorē, qđ in Esdra & Malachia, q hūc prophetā seqtur pleniſſime scriptū est. Nostri aūt (ait) it a differūt sacerdotē esse magnū, ad quē dicitur, Tu es sacerdos inæternū scđm ordinē Melchisedech q qm̄ per se uideri nō p̄t, à dño ꝓphetæ ostēditur, stās coꝝ angelo dñi, quē uolūt n agni cō filiū esse angelū, nō qđ alter & alter sit, ut duas personas recipiamꝰ in filio, sed q̄d unus atq; idē & quasi hō sordidatus oñditur, & quasi angelus mediator dei & hominū apparere dicatur. Iuxta hunc sensum, hoc (ait) uidetur esse difficile, quod Iesu ab angelo dicitur: si ambulauerit in uijs dñi, & eius p̄cepta seruauerit, ipse quoq; iudicet domū eius & custodiat atria illius, & det ei

& det ei dominus ambulantes de his qui aſſiſtant ei. ¶ Nos uero poſtremi non ab re mirã-
mur, ſi inter doctos ſcrupuloſa unquã concertatio, prore huiuſmodi, cũ uiſio ſit noctis, quia
ſic incœpit. Vidi per noctẽ, &c. ⌊In uiſionibus nanq; non ipſa perſona ſiue ſubſtantia cuius
cunq;, ſed ſimilitudo ſiue imago perſonæ uel ſubſtantiæ ſolet apparere, ſiue hominis ſiue al
terius cuiuſlibet rei, præter ſpirituales ſubſtantias, ut ſunt angeli. Itaq; ſicut in hac ipſa uiſio
ne quatuor cornua & ſicut in uiſione Danielis quatuor beſtiæ, nõ ipſa quatuor regna, ſed
quatuor regnoꝝ quædã imagines fuere, ita hic Ieſus, neq; ſubſtantia dñi noſtri Ieſu Chriſti
qui ſecundũ hominẽ nondũ exiſtebat, neq; ille Ieſus filius Ioſedech illius temporis pontifex
erat, qui cũ homo eſſet & corpus, qũo in uiſu noctis apparere poterat? Imago erat hominis,
quæ uidebatur, quædam ſimilitudo duntaxat ſufficiens miniſterio prophetico, ad ſignificã
da illa quæ de domino noſtro Ieſu Chriſto iã tunc ſignificari tempus uel ratio poſtulabat.
Quòd ſi quærat quis, cur in ea ſimilitudine potius q̃ in alia ſignificari hic placuerit: ſcire de
bet, quia cunctos fere ſanctos & probos antiquoꝝ temporꝝ uiros, qui uenturo regno dei
proprio labore aliquid contulerunt, ſpũs ſanctus eiuſdẽ regni dei myſteriis ſic honorauit,
ut aliquã qualemcunq;, ſinguli proferrent ſimilitudinem regis, regni dei domini noſtri Ieſu
Chriſti. Hinc eſt quod in illis hominibus ſanctis, tanta conquiſita & inuenta ſunt à ſanctis
doctoribus geſta uel dicta in typũ eiuſdem domini, qualiũ de præcipuis fuere Iſaac, Ioſeph
& Dauid, & Salomon, q̃ diu in ſapientia uigilauit. Iſti duo, Zorobabel filius Salathiel, & Ie
ſus filius Ioſedech, multũ in hac parte omni mundo profuerunt ſiue contulerunt, quia uide
licet in reuerſione de Babylonia principes extiterunt, templumq; fundauerunt & perfece-
runt, loco uel genti recuperandæ ſtudentes, unde ſalus ueniret, quia ſalus ex Iudæis eſt. Ho
norauit igitur eos ſpiritus ſanctus, ut in nominibus uel figuris eoꝝ, uenturi Chriſti myſte-
ria ſignificarentur, pro eo q̃ eius aduentu uel regno labor & opus eoꝝ famulabatur. ¶ His
aũt præmiſſis, nunc præſentia uiſionis dicta uel acta ordine perſequamur. L Et oſtendit
mihi Ieſum ſacerdotẽ magnũ ſtantẽ coram angelo domini, & Satan ſtabat a dextris
eius, vt aduerſaretur ei. ⌋ Quid illud ſignificauerit, in eadem uiſione mnuitur his uerbis:
Audi Ieſus ſacerdos magne, tu & amici tui qui habitant coram te, quia uiri portẽdentes ſunt.
Ecce enim ego adduco ſeruũ meũ orientẽ &c. Itaq; Ieſus ille, quẽ uel cuius ſpeciẽ ſiue ima-
ginẽ uidebat in nocte, ſtantẽ coram angelo domini, portentũ fuit ſerui dei, ſerui (in quã) illius
nomine orientis, q cũ in forma dei eſſet, propter nos ſemetipſum exinaniuit, formã ſerui ac
cipiens, unde & recte dicitur ſeruus dñi, quia propter nos ſeruiuit, & obediens fuit uſq; ad
mortem, mortẽ aũt crucis. In illa forma ſerui ſtare habebat ſacerdos magnus coram angelo
domini, Minuiſti eñ (ait) paulo minus ab angelis. Minoritatem illam hæc dictio pulchre
innuit, ſtantẽ coram angelo domini, pulchrius aũt & uenerabilius illud in euangelio: quod cũ
factus in agonia prolixius oraret & ſudaret ſudorem ſanguineũ, apparuit illi angelus de cę
lo confortãs eũ, maior utiq; minorẽ, utpote nunquã moriturus cõtinuo moriturꝝ. Quod in
illo uiſu Satan ſtabat à dextris Ieſu ut aduerſaretur ei, hoc eſt, quod talis iſte ſeruus de ſemet
ipſo dixit: Venit enim princeps mundi huius, ſubauditur, quærens in me ſuum aliquid. Sta
bat ut aduerſaretur, nec tamen dictum eſt, quod aduerſatus ſit ei, uel aduerſari potuerit, quia
uidelicet ſic futurꝝ erat, ut ad ipſum quidẽ ueniret princeps mundi, ſed in me (inquit) nõ ha-
bet quicq̃. Stabat, nõ à ſiniſtris, ſed à dextris, quia uidelicet ſic futurꝝ erat, ut in iſto nihil ſini-
ſtrũ, ſed totũ dextrũ, id eſt, nihil malũ, ſed totũ eſſet bonũ. Itaq; ſtabat à dextris, quia nulla e-
rant ſiniſtra uidelicet hoc intendens, ut de dextris faceretur ſiniſtra, ut peruerteret quæ dixe
rat quæ fecerat bona, ſicut narrat Euangelica ueritatis eius ſcriptura. Accuſabat enim tan-
quẽ malefactor cum eſſet benefactor. Sic olim idẽ Satan ſtabat à dextris Iob, ut peruerteret
eius bona, cũ diceret: nũquid fruſtra Iob timet deum? &c. L ¶ Et dixit dominus ad Sa-
tan: increpet dominus in te Satan, & increpet dñs in te qui elegit Hieruſalem. ⌋
Cur nõ dixit, uade Satan, ſiue deſine aduerſari Satã? Videlicet, qa multũ profuturus erat ſic
aduerſando Satã, nõ ſolũ ut exẽplũ patiẽtiæ eſſet nobis, ad q̃ informamur, dicente Iacobo
apoſtolo: patiẽtiã Iob audiſtis, & finem domini uidiſtis, uerũtamẽ ut mundũ redimeret illa
patientia ſaluatoris, illa paſſio redẽptoris. Igitur increpet, ait dominus, in te Satan, id eſt, aſſi-
ſtas quidem, ſed non uſq; ad plenam uoluntatem tuam. Nimirum & illud erat increpare,

In uiſione, nõ ſubſtãtia, ſed imago rei ap-
paret.

Increpare Satanam.

quod

q̃d dixit pro beato Iob: ecce in manu tua eſt, ueruntamẽ animã illi ſerua. Similiter pro iſto dictũ ſit ab omni potentia: caro in manu aduerſorioꝝ ſit, quos tu inflãmas, ueruntamẽ animã illius in inferno non detineas, caro in ſepulchro corruptionẽ non uideat, hoc dixit dñs. increpet dominus, & increpet dominus, ſicꝫ ab una perſona, duæ perſonæ dñi ad increpãdum inuitantur, quia ucꝫ uictoriam dominicæ paſſionis, quæ magna eſt increpatio diaboli trinitas operata eſt unus deus. Pater nanqꝫ calicem illũ filio dedit, & filius per ſpm̃ ſanctũ (ait Apoſtolus) ſemetipſum obtulit. ¶ Nunquid non iſte torris eſt erutus de igne? et Ieſus erat indutus veſtibus ſordidis. ¶ Et ſecundũ hanc illius uiſionis ſimilitudinẽ dñs Ieſus torris erutus de igne fuit, ſiue quia in mundo hoc magno utiqꝫ camino & grandi officina peccati peccatũ euaſit, peccatũ non fecit, neqꝫ ex conceptione contraxit, ſiue quia cum deſcendiſſet ad infernũ, impoſſibile fuit illũ ab eo teneri, & indutꝰ erat quidẽ ueſtimẽtis ſordidis ueruntamẽ nõ ſuis, ſed alienis. Nã dñs poſuit in eo iniquitatẽ omniũ noſtrũ, & Eſaias tranſfigurans in ſe, inquã, æſtimationẽ impioꝝ, & nos, inquit, reputauimus eũ quaſi leproſum & percuſſum à deo, & humiliatũ. Itaqꝫ fuerit quidẽ Ieſus ille homo temporis illius ſordidatus peccatis ſuis, qm̃ uxorẽ alienã, uel ſicut Malachias ait, filiã duxerat dei alieni: Chriſtus aũt Ieſus, qui in illa nocte per imaginẽ ſignificabatur illius Ieſu, non ſuis, ſed alienis peccatis, indutus erat ueſtibus ſordidis. ¶ Et ſtabat ante faciem angeli, qui reſpondit & ait ad eos, qui ſtabant coꝝã ſe dicens: Auferte veſtimẽta ſordida ab eo. ¶ Hoc dixit angelus dñi authoritate uel imperio loquẽtis in ſe domini, licet nõ interpoſuerit, q̃d poſtmodũ interpoſuit idẽ angelus dñi, hæc dicit dominus exercituũ, ſi in uijs meis ambulaueritis, &c. ¶ Qui porrò erãt q ſtabant ante faciẽ angeli, imò ante faciẽ domini, in angelo ſiue per angelũ loquẽtis? Nõ em̃ qualeſcunqꝫ erãt uel ſunt, ſed reuera magni, quoꝝ officiũ eſt, auferre ueſtimẽta ſordida, auferre iniquitates & peccata. Inferius in hac uiſione duæ oliuæ (inquit) ſuper candelabrũ, una á dextris lampadis, & una à ſiniſtris eius, & dixi: Quid ſunt duæ oliuæ iſtæ? & rurſus: Quid ſunt duæ ſpicæ oliuaꝝ, quæ ſunt iuxta duo roſtra aurea? Ita ſecundo interrogatus angelus, iſti ſunt (ait) duo filij olei, q aſſiſtunt dominatori uniuerſę terræ. Eoſdem duos filios olei intelligimus hic ſtare coràm angelo loquẽte uel agente in perſona dñi, & de iſtis, quinã ſint, oportunius in illo loco pro poſſe dicendũ eſt, hoc tantũ in præſenti dixerim, q̃ ueſtimẽta ſordida, quæ noſtræ iniquitates erãt, ablatæ ſunt à domino Ieſu in paſſione ſua per ſpm̃ ſanctũ, qui eſt remiſſio peccatoꝝ & diuerſaꝝ diſtributor gratiaꝝ. ¶ Vnde & protinus dixit ad eũ. ¶ Ecce abſtuli a te iniquitatem tuam, et indui te mutatoꝛijs. ¶ Iniquitatem tuã cũ dixit, ſimul attendere conuenit, quod poſtmodũ uelut exponens, quid iſta ſignificent cũ dixiſſet: Ecce ego adducã ſeruũ meũ orientẽ, &c. ita cõcluſit & auferã iniquitatẽ terræ illius in die una. Ergo abſtuli à te iniquitatẽ tuã, id eſt, iniquitatẽ terræ tuæ, iniquitatẽ eccleſiæ tuæ, peccata omnium credentium in te, & induite. i. eoſdem tuos mutatoꝛijs, quia uidelicet ab iniquitatibus emundati, diuerſis ornabuntur chariſmatũ donis, & q̃d multum ad dei gloriam ſpectat, ubi abundauit iniquitas, ſuperabundauit gratia. ¶ Et dixit: Ponite cidarim mundam ſuper caput eius, et poſuerunt cidarim mundam ſuper caput eius, et induerunt eum veſtibus. ¶ Hoc eſt quod nunc uidemꝰ (ut ait Apoſtolus) dominum Ieſum Chriſtum propter paſſionẽ mortis gloria & honore coronatũ. Cidaris. i. pileus ſiue mitra pontificalis, cui ſuperponebatur lamina in fronte põtificis, habens ſcriptũ tetragrammaton ineffabile nomen domini, coronam ſignificat gloriæ & honoris in capite domini noſtri Ieſu Chriſti, qui factus eſt obediens uſqꝫ ad mortem crucis, propter quod & deus illum exaltauit, & donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, Et ueſtes de quibus ait: & induerunt eum ueſtibus, dona illa ſunt, de quibus iam dictũ eſt, quæ dantur eccleſiæ eius, quæ eſt corpus eius. Vnde (ſicut iuxta aliã tranſlationem legimus) aſcendens in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus, ita nihilominus ueraciter pſallimus: acceptiſti dona in hominibus, quia uidelicet propter unitatẽ perſonæ capitis & corporis, ipſius & eccleſiæ, ipſe accepit in nobis dona quæcũqꝫ accipimus, cũ ipſe det ut uere deꝰ. Quæ hactenus in uiſione oſtenſa ſunt, propter quid oſtenſa ſint ſequẽtibus uerbis ipſe angelus aliquantiſper declarabit his adipſum Ieſum præmiſſis. ¶ Hæc dicit dñs exercituum Si in vijs meis ambulaueris, et cuſtodiã meã cuſtodieris, tu q̃q; iudicabis domũ meam,

Chriſtus, torris de igne

Abſtulitate iniquitatẽ tuã

meã, & custodies atria mea, & dabo tibi de his ambulantes, qui nũc hic assistunt. ¶ Hæc eñ ad illũ hominẽ Iesum esse dicta, recte intelligim⁹ absq; ulla significatiõis uel mysterij clausura, qđ ex eo uel maxime cõstat, qđ p̃missso, si in uĩs meis ambulaueris, ita p̃sonã uel causam illius hominis determinat, tu quoq; iudicabis domũ meã, & custodies atria mea Cũ eñ dicit tu quoq;, satis innuit ea q̃ præmissa sunt, & quæ sequẽtur de alio dicta, propter aliũ esse facta uel ostensa. Et recte tali homini sub conditione siue conditionali modo locutionis, dicẽdo: si in uĩs meis ambulaueris, promittitur iudicare domũ dñi, sicut iã dictum est ducẽdo alienigenã contra præceptũ legis dñi, sacerdos, cuius labio⁹ est custodire scientiã, cuius ex ore legem requirunt, eo q̃ sit angelus domini exercituũ. Et cũ dicit: tu quoq; iudicabis domũ meam, subintelligendũ est aliter & felicius, siue meliori sine q̃ Heli, qui de sella cecidit, & cadendo dignitatẽ iudiciarij perdidit honoris. Et illius quidẽ principatus temporalis, & custodi transitoria designatur, dicendo: & dabo tibi de his ambulantes, qui nunc hic assistunt. Illius aũt de quo, uel propter quẽ p̃cedentia dicta, & sequẽtia dicenda sunt, Principatus æternus, & custodia sempiterna est, principatus & custodia præterito⁹, & præsentiũ atq; futuro⁹, quẽ & designat, ita subiungens. ¶ **Audi Iesu sacerdos magne, tu & amici tui, qui habitant coram te, quia viri portendẽtes sunt. Ecce enim ego adducã seruũ meũ orientẽ.** ¶ Ac si dicat: Cũ acceperis narrationẽ uisionis eius prophetæ narrante, Iesu sacerdos magne, tu & amici tui, qui habitant coram te, quo⁹ imagines uidit in nocte, & audit quæ dicuntur in te: audi & cognosce, quia uiri portendẽtes sunt, id est, quia uisio quã uidet circa te & amicos tuos, portentũ est futuro⁹, quæ sine dubio magna erunt. Ecce cñ ego adducam seruum meum orientem, & illius adductionẽ portendis, tu in hac uisione osiensus, & amici tui tecum. Sicut amici tui in hac uisione coràm te habitãtes, uisi sunt, ita coràm illo quem adducam oriente seruo meo, multi facti ex inimicis amici habitabunt, quibus ipse dicturus est in ipso articulo, quo Satan stabat à dextris eius, sicut hic portenditur Iam nõ dicam uos seruos, sed amicos meos: & maiorem hac dilectionẽ nemo habet, ut animã suam ponat quis proamicis suis, uos amici mei estis. Hic inde oriens dicitur, quia lux uera est que illuminat omnẽ hominẽ uenientem in hunc mundũ: & inde seruus, quia semet ipsum exinaniuit, formã serui accipiens. Cũ hęc diceret, uidebatur quoq; lapis coràm Iesu: ¶ Super lapidem unum septem oculi sunt. Ecce ego dabo sculpturã eius, dicit dominus exercituũ, & auferam iniquitatẽ terræ illius in die una: ¶ Lapidẽ esse dominũ Iesum Christũ lapidẽ summũ angularem electũ in fundamento fundatũ, & per septem oculos, qui super hũc unũ lapidẽ sunt, septẽ esse spũs dei, q̃ super eũ requieuerũt, fere nulli est aut esse debet incognitũ. Non eñ huic ad mensurã dedit dedit deus spm̃, & in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: Hic lapis ab hominib⁹ reprobatus est, à deo aũt electus & honorificatus est. Quõ ab hominibus reprobatus est? Electus extra portã in ligno suspensus est, ut maledictũ legis existeret, qa lex dicit, maledictus à deo est q̃ pẽdet in ligno. Hæc erat ædificantiũ reprobatio. Sed ecce ego (inqt) celabo sculpturã eius, & auferã iniquitatẽ terræ illius in die una. Et est sensus. Istũ lapidẽ clauis crucis & lancea militis faciã uulnerari, & in illius passione auferam iniquitatẽ terræ in die una, de qua scriptũ est: Hæc est dies quã fecit dñs, exultem⁹ & lætemur in ea. ¶ **In die illa vocabit vir amicũ suum subter venã & subter ficum.** ¶ A tẽpore eñ dominicæ passionis cæpit annũciari euãgeliũ, quod est uocari subter uineã, & spiritualiter lex intelligi, quod est uocari subter ficũ, spiritu sancto reuelante, qđ lex & prophetæ Christi euangelio perhibeant testimonium. ¶ ¶ **Et reuersus est angelus qui loquebatur in me, & suscitauit me quasi virum, qui suscitat de somno suo Et dixit ad me: Quid tu vides? Et dixi: Vidi, & ecce candelabrum aureum totum, & lampas ei⁹ super caput ipsius, & septẽ lucerne eius super illud, & septẽ infusoria lucernis, que erãt super caput illi⁹, et due olive super illud, vna a dextris lãpadis, et vna a sinistris eius, et respõdi, aio ad angelum qui loquebat in me, dicens: Quid sunt hec dñe mi? Et rñdit angel⁹ qui loquebat in me, et dixit ad me Nñquid nescis quid sunt hec? et dixi: Nõ dñe mi. Et rñdit et ait ad me dicẽs: Hoc est verbũ dñi ad Zorobabel dicẽs: Nõ in exercitu nec in roboze, sed in spũ meo dicit dñs exercituũ Sicut i p̃cedẽtib⁹ humilitatẽ passiõis, in q̃ minorat⁹ fuit paulo min⁹ ab angelis, ita i p̃sentib⁹**

Seruus meus oriens

Chrũs lapis, super quẽ septem oculi

gloriam

glorią intelligim⁹ reſurrectiõis eiuſdẽ dñi noſtri Ieſu Chriſti, in q̃ gloria & honore corona
Ioh.17 tus e, & coſtitut⁹ ſuper opera manuũ patris, clarificat⁹ claritate apud deũ, quã habuit priusq̃
mũdus eẽt apud ip̃m. Quid em̃ eſt candelabrũ aureũ totũ, & lampas eius ſuper caput ip̃ius
niſi Chriſt⁹ ipſe, decus & lumẽ oĩm angelor⁊ & hoĩm, lampade ſuæ diuinitatis, q̃ ex uirtute
ſuæ reſurrectiõis mũdo innotuit, illuminãs q̃ in tenebris ſunt uel fuerũt? Vñ notandũ pariẽ
& admirãdũ, qa poſtq̃ uiſus ẽ Ieſus ueſtib⁹ ſordidis indutus, eiſq̃ ablatis. Ecce (inqt dñs) ab
ſtuli iniqtatẽ tuã, & ite⁊ de eodẽ, & auferã iniqtatẽ terræ illius in die una: reuerſus dicit an
gelus eſſe & ſuſcitaſſe ꝓphetã q̃ſi uir⁊, q ſuſcitat de ſomno. Sic em̃ futur⁊ erat, & ſic factũ eſt
Cant.3. qa poſtq̃ ablata eſt iniqtas terræ dñi Ieſu, q̃ eſt eccleſia eius, in die una, in die deſpõſiõis eius
Iohan.19 in die lætitiæ cordis eius, qñ lancea militis patefacto latere eius, exiuit ſanguis & aqua, ut iã
Eſai.53. ultra nõ eẽnt ſordida ueſt imẽta eius, q̃ ſordes erãt iniqtates omniũ noſtrũ (ut ſupra dixim⁹)
ipſe triduo dormiuit in ſepulchro, & tertia die ſuſcitatus ẽ de ſomno ſuo. Vñ ſignãter ꝓphe
ta dixit: ſuſcitauit me quaſi uir⁊, q ſuſcitatus eſt de ſomno ſuo, ꝑ hoc innuẽs in ſe ꝑfiguratũ,
ꝙ uir ille dñs Ieſus ſuſcitãdus eſſet de mortis ſuæ ſomno. Sed & reuerſio angeli quã dicit, &
reuerſus eſt angelus q loquebat in me, de ſignat eũ ad tẽpus receſſiſſe uc⁊ in ſignũ illius re
ceſſiõis quã declamabat uir ille, dum diceret: Deus meus deus meus, ut qd dereliquiſti me,
Igitur, uidi (inqt) & ecce candelabrũ aureũ totũ, & nos uidemus dñm Ieſum glorificatũ, &
mũdũ gloria reſurrectiõis eius illuminatũ. Et ante paſſionẽ illius caput illius dilecti. i. diuini
tas eius aurũ erat optimũ, ſed corpus eius, cũ paſſibile & mortale eſſet, nõdũ erat aurũ: Ergo
candelabrũ nondũ erat aurũ totũ, qa corpus ꝑ cõditione mortali erat ſubobſcur⁊, & min⁹
q̃ nũc eſt glorioſum. ¶ Lampas eius ſuper caput ipſius, & ſeptẽ lucernæ eius ſuper illud, re
quieſcẽs ſuper ipſum, eſt ſpũs ſcti ũs, ex q̃ reſurrexit ipſe, magis in eo manifeſtus, qa uc⁊ ſpũs
qa unus eſt, lãpas una dicit, & qa ſeptiformis eſt, qa ſeptẽ eius dona ſunt ſeptẽ lucernæ dicũ
tur. Lucernæ & infuſoria. i. uaſcula in qbus oleũ eſt, q̃d infunditur in lucernas, eadẽ ſignifi
cãt, ſeptẽ dona ſpũs, hac ſola differẽtia, q̃ id quod efficitur ab efficiẽte diſtat. Sicut em̃ ſingu
la infuſoria, ſingula s alũt lucernas, ita ſin guli ſpũs propria quædã efficiũt opera, de quibus
hi q ſpm̃ ſanctũ acceperũt ſua mẽſura clari ſiunt, ut uideãt hoĩes, & bono exẽplo ædificati
glorificẽt deũ. ¶ Duæ oliuæ: oliuæ ſuper cãdelabrũ una à dextris lãpãdis, & una à ſiniſtris
q̃d ſunt? Denic̃ & propheta hoc &c, inquiſiuit, & reſpõdi (inqt) & animo ad angelũ, q lo
quebat in me dicens: Quid ſunt hæc dñe mi? Qui cũ reſpõdiſſet & dixiſſet: Nunqd neſcis
q̃d ſunt hæc, & ille dixiſſet: Nõ domine mi, & inter hæc paratus ad audiẽdũ, ſine dubio red
deretur attentior ad intelligendũ, tandẽ hoc eſt, ait: uerbũ dominiad Zorobabel dicens: Nõ
in exercitu nec in robore, ſed in ſpũ meo dicit dominus exercituũ. Et hoc reſponſo potnit
quidẽ quãuis breue reſpõſum fuiſſet, potuit (in q̃) intelligere, qm̃ propheticã ad intelligendũ
gratiã habebat, qd eẽt candelabrũ, qd lampas eius ſup caput ipſius, qd ſeptẽ lucernæ ſeptẽ
q̃ infuſoria lucernis, q̃ erãt ſuper caput ipſius. Verũtamẽ nondũ intellexit qd eſſent duæ oli
uæ, una à dextris lãpadis, & una à ſiniſtris ipſius. Et quid ſibi uult reſponſum hmoĩ nõ in ex
ercitu nec in robore, ſed in ſpũ meo dicit dñs? Iam quidẽ diximus candelabrũ aureũ domi
nũ Ieſum eſſe propter paſſionẽ mortis, gloria reſurrectiõis glotificatũ, ſeptẽq̃ lucernas ſu
per illud cũ totidẽ infuſoriꝭ, eũ qui extunc datus eſt ſanctũ ſeptiformẽ ſpm̃, q nimi⁊ eaten⁹
Ioh.7 mõ, ſc⁊ in remiſſionẽ peccator⁊ nõ dabatur. Vnde eſt illud? Nondũ em̃ erat ſpũs datus, qa
Ieſus nondũ erat glorificatus. ¶ Sed qd ſibi uult taliter ad Zorobabel dictũ: Nõ in exerci
tu nec in robore, ſed in ſpũ meo: Breue dictũ, magnæ rei ſuggerit intellectũ. Senſus em̃ hic
eſt. Anteq̃, iuxta pñtem uiſionẽ, ueniat dñs habitare in medio tui ò filia Sion, cuius paſſiõe
deleatur iniqtas terræ illius in die una, ſicut ſignificatũ eſt per hoc q̃d auferri iuſſa ſunt ab Ie
ſu ueſtimenta ſordida, quic̃ gloria reſurrectionis & aſcẽſionis glorificatus, ſanctũ ſeptifor
mẽ det ſpm̃, ſicut ſignificatur per candelabrũ aureũ totlucernar⁊: anteq̃ ueniat (in q̃) ille dñs
prope & laudabiliter fecerint quicũq̃ habẽtes zelũ eius, cũ exercitu, & cũ robore aſcende
Mat.26 rũt uel aſcenſuri ſunt, ex aduerſo ſtare pro domo eius, ut fecerũt iudices Iſrael, ut fecit fide
lis Dauid, ut facturi ſunt Macbebæi. At ubi uenerit idẽ dñs & clarificatus fuerit, ubi dixe
rit oĩbus, q̃d uni dicturus eſt: conuerte gladiũ in locũ ſuũ, iã nõ in exercitu, nec in robore,
ſubauditur, certabitis ꝑ me, nec em̃ erit neceſſe dicit dñs. Anteq̃ ego uenirẽ, agere in exer

citu

citu & in robore, tale fuit, quale defendere arborem ne ſuccidat, de qua fructus ſperatur uitæ æternæ. Agebat enim diabolus per impios homines quatenus gens illa nõ eſſet, de qua promiſſum fuerat patribus quod ego eram accepturus. Natus ſum, & idcirco nõ iam in exercitu nec in robore: ſed in ſpiritu meo quia iam non contra homines: ſed tantummodo cõtra diabolum certamen neceſſarium eſt, qui quoniam ſpiritus eſt, non in exercitu nec in robore, ſed in ſpiritu meo debellandus & ſuperandus eſt. ¶ Idcirco ſub nomine Zorobabel re & e ipſum dominum iutelligimus, ſicut in Aggæo plenius de eo dictum eſt. Nam illo tempore in ædificando, exercitu & robore utebantur. Deniq; media pars iuuenũ (ait Neemias) faciebãt opus & media parata erat ad bellũ, & lãceæ & ſcuta, & arcus, & loricæ, & principes poſt eos in omni domo Iuda ædificantium in muro, & portantium onera, & imponentium una manu ſua faciebat opus: & altera tenebat gladium, Aedificantium eñ unuſquiſq; gladio accinctus erat renes, & ædificabant, & clangebant buccina iuxta me. Hęc de muris ciuitatis dicta ſunt. Templũ quoq; illud manufactũ non ſine aliquo robore hominũ reædificatum eſt, cum regium eſſet poſitũ huiuſmodi decretũ. Omnis homo qui hãc mutauerit iuſſionem, tollatur lignum de domo ipſius, & erigatur & configatur in eo: domus aũt eius publicetur. ¶ Illud unum omnino ſine exercitu & ſine robore in ſpiritu dñi factũ eſt, quod princeps huius mundi, foras eſt miſſus, in quem protinus ita dicitur. ⌊ Quis tu mons magne coram Zorobabel in planum? ⌋ Mons quippe magnus monti dñi contrarius, mõs importuoſus, mons naufragoſus diabolus eſt, qui in hoc mundo principabat de quo ipſe dominus: Venit eñ princeps mundi huius. ſ. ut mihi aduerſetur, ſecũdum quod ſignificatum eſt ſupra ubi Satan ſtabat à dextris Ieſu ut aduerſaretur ei. Hoc eſt quod nũc dicitur: Quis tu coram Zorobabel, & dicendo quis tu, omnino neſcitur: quia totus reprobꝰ eſt. Quodq; ita ſubiungitur in planum, poteſt ita intelligi: ut ſubaudiatur ſternere, & à tua ſuperbia deiice re: niſi quod ille nunq; eo modo in planum deſcendit, aut deſcenſurus eſt. Ergo inde potius redarguitur, quod contra planum, id eſt, contra humilitatem domini noſtri quem intelligimus per Zorobabel (ut iam dictum eſt) ſteterit mons magnus & fruſtra: qa in hoc plano. ſ. in hoc miti & humili corde eſt ſpũs ſanctus, cui reſiſtere non poteſt ſpũs malignus. Seqtur ⌊ Et educet lapidem primarium τ exequabit gratiam gratie eius. ⌋ Quis niſi ſpiritus meus de quo dixeram ego dñs, nõ in exercitu nec in robore, ſed in ſpiritu meo. Quis inquã niſi ſpiritus meus educet lapidẽ primariũ. i. mediatorẽ dei & hominũ Ieſum Chriſtum, lapidem utiq; angularem & honorificatum, & exęquabit gratiam gratiæ eius. Educet eũ. i. creſcere faciet, ut iuxta propheticũ, quod Daniel expoſuit regi, ſomnium, fiat mons magnus & impleat uniuerſum orbem terrarum. Gratiam quoq; exęquabit gratiæ eius, ita uidelicet ut non ſit ſolus, ſed ſit primogenitus in multis fratribus. Nam hæc eſt gratia, quam ſecundũ hominem accepit dñs Ieſus, quod uocatur & eſt dei filius. Quid enim habet quod nõ acceperit, etiam in unigenito noſtra natura? Ergo gratiã inquit, exæquabit ſpũs ſctũs gratiæ eius .i. multos faciet fratres, & cohæredes eius, hinc ẽ illud: Videte qualẽ gratiam donauit nobis deus, ut filij dei nominemur & ſimus. Veruntamen licet in hoc gratia, quã dedit nobis deus exæquata ſit gratiæ eius, non tamen oñi modo ęquales ſumus aut erimus: quia uidelicet ille ſolus natura filius: nos aũt oõs adoptiõe filij dei nominamur & ſumus. Magna quidẽ diſtantia eſt: ſed quid dum mõ filij & cohæredes unice & unigeniti ſumus? ⌊ Et factum eſt verbum domini ad me dicens: Manus Zorobabel fundauerunt domum iſtam, τ manus Zorobabel perficient eam, τ ſcietis quia dominꝰ exercituum miſit me ad vos. Quis enim deſperit dies paruos, τ letabuntur τ videbunt lapidem ſtanneũ in manu Zorobabel. Septem iſti oculi domini qui diſcurrũt in vniuerſam terrã. ⌋ Nondum de toto ornatu candelabri reſponderat angelꝰ interroganti, imò & poſtmodum interrogauit, ſicut poſt hæc ſequitur. Quid ſunt duæ oliuæ iſtæ ad dexteram candelabri, & ſiniſtrã eius: itẽq; ſecundo. Quid ſunt duæ ſpicę oliuarũ, q̃ ſunt iuxta duo roſtra aurea. Ergo et hoc quod nunc interſeritur & factum eſt uerbum dñi, ad rõnes eiuſdẽ pertinet cãdelabri maxime quia lapidem ſtanneum uidebũt, ut in manu Zorobabel, ſtatimq; ſubiũgit: Septẽ iſti oculi dñi, qui diſcurrunt in uniuerſam terram. Deniq; & hæc & illud qđ præmiſſum eſt ducet lapidem primariũ, & exæquabit gratiã gratiæ eius, prohibẽt nos & increpãt ne iſtud

Aggei. 1 & 2

Eſdr. 6

Qualis mons diabolus.

Dani. 7 Gratia Chriſti

1. Ioha. 3

Senſus literalis de templi ædificatione.

medium: manus Zorobabel fundauerunt domũ iſtam, & manus eius perficient eam, eotã tũmodo ſenſu accipiamus, quo pueris illi⁹ tpis blanditur, quicq; hmõi eſt. Domũ iſtã manufactã, quã in metu & cũ retardatõe ædificare cœpiſtis, impediẽtibus aduerſarijs in breuicõ pletã uidebitis, ita ut ex ipa uelocitate opis ſcire debeatis, q̃d dñs exercituũ miſerit me ad uos Scire (inquã) debebitis, p hoc. Quis eñ deſpexit dies paruos? q̃d eſt dicere. Cui nõ mirũ uiſum eſt, aliqñ grãde opus fieri intra dies paruos ſiue paucos? Sunt aũt pauci dies, ab anno ſecundo Darij regis, à uicesima & q̃rta undecima mẽſis eiuſdẽ anni, qua uidelicet die ego loquor uobis in uerbo dñi, uſq; ad tertiũ diem mẽſis Adar, huius anni. ſ. qui ſextus eſt Darij regis. Nimiq; pauci dies ad tñ opus, uidelicet tñ quatuor anni computant, & tam paucis diebus opus illud completũ fuiſſe ſcriptura Eſdræ teſtat. Cum eñ dixiſſet: Seniores aũt Iudęorum ædificabãt & ꝓſperabant iuxta ꝓphetiã Aggæi ꝓphetæ, & Zachariæ filij Addo ita ſubiunxit: Et cõpleuerunt domũ dei iſtã uſq; ad diem tertiũ menſis Adar, q̃ eſt annº ſextus Darij regis. Bene ergo cum dixiſſet: Et ſcietis quia dñs exercituũ miſit me ad uos, dignã ſtatim rõnem cum acri interrogatõe ſubiunxit, dicendo: Quis eñ deſpexit dies paruos. i. quis tantã uelocitatẽ tanti operis nõ accipiat pro teſtimonio ſiue experimẽto, quod dñs miſerit me ad uos? ¶ Ad quid aũt illã dieꝝ paucitatẽ ſcire nobis ualet, niſi ad illud q̃d ſupra puerilẽ ſenſum eſt, & ſenes delectare debet, quia paruos dies, nec plures q̃ cõis creãdi hominis natura poſtulabat, informando tẽplo dñici corpis nõ manufacto trãſiſſe manifeſtũ eſt? Deniq; & illa domus quatuor annis ædificata eſt & iſtud propriũ dei templũ nouẽ menſibus à conceptione decurſis, naſcendo in hanc lucẽ eductũ eſt. Non tñ huic contrariũ eſt, illud quod in Euangelio, Iudæi contra dñm dicũt, quadraginta & ſex annis ædificatũ eſt templũ hoc, qa uidelicet illi rãcore ex inuidia ſæuiẽtes: quia dixerat: ſoluite templũ hoc, & ego in triduo excitabo illud, nõ ſolũ tempus quo templũ ædificatũ eſt, ſed impedimẽtoꝝ quoq; & dilatiõis annos cõputauerunt, qbus opus, ne fieret ab edicto Cyri regis, uſq; ad ſcdm Darij annũ, impeditũ & dilatũ eſt. Et ut magis amplectamur q̃d dixit: Et ſcietis, quia dñs exercituũ miſit me ad uos: quis eñ deſpexit dies paruos? ſciendũ quia nõ plures q̃ totidem. i. nouem generationes tranſiturę erãt inter Zorobabel, cuius tempore ꝓphetauit iſte, & Ioſeph uirum Mariæ. Zorobabel qppe genuit Abiud Abiud genuit Eliachim, Eliachim genuit Azor Azor genuit Sadoch, Sadoch Achim, Achim Eliud, Eliud Eleazar, Eleazar Mathã, Mathã Iacob: & poſt hũc illa nõ manufacta domus dñi fundata ẽ in utero, & ex utero uirginis habentis, ſed non cognoſcentis, uirum Ioſeph. Quis deſpexit aut deſpicere debuit dies tam paruos, uerbi gratia, ut diceret, in tpa longa fiet iſtud. Tunc utiq; q fideles erunt, qui redemptionem Iſrael expectabunt, ſcientes experimento, quod dñs exercituũ miſerit me, & hęc reuera locutus fuerit per me, lætabunt (ait) & uidebunt lapidem ſtanneũ, in manu Zorobabel. i. Chriſtũ natum de ſtirpe Zorobabel. Quare autẽ dixit lapidem ſtanneũ, & non potius aureũ lapidẽ ſiue Chryſolitũ, aut ut ſupra iam dixit, candelabrũ aureũ? Ad hęc, hoc ſciendũ quia gloria humanitatis Chriſti uſq; ad paſſionem mortis lõge minor exiſtit quã eſſe cœpit ex uirtute reſurrectiõis. Erat qdem etiam ante paſſionẽ habitãs in illo oñis plenitudo diuinitatis manebatq; & requieſcebat ſuper eum ſpũs ſeptiformis. Vnde & ita ſuper lapidẽ ſtãneum, ſeptẽ oculos domini, ſicut ſup candelabrũ aureũ, ſeptẽ lucernas ſe uidiſſe dixit, ſed quãto pretioſius ſtãno aurũ, quãto lapide ſtãneo candelabrũ aureũ, tãto glorioſior eſt poſtreſurrectionem q̃ fuit ante paſſionem humanitatis eiuſdem mediatoris Dei & hoim. Sequitur:

Nouem generationes inter Zorobabel, & Ioſeph uirum Mariæ.

Duę oliuę duo data ſpũs ſcti.

Et reſpõdi, & dixi ad eum: Quid ſunt due oliue iſte ad dexteram candelabri, & ad ſiniſtram eius? Et reſpondi ſecundo, & dixi ad eum: Quid ſunt due ſpice olivarum, que ſunt iuxta duo roſtra aurea, in quib⁹ ſunt fuſſ uſoria ex auro? & ait ad me dicẽs Nunquid neſcitis quid ſunt hec? & dixi: Non domine mi, & dixi: Iſti ſunt duo filij olei qui aſſiſtũt dominatori vniuerſe terre. Valde attẽta & ſtudioſa percunctatio uix breuem reſponſionẽ accepit, quæ & ſi prophetæ intelligibilis fuit, ut poteiam intelligentię donũ habenti, nihilominus clauſum illius tpis hominibus ſenſum cõtinuit, q̃ ſi nihil reſponſum fuiſſet ei. Sed & hodieq; ſenſus eiuſdẽ reſponſionis multis dubius & incertus eſt, ita ut alij duas oliuas Moſen & Heliã ſignificare uelint, alij legẽ & euangeliũ in dextera, lex in ſiniſtra ſit. Nos aũt poſtremi qd dicem⁹ ſi nec illud nec illud ſufficit? Nimiq; quo in ſeptẽ lucernis ſuper

nis ſuper candelabrum aureum ſignificationis ſpiritus ſancti, quẽ cum patre deo filius deus glorificatus, & propter paſſionem mortis gloria & honore coronatus dedit, & tantæ dignitatis duæ oliuæ ſunt, ut ſtẽt iuxta duo roſtra aurea candelabri, unã ad dexteram & unã cãdelabri ſiue lampadis, arbitramur nihil dignius, nihil intelligi poſſe conuenientius, q̃ duo data eiuſdẽ ſpũs ſancti. Bis nãq; dat⁹ eſt ſpũs. Primo in remiſſionẽ peccatorũ per paſſionẽ domini noſtri Ieſu Chriſti. Secũdo in diuiſiões gratiarũ per gloriã eiuſdẽ Ieſu Chriſti reſurrectione & aſcenſione glorificati, & ſedentis ad dexterã maieſtatis in excelſis. Vna oliua à ſiniſtris & una à dextris candelabri: quia uidelicet datũ primũ, quod eſt in remiſſionẽ peccatorũ ab humilitate paſſionis, ſcdm quod eſt in diuiſiones gratiarũ à gloria paterni cõſeſſus, credentibus in ipm prouenit. Hæc ſunt duo roſtra aurea uidelicet adoranda, paſſiõis humilitas & p̃dicanda exultatiõis gloria, iuxta quæ uident ſtantes duæ oliuæ: quia uidelicet ubi paſſus & mortuus eſt, ibi expectantibus ſe remiſſionẽ peccatorũ contulit defunctis & uiuis. unde & mox ubi poſt mortẽ in medio diſcipulorũ ſuorũ rediuiuus ſtetit, & dixit eis: Accipite ſpiritũ ſanctum, quorũ remiſeritis peccata remittũt eis. Et exinde quinquageſimo die ubi ſedet ad dexterã pris, inde diuiſiões gratiarũ dedit Aplis, q̃s & ſignificabãt diſpertitę linguæ, q̃ apparuerũt illis tanq̃ ignis. Iſte ſunt ergo (inqt) duo filij olei. i. duo data ſpũs ſancti, ſiue duo effectus oipotẽtis eius gratiæ, q aſſiſtũt dñatori uniuerſæ terræ: qa ſemp prõptũ & patũ ẽ uni deo pris & filio, & ſpũi ſancto, remiſſionẽ pctõrũ, & inſup quãlibet diuiſiuã gram dare, & ꝓput uult diſtribuere. ¶ Et conuerſus ſum, & leuaui oculos meos, & vidi, & ecce volumẽ volãs, et dixit: Quid tu vides? & dixit: Ecce ego video volumen volans. Longitudo eius viginti cubitorum, & latitudo eius decẽ cubitorum, et dixit ad me. Hęc ẽ maledictio que egreditur ſuper faciem omnis terre. quia omnis fur ſicut ibi ſcriptum eſt, iudicabitur et omnis iurans ex hoc ſimiliter iudicabitur. Educã illum dicit dominus exercituum, et veniet ad domum furis, et ad domum iurantis in nomine meo mendaciter. Et commorabitur in medio dom⁹ eius, et conſummet eum, et ligna ei⁹ et lapides eius. ¶ Hoc futurũ erat ut poſt illa quæ hactenus in hac uiſiõe ſignificata ſunt. ſ. poſt incarnationẽ, paſſionẽ, reſurrectionẽ & aſcenſionẽ dñi Ieſu, dato ſpũ, prędicantibus apoſtolis Iudæi non crederent, imo & prædicatores euãgelij perſequerẽtur & occiderẽt, atq; proinde uenirẽt ſuper eos oẽs maledictiones legis, quas Moſes in Deuteronomio ſcripſit, quæ ſunt hmõi: Maledictus eris in ciuitate, maledictus in agro, maledictũ horreũ tuũ, maledictæ reliquiæ tuæ, maledictus fructus uentris tui & c. Recte ergo & ſecundũ rerũ geren-darũ ordinẽ. Poſtq̃ dixit dñs: ecce uenio & habitabo in medio tui. Poſtq̃ ablatis ueſtimẽtis ſordidis Ieſus ĩdutus ẽ mutatorijs: poſtquã cãdelabrũ aureũ ſtetit cũ ſeptẽ lucernis, & duab⁹ oliuis ſiue oliuarũ ſpicis, quę ſunt duo filij olei. i. duo, de quib⁹ iã dictũ, data benedictiõis cernitur uolumẽ uolans, & hæc eſt maledictio inqt, & educã illud & ueniet ad domũ furis & ad domũ iurantis in nomĩe meo mendaciter. Dilexit em̃ maledictionẽ & ueniet ei, & noluit benedictionẽ & elõgabit ab eo, Volatus uolumĩnis curſum uelociter aduenientis ſignificat maledictiõis, quia uidelicet ſicut Pſalmiſta dixerat: In generatõe una deleat nomẽ ei⁹, ita futurum erat & ita factũ eſt, ut ultra quadraginta annos maledictio. i. uindicta ſup ppl'm Iudaicum nõ differret. Longitudo uoluminis. i. maledictõis: æternitas eſt damnatõis, & latitudo eius, temporalitas tribulatõis. Nam & in præſenti & futuro ſeculo damnati ſunt increduli Iudęi in uindictã ſanguinis dñi Ieſu prophetarũ eius. Et latitudo qdem maledictionis decem cubitorũ eſt: quia uidelicet tpalis tribulatio, qua ceciderũt in ore gladij, & captiui ducti ſunt in oẽs gentes: decalogi, qd præuaricati ſunt, iuſta uindicta eſt. Porro longitudo eiuſdem maledictõis uiginti cubitorũ. i. dupla eſt: quia nimirũ ęterna damnatio nõ ſolum corp⁹ ut præſens tribulatio continget, ſed & corpus & animã gehennali igne puniet. Hæc igitur eſt maledictio (inquit) quæ egredit ſup faciẽ oĩs terræ, & pfecto primũ terræ Iudaicæ, ira em̃ & indignatio, & tribulatio, & anguſtia in oẽm aĩam hois Iudæi primũ & Græci. Et reuera prophetiæ pręſentis ordo poſtulat, faciẽ oĩs terræ hic intelligi uniuerſitatẽ terræ Iudaicę quæ legem accepit. i. non ſolam ciuitatem Hieruſalem: ſed & omnes ciuitates Iudææ, quia ſuper omnẽ terrã illam maledictio aduolauit, et ſuper omnẽ gentem illam effuſa eſt. Vnde et adhuc ſubditur. Quia omnis fur, ſicut ibi ſcriptũ eſt, iudicabitur, et omnis iurans ex hoc ſi-

Duo roſtra aurea

CAP. V.

Longitudo & latitudo uoluminis

Super faciem omnis terræ ſcilicet Iudaicæ.

militer iudicabitur. Quomodo ibi ſcriptum eſt. ſ. in uolumine maledictionis? Premiſſo, maledictus eris in ciuitate uſq; maledictus eris ingrediens, & maledictus egrediens. Quãtæ, q̃ horribiles maledictionis ſententiæ, nominatim curſu continuo proferantur, uolenti legere uel numerare promptum eſt. Triginta nãq; eiuſmodi ſententiæ & pleræq; ex ipſis declamatione imprecatoria depromptæ, quarũ prima eſt: mittit dñs ſuper te famen & eſuriem, tricesima, ipſe erit in caput, & tu eris in caudam. Nam uerba ſiue ſententias eſſe maledictiõis ipſe confirmat, ita concludens: & uenient ſuper te omnes maledictiões iſtæ, & perſequentes apprehendent te donec intereas. Poſt hæc & alia ſimiliter ad maledictionem pertinẽtia declamat, non tñ imprecantis modo: ſed annuntiantis & loquentis more prophetico. Hęc idcirco dixerim: quia reuera nonnihil habet conſideratiõe, & admiratõe dignũ, tot præſcriptas fuiſſe ſententias maledictõis, quot argẽteos daturi erãt in pretium ſanguinis dñi. In Pſalmo quoq; centeſimo octauo, ſi diligenter computes, maledictiones totidem inuenies, quarũ prima: conſtitue ſuper eum peccatorem. ultima eſt: & induant ſicut diploide confuſione ſua. Nõne propter hęc magis delectatus animus, numerũ uoluminis qui eſt in lõgitudine, & numerũ qui eſt in latitudine recte cõiũgit & componit, ut ſint triginta cubiti magnitudinis uoluminis, ſicut ſunt triginta ſententiæ maledictõis, & triginta argẽtei fuerũt, quos in pretiũ ſanguinis dñi fur ille, i. cœtus Iudæorũ dedit? Deniq; ſicut longitudo & latitudo unam magnitudinem faciunt, ita & decem qui ſunt latitudinis, & uiginti cubiti longitudinis recte ſimul ueniunt, & triginta fiunt. Et quis neſciat, quis dubitet eueniſſe quod ait: quia omnis ſur ſicut ibi ſcriptũ eſt, iudicabitur: & oĩs iurans ex hoc ſimiliter iudicabit, educã illud & ueniet ad domũ furis & ad domũ iurantis in nomine meo mendaciter, & cõmorabit in medio domus eius, & cõſummet eũ, & ligna eiº & lapides eiº? Quis neſcit, quis nõ audit, quia ſic oñi no factũ eſt? Venit eñ uolumen illud maledictõis ad domũ furis, ad domũ illam quę cum debuiſſet eſſe domus orationis, facta eſt ſpelunca latronum, & domus negotiationis & ille fur qui hoc fecerat, & latrocinia ſua in domo illa periurio cumulabat, imo & ipſum dici filiũ mendaciter & in dolo adiurauerat, proloquente quodam: Adiuro te per deum uerum, ut dicas nobis, ſi tu es Chriſtus filius dei benedicti? Oñis eiuſmodi fur, & eiuſmodi iurãs ſiue ad iurans, id eſt, tam populus quã ſacerdos iudicatº eſt, ſicut ibi ſcriptum eſt: omnino ſicut ſcripſit Moſes & conſumpſit eum, & ligna eius & lapides eius, ita ut flamma concremarentur ligna, & nõ remaneret lapis ſuper lapidem de oñi domo illa, & non pertranſiuit à populo illo uolumẽ illud q̃d eſt maledictio, ſed cõmorabit adhuc in medio eius. Sequit. L Et egreſſus eſt angelus qui loquebatur in me ⁊ dixit ad me: Leua oculos tuos ⁊ vidi Quid eſt hoc quod egreditur? ⁊ dixi. Quid nam eſt? ⁊ ait. Hęc eſt amphora egrediens. Et dixit: Hic eſt oculus eorum in vniuerſa terra. Et ecce talentum plumbi portabatur, ⁊ ecce mulier vna ſedens in medio amphore, et dixit: Hęc eſt impietas. Et proiecit eam in medio amphore, et miſit maſſam plumbeam in os eius. Et leuaui oculos meos, ⁊ vidi, et ecce due mulieres egredientes, et ſpiritus in alis earum et habebant alas quaſi alas milui, et leuauerunt amphoram inter terram et celum. Et dixi ad angelum, qui loquebatur in me: Quo iſte deferunt amphoram? Et dixit ad me: Vt edificetur ei domus in terra Sennaar, et ſtabiliatur, et ponatur ibi ſuper baſem ſuam. ⌋ Pars maxima, pars præcipua Iudaici ſceleris, & pœnæ conſequentis, miraculo myſtico, myſterio mirabili deſignatur litera præſentis capituli: Dixerat in præcedentibus furem, dixerat mendaciter iurantem, ſed in his duobus dictis, nondum habes ſcelerum illorũ menſurã ſiue plenitudinem, quam ipſe dñs cognitã, imo pręcognitam habens iamdudum, & uos ait: implete menſurã patrũ ueſtrorũ. Menſura illa recte hic intelligitur pmonſtrata per amphorã. Nã leuatis oculis ſuis ad uidendũ, & attentus factus ab interrogãte oculo, quid eſt hoc qd egreditur, & ipſe interrogans qd nam eſſet, audiuit: hęc eſt amphora egrediens, & hic eſt oculus eorũ in uniuerſa terra Scãm ordinẽ hactenus in præſenti uiſione obſeruatũ, recte, ut iam dictũ eſt, illa intelligitur menſura patrũ, qui pphetas occiderũt quã cũ impleuiſſent filij, occidendo ipm prophetarũ dñm, lapidando ſiue occidẽdo, flagellando in ſynagogis ſuis, & perſequendo de ciuitate in ciuitatẽ, miſſos ad ſe prophetas cuãgelicos & ſapientes & ſcribas, iuſtum fuit ut ueniret ſup eos oñis ſanguis iuſtus, qui effuſus eſt ſuper

Triginta maledictiones.

Myſterium in triginta.

Amphora et mẽſura patrũ ipleta à Iudæis

eſt ſuper terrã à ſanguine Abel iuſti, quẽadmodum ipſe dixit, & ita factum eſt. ¶ Et notandum quod amphoram etiam oculum nuncupauit: hic eſt (inquiens) oculꝰ eorũ in uniuerſa terra. Conſtat eñ, & in uniuerſa terra notum eſt, quia nõ per ignorantiam: ſed per inuidiã Chriſtum occidendo, & Apoſtolos eius perſequendo, menſuram illam ſiue amphoram impleuerũt, & oĩno ſcienter peccauerunt, & oculũ in peccando apertũ & uidẽtem habuerũt. Nam ſi cæci eſſetis ait, nõ haberetis peccatum, & alibi: Nunc autẽ & uiderũt & oderunt, & me & patrem meum. Vere igitur hic eſt (ait) oculus eorũ in uniuerſa terra, qa uidelicet peccatum eorum nõ efficit error ſiue ignorantia, ſed oculus nequam, íd eſt, inuidia, & hoc auditũ ẽ in uniuerſa terra. ¶ Sed & illud notandũ q̃d dicens: hæc eſt amphora addidit egrediens, quia ꝓfecto illa iniquitatis amphora diu uerſabatur intus, & in conuenticulis & ſecretis conſultatiõibus. qũo Ieſum in ſermõe caperent, qũo illum dolo tenerẽt & occiderent, & q̃d taliter diu tractauerunt, tandem longo circuitu pertractũ, egreſſum eſt in publicum. Hinc eſt illud Pſalmiſtæ, quod tam de traditore q̃ de oñi inimicorũ cœtu, qui dixerũt: qñ morietꝰ & peribit nomen eius, recte intellꝫgitur, cor eius cõgregauit iniquitatem ſibi, egrediebaẽ foras, & loquebatur in idipſum, aduerſum me ſuſurrabunt oñes inimici mei, aduerſum me cogitabant mala mihi, uerbum iniquum cõſtituerũt aduerſum me, Nimirũ ſic agẽdo amphoraintus uerſabatur, tunc autem egreſſa eſt, quãdo diffinito cõſilio, tãquã ad latronẽ exierũt cũ gladĳs & fuſtibus & ſeditioſis clamoribus, petierunt atq; effecerũt ut crucifigeretur. Et ecce ait, talentum plumbi portabatur, & ecce mulier una ſedens in medio amphoræ, & dixit: Hæc eſt impietas, Talentum plumbi põdus eſt iudicĳ ſiue damnatiõis, magnum utiq; & graue ſecundum magnitudinem & grauedinem irremiſſibilis delicti, i. cordis impœnitentis. Nam huiuſmodi delictũ impietas eſt, cuius perſeuerantiã quã hodiéq; uidemus, ſeſſio mulieris in medio amphoræ congrue ſignificat. Sedent nãq; nũc uſq; patres impĳ in cathedra peſtilentiæ blaſphemantes, & filios ſuos Chriſtum blaſphemare docentes, atq; hoc modo in medio amphoræ ſiue menſuræ impletæ mulier ſedet, dum eis etiam in ere gladĳ cadentibus, & ubiq; gentium in captiuitatem diſperſis, impietas ſua placet. Proinde quid ſequitur? Et proiecit eã in medio amphoræ, & miſit maſſam plumbeã in os eius. Hoc poſt præſentem uitam & fit & fiet. Iam factum eſt, quod ſupra ſignificabatur & dicebatur, ubi uolumen uolans Propheta uidit, & hæc maledictio (inquit angelus) & educam illud, dicit dominus exercituũ, ad domũ furis, & conſummet eum, & ligna eius, & lapides eiꝰ. Hoc (inquã) iam factum eſt: quia templum illud exterminatum, & quæ erat ciuitas deſtructa eſt, ſed magnitudo amphoræ & impietatis, quę in medio ſedet, exigit, ut hac uindicta ſimplici, iuſtitia dei nõ cõtẽta ſit. Ergo & proiecit eam in medio amphoræ, & miſit maſſam plumbeã in oseiꝰ, ſtatimq; & leuaui (ait) oculos meos & uidi, & ecce duæ mulieres egrediẽtes, & ſpũs in alis earũ, & leuauerunt amphorã inter terrã & cœlũ & cætera. Mirũ quod & mulier q̃ eſt impietas, ſedebat in medio amphoræ, & proiecit eã in medio amphoræ, ut litera ſonat. ¶ Qũo poterat ꝓĳci in medio amphoræ, quæ ſedebat in medio amphoręꝰ Sed ꝓfecto amphora iſta nõ manufacta, quę eſt impleta peccati mẽſura, aliter eſt: qa uidelicet peccato ſuo nemo traditur niſi q ſe tradidit ultroneꝰ, iuxta illud: Et dimiſit eos ſcdm deſideria cordis eorũ, & q nocet noceat adhuc, & q in ſordibus eſt ſordeſcat adhuc. Nã proĳcere impietatẽ. i. impiã animã, hoc eſt, non cõuertere eam, q̃d tunc fit, cũ ad quartũ ſcelus puenerit, ſicut in Amos dñs dicit. Sup tribus ſceleribus Iuda & ſup quatuor ſiue ſuper tribus ſceleribus Iſrael, & ſup quatuor nõ cõuertã eum Primũ nãq; ſcelus eſt malã uoluntatẽ habuiſſe, ſcdm malũ quoq; opus ꝓpetraſſe, tertiũ, conſuetudinẽ mali operis habere, quartũ arguẽdi legi ſiue iuſtitiæ dei repugnare, & uerba proferre blaſphemiæ. Qualis uel quãta quarto huic ſceleri pœna debeat, ſignificat id q̃d dictũ eſt: & miſit maſſam plumbeã in os eius. Maſſa nãq; plumbea ſiue talentum plũbi, põdus (ut iã dictũ eſt) ſignificat dãnationis uel iudicĳ dei, q̃d uidelicet impietas huius amphoræ. i. menſuræ ſæpe dictę irremiſſibilis ſit, teſtante ipſo dño: quia q dixerit uerbũ cõtra ſpiritũ ſanctũ. i. q ſciẽter de bono dixerit malũ, ut tunc Iudæi uel Phariſæi, & poſt hæreſiarchæ fecerũt, nõ remittet ei ihoc ſeculo neq; in futuro. Quid tandẽ ſunt duæ mulieres, quę portãdo huic tanto põdere addictę, quẽadmodũ dicit: Et leuauerũt amphorã inter terrã & cœlũ? Duas ex ſcripturis ꝓpheticis mulieres notas habemꝰ, & noĩa earũ, ait dñs ad

Amphora ſillatur & oculus dicitur

Talentum plũbi pondus damnationis uel omnium

Quomõ proĳciatur mulier in medio amphoræ

Duæ mulieres, Samaria & Hieruſalem

Ezechielem, Oolla maior, & Ooliba ſoror eiꝰ minor. Itē: Porrò eaꝝ nomina Sāmaria Oolla, & Hierſm Ooliba. Ac deinceps: Filij hominis non iudicas Oollam & Oolibam, & annūcias eis ſcelera eaꝝ quia adulteræ ſunt, & ſanguis in manibus eaꝝ: Hæc & his ſimilia per ſimilitudinē dicta ſunt quia uidelicet ſicut adultera dicitur & eſt mulier quæ relicto uiro ſuo alteri commeſcet uiro, ita Oolla & Ooliba relicto deo patrū ſuoꝝ coluerūt deos alienos. Et ſanguis in manibus earum, quia miſſos ad ſe prophetas occiderūt. Et Ooliba minor plus q̄ Oolla, id ē, Hieruſalem plus inſaniuit q̄ Samaria Quomodo? Quia procul dubio cum filia fecerit Hieruſalem, quæ & Samaria fecit, occidendo prophetas, & ſectando idololatriā, addidit quod maius eſt, occidendo dñm, & eligendo Barrabā, quod fuit implere (ut iam dictū eſt) menſuram patrum, quę intelligitur per amphoram. Pulchre ad hūc ſenſum accedit, q̄d & apud Oollam. i. Samariam mulier Iezabel priores prophetas interfecit, & apud Oolibā .i. Hieruſalem mulier Herodias nouiſſimū prophetarum & plus q̄ prophetam Iohānem occidit. Igitur duæ mulieres, patres & filij ſunt patres qui menſurā ſanguinis ferè dimidiauerunt, & filij qui menſuram impleuerunt, & ita unam eandem amphorā ſibi ad portandū, cum impietatis pondere communē fecerunt. ¶ Iſtæ habebant alas quaſi milui. i. ſuperbiam quaſi diaboli: quia uidelicet ſicut in Pſalmo ſcriptū eſt: Tenuit eas ſuperbia, opertæ ſunt iniquitate & impietate ſua, & prodijt quaſi ex adipe iniquitas eorum, dum diceret anterior mulier, non eſt nobis pars in Dauid, neq; hæreditas in filio Iſai. Poſterior uero dicente Pilato: Regē ueſtrū crucifigā? clamaret dicens: Non habemus regē niſi Cæſarē. Itaq; & ſpūs (inqt) in alis eaꝝ, ſpiritus utiq; blaſphemiæ, unus idemq; in ſuperbia mulierum talium, ut illa ſubſannaret patrem & patriarcham Dauid, & iſta filium Dauid. Hoc omnino reminiſci iuuat quotieſcunq; menſuræ illius mentio fit, de qua hic agitur, propter amphoram eiuſmodi, quia uidelicet abnegatio Dauid, & ſchiſma quod fecerunt patres, ſcindendo ſe à domo Dauid uiduitulosq; colnedo, quos Hieroboam fecit, initium fuit impietatis, quam impleuerunt filij negando Chriſtum ante faciem Pilati, Nonne patres dicendo: Nō eſt nobis pars in Dauid, iam negatores extiterunt eiuſdem Chriſti quem negauerunt filij. Promiſſio nāq; facta fuerat ipſi Dauid, Chriſtū de ſemine eius naſci, & idcirco ſicut ad Samuel dixit dñs: Non eū te abiecerunt, ſed me ne regnem ſuper eos, ita de illis ueriſſime dicas: quia nō Dauid ſed Chriſtū negauerunt, ne regnaret ſuper eos, præeligentes filio Dauid Barraban, ſicut illi patres eoꝝ ipſi Dauid præelegerunt Hieroboam. Et leuauerunt (ait) amphoram inter terrā & cœlum. ¶ Quid ſibi uult huiuſmodi dictum, leuauerunt inter terram & cœlum. Scimus q̄ dē quia quod ē portandum ſiue deferendum, deferendo leuatur inter terrā & cœlum. Sed quid ſibi uult huiuſmōi dictū? niſi ut innuat tibi reſpicere rem cuius erat totum portentū? Quæ nam eſt illa res? Nimirum ipſa ſanguinis uindicta, cuius (ut ſupra dictum) ſignū erat amphora, & in amphora ſedens impietas. Qualis eñ eſt ſanguinis ſiue iniquitatis illius uindicta? Ecce palam eſt, & uidemus Iudæos qui menſuram illam (ut ſæpe iam dictum eſt) impleuerunt, leuatos inter terram & cœlū. Quomō? q̄a uidelicet nec terra ſua capit eos nec cœlū admittit eos. Nonne ducti in omnes gentes captiui, terrā ſuā non contingūt? Multo magis cœlum contingere, id eſt, ad regnum cœlorum peruenire, cū ſint increduli nō poſſunt. Huius rei non iſtud ſolum fuit portentum, quod leuauerūt amphoram in terrā, & cœlum, uerumetiam illud quod ſceleris eorum ſignifer Iudas, perijt inter terram & cœlum. Suſpenſus eñ crepuit medius, & ut ait quidam, cœlo terræ q; peroſus, interutrumq; perit, et diffuſa ſunt oñia uiſcera eius. Sic nāq; ille populꝰ, cœlo ac terræ peroſus, à terrena Hieruſalem abactus, & cœleſti Hieruſalem indignus, inter utrāq; perijt, & ſic reliquię diſperſæ ſunt eiuſdem populi, ſicut pendentis inter terram & cœlum diffuſa ſunt iā dicti uiſcera proditoris. ¶ Quanto melius quanto pulchrius, atq; dulcius ſignum ſiue portentum, quod duo uiri ex his qui ex plurauerant repromiſſionis terrā reuertētes, botrū cum palmite in uectę portauerunt. Confer duos illos uiros duabus mulieribus iſtis, & uectationem illorum, iſtarum oneri, ſi tamen poſſunt conferri, cum omnino contraria ſint. Sicut eñ iſtę mulieres duę malos patres, & malos malorum patrum filios, qui impleuerunt meſuram eorum ſignificauerunt, ſic econtra, illi duo uiri, bonos patres, quorum optimi Patriarchæ & Prophetę fuerunt & bonos bonorum patrum filios, quorum Apoſtoli optimi ſunt, & myſtice deſignauerūt

Et ſicut

Alæ q̄ſi milui Superbia diaboli.

Iudęi diuina uindictę leuari inter cęlū & terrā

Cōparatio duorū virorū, botrū portāti um, ad duas illas mulieres.

Et ſicut amphora quam inter terram & cœlum mulieres leuauerunt, plenæ menſuræ ſcelerum portentũ fuit, ſic econtra botrus, quẽ in uecte uiri portauerunt pietatis & iuſtitiæ, quę in cruce pepẽdit, ſignũ extitit. ¶ Nunc ſequẽtia ꝑcurramus. Quo (inqt) iſtę deferũt amphoram? Vt ædificẽt (ait) illi domus in terra Sennaar, & ſtabiliat ibi ſup baſem ſuã. Terra Sennaar dicta eſt terra Babylonis, ubi turrim ædificauerũt ſuperbi, quo⁹ linguæ cõfuſæ, & ipſi in oẽs terras diſperſi ſunt. Interpretat autẽ Sennaar, excuſſio ſiue ſœtor dentiũ, & hoc maxime loco terrã ſignificat illã, quã dicit Dauid tenebras, & terrã obliuionis, & Iob ſcĩũs terrã tenebroſam, & opertã mortis caligine, ille dicendo: Nunquid cognoſcentur in tenebris mirabilia tua, & iudicia tua in terra obliuionis, iſte aũt clamando, dimitte me dñe, ut plangã paululum dolorẽ meũ, anteq̃ uadã ad terrã tenebroſam, & opertã mortis caligine. In illam terrã Sennaar, in illã terram putoris dentiũ, deferunt (ait) mulieres iſtæ amphoram ſuã, mulieres quæ⁹ dentes arma & ſagittæ, & quæ⁹ lingua gladius acutus, ut illic ædificetur illi domus & illic ſuper baſim ſtabiliatur. Quæ eſt illa domus? Quæ eſt illa baſis eius? Domus eſt mortis, baſis eſt perditiõis ſtantis & permanẽtis. Quia ſepulchra eoꝝ (ait Pſalmiſta) domus eoꝝ imperpetuũ, & non eſt ibi ſpes ſiue expectatio tranſeundi ad aliam domũ, tranſmigrãdi ad aliũ locũ. O ergo q̃ malũ ſtabilimentũ, quod miro modo declamauit, ita pronuntias, ut ædificetur ei domus in terra Sennaar, & ſtabiliatur & ponatur ibi ſup baſem ſuã. Terra Sennaar. Segtur

CAPVT. VI.

L Et conuerſus ſum, & leuaui oculos meos & vidi, & ecce quatuor quadrigæ egredientes de medio duorũ montium, & montes mõtes ærei. In quadrigã prima, equi ruſſi, & in quadriga ſecunda equi nigri, & in quadriga tertia equi albi, & in quadriga quarti equi uarij & fortes. Et reſpondi & dixi ad angelum qui loquebatur in me: Quid ſunt hæc domine mi? & reſpondit angelus, & ait ad me: Iſti ſunt quatuor uenti cœli, qui egrediuntur vt ſtent coram dominatore omnis terræ. In quo erãt equi nigri, egrediebantur ad terram Aquilonis, & albi egrediebantur poſt eos, & uarij egreſſi ſunt ad terram Auſtri. Qui autem erant robuſtiſſimi, exierunt & quærebãt ire & diſcurrere per omnem terram. Et dixit: Ite & peram bulate terrem, & peram bulauerunt terram. Et vocauit me, & locutus eſt ad me, dicens: Ecce qui egrediũtur in terram aquilonis, requieſcere fecerunt ſpiritum meum in terra aquilonis. ¶ Meminiſſe oportet unam eſſe, & unius noctis uiſionem, ab eo quod dixit: Vidi per noctẽ Et ecce uir aſcendens ſuper equũ ruſum, uſq; ad id quod poſt modum dicturus eſt, & factũ eſt in anno quarto Darij regis, ſecundum rerum ordinem quæ tunc gerendæ erant, nunc autem geſtæ ſunt ferę omnes, præter ſecundum uiri eiuſdem. ſ. domini noſtri Ieſu Chriſti aduentum. Conſideramus uiſionis ordinẽ pulcherrimũ, & non minime delectatus eſt animus gloriam talis uiri quærens ac diligens, quia recto hic ordine inuenit hiſtoriã ſalutis, hiſtoriã gratiæ & ueritatis, quõ deus & uerbũ ſiue filius dei, memor ꝓpoſiti, memor ad Abraham & Dauid dictæ atq; iuratæ promiſſionis reuerſus eſt ad Hieruſalem in miſericordijs, & in ea domus eius ædificata eſt. Et quatuor cornua quæ uentilauerunt Iudam & Hieruſalem, id eſt, quatuor regna, per quæ conatus eſt diabolus eandem abolere promiſſionem, detrita ſunt, & tunc uenit Dominus, ò filia Sion, & habitauit in medio tui. Verbum em̃ caro factũ eſt, & habitauit in nobis. Atq; idem deus, filius Ioſedech, quod eſt filius Domini iuſtitiæ, mutatorijs indutus, id eſt, propter paſſionẽ mortis, gloria & honore coronatus eſt, aſcendensq; in cœlũ factuſq; candelabrũ magnũ, candelabrũ aureum ſeptem lucernarum claruit per mundum uniuerſum, dando Apoſtolis, uel prædicatoribus ſuis ſanctum ſeptiformẽ ſpm̃, & qui lumen tantũ extinguere uoluerunt, impleta paternorum menſura ſceleꝝ ſuã, ſicut nouiſſime dictũ eſt, amphoram & impietatẽ blaſphemiæ deportandã in terra Sennaar, cum plumbea damnationis maſſa receperunt. ¶ Quid deinde factum eſt poſt illoꝝ excidium, quod dignũ ſit intelligi, per quatuor huiuſmodi quadrigas egredientes de medio duoꝝ montium, quaꝝ in prima ſunt equi ruſi, in ſecunda equi nigri, in tertia equi albi, in quarta equi uarij fortes? Leuemus cũ Propheta oculos noſtros, & proſpectũ extendamus per mundũ uniuerſum. Et ecce mũdus plenus eſt, & ex quo beati Apoſtoli de candelabro illo ſunt illuminati, cœpit impleri quadrigis ſeruentibus, & equis currentibus, de quibus & Abacuc decantãs dñoꝝ aſcendẽs (ait) ſuper equos tuos, & quadrigæ tuæ ſaluatio.

Terra Sennaar.

Epilogus rerũ vm̃ vtilis.

Quatuor quadrigæ.

Equi rufi. Equi nigri. Equi albi.

Quadriga prima in qua erãt equi rufi, Apoſtolorũ eſt & martyrũ, quadriga ſecunda in qua erant equi nigri pœnitentiũ eſt, qui ab Apoſtolorũ tẽporibus incipiẽtes, in his q ſanguinẽ Chriſti fuderãt, uitã nobis cœnobialẽ ſanxerũt. Vñ uſq; hodie per orbẽ niger tã profeſſiõe quã habitu pſeuerat ordo monachorũ. Quadriga tertia in qua erant equi albi, ordo eſt uirginũ utriuſq; ſexus, totũ candore ſuo perornãs equitatũ Ieſu Chriſti dñi exercituũ. Vnde illud notandũ, quia cũ dixiſſet: In quo erant equi nigri, egrediebant ad terrã aquilonis ait, & albi egrediebant poſt eos. Illũ nanq; uitæ ordinẽ, q facinoroſis erat neceſſarius, quẽq; priores illi ſuſceperunt, ut fructus dignos pœnitentiæ facerent, ſubſequunt q̃ plurimi, neq; homicidij, neq; adulterij, ſiue alterius cuiuſlibet criminis rei, imò & pleriq; corpore incorrupti atq; integri, quos beatus Papa Gregorius, quid (inqt) niſi & iuſtos & pœnitentes dixerim? Plane hoc ipſum eſt egredi ad terrã aquilonis, uitã auſteriorẽ exequi, quæ tm̃ differt à uita remiſſiore multis utente delitijs, non tñ illicitis aut lege prohibitis, quantũ rigor aquilonis à ſuauitate auſtri ſiue fauonij, quantu hyemalis algor à uernis diſtat blanditijs. Vnde notanda litera, quia ſic dictũ eſt, in quo erant equi nigri egrediebant in terrã aquilõis, ut ſit ſenſus, Propter quod erant ſibi peccatorũ conſcij, in propoſitũ ſe dimiſerũt uitæ arctioris. Quadriga quarta, in qua erant equi uarij fortes, paſtorũ atq; doctorũ eſt, & ofm in quibus eminent illæ gratiarũ diuiſiões, de qbus Apoſtolus, alij (inqt) p ſpm̃ datur ſermo ſapientiæ, alij fides, alij genera linguarũ, alij gratia ſanitatũ &c. Num paruum hoc eſt aut indignum fuit inter illa magna, quæ uentura erãt, & de quibus iã dictũ atq; adhuc dicendũ eſt. Iſtos eccleſiæ gentium ordines prophetica uiſione demonſtrari, imo quis prophetarũ de huiuſmodi tacuit & gentes ſaluandas. (Vnde ordines iſtos diuinitas aſſumpſit) non declamauit in gaudio ſpũ ſancti? ¶ Quid porro ſunt duo montes illi, quorum de medio quadrigæ iſtæ uidentur egredi, qui uidelicet montes dicuntur ærei. Montes iſti duo teſtamenta ſunt. Lex & euangeliũ, dicunturq; montes propter altitudinem ſiue dignitatem cœleſtium, quæ continent, ſacramentorum: quam uidelicet altitudinem illud quoq; ſignificat quod & lex in monte data eſt. Et Euangelicum ſermonem, dominus in monte ſedens atq; os ſuum aperiens, exorſus eſt. Montes iſti montes ærei, uidelicet propter ſonoritatem atq; diuturnitatẽ tam legis q̃ Euangelij, quia non poteſt ſolui ſcriptura tam legalis q̃ Euangelica. Nam iota unum ſiue apex unus ait dñs, non peribit à lege donec omnia fiant, & cœlum & terra tranſibunt, uerba aũt mea non tranſibunt. De medio montium iſtorũ quatuor quadrigæ egreſſæ ſunt, quia ucz utrunq; teſtamentũ, quatuor iam dicti ordines Eccleſiæ recipiunt, & ſicut in alia ſimilitudine dictum eſt, de medio petrarũ dabunt uocem, ita hic recte dicas: quia de medio duorum montium, montium æreorũ, quadrigæ iſtæ procurrent. i. de cõmuni legis & Euangelij ſenſu ſiue conſenſu ſeruabunt uitæ ordinem, ſcientiæ uel doctrinæ puritatẽ. Quid tandem eſt quod percunctanti prophetæ, quid ſunt iſti dñe mi. Reſpondens angelus iſti ſunt (ait) quatuor uenti cœli qui egrediuntur, ut ſtent coram dominatore uniuerſæ terræ? Quid niſi q̃d ſapientia dicit: qa multitudo ſapientiũ ſanitas eſt orbis terrarũ? Iccirco nimirũ quatuor quadrigæ iſtæ, quatuor uenti cœli dicũtur eſſe, qa ſicut uenti pflãdo nebulas ſiue pruinas euertunt, aeremq;, qui p quietẽ corruptior fieret, inquietando ſaniorẽ efficiunt. Sic ordines iſti, quos diximus, ſinguli in ſuis officijs ſtando, & cũ tẽpus poſtulat diſcurrendo atq; feſtinãdo ſuſcitant homines ad cognoſcendũ deum creatorẽ ſuum, qui niſi crebra cõmonitione ſollicitiredderentur, nec cogitarent quidẽ corrupti mente, reſtare quicq̃ poſt præſens ſeculum aut in fine diſtare quippiã inter hoiem & iumentũ. Hinc & illud q̃d Iohannes in Apocalypſi: Vidi ait quatuor angelos ſtantes ſuper quatuor angulos terræ, tenentes quatuor uentos cœli, ne flarẽt ſup terrã, neq; ſup mare, neq; ſuper ullã arborẽ. Quatuor nãq; angeli quatuor angulorũ mali principes. i. angelicæ fortitudines fuere quatuor regnorũ principaliũ, Babylonici, Perſici, Macedonici, atq; Romani, de quorũ uno angelus bonus, q Daniel loquebatur. Princeps (ait) Perſarũ reſtitit mihi uiginti & uno diebus. Regnis ſiue regnorũ principibus illis hoc fuit tenere quatuor uentos cœli, cohibere à cultu ſiue ſeruitio dei quadrigas iſtas. i. colentiũ deũ. i. quos diximus ordines & ſeruiẽtiũ creatori, ſed inclamauit & cõpeſcuit illos alter angelus, q aſcendit ab ortu ſolis habens ſignũ dei uiui. Qui nõ eſt alius niſi uir iſte q in initio uiſiõis huius ſup equũ rufum aſcendit, & poſt eũ equi rufi uarij & albi, q erãt ſanctiprio-

Equi uarij & fortes.

Duo montes ærei, lex & euãgelium.

Cur iſtæ quadrigæ dicunt q̃tuor uẽti cœli

Quatuor angeli, quatuor angulorum.

Duplices equi poſt uirum. ſ. Chriſtum.

ti prioris populi ueteris teſtamenti. Nam iſtæ quadrigæ, iſti quatuor uenti cœli, qui abeũ tibus illis mulieribus cũ amphora ſua egreſſi ſunt de medio duoꝝ montiũ, ut aſſiſterent dominatori uniuerſæ terræ, ſancti ſunt iunioris populi, q(negãte Chriſto ſynagoga, ut dudũ negauerat, dicẽdo: Non eſt nobis pars in Dauid, neq; hæreditas in filio Iſai, mulier altera. ſ. de cẽ tribuũ ſciſſura) crediderũt in eũ, & aſſiſtũt illi nũc uſq; ſicut ueraciter dominatori uniuerſæ terræ. Inter quos iſta equoꝝ nõ prętereunda eſt diſtantia, qđ illic nigri nõ erant equi, tm̃ modo rufi, uarij & albi, hic autẽ rufi, nigri albi & uarij. ¶ Quid ex hoc animaduertendũ eſt? niſi qa pœnitentiã, quã equoꝝ eſſe nigredinẽ iam dictũ eſt, publice illo tempore nemo prędicabat? Nam à diebus Iohannis iſta nigredo cœpit, qui primus baptiſmũ pœnitentiæ p̃dicauit ſubſequente protinus euangelica uoce ipſius dñi dicentis. pœnitentiã agite, appropinquabit enim regnũ cœloꝝ. Porro in lege ne ſaltẽ pœnitentiæ nomen arbitror uſquam reperiri, ſed qui fecerit hoc uel illud, morte moriatur, niſi quod poſt legẽ multo tempore uenientes prophetæ, aliquid ſuper pœnitentia clamauerunt regibus & populo, q cõmunitet derelicto dño, & uitulos aureos quos fecit Hieroboã, & Baal, & Aſtaroth cęteraq; tã in Hieruſalẽ quã in Samaria colebãt portenta deoꝝ. A diebus (ut iã dictũ eſt) Iohannis regnũ cęloꝝ uim pati cępit huiuſmodi, ut non diceretur, morte moriant criminoſi, morte moriatur, q hoc uel illud fecit aut fecerit: ſed pœnitentiã agite & facite fructus dignos pœnitẽtiæ, pœnitentiã agite, appropinquabit enim regnũ cœloꝝ, pœnitentiã agite & baptizetur unuſquiſq; ueſtrũ, quoꝝ primũ Iohannes, ſecũdm ipſe dñs, tertiũ Apoſtoli dñi poſt paſſionẽ eius, ipſo iubente prædicauerũt, & extunc cũctis peccatoribus quacũq; ex gẽte uel natiõe cõfugientibus, quantũlibet criminoſis ſiue facinoroſis, patet pœnitentiæ aſylũ, patet eoꝝ uiolentiæ regnũ cœloꝝ. ¶ Vñ notandũ, quia de nigris equis (ut iam dictũ eſt) egredientibus ad terrã aquilonis. i. de peccatoribus pœnitendo ſemetipſos tradentibus uitæ arctiori dñs ita dicit: Hi qui egrediunt ad terrã aquilonis, requieſcere fecerũt ſpiritũ meũ in terra aquilõis. Et enim hic ſenſus. Hi qui pœnitentiã egerunt uel agunt de peccatis ſuis, quod eſt egredi ad terram aquilonis, ubi ultroneus labor tanquàm glacialis rigor pœnitentis corpus affligit, per hoc ipſum quod illuc egreſſi ſunt, iræ meæ ſpiritũ requieſcere. i. ceſſare fecerunt, ut iam ego nõ iraſcar eis, qm̃ ipſimet irati ſunt ſibi. Sicut enim peccando exacerbauit dominum peccator, ſic contra pœnitentiã agendo ſpiritũ domini requieſcere facit peccator. Sine dubio cum dicit requieſcere fecerunt ſpiritũ meum, intelligendus eſt ſpiritus iræ, teſtante Pſalmiſta, qui cũ de peccatoꝝ conuerſione præmiſiſſet commota eſt & contremuit terra, fundamenta montiũ conturbata ſunt & commota ſunt & cętera, ita ſubiunxit. Ab increpatione tua domine ab inſpiratione ſpiritus iræ tuę. ¶ Quod ſi equi nigri egrediendo in terrã aquilonis requieſcere faciunt ſpiritum domini, quid putas de his qui egrediuntur poſt eos equis albis? Et ut manifeſtius dictũ ſit, ſi facinoroſi pœnitentiã agẽdo gaudium faciunt deo & angelis dei, ſecundum illam parabolã centum ouiũ, & unius inuentæ quæ perierat, ſiue decẽ drachmaꝝ & unius inuentæ quæ perdita fuerat, quid putas de illis, qui nullius criminis rei, uel conſcij propoſitũ uel regulam ſequuntur conſtitutã pœnitentibus criminoſis? Profecto hi ſpiritũ domini non ſolummodo requieſcere faciunt, uerumetiã oblectant plurimũ, & unde illi ueniã, inde iſti coronam conſequuntur ſempiternã. Dictũ eſt de equis nigris & equis albis, qđ egreſſi fuerint, & non dictũ eſt de equis rufis qui erant primi. Porro de equis uarijs qui erãt quarti, manifeſte dicitur: quia egreſſi ſunt ad terrã auſtri. Sed & protinus ſequitur. Qui autẽ erant fortiſſimi, exierunt & querebant ire & diſcurrere per omnẽ terrã. Dixitq; dominꝰ ad eos. Ite & perambulate terrã. Vnde & arbitrari licet illos, qui primo loco dicti fuerant equi rufi, nunc in nouiſſimo fortiſſimos dicit. Non plures enim q̃ quatuor quadrigæ ſupra nũeratæ ſunt, neq; dictũ eſt hactenus quicq̃ de equis rufis, nec ullo modo contra rationem eſt, ut idem equi & rufi dicantur & fortiſſimi. ¶ Reſtat igitur dicere, & de iſtoꝝ egreſſu. Varij (inquit) egrediebantur ad terrã Auſtri. Iam ſupra dictũ eſt uarios equos Domini, illos eſſe uel dici, quibus diuerſa data ſunt chariſmata ſpũs ſancti, ſermo ſapiẽtiæ, ſermo ſcientiæ gratia ſanitatũ, genera linguarũ, interpretatio ſermonũ, ꝓphetia uel diſcretio ſpirituũ, & his ſimilia. Porro nomine Auſtri ſpiritus ſanctus ſolet deſignari, & quæ terra huius auſtri, niſi ſancta ſcriptura legalis, prophetica, Euangelica, quam uniuerſam utique ſpiritus ſanctus cõdidit?

Pœnitẽtię aſylum, nõ ſubterfugio, ſed ſub euãgelio patet.

Vide q̃ impũ ſit, cõtra uotũ monaſtica ſtatũ bere.

Equi rufi, fidẽ & fortiſſimi.

Equi uarij, ad terram auſtri gredientes.

Quid

Quid igitur eſt, uarios equos egredi ad terrã auſtri, niſi doctæ fidei uiros iam dictas diuiſionum gratias habentes, eximere ſe oibus curis ſeculi, ſoliſq; uacare uel ſtudere ſcripturis ſanctis, & uerba tractare ſpiritus ſancti. Taliũ eſt em̃ hmõi negotiũ, propter ipſum quod non ſolummodo nigri ſiue albi ſunt, ſed uarij. i. non ſolũmodo propoſiti ſancti executores uel ſanctitate uitæ decori: ſed & ſancti pariter & eruditi, quaſdam habentes facultates ſermonis & præclari ingenij, cæteroq; taliũ quas non habent multi, qui ſunt uitæ laudabilis & arctioris, q̃ ſint iſti: quia non dedit ipſe auſter, cuius hæc terra eſt, non dedit ſpiritus ſanctus diuitiaq; huiuſmodi dominus, diuidens ſingulis prout uult. Denicq; ſicut de quodã paulo ſimplice legimus, qui in conuentu patrum requiſiſſe fertur, prius ne prophetæ fuerint an Chriſtus, ita de multis diffiteri non poſſumus, ſanctæ uitæ ut extitit ille, quod eis plurimũ defuerit gratiæ illius, qua ſanctus & uerus qui habet clauem Dauid aperit, & nemo eſt qui claudat qua apoſtolis ſuis iam quidem ſanctis, ſed eatenus idiotis poſt reſurrectionẽ ſuã aperuit ſenſum ut intelligerent ſcripturas. ¶ Qui erant fortiſſimi, uidelicet quos iam ante rufos dixit quærebant exire & diſcurrere in omnem terram, quia uidelicet ſpontanea charitate fortiſſimi milites Chriſti, pro fide ipſius ad paſſiones cucurrerunt, ſpontanea deuotiõe tradiderunt corpora ſua ad ſupplicia propter deũ, hoc expediebat, & fidei Chriſtianæ talis eoq; fortitudo neceſſaria erat, quia profecto multos idololatria defenſores habebat, quoq; ſtultitia nihilo melius q̃ morte uel ſanguine martyrũ confundi uel ſuperari poterat. Et notandũ, qa non prius dictũ eſt equis fortiſſimis: ite & perambulate terram: & poſtea quæſierunt exire & diſcurrere in uniuerſam terram, ſed prius quæſierunt exire: & tunc demũ dictũ eſt eis, ite & perambulate terram. Chriſtiano quippe nolenti aut timido non præcipitur, ut ſemetipſum ingerat paſſioni uel perſecutoribus obijciat, imo licentia datur fugiendi, dicente dño: Si uos perſecuti fuerint in uua ciuitate, fugite in aliam. Volentibus ergo atq; deſiderantib⁹ coronam martyrij, per magnam gratiam concedi deſignatur, dum fortiſſimis equis uolentibus exire, dicitur: ite & perambulate terrã. Exẽpli gratia: Tunc unus de equis hmõi, equis fortiſſimis quærebat exire, & dictum eſt ei: & perambula terram, qũo beato Laurentio dicenti ad Sixtum Papam: Quo progrederis ſine filio pater, reſpõdit ei dñs per os illius, quod poſt triduũ eſſet ſecuturus. Cautela bona, cautela neceſſaria eſt omnibus equis domini, q̃uis fortiſſimis, ut q̃uis multum deſiderent ad martyrium exire, non exeãt niſi expectata, & per orationes quæſita dignatione ſupernæ gratiæ, quia periculoſum eſt hutuſmodi præliũ niſi magnũ adſit ſpiritus ſancti ſolatiũ, & plerisq; in negatiõis barathrũ prolapſi ſunt, dum ſe fortiter agere cõfidentes, ultro ſe tradiderũt. Quám fortiſſimus in hoc ordine Petrus apl'us extitit, inq̃ tñ ſummæ ſapiæ cõplacuit ſancire exemplũ cauendi nimiã cõfidẽtiã in eiuſmõi Cũ em̃ dixiſſet: dñe tecũ paratus ſum in carcerẽ & in mortẽ ire, aiam meã pono pro te, & ſi oẽs ſcandalizati fuerint in te, ego nunq̃ ſcãdalizabor, & ſi oportuerit me mori tecũ, non te negabo, cũ ita fortiter cinxiſſet ſe adhuc iunior & ambularet ubi uolebat, occurrit ei una ancilla, & tu (inqt) ex illis es, atq; hoc audito mortẽ timuit & uitã negauit. Expectandũ illi fuerat, ut alius eũ cingeret & duceret, qđ & factũ eſt poſtq̃ ſenuit, poſtq̃ ſapiam ueraq; fortitudinẽ didicit, qa ucꝫ ſenilis animi & cani ſenſus eſt ſcire, qđ hæc fortitudo nõ in hoie ſed in deo ſit. Itaq; fortiſſimis equis & ratio præſens & exemplũ in prõptu eſſe debuit, ut uolẽtes exire, expectarẽt nutũ dicentis: ite & pambulate uniuerſam terrã, qđ eſt dicere, offerte uos ad mortẽ propter me ſuſtinendã. Nã quia moriturus quiſpiã dicit, aut legitur dixiſſe: ego in grediar uiã uniuerſæ terræ, recte & hic exire in uniuerſam terrã, ſiue pambulare terrã intelligit, qđ ſit mortẽ nõ timere, ad meliorẽ uitã feſtinare. Ad ultimũ & hoc nõ ptereundũ, quia cõgrue quos in ordine quadrigaꝝ dixerat equos rufos, hic ubi exire uolentibus dicti ũ refert ite & pambulate terrã, nõ dixit rufos, ſed dixit fortiſſimos: qa ucꝫ nõ anteq̃ fundãt, ſed poſtq̃ fuderint ſanguinẽ ſuũ ꝓpter dñm, equi dñi rufi ſunt, & ut manifeſtius dictũ ſit, ante paſſiones ſuas confeſſores equi albi ſunt, in paſſionibus & poſt paſſiones uſq; in ſempiternũ martyres & equi rufi ſunt. Poſt hæc omnia quæ hactenus dicta & facta ſunt, eodem ordine q̃ in hac uiſione præmõſtrata fuerãt, ab eo quod dictũ eſt, uidi per noctẽ, & ecce uir aſcẽdẽs ſup equũ rufum, qđ reſtat ſcđm Chri Euangeliũ, niſi ut ueniat ipſe filius hois ſedens in ſede maieſtatis ſuæ, & coronam regni habens in capite ſuo, pro eo qđ propter nos homo fact⁹, & in iſta

Equi fortiſſimi, Apoſtoli, & Martyres.

Sctũs Laurẽti⁹

Perambulare terrã qd eſt,

& in ista captiuitate natus, in ista Babylone cũ hominibus cõuersatus, nostrã captiuitatem per passionẽ suam soluit, & multos filios in gloriã adduxit, & reduxit congregatos in unũ qui dispersi fuerãt, scdm similitudinẽ illoꝝ, q tunc soluta captiuitate de Babylone ascenderunt, & reedificato templo domini, rursus in Hierusalem habitare cœperunt. Seqtur ergo: ¶Et factũ est verbũ dñi ad me dicẽs: Sume a trãsmigratiõe ab Oldai ⁊ a Thobia ⁊ ab Idaia, ⁊ venies in die illa, ⁊ intrabis in domũ Josie filij Sophonie, qui venerũt de Babylone, ⁊ sumes argentũ ⁊ aurꝫ, ⁊ facies coronas, ⁊ pones in capite Jesu filij Josedech sacerdotis magni, ⁊ loqueris ad eũ, dicẽs: Hec dicit dñs exercituũ. Ecce vir Oriẽs nomẽ eius, ⁊ subter eũ orietꝰ, ⁊ edificabit tẽplũ dño, ⁊ ipse extruet tẽplũ dño, ⁊ ipse portabit gloriã ⁊ sedebit ⁊ dñabitur sup solio suo ⁊ consiliũ pacis erit inter illos. Et corone erũt Helen ⁊ Tobie, ⁊ Idaie ⁊ Hen filio Sophonie memoriale in tẽplo dñi, ⁊ qui procul sunt venient, ⁊ edificabũt in tẽplo dñi, ⁊ scietis, quia dñs exercituũ misit me ad vos. Erit autẽ hoc si auditu audieritis vocẽ dñi dei vestri. ¶Hic finis est præclare ac pulcherrimæ uisionis, quæ sic incepit: uidi per noctẽ, & ecce uir ascendẽs sup equũ rufum, & ipse stabat inter myrteta. Visionis illius nocturnæ finis hic est, sacro sanctam salutis nostræ propheticã miro modo præsentans historiã,, quã hodie credentes uidemus & gaudemus esse impletã: quia sicut iã sepe dictũ, & semp est sciendũ, scdm magnũ qd in ea cõtinetur pietatis sacrm, ad illã, quã tũc Babylonij destruxerãt Hierusalẽ, uir ille dñs exercituũ reuersus est in misericordijs, & in ea domus eiꝰ ædificata est, & licet illa quatuor cornua regnoꝝ principaliũ supradictoꝝ Iudã & Hierusalem multũ uentilauerint, nihilominus fecit, quod facere deus proposuit, qa promissum fuerat, Christus in de uenit, & scdm scripturas iuxta hanc uisionẽ ea q̃ de ipso erãt, iã finẽ hñt, & ut iã ante dictũ est, nihil restat, nisi ut ipse qui victor salutis oim, per passionẽ cõsummatus resurrexit, & in cœlũ ascendit, redeat gloria & honore coronatus, oñi mundo & angelis & hominibus spectabilis. Vnde, quia uisio est, & hæc oia per noctẽ Propheta uidit, nõ magnope hic insistendũ est sensui literali, dũ dicitur, sume à transmigratione ab Oldai, &c. Equidẽ tradũt Hebræi, utpote literæ amici, quod Daniel & tres socij eius reuersi de captiuitate, aurũ & argentũ obtulerũt in domo dñi, & exinde iusserit dñs, sicut hic sonat litera, coronas fieri, eosq; cõmutatis nominibꝰ designari. s. Oldai, Tobiã, Idaiam & Henl, Ananian esse & Azariã & Misaelem, & Danielẽ. Porro q̃d in secũdo loco pro Oldai positũ est Helen, iccirco factũ est, quia Helen interpretatur somniũ, & Daniel cũ socijs suis apud deum obtinuit, ut somnij quod uiderat rex reuelaret sacramentũ. Verũtñ siue in re gestũ, siue tm modo in uisione fuerit ostensum, grande & admirabile contemplemus negotiũ, cuius illud cõstat extitisse portentũ. Supra nanq; in hac eadẽ uisione taliter dictũ est. Audi Iesu sacerdos magnæ tu & amici tui qui habitant coram te: quia uiri portendentes sunt. Non ibi totũ dictũ est illi, quod audire iussus est, neq; amicis eius illic totũ expositũ est, quod audire iubebantur: sed nec nomina ipsoꝝ illic scripta sunt, neq; expressa propter quã uel in qua portendentes dicti sunt. Ecce nomina eoꝝ semel & iteꝝ expressa sunt, primũ dicendo: Sume á transmigratiõe ab Oldai, & à Tobia, & ab Idaia argentũ & aurũ, & facies coronas: deinde & coronæ erunt Helen & Tobiæ & Idaiæ, & Hen filio Sophoniæ memoriale in templo domini. Nimiꝝ & nominibus suis, & auro atq; argento suo, & in eo quod coronæ exinde factæ poni iubentur in capite Iesu filij Iosedech, uiri isti portendẽtes sunt. Et recte ibi Iesus indutus erat sordidis uestibus, quæ & ablatę sunt ab eo, dictũq; est ad eũ: audi Iesu sacerdos magne tu & amici tui qui habitant corã te, quia uiri portendentes sunt: recte (inquã) illic dilata est hęc portenti pars, quia uidelicet prius oportebat illa fieri, quę per candelabrũ aureũ & per cætera quæ scripta sunt, usq; ad præsentẽ locũ significata esse uni diximus, & demum futurum erat, & fiet illud quod præsenti capitulo significatum est. ¶Ipsos sanctæ ecclesiæ quatuor ordines, quos in quatuor quadrigis intelligendos esse diximus, in gloria resurrectu ros, & ex ipsis siue propter ipsorum saluationem coronandum esse Dominum Iesum, quatuor uiri isti portendunt Oldai, Tobias, Idaia, & Hen. Oldai nanque interpretatur deprecatio domini, quod uidelicet nomen congruit quadrigæ illi in qua sunt equi nigri, id est, ordini illi, in quo sicut supra dictũ est, peccatores conuersũ ad pœnitentiam, deprecantur faciẽ

Narratio ex hebræorum traditione.

Quid portendunt hi quatuor uiri.

Oldai.

Domini

Tobias Domini. Tobias interpretatur bonus dñi, & idcirco congruit quadrigę illi in qua ſunt equi albi, i. ordini illi, in quo nullius macula criminis, imò etiam multus in pleriſq; candor uirgi-
Idaia. nalis propoſiti. Siquidē talis ordo ſiue quiſpiā huiuſce ordinis recte dicitur bonus dñi ita ut quidam iſtorū notiſſimus dicatur, etiā dilectus dñi. Idaia interpretatur notus dñi. Vnde & be-
ne congruit quadrigę illi in qua ſunt equi uarij. i. ordini illorū quibus ſpiritus ſanctus diuiſio-
Exo. 33 nes gratiarū diſtribuit, ita ut alios docēdo, regendo atq; confirmādo, plus cæteris innoteſcāt
Hen dño, ita ut cuilibet eorū dignetur dicere: noui te ex nomine. Hen interpretatur gloria. Vnde & nomē conuenit equis illis fortiſſimis qui exierunt, & quærebant ire & diſcurrere in oēm terrā. ſ. glorioſo martyrū ordini, qui uexillum diuini nominis foras extulerunt, & contra diabolum & phalangas eius uiſibiles atq; inuiſibiles exierunt ad pugnam, & per uniuerſam terram ſanguine roſeo ſuo ſanctā rigauerunt & decorauerunt eccleſiam, hoc feciſſe illis gloria

Quō Chriſtus coronatur in electis. maxima eſt. ¶ Igitur ab iſtis ſumes (ait) argentū & aurū & facies coronas, & pones in capite Ieſu filij Ioſedech ſacerdotis magni, quia ucz per ſingulas uirtutes electorū ſuorū dñs coronatur, imo in illis omnib⁹ coronatis, ſaluator in ſingulis coronā accipit: quia uidelicet ipſius gratia, ipſius eſt opus, oīs omniū ſanctorū corona. Non ſolū aurū, neq; ſolum argentū ſed

Domus Ioſiæ eccleſia eſt. & aurū ſumitur & argentum ad coronandū Ieſum: quia uidelicet non ſolo ſenſu ſcripturarū qui intelligitur per aurū & argentum, clarificamus eum. Locus uero ubi coronæ iſtæ fiant domus eſt Ioſiæ. i. ſaluati filij Sophoniæ. i. uiſitationis dñi, quo nomine recte intelligitur eccleſia, quā dñs uniuerſam ſua uiſitatiōe ſaluauit, ſecundū typum domus Zachæi, quam ipſe uiſitauit: Et hodie ſalus domui huic facta eſt inquit, & loqueris ad eum, dicens: Hęc dicit dominus exercituū, dicens: Ecce uir oriens nomen eius, & ſubter eū orietur &c. Ponendo coronas in capite filij Ioſedech. Iubetur loqui ad eum & dicere: cuius rei ipſe & amici eius uiri portendentes ſint, ac ſi dicat: Iſtud quod agitur hic aliud portendit, alterius rei portentū eſt: quia uidelicet iuxta hanc ſignificationem ecce uenit, ecce in propinquo eſt, uir magnus, uir fortis & potens, cui non eſt par alius. Et ſi uultis ſcire quis dicatur, uel qūo nominetur, oriēs eſt nomen eius, quo uidelicet nomine, nullus uirorū præter ipſum iure nominatur: quia ſo-

Vir oriens nomen eius. lus hic ſemp eſt in ortu, & nullus unq; illi eſt occaſus. Cum occidere putabit, maxime oriētur. i. cum fuerit ſecundum carnem huic mundo moriturus, tunc apud inferos timentibus deū orietur moxq; ſuper occaſum aſcendens, cœlo & terræ orietur uiuus, & nunq; moriturus. Hoc omnino eſt in poteſtate eius, & iccirco dico uobis: qa hoc ipſum nomen eius. Oriens ſubter eum orietur. i. per eum in multitudine credentium dilatabitur, in gloria reſurgentium clarificabitur. Hinc eſt quod protinus ſequitur. Et ædificabit templū dño, & ipſe extruet templū domino. Non eā quod ſemel dixerat: & ædificabit templū dño ſuperflua repetitione repetiuit, dicendo: & ipſe extruet templū domino, ſed quia una eademq; eccleſia, & in pñti ſeculo ædificatur, dum gentes conuertuntur, & in futuro extruetur, dū oēs reſurgemus, recte non cōtentus ſemel dixiſſe: & ædificauit templū dño repetiuit, & ipſe extruet templū domino. Et tūc ipſe portabit gloriā. ſ. quā coronę iſtę ſignificant: quia uidelicet magna illi erit gloria, tā multos filios adduxiſſe in gloriā. Si eā cuiuſlibet gloria ſunt hi, qui per eius miniſterium crediderunt, quēadmodū & Apoſtolus dicit: Quia gloria ueſtra nos ſumus, ſicut & uos noſtra, in die dñi noſtri Ieſu Chriſti, quāto magis ipſi⁹ dñi noſtri Ieſu Chriſti, gloria eſt, & gloria erit, quod eſt ipſe ſalus oim, quemadmodū idē Apoſtolus ait: quia cō placuit per eū reconciliari omnia in ipſo, pacificās per ſanguinē crucis eius, ſiue quæ in terris, ſiue quæ in cœlis ſunt. Tacito quod primu eſt, quia in ipſo cōdita ſunt uniuerſa in cęlis, & in terra, uiſibilia & inuiſibilia, ſiue throni, ſiue dñationes, ſiue principatus, ſiue poteſtates & oīa p ipm & in ipo creata ſunt, & ipſe eſt añ oēs, & oia in ipſo conſtant, q cauſæ ſi cum iā dictis congregētur, quod putas coronarū gloriæ eſt, unus idēq; deus & homo Ieſus Chriſtus? Ergo & ipſe portabit gloriā, & ſedebit (ait) ſuper ſolio ſuo, & erit ſacerdos ſuper ſolio

Solium Chriſti, regis & ſacerdotis ſuo. Quod q iuſtum ſit, melius quis cogitare poteſt q eloqui, ut ille ſedeat & dñetur oīm p quē omnia cōdita ſunt, & ſit ſacerdos in æternū, p cuius ſanguinē uniuerſa pacificata ſunt. Dñetur (inq;) ſuper ſolio ſuo, & ſit ſacerdos ſuper ſolio ſuo, qđ de nullo ſcō dicere fas eſt qa nullius eorū ius eſt, dicere ſuum dominatiōis, uel ſacerdotij ſoliū ſed huius tm domini & ſacerdotis unici, cuius maieſtas eſt, & ſedes una eadēq; ſedes maieſtatis dei, quemadmodū

dicit

dicit: Cū aūt uenerit filiꝰ hōis in maiestate ſua, & oēs angeli cū eo, tūc ſedebit ſup ſedē maie ſtatis ſuæ &c. Quid & iſta ſibi vult cōgeminatio & dñabit ſup ſolio ſuo, & erit ſacerdos ſup ſo lio ſuo, niſi qa unꝰ idēq; in quē hæc dicūt, futurū erat ut eſſet, & nūc ē rex atq; ſacerdos? De niq; qa rex iccirco dñabit (ait) ſuper ſolio ſuo, et erit ſacerdos ſup ſolio ſuo, ſatisq; manifeſtū eſt hūc eſſe ſenſum, qa in unā pſonā cōueniēt regnū & ſacerdotiū, & unus idemq; geminū obtinebit regni & ſacerdotij ſoliū. Vbi ſtati infert, & cōſiliū pacis erit inter illos, ſubaudiēdūē dñantē & ſacerdotē, nō quo Chriſtus diuidat, ſed q̄ principatꝰ duo, q fuerāt eatenꝰ diſiuncti altera em̄ erat pſona regia, & altera ſacerdotalis, imò Chriſto cōſocient. Inter illos igit ſubau dit pricipatꝰ, cū in uno fuerit inſepabiliter cōſociati, cōſiliū (inqt) pacis erit, qa uidelicet p illā cōiunctionē pax eſt uobis, & ſicut iā ante ex Apoſtolo cōmemoratū eſt, p eū cōplacuit re cōciliari oīa in ipſo, & pacificari p ſanguinē crucis eiꝰ, ſiue quæ in terris ſunt, ſiue quæ in cæ lis. Et coronæ erunt ait Helen & Tobiæ, & Idaiæ, & Hen filio Sophoniæ memoriale in tē plo domini. Hoc eſt quod expectamus, quia ſanctis omnibus & amicis domini, quos per iſtos ſignificari iam diximus, memoriale erunt ſempiternum, in illo cęleſti templo domini. ipſæ coronæ quæ de auro & argento ipſorum domino Ieſu factæ ſunt. De ſenſu & ſermo ne ipſo, quo ſpiritus ſanctus eundē dñm Ieſum clarificauit, & clarificare non deſinit, uſq; in finem ſeculi. Illud quoq; quod ſequitur. ¶ Et qui procul ſunt uenient, & ædificabūt in tē plo domini, uidemus quia factū eſt, & fit & fiet uſq; in finē ſeculi, & nos maxime q de gen tibus aduenimus continget, quia procul eramus, quod meminiſſe nos uult Apoſtolus, ubi ad Epheſios loquitur: Propter quod memores eſtote quod uos q eratis ſine Chriſto, aliena ti à conuerſione Iſrael, & hoſpites teſtamentorū, promiſſiōis ſpē nō habētes, & ſine deo in hoc mūdo. Nūc aūt in Chriſto Ieſu uos q eratis lōge, facti eſtis prope in ſanguine Chriſti Nūc uenimꝰ credēdo, tūc aūt ubi ponet coronarū memoriale, ueniemꝰ reſurgēdo, & ædi ficabimꝰ, imò & ædificati tanq̄ lapides uiui in tēplo dñi p̄manebimus. In fine ſermonis ad ipſos de quibꝰ loquebat familiarit ſe cōuertit: & ſcietis ait, qa dñs exercituū miſit me ad uos. Erit aūt hoc ſi auditu audieritis uocē dñi dei noſtri. Et nūc quidē ſcimꝰ qđ prophetiā in ue ritate dñs miſerit ad nos, & ueritatē ē locutus eſt ſpūs ſanctus p̄ pphetas ſuos, ſed ſcimꝰ ex parte qđ nondū uenit q̄d pfectū eſt. Per fidē em̄ ambulamꝰ & nō p ſpeciē. Tunc aūt ſcimꝰ experimēto, cū apparuerit cū coronis iā dictis, qm̄ uidebimus eū ſicuti eſt. Et hoc erit (ait) ſi auditu audieritis uocē dñi dei ueſtri, hoc eſt præcepta eiꝰ cuſtodieritis, qa ſine operibꝰ ad tantā gloriā promerendā ſola fides nō ſufficit. Finis libri ſecundi in Zachariam.

Gentes erant procul adeo

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN ZACHARIAM PROPHETAM COMMENTARIORUM Liber Teritus.

QVā dulciter in cātico ſpōſa dilecto canit, Apprehēdā te & ducā te in domū matris meæ, et in cubiculū genitricis meę, ibi me docebis, etq̄ dulce eſt expimēto diſcere uim huiuſce modulatōis. Quid em̄ eſt dilectū apſ hēdere, niſi Chriſti ſenſum in ſcripturis inuenire? Et qd eſt eū apſ hēſum in domū matris, et in cubiculū genitricis ducere, niſi ad cōmunē eccleſiæ utilitatē ſiue inſtructiōem uoce aut in ſcripto p̄ferre? Talis erat anima Pauli, qui nup regeneratꝰ eccleſiæ ſacramētis, Chriſtum eidē eccleſiæ iā notū optime cognoſcēs, de ſcripturis notiorē reddidit, tam uoce q̄ literis. Ibi me (ait) docebis, qa uidelicet in tali facto meritū eſt uiciſſitudinis ut q̄ ceptis eccleſiā docuit, ipſe adhuc de pluribus debeat edoceri, iuxta illud: Omni habenti dabitur et abūdabit. In hac igitur ſpe, ut hactenus cucurriſti, percurrat anima gloriā quærens eiuſdē dilecti, et tādiu fruere hoc q̄d ex parte eſt, donec ueniat q̄d pfectū eſt. Segtur. ¶ Et factum eſt in anno

quarto Darij regis, factū est verbū dñi ad Zachariā in quarto mensis noni, qui est Casleu, & miserūt ad domū dei Sarasar & Rogomelech & viri qui erant cū eo ad deprecādū facie dñi, vt dicerēt sacerdotibus domus dñi exercituū, & ꝓphetis loquentes. Nunquid flendū mihi est in mense quinto, uel sanctificare me debeo, sicut feci iā multis annis? Et factū est verbū dñi ad me dicēs. Loquere ad omnē populū terre & ad sacerdotes dicens: Cū ieiunaretis & plangeretis in quinto & septimo p hos septuaginta annos, nunquid ieiunū ieiunastis mihi? Et cū comedistis & bibistis, nunquid nō vobis comedistis, & vobis metipsis bibistis? Nunquid nō sunt verba que locutus est dñs in manu ꝓphetarū priorū, cū adhuc Hierusalem habitaretur & esset opulenta, ipsa et urbes in circuitu eius, & ad austrum & in cāpestribus habitaretur. ¶ Duo fermè intra hanc, & ꝑcedentē uisionē transierāt anni. Siquidē in anno secundo Darij decimo mēse uicesima & quarta mēsis, uidi (ait) p noctē, & hic in anno quarto Darij in quarta mēsis noni uerbū dñi ad se factū dicit, causam siue occasionē protinus inserens, propter quā, anno siue die illo factū est ad eū uerbū dñi. Miserunt (ait) ad domū dei Sarasar & Rogomelech & uiri qui erant cū eo ad deꝑcandū faciē dñi &c. Istis interrogātibus & dicētibus: Nunqd mihi flendū est, sicut feci iā multis annis, iubetur ꝓpheta ut loquat ad omnē populū, & dicere: Nūqd ieiunū ieiunastis mihi &c. Vnde dat intelligi populū q̄q; fere oēm sensus fuisse eiusdē, cui⁹ erāt Sarasar & Rogomelech, q̄ miserāt ad domū dei sup questiōe eiusmodi. Quos Persas fuisse, & duces regis Darij, timentes dñm, autumāt Hebræi (ut ait beatus Hieronymus). Reuera sensus eor̄ & populi sensus erat iperfectus, q̄ quoniā templū uidebāt uel audiebāt esse cōstructū, iā flendi & ieiunā di causam sibi nullam supesse arbitrabātur: Manifestū est ex ipsor̄ interrogatione, qđ temporalibus & uisibilibus intēti, de æternis et inuisibilib⁹ bonis nulla aut parua solicitudine tenebātur. Memoriter tenebant, quod in quinto mense subuersa ciuitate Hierusalem, & templo populus captiuus ductus est, & qđ in septimo Godolias interfectus est ab Ismahel, & reliquiæ populi dispersę sunt, & ob hoc per singulos annos ieiunabāt & flebāt. Porro captiuitatē illā uniuersalem qua humanū genus adeo captiuatū est in Adam, nō satis curabāt, atq; liberatores aduentā qui eatenus differebatur, nō ualde suspirabāt, aut propter hæc flendū sibi & eiulādū existimabāt. Quod si causas istas præ oculis habētes ieiunarēt & flerēt, nūquā taliter respondisset dominus: Loquere (inquiens) ab omnē populū terræ & ad sacerdotes dicēs: Nunquid ieiuniū ieiunastis mihi? Et cū comodistis & bibistis, nūquid nō uobis comedistis & uobismet ipsis bibistis? Longe aliter ieiunanti Danieli responsum fuit, qa longe alias ieiunādi causas ille sibi propositas habuit. Daniel (inqt angelus Gabriel) nunc egressus sum ut docerē te & intelligeres. Ab exordio precū tuarū egressus est sermo: Ego aūt ueni, ut indicarē tibi, qa uir desideriorū es. Tu ergo animaduerte sermonē, & intellige uisionē. Septuaginta hebdomades abbreuiate sunt sup populū tuū &c. Ille profecto ieiuniū dño ieiunauit, quia uir desideriorum ea quæ dñi sunt dederauit, uidelicet non illud solum ut reædificaretur illa ciuitas, & templū manufactū, sed (q̄ lōge maius, & incomparabiliter melius est) ut cōsummaretur ꝓuaricatio, & finē acciperet peccatū, & deleretur iniquitas, & adduceret iustitia sempiterna, & impleretur uisio & prophetia, & ungeretur sanctus sanctorū. ¶ Igitur qm̄ unus itemq; dñs & hic per prophetā loquitur: Nūqd ieiuniū ieunastis mihi? & subaudiēdū est, nō, & cū comedistis & bibistis, nūquid nō uobis comedistis, & uobismetipsis bibistis, & subaudiendū est etiam, & alibi per Apostolū dicit, Et qui māducat dño māducat, & q̄ nō manducat dño non māducat. Clare atq; studiose discernendū est inter eum, qui dū non māducat, dño nō manducat, id est cū ieiunat, domino ieiunat, Et eū qui nō māducat, uel dū ieiunat, non domino, sed sibi nō manducat aut ieiunat. Rursusq; inter eū qui dū manducat, dño manducat et eū qui dū māducat, nō dño, sed sibi māducat. Nimirū qui ob hoc ieiunat, uel nō manducat, ut ꝑ hūc pœnitētiæ laborē, omnipotenti deo de peccatis suis satisfaciat, et uitæ æternæ fructū recipiat, ille ieiuniū dño ieiunat, ille domino non manducat. Qui aūt iccirco ieiunat uel nō manducat, ut uel temporalem pœnā enadat sicut Achab, uel transitoriā laudē recipiat sicut quiuis hypocrita, ille nō domino, sed sibi non māducat. Similiter qui iccirco manducat, ut opus domini operari ualeat, quales ipse vult esse Apostolos suos, siue Euāgelistas dicens:

Interualum duarum uisionum

Iudęi nō deo ieiunabāt sed propter causas tēporales

Aliud est ieiunare, domino aliud ieiunare sibi

dicẽs: Edentes & bibẽtes: Dignus eſt eñ operarius mercede ſua, ille dño mãducat, & ecõtra, qui operat, quãuis opus ſanctũ, quãuis opus dei ob hoc ſolũ ut mãducet, ille nõ dño, ſed ſibi operatur, & ſibi manducat. Amplius aũt ſi non uult operari, & manducat, non domino ſed ſibi manducat. Dicat igitur. Nunquid ieiuniũ ieiunaſtis mihi, & ſubauditur, non, quia non ieiunaſtis propter regnũ dei, non ieiunaſtis ob hoc, ut ciuitatẽ Hieruſalem, quã in Adã perdidiſtis, in aduento ſeminis, quod Abraham promiſſum eſt, ſcilicet Chriſti recuperare mereamini. Dicat inquã, nũquid nõ uobis comediſtis, & uobiſmetipſis bibiſtis? & reſpondeatur, etiã, quia nõ iccirco comediſtis, ut operaremini opus dei, ut uiatico ſuſtentati, peruenire poſſetis ad patriã uel regnũ dei. Et quis digne eloq ſufficiat, quã cõpetẽter, quã oportuna inuectione illos cõtinuo percutit dicẽdo: Nũquid nõ ſunt uerba q̃ locutus eſt dñs in manu prophetarũ priorũ, cum adhuc Hierl̃m habitaretur, & eſſet opulenta ipſa & urbes in circuitu eius, & ad auſtrũ, & in cãpeſtribus habitaret? Nã qa pueri erãt, & de magnis atq; ſempiternis malis parũ aut nihil ſoliciti, ſola tẽporalia mala deplorãtes, & ieiunauerant & fleuerant, recte inſultabũdus loquitur, nũquid non ſunt uerba q̃ locutus ẽ dñs &c. Q; ſi ita dixiſſent, per iſtos ſeptuaginta annos ieiunauimus & fleuimus, pro eo q; Hierl̃m deſerta, & nos captiui eramus, ſed multo magis ieiunandũ & flendũ eſt, qa nondũ uenit promiſſio aut aduentus eius, nũquã ita loqueret, nequaq̃ ita inſultaret eis de malis minoribus. Sequit. ¶ Et factum eſt uerbum domini ad Zachariam dicens: Hæc dicit dominus exercituum: Iudicate iudicium meum & miſericordiam, & miſerationes facite, unuſquiſque cum fratre ſuo, & uiduam & pupillum & aduenam & pauperem nolite calumniari, & uir frati ſuo malum nõ cogitet in corde ſuo, & noluerunt attendere, & uerterunt ſcapulam recedentem, & aures ſuas aggrauauerunt ne audirent, & poſuerunt cor ſuum adamantẽ ne audirent legem, & uerba quæ miſit dominus exercituum in ſpiritu ſuo per manum prophetarum ſuorum priorum. Et facta eſt indignatio magna domino exercituum, & factum eſt ſicut locutus eſt & non audierunt, ſic clamabunt & non exaudiam dicit dominꝰ, & diſperſi eos per omnia regna quæ neſciunt, & terra deſolata eſt ab eis, eo quod non eſſet tranſiens & reuertens, & poſuerunt terram deſiderabilem in deſertum. ¶ Priores prophetas quorum per manum miſit dñs exercituũ in ſpũ ſuo uerba hæc: iudicate iudiciũ uerum &c. illos dicit, q ante captiuitatẽ extiterũt, quoꝝ de p̃cipuis unꝰ Eſaias erat, p quẽ ita locutus eſt: Quærite iudiciũ, ſubuenite oppreſſo, iudicate pupillo, defendite uiduam. Si uolueritis & auderitis me, bona terræ comedetis. Q; ſi nolueritis & me prouocaueritis ad iracũdiã, gladius deuorabit uos Huiuſcemodi dictis, & lex primitus plena data eſt. Quod aũt dicit, & noluerũt attẽdere, & auerterũt ſcapulã recedẽtẽ, & aures aggrauauerũt ne audirent, minus eſt facto ipſoꝝ. Illi eñ nõ ſolũ nõ audierũt, ueꝝ etiã clamãtes prophetas occiderũt, duro corde indomabiles et adamãtiſſimes, lapis fortiſſimus et intantũ durus eſt, ut oꝛa metalla cõfringat, et ipſe à nullo confringat unde à Græcis indomabilis dr. De quo illud mirandũ, q̃d cũ tãtæ ſit duritiæ, ſolo perfuſus ſanguine hirci, q̃d animal libidinoſum eſt, ſtatim diſſoluitur. Vnde cõgrua ſimilitudo ẽ ualde, et cor ſuũ poſuerũt adamãtẽ, qa cũ duriſſimæ ceruicis et cordis indomabilis eſſent cõtra deũ, molliſſimi erãt in oĩm libidinũ fluxũ, ut merito in illos cõſtet eũdẽ Eſaiã dixiſſe: Audite uerbũ dñi principes Sodomoꝝ, percipite auribꝰ legẽ dei mei ppl'us Gomorrhę. Quorſum iſta cõmemoratio? Videlicet q; dñs iuſtus ad cognoſcẽdũ, ipſi aũt fuerint inexcuſabiles, qa q; factũ eſt illis, nõ ẽ factũ per properatẽ dñi impatiẽtiã, ſed per ipſoꝝ perſeuerãtẽ impẽnitentiã. Quis eñ non cõſentiat iuſte factã eſſe indignationẽ magnã dño exercituũ, pro eo q; peccatis ſuis addiderũt cõtemptũ cõtra ſpm̃ ſanctũ, in q̃ mittebat eis uerba dñs exercituũ p manũ prophetarũ? Iſta ergo uiciſſitudine, & factũ eſt (ait) ſicut locutus eſt, ſubauditur ſpũs ſanctus, & nõ audierũt, ſic clamabãt, & nõ exaudiã dicit dñs, & diſperſi eos p oĩa regna q̃ neſciũt, & terra deſolata eſt ab eis, eo q; nõ eſſet trãſiens & reuertẽs & poſuerũt terrã deſiderabilẽ in deſertũ. ¶ Quare aũt cũ p̃teritoꝝ narratio fit, & in cæteris omnibꝰ omnis enũtiatio currat uerbis præteriti tẽporis, hæc tantũ uerba in futuꝝ tẽpus extendit: ſic clamabũt & non exaudiã, cũ dicere poſſet, ſic clamauerunt, & non exaudiui? Quare, niſi ut intelligas eum immutabilem eſſe, & perſeuerantẽ in iudicij ueritate, quod ſicut fecit tunc, ita debeat ſi iterum peccauerint iterũ facere? Deniq; & hoc futurũ non ignorabat, quod poſteri illorũ peiora ſa-

Iudæi, pueri erant, ſolũ temporalia cogitantes.

Priores prophetæ.

Adamas

Ibidem Iuſtus dominꝰ in puniẽdo

cturi forent, q̃ patres ipſi feciſſent, unde & cla mantes nõ exaudiret, neq; exaudire deberet quod cunctis gentibus nunc manifeſtũ eſt. Quã uero acerba eſt infeliciũ ſugillatio, dicere, & terra deſolata eſt ab eis, & poſuerũt terrã deſiderabilẽ in deſertũ. Nam uere infeliciſſimũ eſt, & infelicitatẽ deſolatiõis pati, & inſuper criminis argui: quod ipſi deſolationẽ ipſam fecerint: & quod ipſa cõtra illos terra iuſte uideatur deflere & conqueri, & dicere illis. Nõ de us, qui hoc fieri iudicauit, non Nabuchodonoſor, qui iudicio dei ſuper me aſcẽdit, ſed uos coloni peſſimi, uos feciſtis, & ex uobis cauſa eſt, quod deſolata & in deſertũ poſita ſum, ego terra deſiderabilis. Et multũ cõgrue præſenti loco dominus, cui nulla terra deſiderabilis, cui níl terrenũ deſiderabile eſt, terrã appellat deſiderabilẽ, quia uidelicet cũ ſe ieiunaſſe & fleuiſſe dicerent propter terræ deſolationẽ, nimis aperte fatebantur terrã ſibi fuiſſe deſiderabilem cœleſtẽ aũt nõ ſe deſiderare promiſſionẽ, quippe quia dicebant: nunquid flendũ nobis eſt & ieiunandũ, ſatis ſibi exiſtimantes quod uidebãt ſolutã eẽ captiuitatẽ temporalẽ. Hoc igitur, & poſuerunt terrã deſiderabilẽ in deſertũ, claret quã acerbe ſit dictũ, ab eo quẽ naturaliter dulcẽ ipſi ſibi exacerbauerunt: Porrò qualis cauſa eſt iſta? eo ꝙ non eſſet tranſiens & reuertens. Præmiſit, & terra deſolata eſt ab eis, & tunc demũ ſubiunxit, eo ꝙ non eſſet trãſiẽs & reuertens. Si ita dixiſſet: terra deſolata eſt, & non eſt trãſiens neq; reuertẽs, ſolũmodo putaremus modũ deſolationis expreſſum, idq; eſſe, ꝙ nullus eundo aut redeundo p terrã graderetur. Nunc aũt nõ tã modũ expoſuiſſe quã cauſam reddidiſſe deſolatiõis uidet, dicẽdo eo ꝙ non eſſet tranſiens & reuertens. Quid ergo ſit non fuiſſe tranſeuntẽ & reuertentẽ, hoc inquirendũ eſt: Cõfeſtim occurrit illud in pſalmo dictũ: ſpũs uadẽs & nõ rediens, quia ſenſum hoc & illud habent ſimilẽ, ſicut ſonitũ literalẽ pene eundẽ. Nã uadens & rediens, quid aliud eſt quã trãſiens & reuertens? Porrò illic ſpũs uadens & non rediẽs, hoc eſt, in malũ cadẽs & à malo nõ reſurgens. Ergo & hic: eo quod nõ eẽt trãſiens & reuertẽs, hoc ẽ, eo quod non eſſet de illis tranſeuntibus in malũ, qui reuerteretur in bonũ, terra deſolata eſt ab eis: Nã cor impœnitens, quod ſupra denotauit dicendo: & cor ſuũ poſuerũt adamantem, & auerterunt ſcapulã recedentẽ, nonne cauſa eſt ſatis iuſtitiã uindicis iræ defendens, & ad defendendum ſufficiens? Vere igitur ipſi terrã ſuã terrã deſiderabilẽ poſuerunt in deſertũ, & ab eis deſolata eſt, eo ꝙ nõ eſſet tranſiens et reuertẽs, id eſt, per id qđ cũ oẽs tranſgreſſores eſſent, nullus erat, aut uix ullus erat tranſgreſſor de tranſgreſſione ſua pœnitentiam agens. Sequitur.

Querela terræ contra Iudæos.

Tranſiens & reuertens.

Zelus domini bonus

Hec dicit dominus exercituum: Zelatus ſum Sion zelo magno, & indignatione magna zelatus ſum eã. Hec dicit dominus exercituum: Reuerſus ſum ad Sion, & habitabo in medio Hieruſalem, & vocabitur Hieruſalem ciuitas veritatis. & mons domini exercituum, mons ſanctificatus. Hec dicit dominus exercituum Adhuc habitabunt ſenes & anus in plateis Hieruſalem, & viri baculus in manu eius pre multitudine dierum. Hactenus quaſi ridendo et ſubſannãdo loquebatur, iuxta quod ſapientia talibus dicit: Ego quoq; in interitu ueſtro ridebo, et ſubſannabo, cũ uobis quod timebatis aduenerit, nũc depoſito riſu et ſubſannatione ſemota, glorioſa dicit de eò Sion ciuitas dei cuius pars nõ uilis aut parua erat illa quæ tunc reædificabatur Hieruſalem terreſtris ſecũdũ electionẽ, q̃ de gẽte illa erat aſſumẽda, maxieq; propter impledã promiſſionẽ ex inde naſcituri et regnaturi in te Chriſti regis æterni Zelatus ſum (ait) Sion zelo magno Zelus dñi bonis eſt diligere hoĩes, et odiſſe hominũ uitia. Quo contra, zelus diaboli malus eſt odiſſe hoĩes, et amare hominũ uitia. Hinc erat illud quod idẽ dñs, ut iniquitates cõpeſceret, captiuitati tradiderat hoĩes, et ciuitas Sion cũ templo igne cõflagrata eſt. Magnus hic utiq; extitit zelus, non parcere ſuo templo et propriæ ciuitati, nõ peperciſſe genti apud quã ſolã erat notitia nominis ſui, Et non eſt (ait Hieremias) recordatus ſcabelli pedũ ſuorũ in die furoris ſui. Zelo zelatus ſum (ait) Sion zelo magno. Verũ hoc dicere ſuperioribꝰ quoq; tẽporibus potuit: zelatus ſum populũ meũ zelo meo, quoties (ut ait Pſalmiſta) iratus eſt furore in populo ſuo et tradidit eos in manus gentiũ, et dominati ſunt eorũ qui oderunt eos, ſcilicet Meſopotamĩ et Moabitæ. Chananæi et Madianitæ et filĩ Ammon et Philiſtĩim. Potuit (inquã) tunc etiã dicere: Zelatus ſum zelo magno, quia uidelicet ſub illis quoq; hoſtibus uehementer afflixit eos. At uero tempore illo, de quo hic ſermo eſt, amplius fecerit quia nõ in terra ſua conſiſtẽtes, ſeruierant Babyloniis, ſed deſolata et poſita in deſertũ terra

deſide

deſiderabilis tẽti fuerũt per ſeptuaginta annos in Babylone captiui. Recte ergo nõ cõtẽtus dixiſſe: Zelatus ſum Sion zelo magno, addidit, & indignatione magna zelatus ſum eam. Et eſt ſenſus. Nõ ſolũ taliter zelatus ſum, ut eos ſeruituti ſubiicerẽt aduerſæ gentes, q̃d ſæpe factũ eſt, ſed addit cũ zelo indignatione magna, terrã uoq; & locũ nomini meo ſanctificatũ illis abſtuli, & igni Babylonico tradidi, q̃d hactenus factũ nõ eſt. Quare? Videlicet, qa nõ ſolũ ut olim me derelinquẽtes, deos alienos coluerũt, uerũetiã ꝓphetas occiderũt, et multũ ſanguinẽ innocentẽ effuderũt. Zelus ille magnus & indignatio magna p iuſtũ uenit iudicium. ¶ At nũc idẽ dñs exercituũ hæc dicit, ſubaudit, q̃ miſericordiæ ſunt memor quod iurauit in ſancto ſuo locutus Dauid: Viſitabo in uirga iniquitates eorũ, & in uerberibus peccata eorũ, miſericordiã aũt nõ diſpergã ab eo, & reuerſus ſum ad Sion, uidelicet in eo, ut iterũ ædificet ipſa ciuitas & templũ reædificatũ eſt. Poſt modũ ueniã & habitabo in medio Hieruſalem, ſcilicet homo factus, ita ut ipa Hieruſalẽ, & omnis q̃ legẽ & uerbũ dñi, q̃d de ipa exibit, nõ incredulus audierit, dicat & ueraciter dicere poſſit, qa uerbũ caro factũ eſt, & habitauit in nobis, & uidimus gloriã eius, gloriã quaſi unigeniti à patre, plenũ gratiæ & ueritatis. Perinde & uocabitur (ait) Hieruſalẽ ciuitas ueritatis, uidelicet pro parte electorũ, ꝓphetarũ atq; Apoſtolorũ & omniũ iuſtorũ, qui ex illa gente fuerũt, uel ſunt, uel erunt, quorũ de carne homo factus, habitabo in medio Hieruſalẽ, unde & ipſa uocabit & erit ciuitas ueritatis, id eſt ciuitas uel terra, unde ueritas orir i dignata ſit, iuxta q̃d Pſalmiſta prædixit. Veritas de terra orta eſt, & iuſtitia de cœlo ꝓſpexit. Recte igit uocabitur ciuitas ueritatis & mons dñi exercituũ, mons ſanctificatus, de quo uidelicet monte multa in prophetis dicta ſunt, ut eſt illud apud Eſaiam ſiue Micheã. Venite aſcendamus ad montẽ domini, & ad domũ dei Iacob &c. ¶ Porrò hæc promiſſa ſpũalia ſunt, & ſpũalibus cõueniũt, ac deſiderabilia ſunt, illi aũt, ad quos ſermo fiebat, carnales erãt & carnalia deſiderabãt, ſicut iã demõſtratũ eſt, ex illa ipſorũ interrogatiõe, nũquid flendũ mihi eſt, uel ſanctificare me debeo, ſicut feci iam multis annis. Putabant em̃ nullã ſibi iã eſſe cauſam fletus uel ieiunij, ſolo contenti gaudio tẽporali, q̃d uidebãt ſoluta captiuitate, terrenã ciuitatẽ & tẽplũ reædificari. Cõdeſcendẽs ergo carnalibus ſermo diuinus, & quaſi cũ pueris, ut eos mulceat balbutiẽs pater grãdeuus. Adhuc (inqt) habitabũt ſenes & anus in plateis Hierlm, & uiri baculus in manu eius præ multidudine dierũ, & plateæ ciuitatis implebũtur infantibus, & puellis ludẽtibus in plateis eius. Hæc nãq; dicta plenã fore & integrã ciuitatis reſtitutionẽ, pulchre perſonãt atq; denũciãt, quã illi multũ deſiderabãt, propter quã multũ deſiderabãt, propter cuius deſtitutionẽ ieiunauerant & fleuerãt. Sequitur: Hec dicit dñs exercituũ. Si difficile videbitur in oculis reliquiæ populi huius in diebus illis, nunquid in oculis meis difficile erit? ⌊ Perſpicuũ eſt illos tales fuiſſe, qualibus oportuerit de terreniũ & tẽporalibus bonis blandiri, qualibus nõ iam deberent ſpũalia uel cœleſtia prædicari. Nã ut quodã loco ipſe dicit: Si terrena dixi uobis & non creditis, qũo ſi dixero uobis cœleſtia credetis. Similiter hic, quoniã difficile uidebatur in oculis eorũ ut fieret ſicut dixerat: adhuc habitabũt ſenes & anus in plateis Hieruſalẽ, & cætera, dicere conuenit ei qui nusq̃ inconuenientia dicit. Si difficile uidetur uobis poſſe fieri hæc terrena, ut habitent ſenes & anus in plateis Hieruſalẽ, & uiri baculus in manu eius, præ multitudine dierũ, & plateæ ciuitatis impleãtur infantibꝰ & puellis ludentibus, quæ oſa terrena ſunt, quãto magis difficile uidebitur ſi dixero uobis ſpũalia ſiue cœleſtia, q̃ eadẽ ciuitate prouentura ſunt. Verũtn quodcũq; illud ſit q̃d dixi ſiue dicã uobis, quantũuis difficile uideatur in oculis ueſtris, in oculis meis nequaq̃ difficile erit. ⌊ Hec dicit dñs exercituũ. Ecce ego ſaluabo populũ meũ de terra orientis & de terra occaſus ſolis, & adducã eos, & habitabũt in medio Hieruſalẽ, & erũt mihi in populũ, & ego ero eis in deum, in veritate & iuſtitia. Hec dicit dñs exercituũ: Confortentur manus veſtre qui auditis in diebus his ſermones iſtos per os prophetarũ, in die qua fundata eſt domus dñi exercituum, vt templum edificaretur. Siquidẽ ante dies illos, merces hoim non erat, nec merces iumentorũ erat, neq; introeunti & exeunti erat pax pre tribulatione, & dimiſit homines vnuſquẽq; cõtra proximũ ſuum. Nunc autem nõ iuxta priores dies ego faciã reliquijs populi huius, dicit dñs exercituũ, ſed ſemen pacis erit. Vinea dabit fructum ſuum, & terra dabit germen ſuum, & cœli da-

Miſericordia domini erga Hieruſalem.

Carnalia deſiderio ludẽtorũ

būt rozem suū, ⁊ possidere faciā reliquias populi huius vniuersa hec. Et erit, sicut eratis maledictio in gentibus, domus Juda ⁊ domus Jsrahel sic saluabo vos, ⁊ eritis benedictio. Nolite timere, confortentur manus vestre, quia hec dicit dñs exercituū, sicut cogitaui vt affligerē vos, cū ad iracundiā me puocassent patres vestri dicit dñs: ⁊ nō sum misertus, sic cōuersus cogitaui in diebus istis, vt benefaciam Hierusalem ⁊ domui Juda. Nolite timere. Hec sunt ergo verba que facietis: Loquimini veritatē vnusquisq; cū proximo suo. Veritatē ⁊ iudiciū pacis iudicate in portis vestris, ⁊ vnusquisq; malū contra proximū suū ne cogitetis in cordib⁹ vestris, ⁊ iuramentū mēdax ne diligatis. Omnia enim hec sunt que odiui, dicit dominus. ¶ Cūcta hæc ut dicūtur, recte simpliciter intelligūtur, nec opus est propter mysticos siue allegoricos sensus digressionē facere ab illius temporis statu, q̄ propheta ad populū dño mādante loquebatur. Hoc maxime & ante oia sciendū ē q̄d omnis consolatio siue exhortatio hæc in Christū tendat, ad Chri aduentū respiciat, nec propter aliud spūilancio, q hæc sine dubio p os ꝓphetæ loquebat, curæ fuerit de reædificanda & rursus habitāda siue implēda terra, & ciuitate illa, nisi propter eūdē Christū, q̄tinus esset unde nasceret, iuxta fidele dei ꝓmissum. Neq; em̄ aliunde, sed de gēte illa, de semine Abrahæ de domó & familia Dauid nasci oportebat illū. Expediebat igit promissis et blādimētis cōsolatorīs animari & beneuolū reddi populū ad habitādū in loco illo, ad reædificādū & reformādū terra uel ciuitatis sta tū pristinū tēplo iā reædificato, ad q̄d uēturus, iuxta aliū prophetā, esset idē cominator dñs. Verūtn̄ q̄d hic de tēplo manufacto in parte, in una gente, imò in paruis unius gētis reliquīs dictū est, hoc idem de tēplo nō manufacto dñici corpis in uniuersitate, in toto hūano genere ueraciter dici potest. Ante dies illos (ingt) anteq̄ fundaretur domus dñi, merces hoim nō erat, nec merces iumentoꝝ erat, i. oīs labor uester irritus fuit, & tā hoies q̄ iumenta in agricultura, in mercimonīs operibusq; diuersis cassis conatibus frustrabantur. Neq; introeunti (ait) & exeunti erat pax præ tribulatiōe, & dimisi oēs hoies quenq; contra proximū suum. Quod est dicere, foris aduersarij, domi erat seditio, et ubiq; tristitia ob bellorū frequentiā, & insidias domesticas, dē nec frater fratri exhibet fidē, & oīs est inimica propinquitas. Nōne itidem ueꝝ, imò magis uerū est q̄d anteq̄ fundaret templū dñici corporis anteq̄ deus homo fieret ex utero uirginis, nullū erat preciū generis humani? Reuera neq; hoim. i. Iudæoꝝ, neq; iumentoꝝ, i. gentiliū ullū erat preciū. Non em̄ erat pax introeunti & exeunti. i. nascenti & morienti præ tribulatiōe, subauditur peccati, quia cū peccato omnis homo introiens in hūc mūdū nascē do, cūpctō exibat moriēdo, uidelicet nōdū pariete inimicitiaꝝ soluto. Quo em̄ precio redimeret saltē homo. i. Iudæus? Nunqd precio sanguis hircorū, aut uitulorū? Ergo nō erat pax, non erat remissio peccatoꝝ & dimisi (ait) homines unūquēq; cōtra proximū suū ut pote nō habētes semen pacis & cōcordiæ spiritū. Nūc aūt nō iuxta priores dies ego faciā. Sed q̄d? Semen pacis erit, nimiꝝ scdm illud Euangeliū. Pacem relinquo uobis pacē meā do uobis, quæ pax nō alia debet intelligi, q̄ reconciliatio dei & hominū, nō alia q̄ remissio peccatoꝝ, quā tunc ipse, dū diceret hæc, faciebat, p sanguinē suū, hæc animaduertēs q; s, nō leue reputat q̄d subinde dicit & erit, sicut eratis maledictio in gentibus, domus Iuda & domus Israel, sic saluabo uos & eritis benedictio. Nā q tūc erat maledictio, ita ut diceret, uel dici posset tale quippiā ei, que perire quis uellet, sic tibi eueniat q̄, modo euenit miserabili ppl'o q terra sua in desertū redacta, & ciuitate Hierl'm cremata igne captiuus abductus est, ipse idē populus nunc est benedictio per Christū semen pacis, ut ante dictū est, quia in ipso benedicentur omnes gentes. Ad hoc ipsum pertinet hoc quoq; quod protinus dicit. Sicut cogitaui ut affligerē uos cū ad iracūdiā prouocassent me patres, dicit dñs exercituū, et non sum misertus, sic cōuersus cogitaui in diebus istis, ut benefaciam Hierl'm & domui Iuda. Nam reuera ad iracundiā prouocauerūt dñm patres nostri, Adam & Eua, nō solū transgrediēdo ꝓceptū, uerūetiā defendēdo peccatū, & propter hoc cogitauit ut affligeret nos, & mō quodā nō est misertus, quatinus alio mō melius misereret. Emisit em̄ eos de paradyso, mortis & multaꝝ misertus sentētiis oneratos. Sed sicut cogitaui tūc ut affligerē uos, sic (ingt) cōuersus cogitaui in diebus istis ut benefaciā, sc3 p tēplū uel propter tēplū meū non manufactū, qa sicut illud p mortē solutū, post triduū excitatū est, ita & uos oēs

Cuncta hæc uerba in Christū cendebant.

Mystica expositio

uos oēs reſurgere faciā. ¶ Neſcio qualiter euenit, ut pene mihi inuito accidit, diuerſum ab eo q̄d ſupra dixi. Siquidē de his uerbis propheticis dixi, qa cūcta dicunt, ita ſimpliciter recte intelligūtur, nec opus eſt propter myſticos ſiue allegoricos ſenſus digreſſionē facere ab ſta tu illius tēporis q̄ hæc dicebant. Et quidē illud dixi ſtudio uitādi faſtidij, ſed myſterioꝝ nota ſuauitas, curſum ſermōis improuiſum odore ſuo, intrinſecus traxit, & apud ſe pauliſper detinuit. Quāꝝ ergo cætera pſtrinxit, cur omittat initiū p̄ſentis capituli, q̄ dixerat dñs: Ecce ego ſaluabo populū meū de terra oriētis, & de terra occaſus ſolis, & adducā eos, Et habitabunt in medio Hieruſalē, & erūt mihi in populū, & ego ero eis in deū in ueritate & iuſtitia. Deni q̄ & ſi tpe illo, ubi tēplū p manus Zorobabel & murus ciuitatis p Neemiā reſtauratus eſt, ppl'm ſuū ſaluauit dñs, ſalus illa nō tanta extitit, ut digna eſſe poſſit tātis oris dñi declamationibus. Vere ubi conditū eſt tēplū iā dictū, tēplū dñici corporis nō manufactū, tūc & ex eo ueraciter de terra oriētis, & de terra occaſus ſolis ſaluatur populus dñi. Multi eñ ueniūt ab oriente & ab occidente, & recūbūt in ſinu Abrahæ, q̄d utiq; eſt adduci, & habitare in medio Hieruſalē, & ſunt dño in ppl'm, & ipſe ē & erit eis in deū in ueritate & iuſtitia, i. in Chro q eſt ipſa ueritas & iuſtitiæ uia, & uita æterna. Sed iā q̄d tandē de ieiunio interrogatus, poſt hæc dñs rñderit, audiamus. ¶ Et factū eſt verbū dñi exercituū ad me, dicens: Hec dicit dñs exercituū: Ieiuniū quarti, & ieiunū quinti, & ieiuniū ſeptimi & ieiunū decimi erit domui Juda in gaudiū & letitiā & in ſolēnitates p̄claras. Veritatē tantū & pacē diligite dicit dñs exercituū. ¶ Adhuc q̄d ſupra Saraſar & Rogomelech per legatos quæſierāt, utrū in menſe quinto ieiunare deberēt, an poſt ædificationē tēpli finire ieiuniū, luctūq; deponere, multis in medio poſitis quæ facerēt, q̄ ſperarēt, hæc dñs p prophetā reſpondit: Et illi quidē de uno interrogauerūt ieiunio menſis quinti, dñs aūt rñdens, de cæteris quoq; ieiunijs ſuā ſententiā deprompſit, de ieiunio quarti, de ieiunio quinti, de ieiunio ſeptimi, de ieiunio decimi. Erat autē ieiuniū quarti menſis, qui apud latinos uocatur Iulius, dei ſeptima decima eiuſdē menſis, q̄n deſcendens Moſes de monte Sina, tabulas legis abiecit & confregit, & iuxta Hieremiā, muri primū rupti ſunt ciuitatis. In quinto menſe, qui apud nos appellatur Auguſtus, cū propter exploratores terrę ſanctæ ſeditio orta eſſet in populo, iuſſi ſunt montē nō aſcendere, ſed p quadraginta annos longis à terra ſancta circuire diſpēdijs, ut exceptis duobus, Caleph & Joſue, oēs in ſolitudine caderent. In hoc menſe & à Nabuchodonoſor templū Hieroſolymis incenſum eſt, atq; deſtructū, & populus in captiuitatē abductus. In ſeptimo, qui apud nos appellatur October, occiſus eſt Godolias, & Iudæ tribus ac Hieruſalē reliquiæ diſſipatæ. Menſe decimo, q apud nos Ianuarius dicitur, Ezechiel in captiuitate poſitus, audiuit & cunctus populus captiuoꝝ, quinto menſe templū eſſe ſubuerſum, quod pleniſſime in eodē propheta cognoſcimus. Hæc igitur ieiunia ppter cauſas triſtes ac flebiles merito ieiunabant, ſed ieiunandi ſcientiā nō habebant, quippe qui unū ex his, ſcz ieiuniū quinti iā nō obſeruandū eſſe uolebāt, q̄n captiuitatē ſolutā, & templū uidebāt reædificatū. Porro dñs nō uſq; quo tēplū reædificaretur, ſed uſq; quo deleretur peccatū & finē acciperet p̄uaricatio, uolebat obſeruari ieiuniū, hoc eſt quod præmiſſo, ieiuniū quarti, & ieiuniū quinti, & ieiuniū ſeptimi, & ieiuniū decimi erit domui Iuda in gaudiū & lętitiā, & inſolennitates p̄claras, continuo ſubiunxit. ¶ Vſquequo veniēt populi, & habitabūt in ciuitatibus multis, & vadent habitatores vnus in ad alterū dicētes: Eamus & deprecemur faciē dñi, & queram⁹ dñm exercituū. Etiā etiā ego, & veniēt populi multi, & gentes robuſte ad querendū dñm exercituū in Hieruſalē, ad deprecandā faciē dñi, hec dicit dñs exercituū, In diebus illis in quibus apprehendēt decē homines ex omnib⁹ linguis gentiū, & apprehendēt fimbriā viri Judei, dicētes: Ibim⁹ vobiſcū, Audiuim⁹ enim, quoniā de⁹ vobiſcū eſt. ¶ Quid aliud ē hoc dicere, niſi uſq; quo ueniat q mittēdus eſt, & ipſe erit expectatio gentiū? Neq; eñ ante, ſed q̄n ex quo ille uenit, uenerūt & ueniūt populi, & habitauerūt & habitant in ciuitatibus multis, i. in eccleſiis multis, & ex eo uadūt habitatores ciuitatū eiuſmodi, unus ad alterū dicentes: Eamus & deprecemur faciē dñi, & quæramus dñm exerituū, q̄d dicere nimiꝝ eſt annūciare Chriſti euangeliū, & exhortari atq; ædificare alterutrū, atq; hoc modo dum unus dicit, eamus, & alter reſpondet: uad am etiam ego, ueniunt, & uſque in finem ſeculi uenire non deſinunt

Suauitas ſenſus allegorici

Ieiuniū quarti in Iulio

Ieiuniū quinti

Septimi. Decimi.

populi multi, & gentes robuſtæ ad quærendũ dñm exercituũ in Hierl'm, ad deprecandam faciẽ dñi. Ex abundanti eſt aſtruere ſiue demõſtrare qđ in illã quoq; terrenã Hieruſalẽ, ubi dñs exercituũ in terra uiſus, & cũ hominibus conuerſatus eſt, unde poſt mortẽ Chriſti, atq; reſurrectionẽ ſalus proceſſit, ſicut alibi ſcriptũ eſt, qa de Sion exibit lex, & uerbũ dñi de Hieruſalẽ, in illã (inq̃) Hieruſalẽ terrenã, ubi eſt ſepulchrũ eius glorioſum, uadũt populi multi ad quærendũ dñm, ad deprecãdũ faciẽ dñi. Illã potius Hieruſalẽ hic intelligere placet, quã Pſalmiſta pulchre exprimẽs: Hieruſalẽ (inquit) quæ ædificatur ut ciuitas, cuius participatio eius in idipſum, Illuc em̃ aſcenderũt tribus tribus dñi teſtimoniũ Iſrael ad confitendũ nomini domini. V ſq; quo iſtud fiat, uſq; dũ iſtud proueniat. Ieiuniũ (ait) quarti & ieiuniũ quinti, & ieiuniũ ſeptimi, & ieiuniũ decimi erit domui Iuda in gaudiũ & lætitiã, & in ſolẽnitates præclaras. Qũo in gaudiũ & lætitiã & in ſolennitates præclaras? V idelicet nõ ieiunando cũ triſtitia, ſicut ieiunant hypocritæ triſtes, nõ (inquam) cũ triſtitia, ſed cũ lætitia, iuxta illud Tu autem cũ ieiunas, unge caput tuuũ, & faciẽ tuã laua &c. Ibi em̃ eſt ſolennitas præclara, ubi eſt intentio iucũda deſiderãtis, ut ſoli dño placeat, hoc ipſum quod ieiunat. Quid ergo inquis? Cũ uenerit illud tempus, de quo dicis, uſqueq; uenient populi, nõ erit ieiunandũ in menſibus illis? Nõ utiq; exiet dominus, imo prohibebit illa ieiunia uetuſtatis. Nõne hoc ipſum habet ueritas euangelij? Tũc (inquit) acceſſerũt ad eũ diſcipuli Iohãnis, dicẽtes: Quare nos & phariſæi ieiunamus frequẽter, diſcipuli aũt tui non ieiunant? Et ait illis Ieſus. Nunquid poſſunt filij ſponſi lugere, q̃diu cũ illis eſt ſponſus? V enient autem dies cũ auferetur ab eis, & tunc ieiunabũt. Itaq; cauſa ieiunij abſentia ſponſi eſt, & uſq; quo ueniret, uſq; dum naſceretur & p̃ſens adeſſet, ieiunandũ erat, & q̃diu præſens fuit, ieiunare debuerunt diſcipuli eius, filij ſponſi ſiue filij nuptiarũ, ut alius Euangeliſta ſcripſit, & rurſus qñ & ex quo ablatus eſt eis, recte ieiunant uſq; quo cũ illo ſint. Dicit aliquis: Ergo Iohannes de filijs ſponſi nõ erat, q ieiunabat? Plane & intimus ſponſi amicus erat, ſed uſq; ad tẽpus illud, cuius Euãgeliſta deſcribens actus: & erat (inqt) Iohãnes ueſtitus cameli pilis & locuſtas & mel ſylueſtre edebat. Spõſum eũdẽ nõ uideret, & ueniſſe quidẽ illũ nouerat, ſed eũdẽ facie neſciebat. Mirũ ſacramentũ qđ & hic in propheta ubi ieiunãdũ eẽt, dixit: uſq; quo uenirẽt populi, hęc q̃q; ſubiũxit: In diebus illis, in quib' apprehẽdẽt decẽ hoies ex oibus linguis gẽtiũ, & apprehẽdent fimbriã uiri Iudæi, dicẽtes: Ibimus uobiſcũ, audiuimus em̃ qm̃ uobiſcũ eſt, & in euãgelio ſecũdũ Matthæũ ubi dixit, ſicut iã memorauimus, Nunquid poſſunt filij ſponſi ieiuare, q̃diu cũ illis eſt ſpõſus, &c. hæc illo loquẽte, ecce princeps unus acceſſit & adorauit eũ dicẽs: Filia mea modo defuncta eſt, ſed uent imponi manũ tuã ſuper eã & uiuet, dum ſurgens ſequeretur eũ, & diſcipuli eius, ecce mulier quæ fluxũ ſanguinis patiebatur annis duodecim, acceſſit retro & tetigit fimbriã ueſtimenti eius, & ſaluafacta eſt ex illa hora: Quem nõ delectet hic utrunq;, & in propheta, & in euangelio ſimillima facies, ut unus idẽq; ſacramenti uim cõtinens ſenſus literalis, nõ multũ diſſimilis ſuperficies. Deniq; gentiũ multitudo, q̃ hic propheticis uerbis denunciat, dicẽdo: Apprehendent decẽ homines ex omnibus linguis gentiũ fimbriã uiri Iudæi, ip'a ſignificatur factis myſticis p mulierẽ, q̃ fimbriã ueſtimẽti eius tetigit, uiri utiq; ſecundũ carnẽ Iudæi. Et qd eſt mulierẽ accedere, & fimbriã ueſtimenti tangere, niſi multitudinẽ gentiũ, nõ ante, ſed poſt aſcenſionẽ eius in ipſum credere, & præcepta eius ſeruare, atq; hoc modo liberari à fluxu ſanguinis, liberari ab omni immunditia peccati? Adhuc ea q̃ ſequũtur in eodem euangelij loco, & q̃ in hoc propheta ſubiuncta ſunt, cõſiderare atq; conferre libet. Tangẽdo mulier fimbriã ueſtimẽti dñi, ſalua facta eſt, et deinde puella archiſynagogi filia, propter quam dñs idẽ ſurrexerat & ibat, reſuſcitata eſt. Puella (ut Marcus manifeſtius exprimit) erat annorũ duodecim, & mulier in profluuio ſanguinis erat annis duodecim. Ergo quando mulier infirmari cœpit, tũc illa puella nata eſt, & quando ſana ta eſt mulier, tunc illa puella mortua eſt. Magnũ hic myſterio patet ſpeculũ, quia uidelicet iuxta hanc ſimilitudinẽ, quando gentilitas ſanguineo cultu idololatriæ cœpit fluere, tũc ſynagoga ex patriarchis Abrahã & cęteris, ad quos factũ eſt uerbũ p̃miſſionis nata eſt: & qñ gentilitas per euãgeliũ Chriſti ſanata eſt, tũc ſynagoga p inuidiã mortua eſt. Nunc ſequẽtia prophetæ uideamus, quomodo his cõferantur. ¶ Onus verbi domini in terra Adrach & Damaſci requiei eius. ¶ Itẽ in euãgelio protinus ſequitur de duobus

Ieiunium in gaudium

Gentiũ & Iudæorũ cõuerſio & hic & in euangelio p̃figurata.

duobus cæcis, q clamãtes: miſerere noſtri fili Dauid, illuminati ſunt, & hic in propheta ſubiungitur. ¶ Quia dominus eſt oculus hominis & omnium tribuũ Iſrael. ¶ Per terrã Adrach & terrã Damaſci, itidẽ ſicut p puellã q̃ mortua eſt, & p mulierẽ quæ ſanata eſt, & p hoiem atq; p oẽs tribus Iſrael, quor̃ dñs oculus eſt, itidẽ ſicut p duos cæcos, qui illuminati ſunt duas intelligimus gentiũ ſiue hoim partes, ſcz Iudæos atq; gẽtiles, & quicqd circa partes eaſdẽ, tã p iudiciũ q̃ p miſericordiã factũ eſt uel fiet. Quæ p iudiciũ facta ſunt uel fiunt in utriſq; & hic in propheta, p Adrach atq; Damaſcũ, & in euangelio ſignificatur p puellę mortẽ, & p mulieris fluxũ. Adrach quippe ex duob⁹ integris cõpoſitũ eſt. Ad acutũ, rach molle tenerũq; ſignificat. Vnde hoc ip̃m nomẽ ualde ſynagogã denotat, habẽtẽ in ſe duo contraria, tenerẽ in ore, acutũ in corde, teſtãte Pſalmiſta: Molliti ſunt (inquit) ſermones eiꝰ ſuper oleũ, & ipſi ſunt iacula. Iccirco puella mortua eſt. i. iccirco ſynagoga à deo deſerta ẽ quia ucz de ieiunio iã dicto, ſiue de alia qualibet ueniſſet occaſio, loquebantur pacẽ cũ proximo ſuo Ieſu Chriſto, mala aũt in cordibus ſuis. Porro Damaſcus eandẽ, quã & mulier q̃ fluxũ ſanguinis patiebatur, gentilitatẽ tã nomine q̃ re ſignificat. Nomine, quia Damaſcꝰ ſanguinẽ bibẽs interpretatur. Re, quia is locus eſſe perhibetur, ubi ab impio fratre, pius Abel eſt interfectus. Porro, quod appoſuit requiei eius, q̃ ratione dixerit, proin⁹ innuit, quia dñs ait, eſt oculus hois, & omniũ tribuũ Iſrael, i. illuminatio nõ minus gentilis, q̃ Iſraelitici populi, quos ambos ſignificant duo cæci, quor̃ illuminationẽ poſt mulieris curationẽ, & puellæ reſuſcitationẽ, cõtinuo Matthæus Euangeliſta ſubſcribit. Inde Damaſcus requies eſt dñi, inde in gentilitate p fidẽ requieſcit, qa factus eſt oculus eius, qa illuminauit eam, ut ab hoĩe gentili cognoſceretur, qa prius tm̃ in Iudea notus erat deus, tm̃ in Iſrael magnũ nomẽ eius. Veniã poſcit ſermo incultus, qm̃ ex magnitudine ſenſuũ difficultatẽ patitur, remq; clariſſimã, claritatẽ iucundiſſimã, uerſando & eloqui conando, dũ intendit ſenſibus fidelis animus, uocis & linguæ officio fraudatur. Nec eñ uerbis ornare perfacile eſt, rẽ, cuius p prio labore mentis reuerberatur intuitus. Vere adoranda Chriſti filij dei diuinitas, & prędicanda ueritatis ſapientia, quæ dũ de ieiunio queſtionẽ obiectã accepiſſet à dicentibus, Quare nos & phariſæi ieiunamus frequenter, diſcipuli aũt tui nõ ieiunãt, reſpexit ad hũc locum propheticæ ueritatis, ubi quæſtionẽ de ieiunio propoſitã acceperat, atq; reſponderat ipſum uerbũ dñi. Nihil dulcius amatori, ſiue inquiſitori ueritatis, ueritatẽ quæ ipſe Chriſtus eſt diligenti, nihil (inquã) dulcius, nihil iucundius in hac peregrinatione, q̃ claro intuitu ſcripturaꝝ ueteris & nouæ, facies mutuo ſe reſpiciẽtes agnoſcere, quæ teſtimoniũ (inqt) perhibẽt de me. ¶ Nunc ip̃m literæ curſum ac tramitẽ breuiter iterare, & attentius cõſtruere licet. In diebus illis (ait) in quibus apprehẽdent decẽ hoĩes ex omnibus linguis gentiũ, & apprehendent fimbriã uiri Iudæi, dicentes: ibimus uobiſcũ, audiuimus eñ, quoniã deus uobiſcũ eſt. Eclypſin hic ſermo patitur, & ſubaudiendũ eſt, iam nõ celebrabitur à populis & gẽtibus robuſtis, quæ uenient ad quærendũ dñm exercituũ, non (inquã) celebrabitur aut celebrari debebit ieiuuiũ pro cauſis eiuſmodi, pro qualibus uos celebratis, quia tabulæ priores fractæ ſunt irato Moſe, propter reatũ uituli, quẽ fecit Aaron, quia propter explorator̃ detractionem & populi ſeditionẽ iratus dñs, non uidebunt (ait) terram, pro qua iuraui patribus eor̃: & filij ueſtri, ait, erunt uagi in deſerto annis quadraginta, donec conſumantur cadauere patrum in deſerto, quia Babylonij ciuitatẽ & templũ ſuccenderũt, & populũ captiuũ duxerũt, quia Iſmahel Godoliã interfecit, & reliquiæ populi diſperſæ ſunt. Pro his & huiuſmodi cauſis in diebus illis nõ celebrabũt ieiuniũ, qui uenient ad quærẽdũ dñm. Quare? Quia nemo (ait ipſe dñs) immittit cõmiſſuram panni rudis in ueſtimẽtũ uetus. Tollit eñ plenitudinem eius á ueſtimẽto, & peior ſciſſura fit. Neq; mittũt uinum nouum in utres ueteres, alioquin rumpuntur utres, & uinum effunditur, et utres pereunt. Deniq; ſpem habere cœleſtium siue æternorum, et flere atq; ieiunare pro præterito detrimento terrenorum ſiue temporalium, hoc quodammodo eſt immittere commiſſuram panni rudis in uetus ueſtimẽtum, mittere in utres ueteres uinum nouum. Potius in utres nouos mittatur uinum nouũ, id eſt noua ſpes cœleſtium bonorum pro ipſis cœleſtibus quã diu differũtur, et nõdũ ea comprehẽdit fletum habeat atq; ieiunium, atq; ita ambo conſeruãtur, quia et ſpes non confundetur, et ieiunij labor abundantiori ſaturitate remunerabitur. Eodem modo pannus rudis nouo

Adrach

Damaſcus

Ne iuda zẽt Chriſtiani

ueſtimen

Cherintus

ueſtimẽto inſeratur, ne ueteri inſertus peiorẽ ſciſſurã faciat, qd fecit Cherintus, qui fidẽ no-
ui euangelij miſceri uoluit legalibus cæremonijs, & ita neq; uetus neq; nouũ iuſtitiæ ueſti
mentũ poſſidere potuit. De fimbria uiri Iudæi, quã apprehẽdent, inqt, decẽ uiri ex omnib⁹

Quæſtio

linguis, iã ſupra dictũ eſt. ¶ Verũ cũ credẽtes de gẽtibus multi & nobis innumerabiles ſint,
cur dixit decẽ uiri, cũ dicere potuiſſet multi ex oĩbus linguis? Ad hæc breuiter dicẽdũ, quia

Reſponſio

tãtis miſericordia dei cõtẽta fuiſſet, & propter tãtos. i. propter decẽ peperciſſet, ſi decẽ iuſtos
in Sodomis inueniſſet. Nã uſq; ad hũc nũer; miſerator deſcẽdit, dimittã, inquiens, omni lo
co ꝓpter quinquaginta, nõ delebo ſi inuenero quadraginta quinq;, nõ percutiã ꝓpter qua-
draginta, nõ faciã ſi inuenero ibi triginta, nõ interficiã propter uiginti, nõ delebo propter de
cẽ. Vlterius nõ deſcendit. Igitur dicẽdo: decẽ hoĩes apprehẽdent fimbriã uiri Iudæi, tantos
uult intelligi, quãtos idẽ uir Ieſus Chriſtus ſecundũ carnẽ Iudæus, ex omnibus linguis gen
tiũ uocare, iuſtificare & magnificare uenit, quãtos añ ſecula ꝓſciuit & ꝓdeſtinauit deus con
formes fieri imaginis filij ſui. Iuxta hũc ſenſum alibi q̃q; oĩs electio, decimatio, & oĩs electi-
ſiue iuſt⁹ recte dr decim⁹. Apud Eſaiã: & multiplicabit, ait dñs, q̃ derelicta fuerat i medio ter
ræ, & adhuc in ea erit decimatio. Et in libro Machabæor; ſecũdo ita ſcriptũ eſt. Iudas autẽ
Machabæus qui fuerat decimus, ſeceſſerat in deſertũ locũ. Qd tandẽ uel quale eſt onus qd
ꝓtinus ſubiungit: Onus uerbi dñi in terra Adrach & Damaſci requiei eius? Nã añ iã dicta
eſt, quãobrẽ hic per Adrach & per Damaſcũ eadẽ recte intelligantur, quę in euangelio p

Aliud eſt ieiu
niũ Chriſtia
ni quam Iudęi

puellã mortuã, & per mulierẽ quę fluxũ ſanguinis patiebatur. ¶ Ergo qm̃ propter quæſtio
nẽ ieiunij factũ eſt hic ad prophetã uerbũ dñi, non aliud onus quærendũ eſt q̃ onus ieiunij,
ſiue in terra Adrach, ſiue in terra Damaſci. i. ſiue in populo Iudaico, ſiue in populo gentili,
ſed modis longe diuerſis. Nã in populo Iudaico ieiuniũ fames eſt audiendi uerbũ domini,
quia fame ieiunat, & mortua eſt puella iam dicta. i. ſynagoga idem iubeat dare illi mandu-
care, ſcz quando reliquiæ conuertentur eiuſdem populi, ſicut euangelica ueritas myſtice ſi
gnauit. Nã cum reſuſcitaſſet puellã, iuſſit dari illi manducare. Porro in populo qui ex gen-
tibus credidit, ieiuniũ eſt & eſſe debet eſuries & ſitis iuſtitiæ. Vnde loco euangelij ſuperius
memorato, quando mulier acceſſit fimbriã ueſtimẽti eius tangere, dicebat ipſe. Venient aũt
dies cum auferetur ab eis ſponſus, & tunc ieiunabunt &c. De eo quod protinus ait, quia
dñs eſt oculus hominis & omniũ tribuum Iſrael. iam ſupra dictũ eſt. Sequitur. ¶ Emath
quoq; in terminis eius, & Tyrus & Sidon aſſumpſerant quippe ſapientiã. Et edi-
ficauit Tyrus munitione ſuã, & coaceruauit argentum quaſi humum, & aurum ut
lutum plateaꝝ. Ecce dñs poſſidebit eam, & percutiet in mari fortitudinem eius, et
hec igni deuorabitur. Videbit Aſcalon et timebit Gaza et dolebit nimis, et Acca
ron q; confuſa eſt ſpes eius, et peribit rex de Gaza, et Accaron nõ habitabitur, et
ſedebit ſeparator in Azoto, et diſperdã ſuperbiã Philiſtinoꝝ, et auferã ſanguinẽ
eius de ore ei⁹, et abominationes eius de medio dentiũ eius, et relinquetur etiam
ipſe deo noſtro, et erit quaſi dux in Iuda, et Accaron quaſi Iebuſeus, et circũda
bo domum meam ex his qui militant mihi, euntes & reuertentes, et non tranſibit

Septenario u-
niuerſitas fig-
nificatur

ſuper eos vltra exactor, q; nunc vidi in oculis meis. ¶ Septem hic percucurrit nomi-
na gentiũ ſiue urbiũ gentiliũ, Emath, Tyrũ, Sidonẽ, Aſcalon, Gazam, Accaron, & Azo
tũ pronũcians eẽ in terminis dñi, propter q̃d dixerat, quia dñs eſt oculus hominis & omniũ
tribuũ Iſrael, itẽq; paulo ante: apprehendẽt (ait) decẽ homines ex omnibus linguis gentiũ
fimbriam uiri Iudæi. Porro numero ſeptenario uniuerſitas deſignari ſolet. Ergo idem ua-
let, ac ſi uniuerſas gentes in terminis dñi eſſe dixiſſet, uidelicet eodẽ ſpiritu & eadẽ intentiõe
qua Paulus Apoſtolus diſceptantibus Iudæis & gentibus cõtra Iudæũ loqtur. Vbi eſt gla
diatio tua? Excluſa eſt, an Iudæor; deus tm̃? Nonne & gentiũ? Imo & gentiũ. Quare aũt
propheta cũ eandem haberet intentionem potius q̃ cæteras gentes uel urbes iſtas nomina
uit, Emath, Tyrũ, Sidonem, Aſcalon, Gazam, Accaron, & Azotũ? Nimirũ quia loco uel
poſitione terræ; Iudaicæ terræ ũiciniores q̃ cæteræ ſunt. De Emath quod Iſraeliticæ terr;
uicina ſit, uel ex eo cõſtat, quia in libro Regũ ſcriptũ eſt. Fecit ergo Salomon in tẽpore illo
feſtiuitatẽ celebrẽ, & omnis Iſrael cum eo multitudo magna, ab introitu Emath, uſq; ad ri-
uum Aegypti. De Tyro & Sidone non dubiũ, ſimiliterq; de Aſcalon, Gaza, Accaron &

Azoto,

Azoto, urbibusq; Philistinorũ, nõ incertũ quin terræ illi satis uicinæ sint. Volẽs ergo quasdam pro cunctis ponere gentibus, earũq; uniuersitatẽ septenario (ut iam dictũ est) designare numero, cur longinquiores magis q̃ propinquiores, imo cur non magis uicinas q̃ remotas poneret gentes uel urbes? Igitur ne qua tribus Israel aduersus hominẽ gentilem gloretur, Emath quoq; (ait) in terminis eius, & Tyrus & Sidon, Ascalon, Gaza, Accaron, & Azotus. i. non minus gentiũ q̃ Iudæorũ unus idemq; est deus. Assumpserant quippe sibi sapientiam olim uanã, nunc aũt ueram. Olim deniq; Tyrus .i. quælibet gens ædificauit munitionem suã uidelicet decepta, & deinceps per inanẽ philosophiam, ecce autem assumpsit uerã sapientiã, quando uel ex quo apprehendit (ut iã dictũ est) uiri Iudæi fimbriam. Olim (inquã) coaceruauit argentũ quasi humũ, & aurũ ut lutũ plateaꝝ, ecce aũt utcomprobato quod aurũ sapientiæ eius lutũ, & argentũ eloquentiæ eius fuerit humus, dominus possidebit eam, & percutiet in mari fortitudinẽ eius, & hęc igni deuorabitur. i. quicquid in ea prius uiuebat, occidet & destruet baptismo aquæ ac spiritus. Nam per mare aqua baptismi, & p ignẽ spũs rectẽ intelligitur, pquæ hominis siue gentis fortitudo percutietur atq; deuoratur, quãdo deposita superbia ueteris hominis in humilitate noui hominis Iesu Christi. i. in morte eius baptizatur. Nam quicunq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Videbit Ascalon. i. quælibet gens, & timebit, & timẽdo sapiens incipiet fieri. Nã initium sapientiæ timor domini. Videbit Gaza. i. quælibet gens, & dolebit nimis, scilicet de peccatis & erroribus suis dolebit (inquam) dolore pœnitentiæ, qui ucꝫ dolor præparatio est lætitiæ sempiternæ, & Accaron, subauditur, uidebit & dolebit nimis, quia confusa ẽ spes eius, nimiꝫ illa confusione, de qua Apostolus loquitur. Quẽ ergo fructũ habuistis tũc in illis, in quibus nunc erubescitis? Et peribit rex de Gaza, subauditur, qui prius illic regnabat, & Accaron. i. quælibet gens non habitabitur, uidelicet ab illo rege, à quo prius habitabatur, qui erat princeps mundi huius. Et sedebit separator in Azoto. i. in qualibet gente, ille nimiꝫ separator, q̃ iccirco butyꝝ uel mel comedet, ut sciat reprobare malũ & eligere bonũ & ita sedebit tanq̃ in area sua, iubens eã uentilari ac separari triticũ & paleas. Et dispердam superbiam Philistinorũ, subauditur his modis, quibus iam dictũ est, quia uidelicet Ascalon Gaza, Accaron, & Azotus, ciuitates sunt Philistinorũ, qualiũ superbia tunc bene dispergitur, quando qui erãt superbi, humiles efficiuntur. ¶ Fere cuncta hęc cũ significent gratiam tamẽ in litera uidentur sonare irã, qđ nimiꝫ spũs propheticus per magnã procurauit sapiẽtiam. Iudæos nanq; constat gentiũ semper odisse salutẽ, & iccirco utile tunc erat uerbis obscuris ac dubijs, salutis gentiũ promissiones inuolui, ne Iudæis ipsa scriptura propter gẽtes fieret odibilis, apud quos oportebat eã custodiri, profuturã uenturis seculis, ut nũc uidemꝰ quia custodita ab illis usq; ad nos peruenit. Et auferã (inquit) sanguinẽ eius de ore eius & abominationes eius de mediodentiũ eius, & relinquetur etiã ipse deo nostro, Cuius de ore sanguinẽ eius, & cuius de medio dentiũ auferã abominationes eius? Nimiꝫ cuiusq; credentis, quicunq; uidebit & dolebit nimis, agendo pœnitentiã de peccatis suis. De ore & de dentibus cuiuslibet eius modi auferam sanguinem & abominationẽs eius, ut iam nõ recorderis uel quod sacrificia dæmonũ comedit, uel quod etiã martyrũ sanguinem fudit. Hinc & illud Non congregabo conuenticula eorꝫ de sanguinibus, nec memor ero nominũ eorum per labia mea. Est ergo hic sensus. Non congregabo eos qui pœnitentiã egerunt, ut iudicem eos uel uindicẽ in eos de peccatis præcedentibus, & nominũ eorꝫ qui impie gesserunt, pro quibus raptores, homicidæ, adulteri nominati sunt, non recordabor, nec pro his puniam eos. ¶ Considera cũcta hæc nomina septẽ, Emath, Tyrus, Sidon, Ascalon, Gaza, Accaron & Azotus, ualde acerba sunt, & talia, qualiũ dominũ non esse memorẽ, grande sit beneficium Emath nãq; indignatio, Tyrus angustia, Sidon uenatio, Ascalon ignis ignobilis, Gaza fortis, Accaron sterilis, Azotus ignis generatiõis interpretatur. Nonne hæc oĩa mala sunt, indignatio & angustia, uenatio subauditur diabolica, ignis ignobilis, siue ignis homicida. i. homicidalis ira, fortitudo sine dubio q̃ deo repugnat, sterilitas subauditur animæ, & ignis gẽnationis. i. luxuria? Sed nõ ero (inquit) memor nominũ taliũ. i. conuersum uel pœnitentẽ nõ puniã, p talibus, q̃liũ nocia hmõi significatiua sunt, Et relinquet (ait) etiã ipse deo nostro Q̃ bonũ est derelinqui deo nostro, ut ucꝫ malis nominibus abolitis, deo relinquatur hõ,

& ideo

Conuersio gentium

Separator Christus

Cur gentium salus obscuri

us ponitur in significatiua

Septem nomina urbium.

& ideo uiuat reſiduus hō deo, remaneat hūana, quā creauit ipſe, ſubſtātia bona, nec ulla fu perſint accidētia mala. Nec uacat q̄d dicit etiā ipſe, ſcz non minus gentilis q̄ Iudæus, Ema thites, Tyrius, & Sidonius, Aſcolonites, & Gazeus, Accaronites, & Azoticus, nō minus

Iebuſæus

q̄ Hieroſolymites, aut Effrateus, aut alia quacūq; ex tribu uel ciuitate Iſrael denominatus. Et erit q̄ſi dux in Iuda, nimirū idē q̄ſi antiſtes aut uir apoſtolic⁹ in ſcta confeſſiōis Chri ec cleſia, & q erat Accaron. i. ſterilis, erit Iebuſæus. i. Hieroſolymitanus. Hæc eñ ciuitas trib⁹ noibus appellat, Iebus, Salem, et Hierlm, hoc illi dicto Apoſtoli cōſentit, nō ē eñ diſtinctio

Eutes & reuer tentes.

Iudæi & Græci. Et circūdabo (ingt) domū meā. i. eccleſiā ex his q militant mihi eūtes & re uertētes. Non dixit, circūdabo domū meā ex Iudæis, ſiue congregabo ex Græcis, ſed abſq; diſtinctione ſiue acceptiōe ꝓſonaꝝ, circūdabo (ait) ex his q militant mihi eūtes .i. obediēt operātes, & reuertētes. i. ipſum q̄d operati ſunt, nō ſibi, ſed mihi atttibuētes nō ſuā, ſed dei iu ſtitiā ſtatuere uolētes, iuſtitiæ dei ꝑ oia ſeſe ſubn̄ciētes. Nā in ueritate cōperi (ait Petrus) qa nō eſt ꝓſonaꝝ acceptor de⁹, ſed in omni gēte q timet deū, & opatur iuſtitiā acceptus eſt illi. Et nō tranſibit ultra ſup eos exactor, ſcz diabolus malus creditor & impi⁹ exactor q ſuaden do peccatū ſub debitū retegit genus humanū, debitūq; exigit ab oñi hoſe q nō habet redē ptorē Chriſtū dei filiū, patronū patrē deū aduocatū ſpm̄ ſcm̄. Nō (inq̄) ſup eos ille exactor

Exactor dia bolus.

ultra trāſibit, & nō eos cōculcabit aut ſuffocabit, qa nūc uidi in oculis meis. i. uiſi tauī eos in gra ſeptiformi ſpūs ſancti, cuius oculi ſeptē oculi ſunt mei, oculus ſapiētiæ & oculus intelle ctus, oculus cōſilij, & ocul⁹ fortitudinis, ocul⁹ ſciētiæ, et oculus pietatis, & ocul⁹ timoris dñi In iſtis oculis meis nūc uidi & uiolētiā exactoris, & miſeriā eoꝝ de qbus exigit, Nūc uidi di

Oculi ſeptem

xit, ꝑ eo ut diceret: nūc miſerat⁹ ſum. Nā uidere dei ſubuenire ē, uiſus dei magnitudo bñficij eſt. Exēpli gra. Vbi Abrahā magnitudinē bñficij ꝓſenſit in hoc dicto: nō extēdas manū tu am ſup puerꝝ, neq; facias illi quicq̄, appellauit nomē loci illi⁹, dñs uidet. Vñ uſq; hodie dī in monte dominus uidebit.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN ZACHARIAM PROPHETAM COMMENTARIORVM LIBER QVARTVS.

EX his q̄ hactenus dicta ſunt ab eo q̄d ait: Cū ieiunaretis & plā geretis in quinto & ſeptimo p hos. LXX. annos, nunqd ieiu niū ieiunaſtis mihi uſq; ad id: onus uerbi dñi in terra Adrach & Damaſci requiei eius, Satis demōſtratū ē Ieſum Chriſtū dei filiū ſolū & unicū eē planctus & ieiunij remediū, ꝓpter cuius morā, donec ueniret, recte fuerit ieiunādū, ꝓpter cuius pñtiā q̄m ablatus eſt ſponſus filijs ſuis, nihilominus recte ſit ieiunan dū. Recte inq̄, nā ipſe eſt riſus ſanctoꝝ, unicūq; gaudiū ange loꝝ, cuius in typū natus patri Abrahæ filius unicus, iuſſus eſt uocari Iſaac, q̄d interpretat riſus, dixitq; mater: riſum fecit mi hi dñs. Fecitq; pater grāde cōuiuiū in die ablactatiōis eius. Iā q̄ ſequunt melius patebūt, ſi memoria teneat aius iſtud riſus æterni gaudij q̄ ſempiterni ca pitulū. ¶ Exulta ſatis filia Sion, iubila filia Hieruſalē, ecce rex tu⁹ uenit tibi iuſtus & ſaluator. Ipſe pauper & aſcēdēs ſup aſinā, & ſup pullū filiū aſine, & diſpdā q̄drigā ex

Exultat ſatis

Effraim, & equū de Hieruſalē, & diſſipabit arcus belli. Et loquet pacē cū gētibus & poteſtas ei⁹ a mari uſq; ad mare, & a flumine uſq; ad terminos orbis terre. ¶ De hoc euangeliſta cū dixiſſet: Et cū appropinquaſſet Hieroſolymis, & ueniſſet Bethphagæ ad montē oliueti &c. hoc aūt (ingt) totū factū eſt, ut impleret q̄d dictū eſt ꝑ ꝓphetā dicentē Dicite filiæ Sion, ecce rex tuus uenit tibi māſuetus, ſedēs ſup aſinā, & pullū filiū ſubiugalis. Q̄d ergo dicit: Exulta ſatis filia Sion, iubila filia Hierlm, ecce rex tu⁹ uenit tibi iuſtus & ſal uator, ipſe pauper & aſcēdēs ſup aſinā, & ſup pullū filiū aſinę, luce clarius eſt, expoſitiōe nō indiget, Hoc tm̄ interim tenet nos, q̄d dicit, exulta, & nō cōtentus dixiſſe, exulta, addidit, ſa tis, & de uerbo quidē exulta, manifeſta ratio eſt, quia ſupra dixerat ieiuniorum ſolennitates habendas

habẽdas uſq; quo uenirẽt populi, & habitarẽt in ciuitatibus multis, & apphẽderẽt gẽtes ſim
bria uiri Iudæi, quẽ uidelicet uirũ Iudæũ, qm̃ uenientẽ & quaſi p̃ſentẽ uidet oculo ꝓphetali
pulchre poſitus in cõtẽplatõe p̃ſentiæ ei⁹, exulta (inqt) filia Sion, iubila filia Hieruſalẽ, nimi
rũ iuxta q̃d hic loqtur, nõ poſſunt filij ſpõſi lugere q̃diu cũ illis ẽ ſpõſus. Porrò q̃d addidit, ſa
tis, modũ nõ qualẽcunq; uult eẽ exultatõis, qa uidelicet exultatio filioꝝ ſpõſi iamdicti lõge
diſſimilis exultatiõi filioꝝ huius ſeculi. Filij huius ſeculi erãt illi qbus dũ loqueret inter cæte
ra dixit, Vos miſiſtis ad Iohannẽ, & teſtimoniũ phibuit ueritati. Illi erat lucerna ardẽs & lu
cens: uos aũt uoluiſtis ad horã exultare in luce eius. Hoꝝ idcirco meminerim quia exultare
ad horã, & exultare ſatis cõtraria ſunt, & ex oppoſito illius exultatiõis, qua ad horã exultare
uoluerũt illi, dictũ eſt: filię Sion exulta ſatis. Quid em̃ eſt uoluiſſe exultare ad horã in luce lo
hãnis, niſi temporale quęſiſſe uel ſperaſſe gloriã in p̃dicatione Iohãnis Putãtes em̃ illũ eſſe
Chr̃m, quẽ audierãt fore uenturꝝ regẽ magnũ, iã uidere uolebãt ſub tãto rege regnũ Iudæo
rum magnũ, & cũctis populis tremẽdũ, quale tũc erat regnũ Romanoꝝ, q̃le ſuo tpe regnũ
Græcoꝝ, ſuo tpe regnũ Perſaꝝ & Medoꝝ, ſuo tpe fuerat regnum Babylonioꝝ, ſiue Aſſy
rioꝝ. Eqdẽ maius uolebãt uel ſperabãt regnũ fieri Iudeoꝝ, q̃ fuerat q̃dlibet eoꝝ, ueruntñ tẽ
porale & terrenũ, quia ſciam nõ habebãt, nec hr̃e uolebãt regni Chr̃i, regni dei, q̃d ẽ cœleſte
& ſempiternũ. Ergo exultare uolebã ad horã: ſed ita exultare nõ ẽ exultare ſatis. Siqdẽ ex
ultatio talis, ad uerã beatitudinẽ nõ ſufficit. Tu igit̃ ò filia Sion, paruã relpuẽs exultationem
huius ſeculi: exulta ſatis. i. illa exultatõe exulta, quã p̃dicat tibi habitus regis tui, ueniẽtis tibi
regis iuſti, regis ſaluatoris tui. ¶ Qualis eſt habit⁹ eius? ipe paup & aſcendẽs ſup aſinã, & ſup
pullũ filiũ aſinæ. Vere pauper. i. mitis & humilis ſicut dicit ipe: Diſcite à me quia mitis ſum
& humilis corde. Vere pauper, quia in hoc mundo de oñi terra nec paſſum pedis poſſedit,
aut poſſidere uoluit: & aſcẽdẽs (inqt) ſup aſinã, & ſup pullũ filiũ aſinæ, Perpẽde q̃ tpe hæc fe
cerit pauper iſte, hoc fecit tũc qñ ueniẽti Hieroſolymã occurrere illi habebãt turbæ q̃ uene
rãt ad diẽ feſtũ, cũ ramis palmaꝝ, clamãtes: Benedict⁹ rex q uenit in noie dñi benedictũ q̃d
uenit regnũ pr̃is nr̃i Dauid, benedictus q ueuit in noie dñi, rex Iſrahel. Illo in tpe ſup a ſellũ
ſedere uoluit, facto utiq; ꝓteſtãs id q̃d poſt modũ uerbis aperuit: Regnũ meũ (inquiẽs) nõ
eſt de hoc mũdo, regnũ meũ non ẽ hinc, atq; ita ſedẽdo ſatiſ faciens inſidiatorib⁹ ſuis, calũni
antibus ſibi de noie regis, & dicere uolẽtibus q̃d ſe regẽ faceret, cõtra maieſtatẽ Romani im
perij. Deniq; ſatis factũ illis eſſe potuiſſet, niſi fuiſſent inimici, & odio magno illũ perſequẽ
tis quia uidebãt illũ nõ grãdi equo, ſed paruo ſedentẽ aſello & circa eum nõ ſplẽdores armo
rum, ſed odorẽ & ſuauitatẽ oliuaꝝ. Hæc em̃ ſatis illũ excuſabãt, quod nõ uellet ulli hoĩ ter
renũ diripere regnũ. Et ſecũdũ literã qdem nõ ſuper utrũq; .i. ſuper aſinũ & ſuper pullũ ſe
debat, ſed ſecũdũ ſpiritualẽ ſenſum fieri porerat & fit qa uidelicet ſuper hoies de Iudaico po
pulo tanq̃ ſuper aſinã & ſuper hũiles de populo gẽtiũ tanquã ſuper pullũ ſedet regnando,
utroꝝq; rex, utroꝝq; ſaluator. Igit̃ exulta ſatis. i. gl'iare nõ in honore uel potẽtia principũ hu
i⁹ ſeculi, ſed in hũilitate regis tui cui gloria ſempr̃na ſuccedit. Et diſpdã (ait) q̃ drigã ex Effra
im, & equũ de Hieruſalẽ, & diſſipabit̃ arc⁹ belli, Vel pater uel ſpũs ſanct⁹ de filio dixerit ad
Siõ ſiue Hierl'm, Ecce rex tu⁹ cui dicere cõueniat, & diſperdã q̃ drigã ex Effraim &c. rurſum
q; de filio, & loquet̃ pacẽ degẽtib⁹. Hierl'm electos de Iudæis, & Effrarim electos ſignificat
ex gẽtib⁹: quadriga aũt & equ⁹ quę diſperdã inqt ſuꝑbiã & uanitatẽ hui⁹ ſeculi. Vnde de
ſcẽdẽtes humiles, ad hũc regem Chriſtũ cõuerſi, dicũt alĩs in eadẽ ſuperbia perſeuerãtib⁹.
Hiin curribus & hi in eqs, nos aũt noie dñi dei nr̃i inuocabim⁹ Simul etiã ſecundum literã
Effari & Hierl'm percutit: qa uidelicet tẽporib⁹ illis quadrigas & equos ſibi multiplicaue
rãt reges Samarię, q fuerãt ex tribu Effraĩ, & reges Iuda q̃rũ metropolis erat Hierl'm, & ſre
quẽter cõtra inuicẽ bella geſſerãt. Et diſſipabit̃ ait arc⁹ belli, uidelicet in his q nõ contẽti pre
cepto regis pacifici, quod eſt nemini calũniã facere, neminẽ cõcutere, et unũquẽq; ſtipẽdĩs
ſuis contentũ eſſe: ſequunt̃ etiã conſiliũ, ut cũ Petro Apl'o gladiũ ſuũ oñino conuertãt uel
recondãt in locũ ſuũ, de qualibus & Eſaias loqtur: & conflabũt gladios ſuos in uomeres, et
lãceas ſuas in falces &c. Quod ꝓtinus dicit: Et loquet̃ pacẽ gẽtib⁹, hoc eſt quod Apoſtol⁹
dicit: Et ueniẽs pacẽ euãgelizauit uobis, q lõge fuiſtis, & pacẽ his qui ꝓpe, q̃ uidelicet pax
reconciliatio eſt dei & hoim remiſio eſt pecatorũ. Et ſicut hic ubi dixit: & loquet̃ pacẽ gẽti

Exulta re ad horam

Humilitas regis noſtri

Myſtica expoſitio.

bus continuo ſubiunxit,& ptās eius à mari uſq; ad mare, & à flumine uſq; ad terminos or
Psalm.17. bis terræ,ita & in Pſalmo ſpūs idem cum dixiſſet: Orietˢ in diebus eius iuſtitia, & abundatia
pacis ſtatim ſubiunxit: Et dñabiť à mari uſq; ad mare,& à flumine uſq; terminos orbis terra
rum. A mari Indico uſq; ad mare Britannicū, uel à mari orientali uſq; ad mare occidentale
dñabitur: & poteſtas eius erit,& illa tñ dñatio ſiue poteſtas incipiet à flumine uſq; ad termi
nos orbis terræ,i.à tpe baptiſmi: & diffundeť ubiq; terræ, uel à flumīe ſubauditˢ Iordanis.i.
Ysa.2 á Iudæis & diffundeť in oēs gentes, qa de Sion (ait Eſaias) exibit lex & uerbū dñi de Hierˢm
& iudicabit gētes,& arguet populos multos. ¶ Nūc ad ipm de q̄ loq̄bat apoſtrophen facit,
& dicit: ⌊Tu quoq; in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti vinctos tuos de lacu in quo
non ē aqua.⌋ Dicendo tu q̄q;,admirationē nobis facit, qa reuera miræ dignatōis eſt qđ nō
legatus neq; angelus ueniſſet, tu per temetipſum deus homo factˢ, ad inferos deſcēdiſti,&
Iohan.15 hoc in ſanguine tuo, quod magnū & mirū eſt opus dilectōis: quia maiorem hac dilectionē
nemo habet, ut animā ſuam ponat quis pro amicis ſuis Sanguinē illū, ſanguinem dicimˢ te
ſtamēti tui quia uidelicet teſtamentū tuū teſtamentū æternæ hæreditatis, q̄ ſcripſiſti hæ
Heb.9 re dibus tuis, tu ſanguine tuo, tu morte tua cōfirmaſti. In illo ſanguine tuo qui de latere tuo lā
Iohan.19 cea militis pateſacto, cum aqua cucurrit, emiſiſti uinctos tuos de lacu, in q̄ nō eſt aqua, uin
Lacus in quo ctos (inquā) tuos, qui collecti ab origine mundi, per oēs ętates ſiue generatōes uſq; in ho
non aqua. rā tuæ paſſiōis expectabāt te in lacu īferni, in quo nō eſt aqua, ſubauditur, quę aliquē a pec
catis abluat: & idcirco hinc illuc aquā manare hinc uſq; illuc aquā cū ſanguine tuo ꝓfluere
oportebat, quia illic nō erat, illic acqri nō poterat. Et hoc mirū, qđ hic in iſta regiōe uiuētiū
aqua & ſanguinis de humano corpe exiuit, & illic emūdationē fecit. Vis nanq; illa uis ſiue
uirtus diuina quæ hoc efficit, ut & ſanguis & aqua exirēt de corpe iam exanimi, ipa hoc effi
cere potuit, ut mortui ſtatim carerēt oīni macula peccati, & cōtagiōe primæ ꝓuaricatōis, ue
luti mari magno inundati, Emiſiſti illos, ſubauditur, dicens eis: ⌊Conuertimini ad muni
tionem vincti ſpei.⌋ Id eſt, reuertimini in paradyſum uīcti nō deſperati. Munitionē quip
pe ſanguis teſtamenti uobis acceſſibilem fecit, extincto flammeo gladio, quē ſententia uin
dex añ paradyſum collocauit, & eo paradyſum contra præuaricatores, muniuit. Sequitur.
⌊Hodie quoq; annuncians duplicia reddam tibi quoniam extendi mihi Iudam,
quaſi arcum impleui Effraim, ⁊ ſuſcitabo filios tuos Sīō, ſup filios tuos Græcia.⌋
Quanq̄ & aliter poſſit intelligi, nullo modo tñ libentius intellexerim, q̄ ut hæc q̄q; ſit uox
patris ſiue ſpūs ſancti ad eundē filiū cui dixerat: tu quoq; in ſanguine teſtamēti tui & cętera.
Hodie quoq;, hoc eſt, hoc ipo tēpore ſiue tertia die paſſionis uel mortis tuæ, annuntiās & di
cens: Exurge gloria mea, exurge pſalteriū & cithara. Duplicia reddam tibi, uidelicet ꝓpter
quod obediens fuiſti uſq; ad mortē, mortē aūt crucis. ſ. ut omnē poteſtatē in cœlo & in ter
ra habeas, in diuina ſimul & hūana natura, quā priº habebas tñ in diuia. Adhuc in eo quo
q; duplicia reddā tibi, ut & tui q̄ mortui fuerāt ab origine mundi, & ad inferos deſcenderat,
reſtituanť tibi, & alij non ſolū de carne Abrahæ, ſed & de cunctis gētibus naſcanť tibi, ſicut
ſignificaui dicēs: Poſtula à me & dabo tibi gētes hæreditatē tuā, & poſſeſſionē tuā terminos
terræ: & hoc inde fiet: qm̄ extendi mihi Iudā, quaſi arcū impleui Effraim.i. qm̄ & Apoſto
los de Iudæis, & Apoſtolicos uiros de gentibus præparaui, quæ uidelicet gentiū, multitu
do ſignificatur nomine Effraim, quod interpretatˢ fructificans: Quoniā ſagittarius extēditˢ ti
bi arcum, & pharetrā ſuā implet ſagittis tempore ſuo ꝓſerēdis, ita extēdi mihi, & ipleui ui
ros eiuſmodi uerbo p̄dicatiōis, eruntq; uerba eo quaſi ſagittæ peruenientis ad cor, & pūgē
do urentes, urendo pungētes, ut peccatores prius cōpungā turtimore, deinde ardeātamo
re, quemadmodū Pſalmiſta dicit: Sagittę potentis acutæ, cum carbonibus deſolatorīs, Qđ
eſt dicere: Sententię ſubtiles illius, q̄ abſolute potens ē. ſ. dñi ad modū ſagittæ corda hoim
penetrāt. cum authoritate ſancto patrū. Quæ uidelicet exempla cor cōpuncti ū ardētia ui
tia deuaſtāt penitētis, & iccirco dicūtur carbones deſolatorij. In hoc primi ſunt Apoſtoli ex
Iudæis, loco ſecūdo Greci. Ait ergo: Et ſuſcitabo (ait) filios tuos Sion, ſuper filios tuos Grę
cia. Sion pro Iudæo poſuit, & Græciā pro gentili. Apoſtolus quoq; vult intelligi, cū dicit:
Ira & indignatio in omnē aīam operantis malū, Iudæi primū & Græci. Gloria & honori &
pax oīni operāti bonū, Iudęo primū & Græco. Igit ſuſcitabo filios tuos Sion, ſup filios tuos

Græcia

Græcia, id eſt, confortabo Apoſtolos de Iudæa, quatenus ad gentes ire & gentibus prædica re nõ timeãt. Poterat qdem ſic dicere: ſuſcitabo filios tuos Sion, ſuper filios Græcia: ſed ma luit eo mõ loqui in quo eſt maior familiaritas, maiorq; ſentitur affectus cõgratulatõis, p ma gnitudine gratię uel beneficij, quod is ipe q loq̃t utriſq; cõtulerit. ¶ Et ponã te quaſi gladi um fortium, & dñs deus ſuper eos videbitur, & exibit vt fulgur iaculũ eius. Et dñs in tuba canet, & vadet in turbine auſtri, dñs exercituũ p̃oteget eos, & deuorabunt & ſubijcient lapidibus funde, & bibentes inebriabuntur quaſi a vino, & replebũtur vt phiale, & quaſi cornua altaris. Et ſaluabit eos dominus deus eor in die illa, vt gregem populi ſui, quia lapides ſancti eleuantur ſupra terrã eius. ¶ Quid enim bo num eſt, & quid pulchrũ eius, niſi frumentũ elector & vinũ germinans virgines. ¶ Quã pulchra literæ ſuperficies, quantã intus euãgelicę gratię pulchritudinẽ cõtinet: Nõne hoc eſt ipm quod credimus, qđ ſcimus factũ eſſe uſq; ad nos, ex quo tu Chriſte fili dei in ſan guine teſtamẽti tui emiſiſti uinctos tuos de lacu, in quo nõ eſt aqua. i. ex quo mortuus inſer nũ ſpoliaſti, & cũ tuis oñib⁹ victor inde aſcẽdiſti. Ex eo nãq; filios Sion. i. Apoſtolos tuos ſuſcitauit deus pater, ſuſcitauit ſpũs ſanctus ſup filios Gręciæ, te dicẽte: Euntes docete oñes gẽtes, baptizãtes eos in noie patris, & filij, & ſpũs ſcti, & ex eo poſuit te pr deus, poſuit te ſpi rit⁹ ſctus q̃ſi gladiũ fortiũ uidelicet, ut fieret per te illd qđ fortiſſimũ q̃ tu ipe ſignificabas, di cẽdo Nõ ueni pacẽ mittere, ſed gladiũ Veni eñ ſeparare hoiem aduerſus patrẽ ſuũ, & nurũ aduerſus ſocrũ ſuã, & inimici hois domeſtici eius. Hoc per miniſteriũ filiorũ Sion hoc p̃ pre dicationẽ factũ eſt Apoſtolorũ tuorũ. Vnde illorũ prędicatione tãta uiſtãtuſq; effectus. Et dñs deus ait, ſuper eos uidebit, & exibit ut fulgur iaculũ eius. Quod eſt dicere: illis proficiſcẽ tibus & prædicantibus ubiq; dñs cooperabitur, & ſermonẽ confirmabit ſequentibus ſignis Nam exire ut fulgur iaculum eius, hoc eſt coruſcare miraculis euangeliũ eius. Et dñs in tu ba canet, & uadet in turbine auſtri. Quid eſt in tuba canere, niſi futurũ iudiciũ audiente mũ do uniuerſo declamare? Exempli gratia: Dum dicit Apl̃us: Reuelat enim ira dei de cœlo ſup omnẽ impietatẽ, & iniuſtitiã hoim &c. Nonne dñs in tuba canit, & uadit in turbine auſtri. i. in impetu ſpũs ſancti? Nam ſecundũ ſimilitudinẽ tubæ canentis & magnæ tempeſtatis, ter ruit gentes uocibus huiuſcemodi. Non erubeſcẽdũ euangelium Chriſti, qm̃ eſt uirtus Dei, qm̃ in eo reuelat iuſtitia dei. Et reuera dñs exercituũ ait: proteget eos, uidelicet nõ ut timeãt, non erubeſcãt, dicatq; quilibet eorũ: non enim erubeſco euangeliũ, uirtus enim dei eſt &c. Et deuorabũt (inquit) & ſubijcient lapidibus fundæ. Bona deuoratio qua traijciunt in cor pus eccleſiæ, & boni lapides funde quæ ſunt reuelata illis ſacramenta ſanctæ ſcripturæ, qui bus auditis ſiue intellectis. Græcia ſe ſubiecit, gentilitas quaſi lapidata cõticuit, victa acquie uit. Vnde hoc illis ut tam fortes ſint ad deuorandũ, tam ualentes ad iaciendũ, et lapidibus funde ſubijciẽdũ? Et bibẽtes (ait) inebriabunt quaſi à uino, & replebunt ut phialæ, et quaſi cornua altaris. Nõne ita factũ eſt: Nõne Apoſtoli biberunt & inebriati ſunt? An nõ ita dixerũt q eos uiderunt? Cum enim accepiſſent ſpiritũ ſanctũ, & loquerent uarijs linguis, put ſpũs ſanctus dabat eloqui illis, ſtupebant & mirabant dicentes: Quid nam uult hoc eẽ? Alij irridẽtes dicebãt: Quia muſto pleni ſunt iſti, & uere muſto pleni ſunt iſti, & uere muſto ple ni, ſed nõ quali muſto putabãt illi. Nũqd Petrus, quia dixit: nõ enim ſicut uos æſtimatis, hi ebrij ſunt, cum ſit hora diei tertia, prorſus illos ebrios eſſe negauit? Nõ utiq; prorſus negauit ſed quendã ebrietatis modũ remouit, dicẽdo: nõ ſicut uos æſtimatis. Tanq̃ diceret: ſũt qdẽ inebriati, ſed nõ ſicut uos exiſtimaſtis. Igit bibẽtes inebriabũt quaſi à uino. i. ſpiritũ ſanctũ accipientes, ſic ſe habebũt ut dicantur pleni eſſe muſto. Et replebũtur phialę. i. plenũ habẽ bebũt facultatẽ, nõ ſolũ ſciẽtiæ uerũetiã eloquẽtiæ. Phiala nãq; os patulũ habet, & iccirco per hui⁹ ſimilitudinẽ recte innuit linguarũ uniuerſitas, q̃ illis data eſt, ut & capere uel noſſe & eloq poſſent omnib⁹ gentibus magnalia dei. ¶ Et quia nõ ſufficit oris ſiue linguæ abũ dãtia, niſi adſit & zeli boni fortitudo ſancta, cũ dixiſſet: replebunt ut phiolæ, addidit et quaſi cornua altaris. Cornua altaris iuſſit dñs quatuor fieri, dicens Moyſi: Facies & altare de li gnis Sethin, quod habebit quinq; cubitos in lõgitudine, & totidẽ & in latitudine. i. quadrũ, et tres cubitos in altitudine. Cornua aũt p quatuor angulos ex ipſo erũt. Qũo impleta ſunt illa cornua altaris? Facies (ait) et uectes altaris de lignis Sethin duos, quos operies lamini

Filii Sion, apoſtoli. Matth. ultimo

Ibidem. 10

Marci, ultimo

In tuba canere.

Rom. 1

Ibidem.

Lapides funde inebriant apoſtoli. actu. 2

Repleti ut phialæ

p & æreis,

ereis, & induces per circulos, eruntq; ex utroq; latere ad portandū. Secūdū hāc ſimilitudi-
nē ipleti ſunt Apoſtoli ſcīa utriuſq; teſtamēti, q̄ ſi duobus uectibus de lignis Sethin p̄ circu-
los charitatis ad portādū altare q̄ ē Chriſt⁹, cuius uidelicet altaris Apoſtoli q̄dā cornua fue-
rūt & ſunt, ucz perhibēdo illi fortiſſimū corā regib⁹ & gētib⁹ teſtimoniū. Igit replebunt (ait)
ut phialæ, & q̄ſi cornua altaris. i. uno eodēq; ſpū & ſcietiſſimi fiēt, & fortiſſimi ad portādū. i. e
uāgelizandū cūctis gētib⁹ Chīm ſcdm myſteriū illius altaris manufacti, q̄ ut portari poſſet,
cornua eius circulis & uectibus iuſſa ſunt impleri. ¶ Et ſaluabit eos inq̄t dñs deus eor̄ in die
illa, ut gregē populi ſui, qa lapides ſancti eleuant ſup̄ terrā eius. Sēſus hic ē: Sicut paſtor gre-
gē ſuū, ita ſaluabit multitudinē credētiū, & hoc inde proueniet: quia ſicut lapides rotūdi fa-
cile uolui poſſunt, & citius mouent ſcdm uolūtatē eius, q̄ uſpiā illos ducere uult, ita illi ſalua
toris imperiū ſequūt, & p̄ infirmitatē quidē carnis teneri, ut ouiū grex, ſed per patiētiq; uirtu
tem duri ut lapides, & p̄ obediētiæ beneuolentiā ſemp̄ uolubiles, & ad iuſſa pagenda curre-
tes. ¶ Quid em̄ bonū eius eſt, & qd pulchrū eius, niſi frumentū elector̄, & uinū germinans
uirgines? Hoc ita cum præcedētibus cōtinuari pōt. Dixi, replebunt ut phialæ, & quaſi cor-
nua altaris, & ſubaudiēdū ē bonis dñi pulcherrimis. ſ. frumēto & uino, quæ uere bona dñica
ſentit, quiſquis frumentū & uinū ſpiritualiter intelligit. Nā frumentū dñi, eſt uerbū dñi, &
uinū dñi eſt ſpūs dñi. Sicut frumēto uiſibili fames expellit corporis, & uino nō ſolū extingui
tur ſitis, ſed & uegitat̄ calor naturalis, ita uerbo dei aīa uiuit, & dulcedine ſpūs ſancti proue-
catur mens ad amorē dei. Hoc à tēpore p̄dicatiōis Euāgelicæ ſic abūdanter cœpit fieri, ut ſi-
cut tēpore meſſis ſolet apparere plenitudo agri frumētarij. Et ſicut in abūdātia roris uel im-
bris tēporani & ſerotini, germē arridet horti bene culti, uernātib⁹ roſis & cādentibus liliis, ita
per orbē uniuerſum paſſim ſpect̄ēt, & electis ſexus uirilis, & uirgines ſexus fęminei. Quid a-
liud beatā trinitatē magis q̄ hoc ſpectaculū i hoc mūdo delect̄et? Dicat ergo: Quid em̄ bo-
num eius eſt, & qd pulchrum eius, niſi frumētū elector̄, & uinū germinās uirgines? Sequit.

Petite a domino pluuiam in tempore ſerotino, & dominus faciet nues & pluuiā imbris, dabit eis ſingulis herbam in agro, quia ſimulachra locuta ſunt inutile, & diuini uiderunt mēdacium, & ſomniatores fruſtra locuti ſunt, uane conſolabuntur.

Optime ſciendum eſt, & enim ſcire ſapientis eſt quia bonum hoc & pulchrum, de quo dixe-
rat. Quid bonum eius, & quid pulchrum eius eſt, niſi frumentum electorum & uinum ger-
minans uirgines, bonum (inquam) & pulchrum, hoc ſolius dei donū eſt, & propter hoc ab
ipſo petendum eſt. Nam de germine uirginitatis, de frumento uerbi dei, quicūq; ſtudioſus
fuit, non ignorat: ſed experimēto didicit, q̄d de terra carnis noſtræ ſurgere non poſſit, quā-
uis plātet aut regit aliquis, niſi deus incrementū dederit. Qui ergo bonum hoc uel pulchrū
oſtendit, recte & conſilium ſuggerit potēti illinc unde poteſt acquiri. Petite (inquit) à Do-
mino pluuiam in tempore ſeretino, & dominus faciet niues & pluuiam imbris. Ac ſi dicat:
Vbi deſideratur frumentum domini, & uinum germinis uirginei, ubi cōſilium eſt caſtita-
tis uel propoſitum uirginitatis, ubi ſentitur magis incendium carnis aduerſus ſpiritū concu
piſcentis. Sed nolite deficere, nolite deſperare. Petite à domino, & dominus dabit niues, et
pluuiam imbris. Niuds quibus æſtum carnis refrigeret ac temperet. Pluuiam imbris quo
terra cordis compluta, proferat herbam frumenti, quo uiuit homo, quod confirmat cor ho
minis. Nam nix interdum ſignificat, ut illi beati Iob: Qui timent pruinam, irruet ſuper eos
nix, interdum uero bonum, ut illud de parabolis Salomonis. Sicut frigus niuis in die meſ-
ſis, ita legatus fidelis ei qui miſit eum, animam illius requieſcere facit. Petite (ait) à domino
in tempore ſerotino. Magna & uehemens eſt huiuſmodi exhortatio & uniuſcuiſq; conſci
entiam tangit hoc dicto: Quis gloriari poteſt qui huiuſmodi niues aut pluuiam petierit,
& impetrauerit tempore nimis maturo? Ferè omnis caro prius ſuo deflectatur incendio,
quàm refrigerium petat à domino. Ergo quaſi nō auſus dicere: Petite in tempore matu-
no, petite (inquit) in tempore ſerotino. Si non mane, petite uel ſero. Petite (inquā) & nolite
attendere ſimulachris aut diuinis ſiue ſomniatoribus, quia ſimulachra locuta ſunt inutile, &
diuini uiderunt mendacium, & ſomniatores fruſtra locuti ſunt, uane conſulabantur. Quid
enim dixerunt? O homo qui dicis pulchrum dei eſſe uinū germinans uirgines, ad quid de-
us in initio maſculū & fœminā creauit? Ad quid membra coeūdi uſibus apta formauit?

Videes

Frumentum uinum ſpiri tuale

1. Cor. 3 remedium a domino, contra incendiū carnis

Iohan. 6

Prouer. 25

Vide ergo ne dum uirgines existimas uel prædicas bonum & pulchrũ esse dei, cõtrarius es istas cõstitutioni uel decreto dei. Sunt aũt plerique, qui nõ audẽtes, sic obliqui, qm̃ potest eis abundantius responderi. Aliter dicunt & nimis misericorditer plandiunt sibi. Ille uel illa potuit, sanctus ille Apl'us. aut sancta illa quam deus assumpsit, ualuit proferre & custodire germen dei, germen uirginitatis, quia tẽpus bonũ fuit aut cõplexio frigidiores naturæ uiuit, tps nunc fragilius est, nos ò soror aut ò frater naturę sumus imbecilioris, melius est sic & sic facere q̃ uri. Illa potuit, tu uirginitatem custodire uel continens esse non poteris. Nec defuerunt qui dicerent nuptas in illo seculo uirginibus nõ imparis fore meriti. Cum hęc uel his similia audieris, scito, quia simulachra sunt, & inutile loquunt, diuini sunt, & mendacium uident, somniatores sunt. & frustra loquẽdo uane consolantur. ¶ Idcirco abducti sunt quasi grex affligentur, quia non est eis pastor. Super pastores iratus est furor meus, & super hircos visitabo, quia visitauit dominus exercituum gregem suum, domum Juda, & posuit eos quasi equum gloriæ suæ in bello. ¶ Idcirco ait, quia somniatores sunt, & frustra loquũtur, quia diuini sunt & mendaciũ uiderũt, quia simulachra. i. deceptores sunt & inutile locuti sunt ad subuertendũ bonũ dei, qđ frumentũ electoꝝ est, ad destruendũ pulchrũ dei, qđ estuinũ germinans uirgines, idcirco & ipsi, & q consenserũt uane consolantibus eis. idcirco (inquã) abducti sunt in diuersas uias libidinũ, & affligent quasi grex subauditur hic coꝝ, quod animal nimis est libidinosum. Nã protinus dcit: & super hircos uisitabo. Ergo quasi grex hircorum. i. bruti & insensati uelut hirci affligentur, subauditur multis & diuersis ignominiæ passionibus. Nã qa ueritatem dei in mendaciũ cõmutauerũt, qđ est diuinoꝝ hu iusmodi & somniatoꝝ. Idcirco ait Apostul°: Tradidit illos de° indesideria cordis eoꝝ in immũdiciã, idcirco tradidit illos deus in passiões ignominæ, idcirco tradidit illos deus in reprobum sensum, ut faciãt ea quę nõ conueniũt. Iuxta hũc sensum cũ hic dicit, quia nõ est eis pastor, pariter subintelligẽdũ est, nec ipsi sunt pastori, uidelicet illi q dicit: Ego sum pastor ouium: dgo sum uia & ueritas, non qđ pastorẽ hmõi nõ audierint, aut uiam & ueritatẽ istã nõ cognouerint, sed quia cum cognouissent pastorẽ hũc, non sicus pastori obaudierunt, uel sicut Apostolus dicit Cum cognouissent deum, nõ sicut deum glorificauerũt, aut gratias egerũt imo ueritatẽ in mendaciũ cõmutauerũt. Idcirco supp pastores iratus est furor meus, & super hircos uisitabo. i. & magistros libidinũ, qa putidi pastores sunt, & auditores siue imitatores illoꝝ: quia libidinosi hirci sunt, æque iudicabo, qm̃ ꝓprio iam sunt condẽnati iudicio, pastores hircis libidinũ uias ostẽdẽdo, hirci pastoribus libẽter assentiẽdo. Etenim inde iam inexcusabiles sunt: quia uisitauit dñs exercituũ domũ Iuda, & posuit eos quasi equũ gloriæ suæ in bello. Vocabulo domus Iuda, qđ interpretat cõfessio, cũctos illis cõtrarios significat, cm̃ illi sicut iã dictũ ẽ, cũ cognouissent deũ nõ sicut deũ glorificauerũt aut gras egerũt, & iccirco passionibus traditi sunt, & iccirco non liberant, quia sibimet in ipsis cõplacent passionibus, isti autem ecõtra cognoscẽtes deũ sicut deũ glorificauarũt, & gatias egerũt, unde & dom° Iuda. i. dom° cõfessiõis & laudis dicti sunt. Hmõi gregẽ suũ gregẽ nõ hircoꝝ sed ouiũ uisitauit dñs exercituũ. Qũo uisitauit? Posuit eos (ait) q̃si equũ glorię suę ĩ bello. i. sicut equ° gloriosus ĩ bello exultat audacter, & in occursum pgit armatis cõtẽnit pauorẽ, nec cedit gladio, ita isti fortes & cõstãtes sunt intus & foris intus cõtra oẽm impetũ libidinis, foris contra gladiũ psecutoris: hinc illi (ut iam dictũ est) inexcusabiles sunt, qa uidelicet ut illi ita & isti hoies sunt, caro sunt, & si uoluissent illi, æque isti habuissent adiutorem deũ. Vñ & ꝓtinus seqtur. ¶ Ex ipso angulus, ex ipso paxillus, ex ipso arcus prælij, ex ipso egreditur oĩs exactor simul. Et erunt quasi fortes quasi conculcantes lutum viaꝝ in prælio. Et bellabunt quia dominus cum eis. Et confundentur ascensores equoꝝ, & confortabo domũ Juda, & domũ Joseph saluabo. ¶ Bene scdm nomẽ suũ loqtur, & cõfitet domus Iuda bene odorat & sentit, equus gloriæ dñi. Sic diceret, hoc nimiꝝ est deũ oĩpotentẽ glorificare & gratias agere. Ex ipso (inqt) angelus, ex ipso paxillus, ex ipso arcus prælij ex ipso egreditur oĩs exactor simul, Quid nã hoc est? Omne bonũ ex ipso ꝓcedit. Angel°. i. fides paxillus. i. spes, arcus prælij. i. charitas, extra quã nulla est scia, nulla uirtus præliandi, ex ipso est, ipsius donũ est. Simul oĩs exactor. i. oĩs operator quicũq; ex cõsciẽtia boni opis iuste audet mercedẽ exigere, ut ille q dixit: Bonũ certamẽ certaui, cursum cõsũmaui, fidẽ seruaui, de

reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quã reddet mihi dñs in illũ diẽ. O ã is (inquã) talis exactor, ex ipſo egreditur, ex ipſo accepit hoc ip̃m qđ eſt operatus, pro quo mercedẽ uel coronã exigere meret? Angulũ dixim⁹ fidẽ, qa uidelz ſicut angulo iũgũt duo parietes ediuerſo uenientes, ita p unã eãdẽq; fidẽ cõiuncta ẽ electio gẽtiũ, electioni quæ ex ludæis eſt. Paxillũ ſpem, ſicut q lapſus in prona ſi paxillũ firmiter fixum apprehẽderit, faliciter ſubſiſtit, & tenet atq; tenet, ne penitus decidat in ima p̃cipitij, ita q uarijs tentatiõibus poterat periclitari, & in barathrũ deuenire deſperatiõis, ſpe ſubleuat & ad diuinę pietatis arcẽ reſilit. Arcũ prelij charitatẽ, quia p̃fecto, nihil tam forte cõtra diabolũ, nihil in omni armatura uirtutũ tam ualẽs, tã efficax contra pugnas libidinũ, q̃ ẽ charitas, p quã fides operat, per quã ſpes roborat, & cõme animæ certamẽ iam in p̃ſenti quadã mercede remunerat, dum hui⁹ ueri boni ſuauitate mẽs bene cõſcia quot die paſcitur. Exactorẽ diximus operariũ fidelẽ, in fide ſtantẽ, in ſpe laborantem, in charitate currentẽ, & ꝓpter hoc mercedẽ aut coronã à deo fideli debitore exigentẽ. Hæc oĩa ex ipſo ſunt, & hoc ſcire debẽt electi ſupradicti, maximeq; pulchrũ illud deiger men. ſ. uirgines: ſcire (inquã) hæc, & reſpondere debẽt cõtra ſimulachra loquẽtia inutile, cõtra diuinos mendaciũ uidẽtes, cõtra ſomniatores fruſtra loquẽtes, & uane cõſolantes, ut ſupra iã dictũ eſt. Et erũt (ait) quaſi fortes, quaſi cõculcãtes lutũ uiarũ in prælio, & bellabunt, quia dñs cum eis. Quaſi fortes (inqt) quaſi cõculcãtes. i. uere fortes, uere cõculcãtes, ut illud Facti ſumus ſicut cõſolati. i. uere cõſolati. Contra qđ fortes? qđ cõculcãtes? fortes cõtra lutum uiarũ, conculcãtes lutũ uiarũ, ſiue ſtercus in medio plateaꝝ. Nã mulier fornicaria quaſi ſtercus, ait Sapia, cõculcabitur in medio plateaꝝ. Duo dixit, quaſi fortes, quaſi cõculcãtes. Nõ prius cõculcãtes, & deinde fortes, ſed prius fortes, & deinde cõculcãtes. Prius eñ anteq; uincãt libidines, pugnare oportet ut fortes, & deinde cõculcare poſſunt, utpote uictores ita ut ſi uel motũ uicij ſentiãt indignent, contra qđ prius cũ labore preliabant. Et notandũ quia prius tria reddidit, quia dixerat: ex ipſo augulus, ex ip̃o paxillus, & ex ip̃o arcus prælij, & nũc dicit: Erũt quaſi fortes, erunt quaſi conculcãtes, & bellabũt, quia dñs cũ eis: Ergo fortes in angulo fidei, conculcãtes cum paxillo ſpei, bellantes in arcu prælij, in fortitudine charitatis. Sed quid opus erit bellare, poſtq; licuit conculcare? Ad hec ſciendũ, qa poſtq; in ſemetipo quis uicerit, & conculcauerit lutũ uiarũ. i. ſtercus libidinũ, reſtat ut pugnet, & pro aliꝭ in arcu prælij, in fortitudine charitatis, cũ feruore zeli boni, arguẽdo, obſecrãdo, increpãdo, maxime illos qui ſibi ſunt cõmiſſi, ut ſolet fieri, quia dignũ eſt, & ita expedit, ut regimẽ animarũ, non cuilibet ſed probato & emerito cõmittat libidinũ victori. ¶ Et confundent (ait) aſcenſores equorũ, & cõfortabo domũ Iuda, & domũ Ioſeph ſaluabo. Manifeſtũ eſt tam de ſcripturis q̃ de exemplis quotidianis, quia elationẽ mentis ſequtur cõfuſio libidinis iuſto iudicio dei. Porrò elati quo melius atq; cõuenientius uocabulo denotarentur, q̃ hoc dicto. Aſcenſores equorũ, tanquã diceret: Humiles illa gloria ſequet, ut cõculcẽt lutũ uiarũ, ſuperbos illa cõfuſio, ut ſtercorent eodem luto uiarũ. Quid porrò ſibi uult q̃ protinus dicit: Et confortabo domũ Iuda, & domũ Ioſeph ſaluabo? De domo quidẽ Iudæ, iam ſupra dictũ eſt, q̃ ipſi ſint cõfitẽtes, & deũ oñipotentẽ ſicut deum glorificantes, & gratias agẽtes, & propter hoc ipſum poſuerit eos dñs quaſi equum gloriæ ſuæ in bello, & hoc repetitur hic breui ſententia, & cõfortabo domum Iuda. Sed de Ioſeph cur mentionem fecit in præſenti negotio, dicens: & domum Ioſeph ſaluabo? Ad hæc ſciendum, quia Ioſeph inter uictores libidinum notiſſimus atq; nobiliſſimus eſt, quia noluit acquieſcere dominæ ſuæ dicenti: Dormi mecum, cum captiuus eſſet, & propter fidem caſtitatis, falſa circunuentus accuſatione carceri mancipatus eſt. Domũ ergo Ioſeph cunctos deſignare illos, qui p̃ caſtitate laborant non dubiũ eſt, quatenus qui hæc audiunt & recordantur laborum eiuſdem Ioſeph, & quomodo de eiſdem laboribus ſaluauit eum dominus, prouocentur ad imitandum Ioſeph, & ab experimento ſciant, quia cunctis, qui pro fide & caſtitate agonizantur, magna merces parata grãdis honor apud deum repoſitus eſt. L Et conuertam eos quia miſerebor eorum & erũt ſicut fuerunt, quando non proiceram eos. Ego enim dominus eorum, & exaudiam eos & erunt quaſi fortes Effraim, & letabitur cor eorum quaſi a uino, & filij eorum uidebunt, letabuntur, & exultauit cor eorum & in domino. J Hoc aſſertiõe noſtra nõ indiget, quod ut nunc ait, & conuertam eos quia miſerebor eorum cõuerſionis, quia cõuerſi ſumus,

Angul⁹ fides,

Paxillũ ſpem.

Arcus prælij charitas

Exactor, operarius fidelis.

Pſa. 126 Eccl. 9.

Victores libidinum.

Aſcẽſores equũ ſuperbia.

Ioſephiſignis victor libidinum. Gene. 39

mus cauſa alia nulla ẽ, niſi gratuita miſericordia, ſiue miſericors & miſeratrix gratia. Quod deinde ſubiungit: & erunt ſicut fuerunt, qñ nõ proiecerã eos, quo ſenſu melius intelligitur q̃ ac ſi dixiſſet: & erunt ſicut prædeſtinatione habui eos. Nam anteq̃ in Adam & Eua, q̃s emiſi de paradyſo, proiecerat nos, imo & anteq̃ cœlum & terra fieret, eramus apud eũ oẽs nos, quanto quiſq; deberet accreſcere merito, quanto uniuerſitas electorũ complenda foret numero. Et quia non ex ſemetipſis, ſed ex ſola fiet gratia liberatoris, recte dicit continuo Ego enim deus eor̃, & exaudiam eos. Mox dicendo: & erunt quaſi fortes Effraim. Ad ſacram & myſticam nos mittit hiſtoriam, ubi Effraim, qui natu erat iunior, benedictione patris commutantis manus, factus eſt prior: Scio (inquit) filimi, ſcio quia hic Manaſſes primo genitus eſt, ſed frater eius iunior, maior illo erit, & ſemen illius creſcet in gentes, conſtituitq; Effraim ante Manaſſen. Erunt ergo (ait) quaſi fortes Effraim. i. præferentur ex gẽtibus credentes, & Iudæis erunt multipliciores atq; fortiores ſicut Effraim, qui natu erat iunior, priori prælatus eſt, & maior factus q̃ is qui natu erat prior Manaſſes. Et lætabitur (ait) cor eorum quaſi à uino, id eſt, lætitiam habebunt, non foris, ſed intus: nam à ſeculo perſecutionẽ patientur: ſed intus conſolatione ſpiritus ſancti replebuntur. Quod deinde dicit: Et filij eorum uidebunt, & lætabuntur, & exultabit cor eorum in domino, res ipſa hodie ueraciter dictum eſſe comprobat: quia nos filij ſanctorum, filij martyrum, quibus illi certitudinem fidei Chriſtianæ ſuo ſanguine pepererunt, gloriam illorum uidemus, & lætamur, uidentes & lætantes ueneramur, & exultat cor noſtrum in domino, quia tales apud Chriſtum habemus patres & patronos. L Sibilabo eis, & congregabo illos, quia redemi eos, & multiplicabo eos ſicut antea fuerant multiplicati, & ſeminabo eos in populis & de longe recordabuntur mei, & viuent cum filijs ſuis. J Magis ac magis inculcat ac replicat, quod non meriti ipſorum, ſed gratiæ ſuæ ſint omnia quæ cunq; illis dicuntur, uel dici poſſunt glorioſa. Quid enim eſt ſibilabo eis, niſi occulta inſpiratione traham illos, quæ eſt quaſi ſibilus auræ tenuis? Ergo ſibilabo eis, id eſt, quicquid boni eſt eorum uel eſſe poterit, de meo ſpiritu erit: & congregabo illos, ſcilicet eodem ſpiritu meo, in unitatem fidei quia redemi eos, quia iccirco mortuus ſum, iccirco (ut ait Enangeliſta) mori me oportebat, ut eos, q̃ diſperſi erant, filios dei congregẽtur in unum. Et multiplicabo eos, ſicut ante fuerunt multiplicati, id eſt, non alij neq; pauciores credent, & conuertentur, quã fuerunt ante omnia ſecula præſciti & prædeſtinati. Quomodo uel quali, incremento domine multiplicabis eos? Et ſeminabo (ait) eos in populis, & de longe recordabuntur mei. Hic illud occurrit, quod ipſe in Euangelio de ſemetipſo dicit: Niſi granum frumenti cadens in terrã mortuũ fuerit, ipſum ſolum manet. Si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Nam principaliter ipſe quidem erat granum mortificandum & uiuificandum, mortificandum infidelitate Iudæorum, uiuificandum fide populorum, ſed ſecundarie ſinguli quiq; ſanctorum, uel martyrum grana frumenti fuerunt & ſunt. Vnde ſuperius dictum eſt bonum & pulchrum dei eſſe frumentum electorum. Cum ergo in modum frumenti ſanctificauerint ſancti, ita ut per uerbum doctoris unius multi eruditi ſint, & per paſſionẽ unius martyris per ſæpe multi occaſionem credendi acceperint, qui à Deo longe erant remoti, nonne ſatis liquet, quam ueracit er prophetico præconio dixerit hic, & ſeminabo eos in populis, & de longe recordabuntur mei, & uiuent cum filijs ſuis, ſubauditur, qui labore ipſorum deo acquiſiti & ſaluti æternæ ſunt nati. L Et reuertentur & reducam eos de terra Ægypti, & de Aſſyrijs congregabo eos, et ad terram Galaad, & Libani adducã eos, & non inuenietur eis locus. J Aegyptũ hunc mundũ, Aſſur diabolum, & Aſſyrios da mones, in ſcripturis ſignificare notum eſt. Hinc apud Eſaiam dominus dicit: In Aegyptũ deſcendit populus meus in principio, ut colonus eſſet ibi, & Aſſur abſq; ulla cauſa calumniatus eſt eũ. Et eſt ſenſus: Sicut in iſtã localem Aegyptũ deſcenderunt filij Iacob, & ibi multiplicati gemuerũt ſub ſeruitio, & quaſi in Ergaſtulo: & deinde carneas Aſſur, Sennacherib & multitudo eius, & Salmanaſar itidẽ rex Aſſur calumniatus eſt, & captiuũ duxit eũ ſine cauſa quia nihil contra eũ fecerat, ita in principio quando nõ erant, niſi duo in paradyſo, maſculus & fœminã, Adam & Eua, deſcẽdit in illis duobus oĩs electorũ, & ad uitã p̃deſtinatorũ populus in tẽbras huius ſeculi, ubi deus ueꝝ lumen nõ uidetur, & diabolus ſub tributũ mortis redegit eũ, inuidẽs illi,

Prædeſtinati ante mũdi creationem.

Genes. 48

Nos filij martyrũ & confeſſorũ

Sibilatio eius. 3. Reg. 19

Iohannes. 12

Iohã. 12 Granum frumenti.

Eſaiæ. 52. Aegyptus, p hoc mundo ponitur. Exodi. 1. 4. Reg. 19. Idem, 17.

& odio habens absq; ulla causa, quia uez homo diabolum de cœlo ruere nõ fecerat. ¶ Por ro terra Galaad & Libani terra est promissionis, interpretaturq; Galaad acerus testimonij, Libanus aũt candidatio, quibus nominibus martyres. i. testes, & omnes candidæ confessio nis sanctos significare perspicuũ est. Igitur reuertentur ait: Et reducã eos de terra Aegypti & de Assyrijs congregabo eos, & ad terrã Galaad, & Libani adducã eos, & nõ inuenietur eis locus. i. ad me conuertentur, sicut scriptũ est: Reminiscentur & cõuertentur ad dñm oẽs fines terræ, & ego de præsenti seculo nequam ereptos, de potestate malignoꝝ spirituũ liberatos, cõgregabo eos, subauditur in unum (sicut Euãgelista dicit) ut filios dei, qui dispersi erant, congregaret in unũ, & adducam eos ad terram uiuentium, quæ terra est Galaad & Libani. i. martyrum & omnium sanctorum, & tanta erit multitudo eoꝝ, ut æstimatione humana non possit inuenire, quis uel quantus sit locus, qui sufficere quæat illis ad habitandũ. ¶ Et transibit in maris freto, & percutiet in mari fluctus. Et confundentur omnia profunda fluminis, & humiliabitur superbia Assur, & sceptrum Aegypti recedet, Confortabo eos in domino, & in nomine eius ambulabunt dicit dominus. ¶ Adhuc detinetur in cõtẽplatiõe mysterij quo miserat nos, dicẽdo. Et reducã eos de terra Aegypti. Nõ obscura sed notissima est paruulis quoq; ecclesię filijs, illa spiritalis intelligentia, qđ sicut Israel de Aegypto per mare rubrũ, merso Pharaone cum curribus & equitibus eius, ascẽdit ad possidendã terrã, quã dñs illi dare decreuerat, quod & fecit: ita electoꝝ uniuersitas, de præsenti seculo ascendens, non aliter quã per sacramentũ baptismi ad illam terrã uiuentiũ peruenit: dimerso. i. abnegato diabolo, & uniuersis pompis eius, in uirtute eius sacramẽti. Cũ ergo dicit: Et transibit in maris freto, subaudit dñs, & percutiet in mari fluctus, & cõfundentur oĩa ꝓfunda fluminis, & humiliabit Assur superbia, & sceptrũ Aegypti recedet Pulchre cõcludit quasi narrationẽ propheticã, narrationẽ operoꝝ misericordiæ & miserationis, quã sic inceperat tu quoq; in sanguine testamẽti tui emisisti uinctos tuos de lacu in quo nõ est aqua. Nã & transibit in maris freto, & percutiet in mari fluctus, qđ aliud est nisi & ꝓficiet illud, quod in diuisione maris rubri significabatur, quãdo uirgã suã iubente dño Moses eleuauit sup maris fluctus, & receſſit sceptrũ Aegypti, subauditur percussum uirga Mosi, nec potuit filios Israel persequi? Plura hinc dici poterant, nisi quia sicut iamdictũ est, fere omnibus notũ est illius facti mysteriũ, & qui nota diutius tractat, affert legenti fastidiũ, ergo cætera persequamur. ¶ Aperi Libane portas tuas, & comedat ignis cedros tuas Vlula abies, qz cecidit cedrus, quoniã magnifici vastati sunt. Vlulate querc⁹ Basan, qz succisus est saltus munitus. Vox vlulatus pastoꝝ, qz vastata est magnificentia eoꝝ. Vox rugitus leonũ, quoniã vastata est superbia Jordanis. ¶ Vniuersę uię dñi (ait Psalmista) misericordia & ueritas. Itẽ: Misericordiã & iudiciũ cantabo tibi dñe. Scdm hæc duo hic locus prophetiæ diuidit. Nã ab eo quod ait longe superius: & factũ est uerbũ dñi ad me dicẽs: Ieiuniũ quarti & ieiuniũ quinti, &c. usq; ad id, qđ nunc dicit: aperi Libane portas tuas, cũcta fere ꝓmissa misericordiæ fuerũt, q̃ nũc ope impleta sunt, & ab eo qđ dicit: Aperi Libane portas tuas, usq; ad id qđ longe inferius loqtur: brachiũ eius ariditate sicabit, & oculus ei⁹ dexter tenebrescẽs obscurabitur, cũcta hæc terribilia ueritatis edicta, iustiq; iudicij documẽta sunt'. Quantũ dulcedinis, quãtũ suauitatis atq; iocũditatis illic est in hoc dicto: Exulta satis filia Sion, iubila filia Hierusalẽ. Et econtra quantũ hic amaritudinis, quantũ acerbitatis & calamitatis eoꝝ, quibus dicit: Aperi Libane portas tuas, & comedat ignis cedros tuos, ulula abies, ululate quercus Basan. Ergo sicut hactenus misericordiã in illis, q crediderũt uel credũt, ita ex his q̃ sequuntur iustũ cõsideremus iudiciũ sup illos, q non crediderũt. Aperi (inqt) Libane portas tuas. Libanus q̃ mõte terra illa, nihil habuit uel habet excelsius, tẽplũ pñti loco significat. q̃ gẽs illa nihil habet augusti⁹. Aperi. i. claudere Romanis ul' hostib⁹ obserare nõ ualeas, sed egrediant secreta tua, & comedat ignis cedros tuos. i. tabulas cedrinas, tabulas deauratas. Puto ip̃m Libanũ, hoc est, tẽplũ propheticæ uocis sensisse imperiũ, qm̃ ut Iosephus quoq; testat, imminente excidio portę eius apertæ sunt absq; manu hoim. Orientalis (inqt) porta interioris tẽpli, cũ esset ænea atq; grauissima, & post meridiẽ uix à uiginti hoibus clauderet, seriscq; ferro iunctis obseraret, pessulosq; alios haberet in saxeũ limẽ demissos, uno ꝓpetuo lapidẽ fabricatũ, uisa est noctis hora sexta spõte patescere

His autem.

His aũt curriculo per cuſtodes tẽpli magiſtratui nũciatis, aſcẽdit ille, uixq; ea potuit claudere. Nec mira. Imperabat em̃ hæc uox diuina, uox ꝓphetica: Aperi Libane portas tuas, & tali apertiõe protinus fore aperiendas hoſtibus portas ſuas ſignificabat. Abies cui dr ululat & cedrus q̃ cecidit, illi principes, illi ſuperbi fuerũt, q̃s apertius exprimit dicẽdo. Qm̃ magnifici uaſtati ſunt. Et pulchre ſicut nomine Libani tẽplũ, ita abietis & cedri nominib⁹ ſummos Iudæor, & principes deſignat ſacerdotũ, q quõ abies & cedrus in Libano ita ſe extollebãt & magnificabãt in tẽplo illo. Et qa p̃ magnitudine malor non ſufficit ſemel dixiſſe, repetit uerbis paululũ diuerſis: Vlulate (ingens) quercus Baſan, qm̃ ſucciſus eſt ſaltus munit⁹. Ad huc aũt magis ac magis inculcans, uox (inqt) ululatus paſtor, qa uaſtata eſt magnificentia eor, uox rugitus leonũ, qa uaſtata eſt ſuperbia Iordanis. Quos abietes, cedros & quercus dixerat, eos tandẽ paſtores & leones nũcupat, qm̃ paſtores erãt noie ꝓ ſacerdotali officio, leones opere, qa prædã faciebãt de populo. Nomine ſaltus muniti, quẽ ſucciſum & uocabulo Iordanis cuius ſuperbiã uaſtatã eẽ dicit, multitudinẽ atq; cõfidentiã deſignat populi Iudaici, in quo iã dicti principes ſacerdotũ ſic erãt feroces ut leones, ſic rigidi atq; ſuperbi ſiue elati, ut quercus cedri atq; abies. Quis eiuſmõi cedror atq; abietũ caſum, qs quercuũ ſucciſionẽ nõ audiuit: Cuius ad aures ululatus ille nõ puenit. Vſq; ad p̃ntẽ diẽ (ait beatus Hieronymus) p fidi coloni poſt interfectionẽ ſeruor, & ad exercitũ filij dei excepto planctu, prohibẽtur ingredi Hieruſalẽ, & ut ruinã eis liceat ſuæ flere ciuitatis, ꝓcio redimũt, ut q quondã emerant ſanguinẽ Chriſti, emãt lachrimas ſuas, & ne fletus quidẽ eis gratuitus ſit. Videas in die, quo capta eſt à Romanis, & diruta Hieruſalẽ, uenire populũ lugubrẽ, cõfluere decrepitas mulierculas, & ſenes pannis annisq; obſitos in corporibus, & in habitu ſuo irã dñi demõſtrantes Profecto q ſuperius dixerat illis q ieiunauerãt & planxerãt p ſeptuaginta annos propter exterminiũ q̃ fecerãt Babylonij: Nũquid ieiunũ ieiunaſtis mihi? idẽ dñs multo magis, multo q̃ ſæuerius, iſtor ululatũ cõtẽnit. ¶ Hæc dicit dñs deus meus: Paſce pecora occiſiõis q̃ qui poſſederãt, occidebãt: & nõ dolebãt, & uendebãt ea dicẽtes: Benedictus dñs, qm̃ diuites facti ſumus. Et paſtores eor nõ parcebãt eis, & ego nõ parcã ultra ſuper habitãtes terrã dicit dñs. ¶ Memoriter tenẽdũ, q̃ ante iã diximus, qa ſicut ea q̃ prius dicta ſunt miſericordiã ſonant regis Sion & ſaluatoris Hieruſalẽ, ita hæc iudiciũ prædicãt eiuſdẽ regis & iudicis oim Propheta dicit: Hæc dicit dñs deus meus. Paſce pecora occiſiõis. Paucisq; interfectis dicit dñs: Ego non parcã ultra ſuper habitantes terrã, quod idẽ eſt, ac ſi diceret, ego non paſcam. Intellectu hic opus eſt, quõ dominus dicat paſce, & dominus dicat non paſcam. Nam ſi parum eſt, & ſi non uidetur idem eſſe, ego non parcam, ac ſi diceret, ego nõ paſcam poſtmodum manifeſtius dicit: Non paſcam uos. Quod moritur, moriatur, & quod ſuccidit, ſuccidatur. Proinde integrã literæ portionem, quam poſtulat ſenſus, iã hic perſcribere idoneum uidet. Cũ dixiſſet dñs deus: paſce pecora occiſionis, quæ qui poſſederãt, occidebãt & non dolebant, & uendebant ea dicentes: Benedictus dñs, diuites facti ſumus, & paſtores eorũ nõ parcebãt eis, cũ (inquã) hæc dixiſſet dñs. ſtatim ecõtra dixit dñs: Et ego non parcã ultra ſupra habitantes terram. **Ecce trado homines unuſquenq; in manu proximi ſui, & in manu regis ſui, & non eruam de manu eorum, & non paſcam pecus occiſionis & propter hoc o pauperes gregis. Et aſſumpſi mihi duas uirgas, unã uocaui decorem alteram uocaui funiculum & paui gregem. Et ſuccidi tres paſtores in mense uno, & contracta eſt anima mea in eis. Siquidem ipſa eor uariauit in me: & dixit Non paſcam uos. Quod moritur moriatur, & quod ſuccidit, ſuccidatur & reliqui deuorent unuſquiſque carnem proximi ſui.** ¶ Intellectu (inquam) ut iam diximus hic opus eſt, quia dominus deus ẽ, qui dicit: paſce pecora occiſionis, & dominus deus eſt q dicit: ego non parcam ultra ſuper habitantes terram, itemque dominus eſt qui dicit: & paſcam pecus occiſionis, propter hoc ò pauperes gregis, & dominus eſt, qui ſubindeloquitur, non paſcam uos, quod moritur, moriatur, & quod ſuccidit, ſuccidatur. ¶ Vt ergo intelligentiæ melius pateat oſtium, primo illud dicendum. Quia uidens dominus ciuitatem Hieruſalem, fleuit ſuper illam, dicens: Quia ſi cognouiſſes, & tu, & cætera. Porrò ciuitas ille populus ille, pecus erat occiſionis, id eſt, populus deſtinatus ſempiternæ morti, æternæ perditioni. Quid ergo erat homini Ieſu Chriſto, quem propheta utiq; ſignificat, dicens:

Abies & Cedrus principes ſacerdotũ

Idem et paſtores & leones dicuntur.

Vindicta in Iudæos. Mar. 21.

Supra. 7.

Vnde hic in uerbis contrarietas.

Hæc dicit

In Christo duę uolũtates

Hæc dicit dñs deus meus: quid (inq̃) illi sup ciuitatẽ uel populũ eiusmodi, nisi dicere: pasce pecora occisionis. Nam qm̃ in uno eodemq; Iesu Christo, sicut duas naturas, ita duas scim⁹ esse uoluntates, nõ dubiũ, quin scdm naturæ humanæ uoluntatẽ, qua & sup illos flere potuit, reseruari eosdem uoluerit. Sed quid esset illos reseruare: nisi pascere pecora occisionis? Nam quãto plures scaturirẽt de illius multitudinis luxuriosa carne uermiculi, tãto plures p uenirẽt uictimæ morti siue occisioni. Itaq; dicit idẽ dñs filius, siue dñs pater, siue dñs spũs sanctus. Ego nõ parcã ultra super habitantes terrã. Sed quid? Ecce trado (ait) homines unũquẽ q; in manu proximi sui, ut ucȝ á semetipsis cedãtur & dilacerẽtur seditionibus intestinis: nimirꝝ scdm electionẽ Barrabæ latrõis & seditiosi, quẽ dãnato principe pacis Iesu Christo, prę

Mat. 27

elegerũt sibi, & in manu regis sui. s. Cæsaris, qui rex eorꝝ fuit, & esse debuit scdm suã ipsorꝝ professionẽ, dicentiũ, nõ habemus regẽ nisi Cæsarẽ. Iosephus scire uolentibus satisfacere po

Iohã. 16.

test, q̃ uere in illa obsidione tradiderit eos, unumquenq; in manu proximi sui, & in manu regis sui, & q̃ uere dixerit: & concident terrã, quãq; ueraciter addiderit adhuc, & nõ eruam de manu eorꝝ. Attñ ne omnino uoluntatis humanæ, de qua iã dictũ est, fletus frustra proueExcidii causa scribæ & pharisæi, sacerdotes, Iudæi.

nerit, qñ uidens ciuitatẽ sup illã flevit, & pascã (ait) pecus occisionis, subauditur quadraginta duobus annis, ut habeant tẽpus pœnitentiæ, q ex illis pœnitentiã agere uoluerint. Nam tot anni transierunt à passione dñi, usq; ad illud miserabile excidiũ. Occisionis illius causam in sacerdotes siue pontifices, miro modo redundare demonstrat, dũ præmisso: pasce pecora occisionis subiungit. Quæ qui possiderant, occidebãt & nõ dolebant, & uendebãt ea dicentes: Benedictus dñs, diuites facti sumus. Et ne dubiũ sit quod tangat, continuo subdit: Et pastores eorꝝ nõ parcebant eis. Ergo qui possederant, sacerdotes fuerũt auarissimi, & põtifices rapacissimi, & eiusmodi pastores animas occidebãt, & nõ dolebant imo gaudebant, qm̃ de occisione animarꝝ illorꝝ, aliquod emolumentũ pecuniæ capiebãt, atq; hoc mõuẽdebant, infelicẽ populũ tanq̃ possessionẽ suã, præoptantes de pereuntibus lucellũ aliquod cõtrahere, q̃ de uiuentibus & Christũ sequentibus suorꝝ detrimentũ sacculorꝝ, quod timebãt incurrere. O q̃ iniqui, q̃ impie deum existimabãt esse similem sibi, dum ita uendentes pecora illa dicebãt: Benedictus dñs, diuites facti sumus. Talis illorꝝ benedictio, maledicta sit, qm̃

Malach. 2.

& ipse dñs in alio Propheta dicit. Et maledicã benedictionibus uestris, & maledicã illis, qm̃ nõ posuistis super cor. ¶ Propter hoc ò pauperes gregis, qui propter hoc ipsum quod pauperes. i. humiles estis, occisionẽ euasistis, & forte doletis super illa pecora occisionis, sicut qspiam uestrum dolens dicit: Veritatem dico in Christo, non mentior, testimonium mihi perPauperes gregis apostoli. Roma. 9

hibente conscientia mea in spiritu sancto, quoniã tristitia est mihi magna, & continuus dolor cordi meo. O inquã pauperes eiusmodi, subauditur adhuc attendite, quod uel qũo cum grege illo egerim, ut melius cognoscatis q̃ iustum occisionis illorꝝ iudiciũ sit. Et assumpsi mihi duas uirgas, unam uocaui decorẽ, & alterã uocaui funiculũ & paui gregem. Et succidi tres pastores in mense uno, &c. ut supra. Duas uirgas assumpsi mihi. i. bis cum hominiDuæ uirgæ duo fœdera. Gene. 9

bus, ut essem deus eorꝝ, fœdus pepigi. Primo cum Noe, & cum omnibus hominibus siue gentibus. Secundo, cum Abraham & semini eius. Ad Noe nanq; dixi: Ecce ego statuam pactum meum uobiscũ, & cum semine uestro post uos. Ad Abraham uero: Ego sum & pactum meum tecum. Itemq;, & statuam pactũ meũ inter me & te, & inter semen tuũ post

Gen. 15. & 17.

te in generationibus suis fœdere sempiterno, ut sim deus tuus, & seminis tui post te. Assumpsi ergo mihi duas uirgas. i. primo regimẽ omniũ gentiũ: quia omniũ creator sum: deinde regimen seminis Abrahæ, quoniã gentes in uias suas abierunt. Vnã uirgã uocaui decorẽ, & alterã uocaui funiculũ, quia uidelicet gentes cæteræ quoddã decus meũ, decus & ornatus orbis terrarꝝ fuerũt, semẽ aũt Abrahæ, prius hæreditatis meæ funiculus esse habebat

Gene. 22.

sicut illi à me dictũ est. Et in semine tuo benedicẽtur oẽs gẽtes. In illa uirga quã uocaui funiculũ, paui gregẽ. i. dedi illis legẽ, qs sicut oues eduxi de Aegypto in manu Moysi & Aaron & succidi tres pastores in mense uno. i. me sententiã dante in mense uno, mẽse primo mortui sunt Maria, Moses & Aaron, & contracta est anima mea in eis. i. iratus sum eis, ita ut ad

Num. 20

iudicarẽ illos sententiæ mortis. Q̃ ob causam? Siquidẽ aia eorꝝ uariauit in me. i. nõ pfecta uel cõtinua dilectione glorificauerũt me, subauditur ad aquas contradictionis. Dixitq; eis Quia nõ credidistis mihi ut sanctificaretis me corã filijs Israel, nõ introducetis hos pplos in terrã

quam

quã dabo eis. Sciendũ (ut ſupra iã diximus) cũcta hæc ab eo qđ ait: Aperi L ibane portas tu as, uſq; ad id qđ infra dicit: Onus uerbi dñi ſup Iſrael, ad rõnes ptinet iudicij ſeu ueritatis dñi cuius uniuerſæ uiæ ſunt miſericordia & ueritas: & iccirco ptinuiſſe ad rẽ, ut nõ omitteret dicere, qđ ſucciderit iudicio ſæuero illos quoq; paſtores emõi quos multũ dilexit. Iã ſi q̃ras, qđ cũ alia uirga fecerit quã uocauit decorẽ, q in altera quã uocauit funiculũ, pauit gregẽ. i. gubernauit Iſraeliticã ſiue iudaicã gentẽ, ꝓtinus ait: Et dixi. Nõ paſcã uos. Qđ moriẽ moriat, & qꝫ ſuccidiẽ, ſuccidat, & reliqui deuorẽt unuſquiſq; carnẽ proximi ſui. Et hæc dicẽs. L Tuli (ait) uirgã meã, q̃ uocabat decus, & abſcidi eã, ut irritũ facerẽ fœdus meũ, quod pcuſſi cũ oĩbus populis, & irritũ deductũ eſt in die illa. ⌋ Vnũ (ait) gregẽ paui. i. unã gentẽ regendam ſuſcepi cæteris aũt gẽtibus dicẽdo: Nõ paſcã uos, abſcidi uirgã ſiue abſcidẽdo uirgã: dixi, nõ paſcã uos. Quid emĩ, ꝓdeſt paſci corpora, ubi mortuas eẽ cõſtat aĩas. Qđ moriẽ uel ſuccidiẽ in anima, moriat & ſuccidat in corpore. Hæc ubi dixi, nõ quieuit mors, nõ ceſſauit gladius, paſſimq; trũcabãt gẽtes, & inuicẽ truncabant, & tñ miro mõ q morerẽtur & ſucideret certatim naſcebãtur tãta inſania, ut proletarij quoq; in urbibus collocarent. Qđ ad qđ ualuit, niſi ut infernus impleret: Seqtur. L **Et cognouerũt ſe paupes gregis, qui cuſtodiũt mihi, q: verbũ dñi eſt, Et dixi ad eos: Si bonũ eſt in oculis veſtris afferte mercedẽ meã, & ſi nõ, quieſcite.** ⌋ Pauperes gregis ſubauditur, de quo ſupra dixi, & paui gregẽ. i. regendã ſuſcepi Iſraeliticã gentẽ, & dedi eis legẽ. Qui ſunt uel fuerũt illius gregis pauperes Homines ſancti & humiles, quoꝝ nõnulli, & ſi centu diuites, effectu uel ſpũ fuerũt pauperes, ut ipſe Dauid rex. Iſti pauperes cognouerũt: qa uerbũ dñi eſt. i. qa iuſtũ eſt iudiciũ ſuper gentes. Qñ aũt uel qũo dixit ad eos iſte paſcens gregẽ: afferte mercedẽ meã? Nimiꝝ qñ dedit eis regiones gentiũ, & labores populoꝝ poſſiderũt, tũc dixit illis: Afferte mercedẽ meã, quã Pſalmiſta ꝓtinus exprimẽs: ut cuſtodiãt (inqt) iuſtificatiões eius, & legẽ eius requirant. Nã hæc eſt tota merces paſtoris huius, & in hoc bene muneratũ ſe eſſe gratulatur, ſi grex quẽ paſcit, requirat & cuſtodiat legẽ, & iuſtificatiões eius. Et cm̃ grex rõnalis libeꝝ habet arbitriũ, & paſtor iſte mercedẽ nõ coacta deſiderat, ſed ſpontaneã, pulchre dixit: Si bonũ eſt in oculis ueſtris, afferte, & ſi nõ, quieſcite. Sed qđ illi? Qualem attulerũt mercedẽ tãto paſtori? Ait: L Et appẽderũt mercedẽ meã triginta argenteis & dixit dñs ad me. Proĩce illud ad ſtatuariũ decoꝝ preciũ q̃d appreciatus ſum ab eis. ⌋ Triginta argẽteos dederũt Iudæi ſiue Põtifices, & Phariſæi Iudæ proditori, ut eũ traderet illis. Argẽteos illos appellat mercedẽ ſuã, & decoꝝ preciũ. Quis digne uerbis ualeat cõſequi modũ facti, ſiue qualitatẽ tantæ rei? Paſtor ille q duas habuerat uirgas, & una cõtentus, alterã abſcidebat. i. unũ Iſraeliticipopuli gregẽ curãs, cunctaꝝ gentiũ tã multũ gregẽ à cura ſua reiecerat, & iſtũ unũ gregẽ tanta cura tamq; miris modis, ut in ſcripturis legimus, pauerat paſtor talis ac tantus, ſ. oĩm deus & dñs homo factus, per ſemetipſum mercedẽ ſuã requiſiuit, & talẽ mercedẽ appenderũt ei, ucz triginta argenteos in preciũ ſanguinis eius dederũt proditori. Et hoc appellat decoꝝ preciũ nimiꝝ cũ ironia grauiſſima, qa non fuit decoꝝ. Quis ergo rẽ huiuſcemodi ſatis appendere uel digne ualeat eloqui? Vere nullus niſi ſolus ſtatuarius, ſiue plaſtes deus. Iccirco proieci (inquit) illud ad ad ſtatuariũ, & proieci illos in domũ dei ad ſtatuariũ, ſubauditur ut ipſe qui ſolus nouit dignũ proferret ſuper hoc iudiciũ. Proieci. i. ut proĩcerent effeci, ucz qđ Iudas pœnitẽtia ductus, retulit triginta argẽteos principibus ſacerdotũ & ſenioribus, dicens. Peccaui, tradẽs ſanguinẽ iuſtũ, & proiectis argẽteis abiẽs laqueo ſe ſuſpẽdit: quis effecit niſi ipe qui hic loquitur, & proieci illos in domũ dei. ¶ Interim in hac litera, qm̃ dñs eſt q dicit: Et appenderũt mercedẽ meã, atq; idẽ ipe loqtur, & dixit dñs ad me: Proieci illud ad ſtatuarium, & hunc ſtatuariũ ſiue plaſtem cõſtat eſſe deũ perpulchrũ eſt hic attendere, totius trinitatis colloquiũ, quia uidelicet res magna ẽ, cuius magnitudinẽ iſtud quoq; inſinuat, qđ cõtra illã cõmune diuinitas, nõ in una, ſed in tribus ſuæ ſubſiãtiæ perſonis edicere molit iudiciũ, & qualis eſt ſentẽtia iudicij. Seqtur. L **Et prꝛecidi virgã meã ſecundã, que appellatur funiculus vt diſſoluerẽ germanitatẽ inter Judã & Iſrael** ⌋ Et eſt ſenſus: Sicut abſciderã uirgã primã, ſic pcidi uirgã meã ſecundã. i. ſicut olim gentiũ in idololatriã defluentiũ uniuerſo gregi dixeram: non paſcam uos, ita & multo acerbius dixi gregi Iudaicæ gentis, nõ paſcam uos, atque ita effectum eſt, ut diſſoluerem germanitatem inter Iudam & Iſrael, id ẽ, ut compleretur

Pſal. 24.

Pauperes gregis

Merces paſtoris

Triginta denarij, decorũ precium, Ironice.

pleretur malũ illud, cui⁹ prę̃sagiũ fuit, illa diſſolutio qua olim diſſoluta eſt germanitas inter Iudã & Iſrael, qñ decẽ tribus ſciderũt ſe à tribu Iuda, & a domo Dauid, & fecerunt ſibi regẽ Hieroboã de tribu Effraim, ſciderũt ſe à ſcto & legitimo dei tẽplo, & aureos pro deo colue rũt uitulos. Scdm illud malo⁹ initiũ q̃ diſſoluta ẽ germanitas inter Iudã & Iſrael, p̃cidi hanc uirgã ſcdam, ut ucz ſicut tũc decẽ tribus q̃ uocabant Iſrael, & Iudã cui regnabat dom⁹ Dauid nullus ite⁹ ſociare potuit, ſiquidẽ nullus unq̃ regũ Iſrael receſſit à pctis Hieroboã. i. à cultu uitulo⁹ q̃s ille fecit, q̃ uis multa magnalia fierẽt p prophetas, maximeq; p̃ Heliã & Heliſeũ, nec fieri potuit ut rediret Iſrael in regnũ domus Dauid, ita nemo poſſit ſociare Iudæos cõ feſſorib⁹ Chri, uel cõuertere ut ſubñci uelint regno filij Dauid, regno Ieſu Chriſti, à q̃ ſe ab ſciderũt negãdo illũ añ faciẽ Pilati, & crucifigẽdo ap̃ciatũ (ut iã dictũ eſt) triginta argẽteis.

Seqtur. ⊥ Et dixit dñs ad me: Adhuc ſume tibi vaſa paſtoris ſtulti, q⁹ ecce ſuſcitabo paſtorẽ in terra, qui derelicta nõ viſitabit, & cõtritũ nõ ſaluabit, & id qđ ſtat nõ enutries, & carnem pinguiũ comedet, & vngulas eo⁹ diſſoluet. ⊥ Qm̃ (inqt) aſſumpſi duas uirgas, & taliter ut iã dictũ eſt euenit, tanq̃ malã mercedẽ reddiderũt mihi q̃ gregẽ paui adhuc unũ eſt, q̃d faciã, ſicut poſtulat ordo iuſtitiæ rõ iudicij. Sume tibi uaſa paſtoris ſtulti .ſ. perã, baculũ iſtulã, & ſibilũ. Ad qd hęc? Quia ecce (inqt) ego ſuſcitabo paſtorẽ. &c. Qũo Eſaias, ut captiuitatẽ pp̃li demõſtraret, nudus ambulauit, & Hieremias iuit ad domũ figuli, ut ex diſſipatiõe uaſis q̃d currebat in rota, & in manu fingebat artificis, & interitũ Iſraelis, & dei potentiã oñderet, & Ezechiel ut ſubuerſionẽ Hieruſalẽ, & fugã Sedechiæ, & onera captiuo⁹ nõ ſolũ uoce, ſed & habitu demõſtraret, p̃fodit parietẽ, & in humeris deportatus eſt. Sic & tu habitũ paſtoris aſſume, ut ſtultũ annũcies paſtorẽ, q uẽtur⁹ ẽ. Paſtor aũt ſtult⁹ & impius haud dubiũ quin Antichr̃us ſit, q in cõſummatiõe mũdi dr̃ eẽ uẽtur⁹, & q̃lis futurus ſit indicat. Iſte paſtor ideo ſup eos cõſurget: qa paſtor bon⁹ q pauerat eos, tã iniqua mercede mũeratus, tã indecoro ab eis p̃cio ap̃ciatus ẽ. Hinc & in euãgelio dicit: Ego ueni in noie patris mei, & nõ ſuſcepiſtis me. Si alius uenerit in noie ſuo, illũ accipietis, paſtorẽ utiq; ſtultũ, i. ſciẽter mihi cõtrariũ, nõ p ignorãtiã errãtẽ, ſed p malitiã repugnãtẽ. Nã qa in Pſal. q̃q; ſcriptũ ẽ, ſimul inſipiẽs & ſtult⁹ p̃bũt. Sciendũ qa ſtult⁹ & inſipiẽs in hoc differũt, qđ inſipiẽs dicat ille q neſcit: ſtult⁹ aũt ille q ſcit, & nihilomin⁹ ait cõtra rõnẽ iuſtitiæ quã ſcit. Paſtor ille nõ faciet, qđ ego bon⁹ paſtor feci. Ego derelicta uiſitaui, ille derelicta nõ uiſitauit. Ego diſpſa quæſiui, ille diſperſa nõ quæret. Ego cõtritũ ſanaui. i. peccatorẽ cõuerti, ille cõtritũ nõ ſanabit. Ego id q̃d ſtat enutrio, dũ bonũ in melius proueho: ille quod ſtat nõ enutriet imo facit quod cõtra eſt. Carnes pinguium comedet, & ungulas eo⁹ diſſoluet, id eſt, multos q uidebant eẽ ſapiẽtes ſeducet, & rõnẽ diſcretiõis auferet, ita ut ſi fieri poſſit, in errores inducant etiã electi. ⊥ O paſtor & idolũ, relinquẽs gregẽ, gladius ſup brachiũ eius, & ſuper oculũ ei⁹ dextrũ. Brachiũ ei⁹ ariditate ſiccabit, & oculus ei⁹ dexter tñbreſcẽs obſcurabitur. ⊥ Hæc hoſtilis appellatio, ò paſtor & idolũ, quã cõgrua ẽ utpote, ſicut aduerſariũ „ppriũ ei⁹ q appellat eũ. Nã q appellat eũ ip̃e ẽ Chrũs, & ille tã „ppriũs Chriſti ẽ aduerſarius, ut dicat Antichrũs. i. Chriſto cõtrari⁹. O inqt, paſtor & idolũ, falſo paſtor & uere idolũ: falſo (inq̃) paſtor, qa relinquẽs gregẽ, & uere idolũ, qa mẽdaciũ. Sicut eñ fili⁹ dei ueritas dr̃ & eſt, ita tu fili diaboli mẽdaciũ, recte diceris & es. Tu te oſtendes tanq̃ ſis deus, ſed tu nõ dico idolo⁹ cultor, imo idolum es, & non deus. Tu teipſum exiſtimari uis de q̃ ſcriptũ eſt. Apud ipſum eſt fortitudo & ſapia: ſed nõ ita ẽ. Imo ſup brachiũ tuũ. i. ſup tuã quã iactas fortitudinẽ, & ſuper oculũ tuũ dextrũ. i. ſup tuã quã tibi arrogas ſapiam, fortioris & ſapiẽtioris, imò ſoli⁹ fortis, & ſolus ſapiẽtis euaginatus ẽ gladius: ille (in q̃) gladius, quo iã dudũ in cœlo diabolus pater tuus, & tucũ illo es plagatus, & mi⁹ q̃ plagatus adhuc uiu⁹. i. deũ uiuentẽ te dicere p̃ſumis, cũ plaga tua plaga ſit mortis. Hui⁹ rei admiratio ẽ in Apocalypſi ſub his uerbis: Et unũ de capitibus quaſi occiſũ in mortẽ, & plaga mortis eius ſanata eſt. Itẽ dicẽs habitãtib⁹ in terra, ut faciãt imaginẽ beſtiæ, q̃ habet plagã gladij & uixit. Nõ uere plaga mortis tuæ ſanata eſt, nec uere uiuis, ſed tu inſane paſtor, & idolũ mortuũ, oſtentatiõe tua ſanus es & uiu⁹. Tale brachiũ tuũ, nõ uera fortitudo ſed rebellio cõtra altiſſimũ, ariditate ſiccabitur, & talis oculus tuus tibi dexter deo totus ſiniſter, oculus nõ uere ſapia, ſed ueraciter malicia tenebreſcẽs obſcurabitur, ut mittaris in profundũ inferni mancus & cæcus. ¶ Libri quarti finis.

Paſtor ſtultus Anti chriſtus.

anti chriſtus, Idolum & mẽdacium.

¶ Ruper

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN ZACHARIAM PROPHETAM COMMENTARIORUM Liber Quintus.

VOlens deus (inquit) oñdere irã, & notã facere potentiã ſuã, ſuſtinuit in multa patiẽtia, uaſa iræ apta in interitũ, ut oñderet diuitias gloriæ ſuæ, q̃ p̃parauit in gloriã. Huius ſermõis uere apoſtolici reminiſci pñs prophetiæ textus nos facit, qa reuera quales deus eſſet oſtenſurus gloriæ ſuæ diuitias in uaſa miſericordiæ, magnifica oris prophetici gratia, ſpũs ſanctus cecinit, cũ in anterioribus tñ maxime ab eo quod ait: Exulta fatis filia Sion, uſq; ad id. Aperi Líbane portas tuas, & quantæ iræ uaſa futuri eſſent Iudæi increduli, ſignificauit ab eo loco, uſq; ad inclamationẽ, ſuper brachiũ & oculũ dextrũ paſtoris ſtulti, i. Antichriſti. Nimi⁹ cõgruebat eidẽ ſancto prophetico ſpiritui, ut illã quã dicebat uel intẽdebat exultationẽ filiæ Sion, ſiue iubilationẽ filiæ Hieruſalẽ, de nũciaret in hoc ſeculo nõ fore ſecurã, multis preſſuris hominũ eẽ premendã ſcdm quorundã titulos Pſalmo⁹, qui inſcribũtur, pro tribulatiõibus, quibus ſancta in hoc mũdo eccleſia premitur, iuxta illud: Omnes qui pie uolũt uiuere in Chriſto, perſecutionẽ patiũtur. Sequit ergo. LOnus uerbi dñi ſuper Iſrael: Dixit dominus extẽdens cœlũ, & fundans terrã, & fingens ſpm̃ hominis in eo. Ego ponã Hieruſalẽ ſuperliminare crapulæ omnibus populis in circuitu, ſed & Iudas erit in obſidionẽ contra Hieruſalẽ. Et erit in die illa, ponã Hieruſalem lapidẽ oneris cunctis populis. Omnes qui leuabũt eã conciſione lacerabuntur, & colligentur ad eã omnes gentes terræ. ¶ Superliminare crapulæ quid eſt, niſi domus ſaturitatis? Nimi⁹ hoc de illa terrena Hieruſalẽ nullatenus ueraciter dici poteſt, aut intelligi, quia poſt q̃ mercedẽ ſupradictã paſtoris ſui triginta argenteos appendit, miſerabiliter facta eſt domus famis, non ſolummodo famis audiendi uerbũ dei, uerum etiam corporeæ famis, quæ coget matres quoq; carnibus filio⁹ ueſci, iuxta maledictionẽ legis Moſi dicentis: Obſidebis intra portas tuas, & comedes fructus uteri tui, & carnes filio⁹ tuo⁹ & filia⁹ tua⁹, quas dederit tibi dñs deus tuus, in anguſtia & uaſtitate, qua opprimet te hoſtis tuus. Ergo Hieruſalẽ hic, ſicut & in pleriſq; ſcripturar⁹ locis eccleſiã ſignificat in hoc mundo peregrinantem quæ q̃diu peregrinatur, & ſi nondũ re, tamen ſpe iam eſt cœleſtis Hieruſalẽ, & iſta eſt quã poſuit dominus, ſuperliminare crapulæ, iuxta illud: In loco paſcue ibi me collocauit, ſuper aquã refectionis educauit me. Crapula nanq; nõ ſemper prædicatur de malo, cũ Pſalmiſta dicat: Et excitatus eſt tanq̃ dormiens dominus, tanq̃ potens crapulatus à uino. Quare autẽ pro tota domo hic placet intelligi ſuperliminare, & pro domo ſaturitatis dictũ eſſe ſuperliminare crapulæ? Videlicet quia ubi primũ figurata eſt refectio ſiue ſaturitas eccleſiæ, ſignũ conuiuij iuſſum eſt poni in ſuperliminari, & in utroq; poſte, ut uidens dominus ſanguinẽ tranſcenderet oſtiũ, & nõ ſineret percuſſorẽ ingredi domos Iſrael & lædere. Nempe agn⁹ ille q intus comedebatur, illud ſignificabat. Vñ Hieruſalẽ, i. domus ſiue eccleſia Chriſti ꝓ ſenti loco ſuperliminare crapulæ uocari meretur. Hoc ab omnibus populis in circuitu perſentitur. Dicit em̃ Apoſtolus: Quia Chriſti bonus odor ſumus deo in omni loco in his qui ſalui fiunt, & in his qui pereunt. Alij⁹ quidẽ odor mortis in mortẽ, alij⁹ aũt odor uitæ in uitã. Quibus crapula hæc extitit odor mortis in mortẽ, ipſi obſederũt Hieruſalẽ. Quid aũt eſt qđ continuo dicit, ſed & Iudas erit in obſidionẽ cõtra Hieruſalẽ? Nimi⁹ id ipſum qđ Apoſtolus cũ dixiſſet, periculis ex gñe, periculis ex gentibus &c. Intulit etiã iſtud, periculis in falſis fratribus. Eiuſmodi confeſſores q Chriſtiano noſe cenſentur, & confitentur ſe noſſe deũ factis autẽ negant, hoc loco per Iudã, qđ interpretatur confeſſio, recte intelliguntur, qm̃ dicũtur eſſe in obſidionẽ cõtra Hieruſalẽ. At illa, uc⁹ Hieruſalẽ, nõ eſt talis, ut facile poſſit moueri, & omni uẽto circũferri, hoc ẽ qđ ait: Et ponã Hieruſalẽ lapidẽ oneris cũctis populis, oẽs q leuabũt eã, cõciſione lacerabũtur. Similitudinẽ hanc de cõſuetudine gentiũ aſſumpſit quæ hmõi erat, ut in uinculis, oppidis, & caſtellis, rotũdi ponerẽtur lapides grauiſſimi põderis, ad quos iuuenes ſe exercere ſolebãt, & eos pro uarietate uiriũ ſubleuare, alij⁹ uſq; ad ge-

Rom. 9.

1. Tim. 2

CAPVT. XII

Superliminare crapulæ, eccleſia Chriſti.

Deut. 28

Pſalm. 22

Pſalm. 77

Exo. 12

2. cor. 2

Per inuidiã falſi fratres deſignantur. 2. corint. 11

nua, alĩ ad umbilicũ, alij ad humeros, & caput, nõnulli ſup uerticẽ, erectis iunctisq; manib⁹ magnitudinẽ uiriũ demonſtrantes. In arce Athenienſiũ iuxta ſimulachrũ Mineruæ: uidi (ait beatus Hieronymus) ſpherã æneã grauiſſimi ponderis, quã ego pro imbecillitate corpuſculi mouere uix poterã. Cũ quærerẽ quid nã ſibi uellet, reſponſum eſt ab urbis eius cultoribus. Athletaꝝ in illa maſſa fortitudinẽ combrobari, nec prius ad agonẽ quẽq; deſcendere, q̃ ex eleuatiõe ponderis ſciatur: Senſus ergo iſte eſt. Ponã Hieruſalẽ in eccleſiã ſicut lapidẽ oneris, cuius ponderi cũctoꝝ populoꝝ ſeu omniũ gentiũ terræ, qui colliguntur aduerſus eã, uires non poſſunt cõparari, quatinus eã agitãdo, à fide Chriſti diſpellere, & circũferre queant quo uoluerint, quinimo, ipſi qui conantur eã agitare, concidantur, lacerentur, rumpantur, & anhelo ſpiritu diſcrutientur. ¶ In illa die dicit dñs, percutiã omnẽ equũ in ſtuporẽ, & aſcenſorẽ eius in amentiã, & ſuper domũ Iuda aperiã oculos meos, & omnẽ equũ populorũ percutiam in cecitate. Et duces Iuda dicent in corde ſuo. Confortentur mihi habitatores Hieruſalem in domino exercituum, deo eorum. ¶ Hoc loco domus Iuda non eodem ſenſu accipitur, quo ſupra. Nã illic dictũ eſt: ſed & Iudas crit in obſidionẽ: contra Hieruſalem. Hic aũt dicitur, & duces Iuda dicent in corde ſuo: confortentur mihi habitatores Hieruſalẽ in domino, itemq; & ſuper domum Iuda aperiam oculos meos, quę uc̃ oculoꝝ apertio, miſericordiæ recordatio, gratiæ eſt effuſio. Huius uc̃ Iuda duces, quoꝝ ſinguli dicent (ait) in corde ſuo: confortentur habitatores Hieruſalem in domino Apoſtoli fuerunt, & apoſtolici uiri ſunt, quibus magnũ fuit, & magnũ eſt deſiderium, ut habitatores Hieruſalem .i. filij eccleſiæ non deficerent, aut deficiant in tribulationibus, quæ ob omni equo & aſcenſore eius. i. ab omni poteſtate humana, & ab omni ſuperbiente in altitudine poteſtatis inſeruntur eis. Quos ego percutiam, ait dominus, in ſuporẽ & in amentiã, & in cæcitatẽ, & (ut ait Apoſtolus) primo Iudæũ, deinde Græcũ. i. gentilem. Primo nanq; Iudæi amẽtia & cæcitate percuſſi ſunt, iuxta prophetiã dicentẽ: Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude, &c. Econtra ſuper domũ Iuda aperiã oculos meos. i. donis ſancti ſpũs illuſtrabo duces. i. Apoſtolos meos. Iſti duces in die pentecoſtes igniei facti ſunt, dũ in ſpecie ignis ſpm̃ ſcm̃ acceperũt, ſicut ſcriptũ eſt. Et apparuerũt illis diſpertitæ linguæ tanq̃ ignis, ſeditq; ſuper ſingulos eoꝝ. Sequitur ergo. ¶ In die illa ponã duces Iuda ſicut caminũ ignis in linguis, & ſicut faciẽ ignis in fœno, & deuorabũt ad ſiniſtrũ & ad dexterã omnes populos in circuitu. ¶ Fœnũ peccata leuiora, ligna peccata grauiora ſignificant. Eiuſmodi fœnũ & eiuſmodi ligna cõſumpſerũt Apoſtoli in his qui conuerſi ſunt ad fidẽ Chriſti, poteſtate quã acceperũt ab ipſo, dicẽte illis: Quoꝝ remiſeritis peccata, remittũtur eis. Qũo cõſumpſerũt uel cõſumũt? Sicut ligna caminus ignis, ſicut fœnũ conſumit facies ignis, Etem̃ deus noſter ſpũs ſanctus, quẽ acceperũt, ignis cõſumens eſt, unde & congruũ ſignũ dedit, apparẽdo tanq̃ ignis & proinde remiſſio peccatoꝝ, q̃ nõ eſt hominibus, ſed ex ſpũ ſcto eſt, recte hic deſignat̃ per caminũ faciẽq; ignis, ligna & fœnũ cõſumẽtis populus. i. pcĩa populoꝝ ad dexterã & ad ſiniſtrã, & in circuitu deuorantis. Ad dexterã Iudæus, ad ſiniſtrã Græcus ſiue gentilis erat, & euãgelizãdo in utrãq; partẽ, p̃dicãdo remiſſionẽ peccatoꝝ p Chriſti fidẽ, circuire oportebat, unde & Paulũ mũdi circuitorẽ nõnulli dicebãt. Quid multa: Factũ eſt id qđ ꝓtinus ſequitur. ¶ Et habitabitur Hieruſalẽ, rurſum in loco ſuo in Hieruſalẽ, & ſaluabit dñs tabernacula Iuda ſicut in principio, vt nõ magnifice glorietur domus Dauid, & gloria habitãtiũ Hieruſalẽ cõtra Iudã. ¶ Quãuis uniuerſitas electoꝝ una ſit Hieruſalẽ, unus ſit Iuda, & una domus Dauid, tñ hoc loco diſtinctionẽ Iudæ & Hieruſalẽ ſiue domus Dauid; ſcriptura nos quærere cõpellit, & inuenire uel demonſtrare, qñ, ubi, & qũo domus Dauid & gloria habitantiũ Hieruſalẽ, magnifice cõtra Iudã gloriata ſit. Ergo domũ Dauid & habitãtes Hieruſalẽ eos intelligimus, q ex Iudæis in Chriſtũ crediderũt Iudã aũt eos q ex gẽtibus cõuerſi ſunt. Nimiꝝ in Actibus Apoſtoloꝝ habemus qñ & qũo credẽtes ex Iudæis, cõtra illos q ex gentibus crediderũt, magnifice gloriati ſunt. Quare (inqunt) introiſti ad uiros pręputiũ habẽtes, & mãducaſti cũ eis? Introierat em̃ ad Corneliũ & eos q cũ eo erãt, & qm̃ ſup eos ſpũs ſanctus ceciderat, iuſſerat eos baptizari in noie Ieſu Chriſti. Itemq; deſcendẽtes quidã de Iudæa docebãt fratres apud Anthiochiam, qa niſi circũcidamini ſecundũ morẽ Moyſi nõ poteſtis ſalui fieri, facta eſt ſeditio nõ minima Paulo & Barnabæ

Duces Iuda Apoſtoli.

Rom. 5

Remiſſio peccatorũ p ſpm̃ ſanctũ, qui eſt ſonumens.

Dom⁹ Dauid contra Iudam qũo gloriata ẽ

& Barnabæ aduersum illos. Nonne hoc erat domũ Dauid, & habitãtes Hierl'm cõtra Iudam, id est, credentes ex circũcisione contra credentes ex præputio magnifice gloriari Paulus Apostolus in epistola ad Romanos eo totus constitit, ut excludant eiusmodi gloriatione Iudæi, nõ per legem factorũ: sed p legẽ fidei, & ecce in hoc cõflictu, non domui Dauid, sed Iudæ, i. nõ Iudæo credenti, sed Græco fidei iustitia victoriã concessit. Ait etgo: Et saluabit dominus tabernacula Iuda, sicut in principio, id est, ecclesiã confitentiũ sibi, saluabit, nõ per legẽ factorũ, uidelicet circũcisionis & cæremoniarũ, sed per legẽ fidei, per quam saluatus est & Abrahã in principio. Quid enim scriptura dicit? Credidit Abraham deo, & reputatũ est illi ad iustitiã. Quomõ reputata est illi fides ad iustitiã? In circũcisione an in ꝓputio? Nõ in circũcisione, sed in ꝓputio, nondũ enim etat circũcisus. Hoc mõ fiet qđ ꝓmisit: & habitabitur Hierl'm rursum in loco suo in Hierl'm. Hierl'm (inqt) habitabitur in Hierl'm, id est, uniuersitas electorũ pacẽ habebit cũ deo, scilicet peccatorũ remissionẽ, quæ pax significatur noie Hierl'm. Quod aũt dicit rursus, nõ nihil attinet ad rẽ, qa uidelicet olim habitare cœperat in illo loco, paradyso deliciarũ, uidelicet in Adã, in quo sicut oẽs peccauerũt, ita oẽs in eo positi illic, oẽs inde in eo proiecti sunt. Vnde apud Esaiã dr eidẽ Hierl'm. Filij tui proiecti sunt dormierũt in capite oim uiarũ, sicut bestia illaqueata, pleni indignatiõe dñi, increpatiõe dei tui. ¶ In die illa proteget dominus habitatores Hierusalem & erit qui offenderit ex eis in die illa quasi Dauid & domus Dauid quasi domus dei, sicut angelus domini in cõspectu eorũ. ¶ Dies quã hic tã sæpe pronũciat, tempus omne estã resurrectione Chri usq; ad diẽ iudicij, q dies erit resurrectiõis uniuersalis. Etenim hoc omne tẽpus ide dñs apud Esaiã uno eodẽq; loco & diẽ nuncupat, & tẽpus dũ dicit: Tẽpore accepto exaudiui te & in die salutis adiuui te. Quod Apostolus breuiter exponẽs: Ecce nunc (inqt) tempus acceptabile, ecce nũc dies salutis. In hoc tẽpore, in ista die protegit dñs habitatores Hierl'm, id est, oẽm in se credẽtiũ multitudinẽ, ita nimirũ, ut, sicut Apostol' dicit: Nulla sit distinctio Iudæi & Græci. Nã hoc est quod dicit: & erit qui offenderit ex eis in die illa quasi Dauid. Quod ita cõgrue ualet intelligi. Gentilis, qui colendo idola offendit, erit quasi Iudæus, qui nõ nisi unũ coluit, unde & sibi confidit, & super Gentilẽ se extollit, in tantũ, ut ꝓlite sedenda, apostolũ fortissime differere, scribendo epistolam ad Romnos, necesse fuerit. Nec ꝓtereundũ quod sensum Apostoli, ubi cõmemoratis Gentiliũ peccatis, conuersus ad Iudæam, dicit: In quo iudicas alterũ, teipsum condemnas, eadem enim agis quæ iudicas, illũ (inquam) sensum hic huiuscemodi dictio subtiliter innuit, & erit q offenderit ex eis in die illa quasi Dauid. Nam & Dauid offendit. Igitur (sicut iam dictũ est) ut non magnifice gloriet domus Dauid, & gloria habitãtium Hierusalẽ contra Iudam, ita & nunc dicendũ, q̃d alter alteri, scilicet Iudæus Gentili non possit præferri, quoniam omnes peccauerũt et egẽt gloria dei, & ita Iudæi peccata sicut Gentilis ita Gentilis peccata remittentur, sicut Iudæi per fidem Iesu Christi, & hoc est eum, qui offẽderit esse quasi Dauid, Dauid sicut eum qui offendit. Et ne forte dicas, quid magnũ est eum qui offendit esse sicut Dauid, id est, Gentilẽ Iudæo per Iesum Christũ in gratia coæquari, protinus dicit: Et domus Dauid quasi domus dei, sicut angelus dñi in cõspectu eorũ. Gratulandũ igitur est ei qui offendit, ꝙ sit sicut Dauid. i. sicut Iudæus, eiusdẽ fidei cuius fuit Dauid, quia consequenter ipse æque ut ille est quasi domus dei, sicut angelus dñi, ut uidelicet una & uniformis societas angelorũ & hoim, tam Gentilium q̃ Iudæorũ una sit domus, una cœlestis Hierusalem, ciuitas dei iuuẽtis, & hoc in cõspectu eorũ, id est, in uisiõe qua oẽs pariter deũ uidebũt. ¶ Et erit in die illa, quærã conterere oẽs gẽtes, que ueniunt contra Hierusalẽ. ¶ Hoc expositiõe siue alicuius suauitatis aut lenitatis interpretatiõe nõ indiget, quia uidelicet, & si uerbũ hoc interdũ misericordiã significare potest, tãmẽ nulli dubiũ aut ignotũ est, quin in illa die iudicij debeat dñs cõterere omnes gentes quæ ueniũt cõtra Hierusalem, quæ tantũ martyrũ sanguinem fuderunt & pœnitentiã nõ egerunt. Sed ante hoc reliquiæ ex Iudæis cõuertẽdæ sunt. Ait ergo: ¶ Et effundam super domũ Dauid et super habitatores Hierusalẽ, spiritum gratie et precum. ¶ Nõ quidẽ modo sunt domus Dauid, siue habitatores Hierusalẽ, quãdiu incredduli sunt, sed effundendo super reliquias eorũ spiritũ gratiæ & precũ, id est, spiritum remissionis peccatorũ, qđ primũ & magnũ est gratiæ donũ, fiet, ut sint domus Dauid, ut sint

Gene. 15

Dies illa, tempus plũ gratiæ, in quo uos sum? Esai 49

N 6 debet Iudæus gloriari cõtra Gẽtilem Rom. 3

habitatores Hieruſalē. Poſt hoc erit illa dies iudicij, de qua dixit: In die illa quærā cōterere oēs gentes, quę ueniūt cōtra Hieruſalē. Vnde ptinus ſequitur. ¶ Et aſpicient ad me quē confixerunt, ⁊ planctu plangēt eū, quaſi ſuper vnigenitum, ⁊ dolebunt ſuper eum vt dolet ſolet in morte primogeniti. In die illa magnus erit plāctus Adremmon in cāpo Maggedo, ⁊ plangent terre familie, ⁊ familie ſeorſum. Familie dom⁹ Da uid ſeorſum, familie dom⁹ Nathan ſeorſum, ⁊ mulieres eor⁹ ſeorſum familie dom⁹ Leui ſeorſum, ⁊ mulieres eorū ſeorſum. Familie Semei ſeorſum, ⁊ mulieres eorū ſeorſum. Et oēs familie reliquie familie ⁊ familie ſeorſum, ⁊ mulieres eorū ſeorſum.

Adremmon, vrbs.

At Adremmon urbs eſt iuxta ſexrabel, q̄ hoc olim uocabulo nuncupata eſt, & hodie uocatur Maximianopolus in cāpo Maggedo, in quo Ioſias rex iuſtus à Pharaone, cognomēto Nechao, vulneratus eſt, ſuper quo lamētatiōes ſcribit Hieremias, q̄ legūtur in eccleſia, & ſcripſiſſe eū teſtat liber Paralipomenon. Sed nunqd quādo fiet qđ hic loquitur, & aſpicient ad me quē cōfixerūt, & plāctu plangēt quaſi ſuper unigenitū, nunqd (inquā) nō maior plāctus erit, q̄ fuit pro morte Ioſie regis iuſti? Fuerit quidē planctus ille grandis & ſapienter diſpoſitus, ut familia domus Dauid, familia regalis: & familia domus Nathan, qui propheta fuit: & familia domus Leui, ex quo ortū eſt ſacerdotium: & familia domus Semei, ex q̄ docto rū agmina pullularūt, & reliquiæ familiæ, quas, quia nō habebant aliquod priuiligiū dignitatis, uniuerſas abſq; nomine cōprehēdit plagerent eum uiri ſeorſum & mulieres ſeorſum: uerū planctus illius magnitudo quantacunq; fuerit, nihil ad magnitudinē planctus futuri, quādo ille quē confixerunt, aſpiciendus apparebit. Tantūmodo propter aliquantulā ſimilitudinē hic illius planctus meminit, ut ſolent interdū res maximæ, ex minimarū rerū aſſimilatione meli⁹ intelligi, Minimū fuit, q̄ homines hominē plāgētes, modū uel habitū ſui plāctus ita depoſuerūt, ut ſingulę familię ſeorſum: ſingularū q̄ familiarū uiri ſeorſum, et mulieres eor⁹ ſeorſum, plāgerent ſeorſum: Maximū aūt erit, q̄ in illo plāctu oēs tribus terre & maxime q illū cōfixerāt, oēs omnino peccatores & impij, qui pœnitentiam nō egerūt plāgent ſeorſum, quā uis omnes ad unū congregentur iudicium, omnes ad unū deſcendāt carcerem, id eſt infernū, omnis aīus ab omni animo erit ſeorſum, multū occupatus apud ſemet ipſum, nec amicā reſpiciens nec amicū. Item minimū eſt quod in hoc ſeculo plangit mater ſuper unigenitum, uel dolet in morte primogeniti maximū autē erit quod tunc plangēt & dolebūt uere primogenitum, uere unigenitum. Quid em̄ ō ſynagoga mater infelix? Vnigenitus dei filius, qui de carne tua natus eſt, mortuus eſt tibi: mortuus (inquā) eſt tibi, nō ſolum pro eo quod tu illū occidiſti, uerūetiam pro eo, quod tu illū reſurrexiſſe nō credis, quod ſit uiuus ſcire non uis, audire non pateris. Et quidem utcūq; eſt tolerabile malū, ubi mater in hoc ſeculo morientem amittit filium, quē habebat unigenitum quamuis nullū ſperet ſibi naſci alium, ſed illud edici non ualet, ſatis excogitari non poteſt, q̄ ſit infeliciſſimum amiſiſſe ſaluatorem unicū & unigenitum, ita ut tam nec ipſum liceat ſperare nec alium. Seqtur

Planctus ſup Ioſia.

At longe maior erit planctus in die iudicij.

CA. XIII.

¶ In die illa erit fons patens domus Dauid ⁊ habitātibus Hieruſalē, in ablutionem peccatoris et menſtruate. Et erit in die illa dicit dñs exercituū: Diſperdā nomina idolorū de terra, ⁊ nō memorabūtur vltra. ¶ Iterū ad ſuperiora tempora ſermo recurrit: qui uidelicet recurſus recapitulatio dicit, et frequēs eſt in ſcripturis pphēticis. Abeo qđ dixerat, tu q̄q; in ſanguine teſtamēti tui emiſiſti uinctos tuos de lacu, in quo nō eſt aqua, uſq; ad plantū iam dictum ſermo proceſſit, eodem ordine quo erāt res gerendæ, à paſſione eiuſdē domini uſq; ad finē ſeculi, diem q̄; uniuerſalis iudicij. Nunc ad tēpus recurrit eiuſdē dominicę paſſiōis, & unde loquat dicēs: Tu quoq; in ſanguine teſtamēti tui emiſiſti uinctos tuos de lacu, inde nūc rurſus loquitur: in die illa erit fons patēs dom⁹ Dauid, Quis em̄ ē iſte fons dom⁹ Dauid, niſi baptiſmi ſacr̄m, qđ emanauit de latere filij Dauid pete factol ācea mi litis? Exiuit em̄ ſanguis & aqua. Sāguis, ut redimeremur: aqua, ut renaſceremur. Ex tūc uſq; ad cōſummationē ſeculi, toto hoc tpe accepto, toto hoc die ſalutis patēs eſt fons ille domui Dauid & habitātib⁹ Hieruſalē. i. Chriſtianę religiōi, et oībus q per fidē habitāt intra ſanctā eccleſiā. In quod opus eſt illis fons patens? In ablutionē peccatoris & menſtruatæ, id eſt, in remiſſionē peccator⁹ credentis ex circunciſione, credētis ex gentilitate, quæ ſanguine fluxū idololatriæ. In omnium ablutionem fons patens eſt, nulli claudendus eſt. Et notandū q̄ tantum

Recapitulatio

Fons domus. Dauid, baptiſmus eſt.

tantūmodo domui Dauid et habitātibus Hieruſalē fons patēs dicitur et eſt, Nā his qui cō-
tra domū Dauid & extra Hieruſalē ſunt, nō habēdo fidē, ort⁹ cōcluſus eſt, fons ſignatus ē. Fons patens.
Et bñ cōtinuo ſequtur: In die illa dicit dñs exercituū, diſpdā noia Idolorū de terra, qa non me
morabūt ultra, qa vcz fluxus Idolatriæ q̄ ē ſanguis menſtruate fonte baptiſmi abluit ita ut
noia Idolorū oia deleātur, nec ultra in eū, in quē ſcripta fuerant memorētur, cū fuerit fonte
illo fideliter ablutus, Hinc apud Ezechielē idē dñs dicit: Et effundā ſup uos aquā mūdā, &
mūdabimini ab oibus inquinamētis ueſtris, et ab uniuerſis Idolis ueſtris mūdabo uos. ¶ Et
prophetas ⁊ ſpiritū immundū auferā de terra. Et erit cū pphetauerit quiſpiam vl
tra, dicēt ei pater eius ⁊ mater eius qui genuerunt eum. Non viues, qm̄ mendaciū
locutus es in noie dñi. Et configent eū pater eius ⁊ mater eius genitores eius cū
prophetauerit. Et erit in die illa, confundentur prophete vnuſquiſque ex viſione
ſua cum prophetauerint, nec operientur pallio ſaccino vt mentiātur, ſed dicet, nō
ſum pphēta, homo agricola ego ſum, quoniā Adam exemplū meū ab adoleſcētia
mea. Et dicetur ei: Quid ſunt plage iſte in medio manuū tuarum? Et dicet: His
plagatus ſum in domo eorum qui diligebāt me, framea ſuſcitare ſup paſtorē meū
⁊ ſup virum coherentē mihi dicit dñs exercituum: Percutite paſtorē, ⁊ diſpergē
tur oues. ¶ Pulcherrimā atq; ſplēdidiſſimā præſentis capituli literā ita tractare Chriſto in-
tentus cupit animus, ut ei qui tanq̄ fundamento nō minoris reſ geſte ſplendoribus ſuperę
diſicent. Dixerat & erit in die illa fons patēs domui Dauid, & habitātibus Hieruſalē, in ab- Prophetæ ma
lutionē peccatoris & menſtruatæ, & fontem illum haud dudum de latere ſuo Chrūs pro- li vt caiphas
fudit in ſua paſſione. Ergo quoniā et ita terminatur: Percute paſtorē et diſpergētur oues, q̄
ſimiliter de paſſione eius dictū eſſe ipſo auctore certū eſt. Longius ne abeamus, circa eiuſ-
dem paſſionis ſacramentū, hæc exponēdo cōmoremur. ¶ Quos ergo tāgit dicēdo: & pro-
phetas & ſpiritū immūdū illis copulat, & qui erāt tēpore illo prophetę mali habentes ſpm̄
immūdū: Nimirū illi qui malā ſibi hanc prophetiā de corde ſuo prophetauerūt: Quid faci-
mus qa hic homo multa ſigna facit? Si dimittimus eū ſic oēs credūt in eum, & uenient Ro
mani et tollent noſtrū & locū & gentē. Nempe excepto quod præmiſerūt, ſi dimittim⁹ eū
ſic, totū qd dixerūt, in prophetiā reputatū eſt illis, ut omnes crederent in eū, illis aūt non cre
dentibus, uenirent Romani & tollerent eorum & locum & gentē, Fuerat inter illos unus
Caiphas talium prophetarū maximus, qui cum eſſet pontifex anni illius, auctoritatē habēs
ut proloqueretur: Vos (inqt) neſcitis quicq̄ neq; cogitatis, qa expedit uobis, ut unus mori-
atur homo pro populo, & nō tota gens pereat. Hoc aut (inqt) Euāgeliſta, à ſemetipſo non Chrūs pro ſe
dixit, ſed cū eſſet pontifex anni illius prophetauit, qa Ieſus moriturus erat pro gente, & nō pphetauit de
tantū pro gente, ſed ut filios dei qui erant diſperſi congreharet in unū. Eiuſmodi prophetas ipſo viua.
& ſpiritū immundū, qui neſciens ſacramēta dei, talē eis prophetiā inſpirat. Auferam (ait) de
terra, qa iuſtū eſt ut ueniāt Romani, & ſecūdū timorē, quē ſibi finxerūt, illis eueniat. Et erit
cum prophetauerit quiſpiā ultra &c. Prophera magnus de ſemetipſo ultra prophetauit, qa
illi & precipue Chaiphas prophetauerūt, qd expediret eū mori, ipſe aūt prophetauit, quod
oporteret eum etiā reſurgere à mortuis. Hoc ultra fuit, uidelicet ultra prophetiam illorum
prophetiam mortis, quia prophetauit prophetiam reſurrectionis. Dixit enī: Soluite tem-
plū hoc, & poſt triduum excitabo illud. Hoc aūt dicebat de templo corporis ſui. Cum ergo
prophetauerit ultra quiſpiā, quē nominare nolo, qa non expedit, dicent (inqt) ei pater eius,
& mater eius, qui genuerūt eū.: Non uiues, qa mendaciū locutus es in noie dñi. Pater eius
Iudaicus populus, & mater eius ſynagoga, qui ſcdm carnē genuerunt eum, ita dixerunt eis
Cum enim aliud non haberēt unde accuſarent eū, nouiſſime ſubmiſſis duobus falſis teſtib⁹
iſtud protulerunt. Hic dixit: Poſſum deſtruere templum dei, & in triduo reædificare illud.
Cunq; principi ſacerdotū dicētis: Adiuro te per deū uiuū, ut dicas nobis ſi tu es Chrūs filius
dei, reſpondiſſet, tu dixiſti, et ammodo uidebitis filiū hois ſedentem à dextris uirtutis, & ue-
nientē in nubibus cœli, clamauerunt, reus eſt mortis. Nōne hoc erat dicere: nō uiues, quia
locutus es in nomine domini? Et cōfigent eum pater & mater eius, qui genuerūt eum cum
prophetauerit. Vt dictum, ita & factum eſt. Cum prophetauerit, id eſt, nō ante, ſed poſtq̄
propoſitum ſuæ prædicationis tempus impleuerit, tunc demū, quia ante non poterunt, cru

cifigent eũ. Hoc (inquã) factũ est, quia crucifixerunt eũ, non qa mendaciũ locutus est sed quia dixerũt mendaciũ locutus es in nomine dñi, & iccirco nõ uiues. Et erit in die illa, cõfundentur prophetę unusquisq; ex uisione sua cũ prophetauerint, & hoc itidem factũ est Prophetæ illi, de quibus iam dictũ est, qui dixerũt: Si dimittimus eũ sic, omnes credẽt in eũ quoq; unus dixit: Expedit uobis ut unus moriatur homo pro populo. Ex ipsa uisione sua, ex ipse profundo consilio suo cõsuli sunt qa miro modo cum nõ sit factũ qđ cogitauerũt, factũ est qđ dixerũt. Omnes em̃ credẽt in eũ, & p mortẽ suã filios dei, qui erant dispersi cõgregauit in unũ. Et uenientes Romani locũ & gentẽ eorũ tulerunt, non quia dimiserũt eũ sic, sed qa non dimiserũt eũ sic. Hinc illis confusio magna, nobis autem credentibus honor Nec operientur (inqui) pallio saccino ut mentiantur. subauditur, ut tunc operti fuerũt qñ taliter, ut iam dictum est, prophetauerunt, prophetando mentientes, mentiendo prophetãtes. Quomõ tunc fuerunt operti pallio saccino? Nimirũ sicut hypocritæ tristes, imò plusq; hypocritæ, plusquan tristes, quia homicidæ, quia credeles. Pauor ille quem coram populo simulauerunt dicendo: Venient Romani, & tollent nostrũ & locum & gentẽ. Dira necessitas illa tam magnũ faciendi homicidiũ, quã sibi assumpserũt, ad exasperandum populum, & concitandum ne dimitterent eũ. Pallium fuit saccinum, quo ita opertisunt simulatores & callidi ut uidẽrẽtur multũ inuiti, multumq; coacti, & proinde tristes occidere illum Sed dicet: Non sum propheta, homo agricola ego sum, quoniã Adam exemplũ meũ ab adolescentia mea. Et dicetur ei: Quid sunt plagæ istę in medio manuũ tuarũ? & dicet: His plagatus sum in domo eorũ qui diligebant me Diligenter permutatio personarũ animaduertẽda est, qa nunc de pluribus prophetis, nũc de uno propheta sermo est. In primis dictũ est de pluribus: & prophetas, & spiritũ immũdũ auferã de terra, statimq; de uno subiũctũ est: & erit cũ prophetauerit quispiã ultra. Item de pluribus dictũ est, & erit in die illa cõsumẽtur prophetæ, nec operientur pallio saccino ut mentiãtur, statimq; de uno subiunctũ est sed dicet nõ sum ꝓpheta &c. Et hoc sciendũ qa plures illos ipa scriptura redarguit iniquitatis & spũs immũdi. Isti ũ aũt unũ nõ scriptura mẽdacij redarguit, sed patrem & matrẽ eius dixisse narrat, mendaciũ locutus es in nomine dñi. Nunc qdiste dicat, & qd ei dicatur uigilanter audiamus. Sed dicet nõ sum propheta, & dicetur ei: quid sunt plagæ istæ in medio manuũ tuarũ, & dicet: his plagatus sum in domo eorũ qui diligebant me. Mirũ ualde: sed nõ incognitũ, qđ ille dicit: quẽ cõfixerunt pater & mater, & dixerunt, nõ uiues quod ille dicet: ille loquetur qui mortuus fuit, qđ ille dicẽs siue loquẽs, plagas habebit in medio manuum suarũ, & dicit his plagat⁹ sum. Quid hic in litera ꝓphetica deest, nisi q̃d manifeste dixit ille cõfixus & mortuus resurget, & stans in medio discipulorum suorum dicet. Videte manus meas & pedes meos, siue infer digitũ tuum huc, siue manũ tuã et cognosce loca clauorum? Nimirum in litera uel tantillum deesse oportebat, nam q portare posset, quotus tũc erat? Si em̃ Apostoli portare non poterant, anteq̃ Iesus glorificatus esset. Vnde dicebat illis: Adhuc multa habeo uobis dicere, sed nõ potestis portare modo, quãto minus nisi clausa & signata fuissent hæc & similia portari possent tẽpore illo quo hæc scripta sunt? Vnde miranda & laudanda spũs sancti sapientia, qui qđ necessariũ erat quandoq; sciri, taliter locutus est per os prophetarũ, ut uerba eius nõ intelligerẽtur, quãdo nõ oportebat intelligi. Igitur non operientur (ait) pallio saccino prophetæ illi ut mẽtiantur, sed discooperto capite, sicut adulteræ mulieres caput lex sacra iubet denudari, discooperto (inquã) capite illorũ, id est, sublato ciuitate et templo siue loco, qui erat ornatus eorũ: & pro quo pauorẽ simulando sese operuerũt: dicet ille qui cõfixus fuit, quicq; postq̃ confixus fuerit dicere & loqui poterit, qa resurget à mortuis. Non sum propheta homo agricola ego sum. Hoc nimirũ insultabundus dicere potest, quoniã ipse est sapientia qui loqt in parabolis. Ego quoq; in interitu uestro ridebo, & subsannabo, cũ uobis qđ timebatis aduenerit. Itaq; hoc sensu grauissime dictum nõ sum ꝓpheta, homo agricola ego sum, qm̃ Adã exẽpiũ meũ ab adolescentia mea, subauditur æstimatiõe uestra, qa sic uoluisti, sic dixistis falsi. Scrutare scripturas & uide, qa ꝓpheta à Galilæa nõ surget. Item, Quomõ hic literas scit, cũ non didicerit? Et nõne hic est filius fabri? Dicat ergo: Non sum propheta, homo agricola, siue qđ eodem respectu dicere potest homo faber ego sum, qm̃ Adam exemplũ meũ, i. homo peccator ego sum sicut Adam ab adoles-

Cõfusio ꝓphetarũ malorũ.

Operti pallio saccino hypocritæ.

Cur de resurrectiõe christi hic tacuit propheta.

ab adolescentia mea, i. est exquo discretionem boni & mali habet natura humana, & itidē ta
lis, ego sum arbitratu uestro, quia dixistis quodam loco: Da gloriā deo. Nos scim⁹ quia hic
homo peccator est. Veruntamē quicquid uos dixeritis, nūc paret utrū propheta à Galilæa
surgere potuerit, sal: ē ex eo quod dixi de uobis: & cadent in ore gladij, & captiui ducentur
in omnes gentes, & ita factū. Nunc (inquā) paret, utrū ego tanq̄ homo agricola, aut saber li
teras scire non debuerim, cū econtra tot prophetas, tot sapientes fecerim & miserim ad uos
& nunc paret utrū ego peccator fuerim, secundū exemplū Adam, cū uos talem ac tantam
propter iustū sanguinem meū receperitis uindictā. Hic ironia grauissima est. i. sentētia, per
pronunciationē contrariū habens intellectū, aut etiam sariasnis. i. hostilis irrisio, iuxta il
lud sapientię, quod iam supra memoratū est. Ego quoq; in interitu uestro ridebo, & illud in
psalmo. Qui habitat in cęlis irridebit eos. ¶ Alias aūt & reuera simpliciter, sicut litera sonat,
intelligi congrue potest. Si enim Iohannes requisitus à dicentibus, propheta es tu, potuit si
ne mendacio respondere, non, quoniam erat plus q̄ propheta, siquidem prophetæ est uen
tura nunciare, non etiā demonstrare. Quanto magis iste qui non quomodocunq; plus q̄
propheta, sed & propheta & dominus est, & uentura nō solum annunciauit, aut demonstra
uit, uerumetiā quæ nunciauit siue prędixit, ipse effecit, Et homo agricola ipse est. Nimirum
agricola talis ac tantus, cuius ager sit mundus: Nam qui seminat (inquit) bonū semen est fi
lius hominis, ager autē est mundus. Bonum uero semen, hi sunt filij regni. Ergo non solū
propheta inquit, uer̄ homo agricola ego sum. i. tanto maior prophetis & omnibus filijs re
gni, quanto maior agricola, & melior semine est, quod ipse seminauit. ¶ Et uere, qm̄ Adā
exemplū meū, nimir̄, quemadmodū Apostolus, cū dixisset: Regnauit mors ab Adā usq;
ad Mosen, etiam in eos qui non peccauerunt in similitudinē pręuaricationis Adæ, protin⁹
addidit, qui est forma futuri, & exponēs quid dixerit. Si em̄, inquit, unius delicto multimor
tui sunt, & cętera usq; ut sicut em̄ per inobedientiā unius hominis peccatores cōstituti multi, ita
per unius obedientiā iusti constituentur multi. Igitur nō sum propheta (inquit) sed ego sum
homo, qui deus eram, & sum homo, atq; homo factus, & prophetas & omne bonū semen,
i. omnes filios regni, tanq̄ agricola in agro mundi huius seminaui, & seminare non defino
usq; ad consummationē seculi, quoniā Adā exemplū meū, uidelicet in eo quod sicut pro
pter peccatū eius, terra carnis, non filios regni, sed spinas & tribulos germinauit ei: ita propt
iustitiā meam, terra spiritus sancti, de qua scriptū est: spiritus tuus bonus deducet me in terrā
rectā, nō spinas & tribulos, sed filios regni germinet mihi. In hoc est Adā exemplū meū, ab
adolescentia mea. i. à natura humana, ex qua uel in qua factus sum uisibilis, & uisibiliter la
borans agricola, cuius tota spiritualis est agricultura. ¶ Hæc, inquit, dicet cū fixus fuerit, cū
mortuus fuerit, & resurrexerit, & dicetur ei: Quid sunt plagę istę in medio manuū tuarum?
Q̄diu putas, & qūo hoc, & à quo uel á quibus dicetur ei? Nimir̄ in secula seculor̄ sine ces
satione dicetur ei, & admirāda admiratiōe ineffabili dicetur, & à deo patre, cui factus est obe
diens usq; ad mortē, mortē aūt crucis, dicetur ei à sanctis angelis, qui in eū desiderāt prospi
cere, dicetur ei & ab hominibus quos morte sua redemit, dicetur ei. Quid sunt plagæ istæ in
medio manuū tuar̄? O magnū miraculū, mirū spectaculū, præsertim in dño dominatore
omniū, plagas habere in medio manuū suar̄, & dicet: His plagatus sum in domo eor̄, qui
diligebant me. O magnū sacrilegiū, sacrilegū homicidiū, plagas huiusmodi esse in domo il
latas diligentiū. Non dicet, his plagatus sum, ab his qui diligebant me, sed in domo eor̄ q
diligebant me. Nam qui plagas intulerūt, non dilexerūt me, erant aūt domus Abrahā, Isa
ac, & Iacob, & Dauid, & cæteror̄ taliū qui diligebant me, qui promissum sibi, expectabant
me. Veruntamen hoc dicere, nō est respōdere ad hanc interrogationē, quid plagæ sint istę
Aliud nanq; percūctando diceret: qd sunt plagæ istæ, & aliud diceret: ubi factæ sunt plagæ
istæ? Istud quæritur qd sint plagæ istæ. Ergo ex abūdanti dicet, his plagatus sum in domo
eor̄ q diligebāt me, & tūc demū dicet qd sint plagæ, dicet: calix est quē pater dedit mihi bi
bere. Nam quod protinus sequitur, æquipollens est, qa uox quā subiūgit, patris calicē dan
tis uox est. Framea suscitare super pastorē meū, & super uirū cohærentē mihi, dicit domin⁹
exercituū. Percute pastorē, & dispergentur oues gregis. Ac si dicat: Quæritis quid sint pla
gæ istæ, & ego dico uobis, qa testimonia sunt obedientiæ, signa uolūtatis & iussiōis patern̄.

Qūo christus agricola est.

Qūo Adam ex emplum est Christi.

Plagæ in manibus, qualia sig na sunt.

Dominus exercituũ deus pater mihi proprio filio ſuo nõ pepercit, ſed pro uobis omnibus tradidit me. Et dixit: Framea ſuſcitare ſuper paſtorem meũ, & ſuper uirum cohærentẽ mihi. Quod eſt dicere, O mors conualeſce ſuper filium meũ, paſtorẽ meum bonum ſuper uirum cohærẽtem mihi, id eſt, in unitate perſonæ coniunctũ uerbo, quod conſubſtãtiale mihi eſt. Ad hoc dictũ, ac ſi framea quæreret dicens: Quomodo uel in quãtum ſuſcitabor ſuper hunc paſtorem tuũ, ita protinus edicit. Percute paſtorẽ, & diſpergent oues. Hinc ipſe paſtor dũ percuteret, ita locutus eſt. Omnes uos ſcandalum patiemini in me in iſta nocte. Scriptũ eſt enim: Percutiam paſtorẽ, & diſpergentur oues gregis. Igitur dicentibus quid ſunt plagæ iſtæ in medio manuum tuarũ, congrue apponitur uox patris, dicentis: Framea ſuſcitare ſuper paſtorẽ meum & ſuper uirũ cohærentem mihi, percutite paſtorem, & diſpergẽtur oues gregis, ut ſit ſenſus. Monumenta ſunt paternæ charitatis, ſigna ſunt obedientiæ meæ, quia ille mihi proprio filio ſuo non pepercit, & ego factus ſum obediens illi pro omnibus uobis uſq; ad mortem, mortem aũt crucis. Sequitur. ¶ Et conuertam manum meam ad paruulos, et erunt in omni terra partes due, et diſperdentur, et deficiẽt, ⁊ tertia pars relinquetur in ea, ⁊ ducam tertiam partem per ignem ⁊ uram eos ſicut uritur aurũ, ⁊ probabo ſicut probatur argẽtũ. ¶ Poſtq̃ percuſſus fuerit paſtor, & paſtore ipſo uolente & dicente: Si ergo me quæritis, ſinite hos abire, diperſæ fuerint oues, conuertã (ait) manũ meã ad paruulos .i. reuelabo paruulis ſacramentum percuſſionis, qua percuſſus eſt paſtor. Erunt quidem in omni terra præter paruulos partes duæ, una pars ſapientiũ, & una pars prudentiũ .i. una pars Iudæorũ, & una pars gentiũ, in ſua ſapientia confidentium, in ſua prudentia ſibi placentium. Vnde & ipſe percuſſus paſtor ſiue paſtoris percuſſio Iudæis quidem ſcandalũ, gentibus autẽ ſtultitia erit. Duæ (inquam) partes erunt, una ſapientiũ & una prudentium eiuſmodi, ſed ego & à ſapientibus & à prudentibus abſcondã hæc, & reuelabo paruulis .i. humilibus. Quid reuelabo eis? Nimirũ paſtorem percuſſum .i. Chriſtũ Ieſum crucifixum eſſe dei uirtutem & dei ſapientiam. Diſperdentur prudẽtes Iudæi in omnes gẽtes, corpore & anima captiui deficient ſapientes Græci, contradicendo ſiue perſequendo fatigati, & tertia pars relinquetur in ea, pars Chriſtiana, pars paruulorũ ad quos ut iam dixi, conuertam manum meam. Hinc eſt illa confeſſio eiuſdem paſtoris. Confiteor tibi domine pater cœli & terræ, qui abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. Equidem ſapientes & prudentes iam dicti, paruulos affligent, & ex eis flagellabunt, crucifigent & perſequentur de ciuitate in ciuitatem, nonnullos quoq; ignibus exurent, ſed hæc omnia paruulis cooperabuntur in bonum. Etenim ego per hæc quæ patientur, uram eos ſicut uritur aurum, & probabo eos ſicut probatur argentũ. Secundum hanc ſimilitudinem argenti & auri, quod per ignem probatur, omnia hæc illis in bonum cooperabuntur. Vnde apud beatũ Iob: Eccleſia paruulorũ, ſiue unus aliquis eiuſmodi paruulorũ gaudet & dicit: Ipſe uero ſcit uiam meam, & probabit me quaſi aurum, quod per ignem tranſit. Veſtigia eius ſecutus eſt pes meus, uiam eius cuſtodiui, & à mandatis eius non receſſi. ¶ Ipſe uocabit nomen meum, & ego exaudiam eum. Dicam populus meus, & ipſe dicet dominus deus meus. Et ecce ueniẽt dies dñi mei, & diuidẽtur ſpolia in medio tui. ¶ Quis ipſe uocabit nomẽ meũ, niſi paruulus, ſiue populus paruulorũ? Vocabit nomẽ meũ, ſcz deũ & patrẽ dñi ſui Ieſu Chriſti, patrẽ miſericordiarũ, & deũ totius cõſolationis, nã hoc eſt nomen meũ & ego in hoc noĩe exaudiã eũ, & cõſolabor eũ in omni tribulatione ſua. Nonne magnũ eſt quod dicã, populus meus es, & ipſe dicet: dñs deus meus? Nã beatus ens, cuius eſt dñs deus eius popul⁹ quẽ elegit in hereditatẽ ſibi. Dicat ergo popul⁹ me⁹ es, dicã ecce ueniẽt dies domini, & diuidã ſpolia in medio tui, ſcilicet diuiſiones gratiarũ ſpũs ſancti, reuelationes myſteriorũ regni dei, quæ precioſa ſpolia utiq; ſunt. Vnde Pſalmiſta: Lætabor ego ſuper eloquia tua, ſicut qui inuenit ſpolia multa. Item: Rex uirtutũ dilecti dilecti, et ſpeciei domus diuidere ſpolia. Sequitur. ¶ Et congregabo omnes gentes ad Hieruſalem in prelium. ⁊ capietur ciuitas, et uaſtabuntur domus, et mulieres violabuntur, et egredietur media pars ciuitatis in captiuitatem, et reliquũ populi non auferetur ex urbe. Et egredietur dñs, ⁊ preliabitur contra gentes illas, ſicut preliatus eſt in die certaminis. ¶ Vbi dixit: & cõuertã manũ meã ad paruulos, et erunt in omni terra duæ partes et tertia

Rom. 8.

Iohan. 18

Partes duæ ſapientium & prudentium

Matt. 11. Iob. 4

tertia pars relinquet: hoc etiã locutus de duabus partibus, & diſperdentur et deficient. Nũc quo diſperdant et deficiant, ita manifeſte dicit, ſicut factũ eſſe uidemus oculis noſtris. Nam aduerſus Hieruſalẽ illã terrenã cõgregatæ ſunt in plĩũ oẽs gẽtes, ſcilicet Romani omnium gentiũ principes, & capta eſt ciuitas, & uaſtatæ ſunt domus, & mulieres ſine dubio uiolatę ſunt, ut ſolet fieri pro libitu uictorũ, & media pars ciuitatis, uidelꝫ, quæ gladio ſupfuit, in captiuitatẽ egreſſa eſt. Et notandũ q̃ non dixit media pars multitudinis, ſed media pars ciuitatis, qđ longe minus fuit. Nã qui cecidẽrũt in ore gladij, q̃ fame perierũt intus concluſi, multo plures fuerũt, q̃ q abducti ſunt captiui, ſed non oẽs fuerũt populꝰ ciuitatis. A totis em̃ regionibus, ut refert Ioſephus, ad azymorũ diem feſtũ congregati fuerant, & bello ſubito circũfuſi ſunt. Et captiuorũ quidẽ numerus, qui in toto bello cõprehenſi ſunt, nonagintaſeptẽ milia collectus eſt, occiſorũ uero per omne tẽpus obſidionis undecies centũ milia. Multitudo quę à totis regionibus cõuenerat ad diẽ feſtũ intus cõcluſa, ſumptus nõ habẽs, quos nec prouidit, nec obſidionẽ ꝓuidit, citius tormẽto famis interius uitã finiet miſerabilẽ: populus aũt ciuitatis diutius, quãuis in magna penuria durans, nõ totus intus fame interibit, ſed media pars ad manus perueniet uictoris, & egredietur in captiuitatẽ. Quid de reliqua parte ciuitatis uel populi? Nõ (inquit) auferetur ex urbe. Quare nõ auferetur ex urbe? Quia uictorinõ erit neceſſe. Mortua nanq; erit gladio, fame, igni, cum cætera aduentitia multitudine. Hoc nanq; modo diſperdẽtur Iudæi, qui erãt pars una de partibus ſupradictis. Quomodo deficiet pars alia, ſcilicet Pagani? Et egredietur (ait) dñs, & præliabitur contra gentes illas, ſubauditur, in gladio oris ſui, in fortitudine ſpũs ſui, ſicut ꝓliatus eſt in die certaminis, id eſt, ſecundũ ſimilitudinẽ myſticam prælij, quo Aegyptios in mare merſit. Iu hoc egredietur illo nimirũ egreſſu, quẽ Eſaias prævidens: quia de Sion exibit lex, et uerbũ dñi de Hieruſalẽ. Factũ eſt, & ſicut Pharao cũ curribus & equitibus ſuis in mare ſubmerſus eſt, ita gentes illæ, gentiumq; illarũ principes, reges, cæſares, conſules, præſides, ſacerdotes templorum & pontifices cũ idolis ſuis, & omni ritu phanatico defecerũt & ad nihilũ redacti ſunt, & ecce pars tertia ſupereſt, pars Chriſtiana relicta eſt. ❡ **Et ſtabunt pedes eius in die illa ſuper montes oliuarũ, qui eſt contra Hieruſalẽ ad orientẽ, & ſcindetur mons oliuarũ ex media parte ſui ad orientẽ & occidentẽ, prærupto grandi ualle. Et ſeparabitur medium montis ad aquilonẽ & medium eius ad orientẽ, & fugietis ad ualle montiũ eorũ quoniã coniungitur uallis montiũ uſq; ad proximũ, & fugietis ſicut fugiſtis a facie terremotus in diebus Oziæ regis Iuda, & uenient dñs deus meus, omneſq; ſancti cũ eo.** ❡ Pedes domini pedes ſpecioſi, Apoſtoli ſunt. Iſti pedes (ait) ſtabunt ſuper montẽ oliuarũ, i. ſuper fidẽ patriarcharũ & prophetarũ, & in ſcripturis cõmorabuntur, & ſecundũ authoritatẽ loquentur ſcripturarũ, quæ ex illo ſunt. Et bene de illo monte dicit, qui eſt cõtra Hieruſalẽ ad orientẽ, quia uidelicet ſancta ſcriptura patriacharũ & prophetarũ omnino eſt contra illã terrenã Hieruſalẽ, & omnino intendit ad illum orientem, de quo longe ſuperius in hoc eodem propheta. Ecce em̃, inquit dominus, ego adducam ſeruũ meum orientẽ. Ita eſt contra illam Hieruſalem, ut interdum etiam uocet eã Sodomam ſiue Gomorrhã, ut illic: Audite uerbũ domini principes Sodomorum, percipite auribus legem dei mei populus Gomorrhæ. Ita eſt ad orientem, i. ità intendit in Chriſtum, ut à nullo ipſe cognoſci, uel ſenſus eius poſſit inueniri, niſi ab illo qui legendo uel audiẽdo reſpicit ad Chriſtũ. Et ſcindetur (ait) mons oliuarũ ex media parte ſui ad orientẽ & occidentẽ, prærupto grandi ualle. Mons oliuarũ ſciſſus eſt ex media parte ſui, quia cor patrũ à filijs & cor filiorũ à patribus eorũ receſſit. Pars montis ad orientẽ, & pars ad occidentẽ, quia uidelicet cor patrum ad Chriſtum & fidei reſpicit lumen, & cor filiorum ad Antichriſtum ſpectans, occiduam patitur cæcitatẽ. Rurſus ait: Et ſeparabitur medium ad aquilonem, & medium eius ad orientem. Quod ſeparatur ad aquilonẽ, idem eſt quod dixerat: ſcindi ad occidentem, ſed propterea repetitũ, ut de reliquijs, quæ conuertentur, quando plenitudo gentium ſubintrauerit, inferret: & medium eius ad orientem. Inter patres, quia iamdudum ſciſſi ſunt à filijs (ut iam dictum eſt) ad orientem, & filios illos, qui tandem credendo ſeparabuntur ad orientem, ualde grande eſt præruptum, grande interuallum, nimiꝫ ſubintrantium grandem capiens gentium multitudinẽ. Huic ſenſui ueritas Apoſtolica conſonat, cum dicit: Aliqui ex ramis fracti ſunt, tu autẽ cũ oleaſtes

Media pars ciuitatis abijt in captiuitatem.

Pedes dñi, apoſtoli ſunt.

Mons oliuarum ſciſſus.

oleaſter eſſes, inſertus eſſes in illis, & ſocius pinguedinis oliuę factus es. Et fugietis (ait) ad uallem montiũ eorum, quoniã coniungetur uallis montiũ uſq; ad proximũ. Hodie uidemus, quia fugiunt Iudæi altitudinem montium, ubi ueritatis lumen eſt, & retrudunt ſe in uallem quæ ſub montibus eſt, tenebras ſuas amantes, faciẽ ſolis, quæ in montibus patet, odientes, uidere nõ ſuſtinentes, fugietis ait, qm̃ coniungetur uallis montiũ uſq; ad proximũ. i. quoniã gentes uos ſupergredientes, locũ ueſtrũ ſupplebũt, & non erit uacuum præruptum, atque ita & anterior mons patrũ, & poſterior pars filiorꝫ inſertis gentibus in mediũ, fiet unus mõs oliuarꝫ, unus populus ſanctorꝫ. Et uos interim qũo fugietis? Sicut fugiſtis (ait) à facie terræ motus in diebus Oziæ regis Iuda, idem ſignificatum eſt illo terræmotu, qui factus eſt in diebus Oziæ regis Iuda, quo ille illicitũ ſibi ſacerdotiũ uendicare conatus eſt, in fronte percuſſus eſt lepra. Ergo uos ò Iudei leproſi eſtis, quia ſecundũ hanc aſſimulationẽ pro cõſcientia leproſæ frontis, uos ad uallẽ fugitis. Iam amplius ſacerdotiũ ueſtrũ nõ erit. In domo ſeparata habitabitis ſecundũ ſimilitudinẽ (ut iã dictũ eſt) Oziæ regis: & ſacerdotiũ eorꝫ eſt & erit quos fugitis omnes frontes inclytæ & lucidæ, iuxta illud: Signatũ eſt ſuper nos lumẽ uultus tui domine. Et ueniet (inquit) dominus deus meus, omnesq; ſancti cum eo. ⊥ Et erit in die illa, non erit lux, ſed frigus & gelu & erit dies una quæ nota eſt domino deo, non dies neq; nox. ⊥ Hic eſt finis cunctorꝫ. Sic ueniet (inquit) dominus deus meus, quẽadmodũ uiderunt eũ euntẽ in cœlum, & impijs fugientibus quidẽ, ſed effugere non ualentibus, omnes ſancti uenient cũ eo, non erubeſcentes, lepram in fronte non habentes, & iccirco apertiõe frontis cũ lætitia cordis occurrentes, aſſiſtentes, circumſedentes. Et erit in die illa uobis ò fugaces iſtud quod dico eueniet, Non erit lux, ſed frigus & gelu. Qũo autẽ tunc effugietis q nunc fugitis, ſi non erit lux, ſed frigus & gelu? Quale eſt fugere in gelu & frigore, & ſine luce? Igitur fiet uobis, ſicut & in pſalmo ſpiritus iuſto iudicio concedens dicit: Fiat uia illorũ tenebræ & lubricũ, & angelus domini perſequens eos. Econtra, ſanctis lux æterna, dies indeficiens erit. Hoc eſt quod cõtinuo dicit, Et erit dies una quæ nota eſt domino deo. Quis eñ alius illam diẽ nouit, niſi dñs deus? Oculus non uidit, auris nõ audiuit, & in cor hominis non aſcendit, qualẽ diem ſanctis ſuis præparauerit. Et quid dicodiem? Non dies (inquit) neq; nox erit. Quod eſt dicere? Cũ dico diẽ, uulgariter nomen hoc examinat aliquis, ſed ſecũdũ ſenſum illius non dies neq; nox erit. i. nõ ortus neq; occaſus ſolis erit. Sed quid? ⊥ Et in tempore ueſpere erit lux. ⊥ Id ẽ poſt omnia ſecula ſeculorꝫ, quãtacũq; nũerari uel exiſtimari poſſunt, lux erit, & lux expectabitur indeficiens. ⊥ Et erit in die illa, exibunt aquæ uiuæ de Hieruſalẽ, mediũ earꝫ ad mare orientale, & mediũ earꝫ ad mare nouiſſimum: In eſtate in hyeme erunt, & erit dñs rex ſuper omnẽ terrã. ⊥ Credimus propter quod & loquimur, quia dies iſta dies eſt reſurrectionis, quã dicit proloquens & repetens, & erit in die illa, & protenditur dies iſta à cuſtodia matutina dñicæ reſurrectiõis uſq; in reſurrectionẽ uniuerſalem & ultra: Exibunt (ait) aquæ uiuæ de Hieruſalẽ. Qua de Hieruſalẽ? Nimirꝫ Hieruſalẽ cœleſti, Hieruſalẽ ciuitate dei uiuentis, ubi eſt uiſio beatæ trinitatis. Inde (inquit) aquæ uiuæ exibunt, aquæ, inq̃, uiuæ. i. aquæ reſurrectionis mortuorꝫ. At illa uidelicet reſurrectio mortuorꝫ gemina eſt. Et reſurrectio animarꝫ, reſurrectio prima, quæ eſt remiſſio peccatorꝫ, eſt & reſurrectio corporꝫ, reſurrectio ſecunda, qua procedent ad uocem filij dei, omnes qui in monumentis ſunt, Bene ergo aquas uiuas diuiſit mediũ inquiens earꝫ ad mare orientale, quod iã factũ eſt, quod eſt baptiſma in remiſſionem peccatorꝫ, & hæc eſt reſurrectio animarũ: & mediũ earꝫ ad mare nouiſſimũ, quod in capite quidẽ. i. in Chriſto, iã factum eſt, ſed in corpore. i. in nobis, in nouiſſimo die fiet, quod eſt regeneratio omniũ, iuxta illud: In regeneratione cũ ſederit filius hominis &c. & hæc eſt reſurrectio corporũ, remũeratio tã animarꝫ, q̃ corporꝫ. Iſtæ aquæ uiuæ in æſtate, inquit, & in hyeme erunt, uc3, in æſtate, quæ nũc eſt, quando operari & fugere licet, erunt in reſurrectionem animarꝫ, in hyeme autẽ, ſcilicet in nouiſſimo iudicio, quando nec operari nec fugere licebit, erũt in reſurrectionẽ corporꝫ, in remunerationem ſanctis tam animarum q̃ corporum. Et tunc erit dominus id eſt, tunc apparebit, quod ſi dominus & non alius rex ſuper omnẽ terrã: cõpleto quod dixit illi pater dñs: ſede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos, ſcabellum pedũ tuorum. ⊥ In die illa erit dñs unus, & erit nomen eius unum, Et reuertetur omnis terra uſq;

Iudęi tenebras amant.

Pſal. 26.

Pſal. 4

Eſai. 64

Aquæ uiuæ

Duplex reſurrectio.

Mat. 16

Pſal. 109

vſq; ad deſertū de colle Remmon ad auſtrū Hieruſalē, & exultabit & habitabit in loco ſuo, a porta Beniamin vſq; ad locū portę prioris, vſq; ad portā angelorū, & turre Ananehel, vſq; ad torcularia regis, & habitabunt in ea, & anathema nō erit amplius, ſed ſedebit Hieruſalē ſecura. ¶ Erit (inqt) in die illa dñs unus, ac ſi dicat: Nūc qdē ſunt multi, q dicant dñ, q dicant dñi. Sed ſicut in pſalmo ſcriptū eſt: Periit memoria eorū cū ſonitu, & dñs in æternū pmanet, ita & hic dico, quia in illa erit dñs unus, & exploſis deorū, & dñorū noibus, erit & pmanebit unū & ſolū nomē eius. Et reuertet oīs terra uſq; ad deſertū. Hæc litera oīs ſerè uſq; ad finē uoluminis, talis eſt ſine dubio ex induſtria ſpūs ſancti, ut pueros allicere poſſit ad fauorē ſui, totiq; uoluminis pphetici, ſcilicet populum Iudaicū ſenſu puerili, qui talia libenter audit, & ſic intelligit quod Meſſias, quādo in Hieruſalē aurea atq; gemmata ſederit regnaturus, cuncta auferet idola, nec erit diuinitatis cultura diuerſa, ſed erit dñs unus, & reuertetur oīs terra uſq; ad deſertū, i. ad antiquū ſtatū, & quod ſecundū locorū hæc uocabula, Hieruſalē ædificāda ſit, de colle Remmō ad auſtrū &c. Sciēs quippe quales & quantas in hoc uolumine cōgeſſerit margaritas, laudendā thecā, lignandūq; utiliter arbitratus eſt iaculū, ne porci maligni non ſolū conculcarent eas uerūctiā cōuerſi, prophetā ipſum eliderent, qđ ſine dubio factū fuiſſet, ita, ut nec ſcripturæ ipſæ ad nos peruenirent. Nihil utilius dicere poſſumus, q̄ intentionē iſtam ſciendam in his & in cæteris quæ poſt modū ſequuntur, quę huiuſmodi ſunt: & oēs qui reliqui fuerint de uniuerſis gentibus quæ uenerūt cōtra Hieruſalē, aſcendent ab anno in annū ut adorēt regem dominū ezercituū, & celebrent feſtiuitatē tabernaculorū &c. Veruntamen iſta ſeductio talis pueri nō falſit, ſed ſenſum cōtinēt ueritatis, quē cognoſcere deceat uirū, qui euacuauit ea quæ ſunt paruuli. Nā omnis terra, id eſt, omnis eccleſia, omnis ordo eccleſiaſticus, quinūc locis diuerſis, & linguis diſſonis diſparatur. Omnis (inquā) uſq; ad deſertū, id eſt, uſq; ad eos q in eccleſia magis cōtēptibiles ſunt, minusq; ſpiritualiū uident habere donorū, reuertet de colle Remmon, quod interpretatur excelſum, ad auſtrū Hieruſalē, id eſt, de altitudine fidei, & propter ipſam fidē pueniet ad plenā ſupnæ uiſionis claritatē, ut ſit una ciuitas oīm, & ſicut iā dictū ē unus dñs omniū, & exaltabitur, & habitabit in loco ſuo, id eſt, in regno ſibi ab origine mundi præparato, à porta Beniamin, uſq; ad locū portæ prioris, quod idem eſſe uidetur, ac ſi dicatā ſine mundi uſq; ad originē mundi. Nā porta Beniamin, quod interpretatur filius dexterę, recte intelligitur illa uocatio, qua dicetur his q à dextris erunt. Venite benedicti patris mei, percipite regnū, quod uobis paratū eſt à conſtitutione mundi, & porta prior ipſa cōſtitutionis mundi, ſcilicet benedictio, qua creatis hominibus primis, creſcite (ait) & multiplicamini. Nā extunc uſq; ad iā dictā uocationē, qua uocabuntur à dextris conſtituti, colligūtur omnes quorū de reuerſione hic ſermo eſt, Exaltabitur etiā uſq; ad portā angelorū, id eſt, uſq; ad effectū promiſſionis, & ſpei patriarchrū, ad quos poſt maledictionem, quæ ſubintroiuit per peccatū, factū eſt promiſſionis uerbū de ſemine benedictionis, quæ propalabitur in illa porta Beniamin, dicendo: Venite benedicti. Exaltabitur etiam, et habitabit á turre Ananehel uſq; ad torcularia regis. Ananehel interpretat gratiſſimus dei. Et quis eſt gratiſſimus dei, ut filius dilectus deo patri? Et quis rex, niſi ille idem gratiſſimꝰ dei? Porrò turrus huius gratiſſimi, turris ædificata cū propugnaculis, ex qua mille clypei pendent, oīs armatura fortiū, ſancta ſcriptura eſt. Torcularia uero regis eiuſdē, paſſiōes eius fuerūt. Exaltabit ergo (ait) et habitabit Hieruſalē à turre Ananehel, uſq; ad ad torcularia regis, i. gloriabitur tā in his qui ſancta uirtute ſcripturarū inſtructi & armati, deſtruere potuerunt omnem ſermonem extollentē ſe aduerſus ſciētiam dei, q̄ in illis, qui proficiētes uſq; ad illam dilectionem qua maiorem nemo habet, ut animā ſuā ponat quis pro amicis ſuis, non ſubterfugerūt tradere corpora ſua propter fidem Chriſti. Et habitabūt (inquit) in ea, & anathema non erit amplius, ſed ſedebit Hieruſalē ſecura. Hoc eſt q̄d & in apocalypſi legimus. Ecce tabernaculū dei cū hoibus & habitabit cum eis, et ipſi populꝰ eius erūt, & ipſe dñs cū eis erit eorum deus. Et abſterget deus omnē lachrymā ab oculis eorū, et mors ultra nō erit, neq; luctꝰ, neq; clamor, neq; dolor erit ulrra, quæ prima abierūt. Hęc oīa hic anathematis uocabulo comprehēdit, dicēdo: & anathema nō erit amplꝰ. ¶ Ethec erit plaga qua percutiet dominus oēs gentes, que pugnauerunt aduerſus Hieruſalē. Tabeſcet caro uniuſcuiuſque ſtantis

Senſus puerilis Iudæorum de Meſſya.

Cur myſteria texit pphęta.

Senſus myſticus.

Porta Beniamin.

Porta angulorum.

Ananehel.

ſtantis ſuper pedes ſuos, & oculi eius tabeſcent in foraminibus ſuis & lingua eorũ tabeſcet in ore ſuo. ¶ Numquid hæc erit tota plaga? Nũquid nõ in p̃ſenti quoq; ſeculo nõ nulli p̃ſecutores, qui afflixerũt eccleſiã dñi, talia receperunt? Legamus eccleſiaſticas hiſtorias, quid Valerianus, quid Decius qd Diocletianus, qd Maximianus, qd ſæuiſſimus Maximinus, & apoſtata Iulianus paſſi ſunt, & tunc rebus probabimus, etiã iuxta literã prophetiæ ueritatẽ eſſe cõpletã, quod putruerũt carnes eorũ, & oculi cõtabuerunt & lingua in pedore ſaniẽq; diſſoluta ſit. Nunqd oblitus eſt id qđ omnibus notũ eſt, q̃d cruciabuntur igne & ſulphure, in conſpectu angelorũ ſanctorũ, & ante conſpectũ agni, & fumus tormentorũ eorũ aſcendet in ſecula ſeculorũ, uel ſicut ipſemet ore ſuo loquitur, dñs: Ibunt in ſupplicium æternũ, ibunt in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Ergo ſecundum tropum, qui dicitur TApinoſis, id eſt, humilitas magnæ rei, non id aſſequente ſermone quod intendit, hic locutus eſt non tam ſtatum rei magnę dictis infirmans, quàm magnitudinem eius quenq̃ uerbis nõ poſſe conſequi, ſignificans. ¶ In die illa erit tumultus domini magnus in eis, et apprehendet vir manum proximi ſui, & conſeretur manus eius ſuper manum proximi ſui. Sed et Iudas pugnabit aduerſus Hieruſalem et congregabuntur diuitie omnium gentium in circuitu, aurũ, et argentum, et veſtes multe ſatis, et ſic erit ruina equi, et muli, et cameli, et aſini, et omnium iumẽtorũ que fuerũt in caſtris illis, ſicut ruina hec. Et omnes qui reliqui fuerint de vniuerſis gẽtibus, que venerint contra Hieruſalem, aſcendent ab anno in annum, vt adorent regẽ dominum exercituum, et celebrent feſtiuitatem tabernaculorum. Et erit qui non aſcenderit de filijs terre in Hieruſalẽ, vt adorent regẽ dominum exercituum, non erit ſuper eos imber. Quod ſi & familia Ægypti non aſcenderit, & non venerit, nec ſuper eos erit. Sed erit ruina, qua percutiet dominus omnes gentes, que non aſcenderunt ad celebrandã feſtiuitatẽ tabernaculorũ. Hoc erit peccatũ Ægypti, & hoc peccatum omnium gentium, que non aſcenderint ad celebrandã feſtiuitatem tabernaculorũ. In die illa erit, quod ſuper frenum eſt equi, ſanctum domino & erunt lebetes in domo domini, quaſi phiale coram altare, & omnis lebes in Hieruſalem, & in aula ſanctificatus domino exercituum. Et venient omnes immolantes, & ſument ex eis, & coquent in eis, & non erit vltra mercator in domo domini exercituum in die illo. ¶ Vltima hæc recapitulatio breuis quo tendat, iam ante dictum eſt. Ad claudendũ tendit, & ad ligandũ totius prophetiæ ſacramentũ, ut non intelligeret uſq; ad tẽpus ſtatutũ, ſicut & Danieli p̃cipiebatur: Tu aũt Daniel claude ſermões, et ſignal librũ uſq; ad tẽpus ſtatutũ, pertranſibũt plurimi, & multiplex erit ſcientia, & ſicut Eſaiæ dicebatur, Liga teſtimoniũ, ſigna legẽ in diſcipulis meis. Et tota quidẽ prophetia clauſa eſt, nec niſi in ipſo Chriſto reuelatur, ſed capitulũ hoc etiã clauſuræ ligamentũ eſt; nec tamẽ ſuſpicari poſſit paruul⁹ inuidus, id eſt, Iudaicus popul⁹, quod in prophetis aliquid boni gẽtilibus decerneretur, aut quod carnalibus cæremonijs finis eſſet aliquãdo ponẽdus. Fueritillis quondã permiſſus carnalis & puerilis ſenſus, nũc aũt in Chriſto euacuatus, inexcuſabilis eſt error ita ut de iſto ueraciter dicas, puer centũ annorũ maledictus erit, ſiue morietur. Nã q̃d dicit: In die illa erit tumultus dñi magnus, & apprehendet uir manũ proximi ſui, & cõſeret manus eius ſup manũ proximi ſui, ſed & Iudas pugnabit aduerſus Ieruſalem et cõgregabunt omniũ gẽtiũ diuitiæ in circuitu, aurũ, & argentũ, & ueſtes multę ſatis: iã factũ eſt, nõ quomodo illi ſperauerunt & ſperãt, auariciã inſaciabilẽ ſperantes, aureamq; & gemmatã in terris Hieruſalẽ expectantes, ſed qũo ſpm̃ ſanctũ feciſſe decet, cuius oĩs ciuitas nõ terrena, ſed cœleſtis eſt, cuius oĩs pugna nõ cõtra hoĩes, ſed contra hominũ uitia eſt. Tumultus ergo domini magnus ille eſt, de quo Pſalmiſta: Cõmouiſti (inquit) dñe terrã, & conturbaſti eã, ſcilicet per p̃dicatores tuos, nos terrenos cõmouens ad pœnitentiã: Et apprehendit uir manũ proximi ſui, & cõſerta eſt manus eius ſuper manũ proximi ſui ſcilicet taliter, ut dicerent ſalubriter contriti, tã Gentiles q̃ Iudæi, imò plures Gentiles q̃ Iudæi: qd faciemus uiri fratres & reſponderetur eis: pœnitentiã agite, & baptizetur unuſquiſq; ueſtrũ in nomine dñi Ieſu Chriſti: Non ſolũ in hoc tumultus fuit, in quo bonũ erat tumultuari, & ad pœnitentiã conturbari, & quaſi manibus conſertis quærere & dare conſilium ſalutis, ſed & in hoc quod Iudas, id eſt

Matt. 25
Tapinoſis,

Daniel, 12

Eſai, 8

Eſai: 56

Tumultus dñi

Pſal, 59
Actu, 2

das.i.Iudę⁹ siue Iudaic⁹ popul⁹, nō qdē solus sed prim⁹ pugnauit aduersus Hierusalē aduer
sus euāgelicā fidē et ecclesiā in cęlis cōuersari, et ad uisionē pacis puenire cupiētē. Nō (inq̄)
sol⁹ sed prim⁹ pugnauit Iudęus: deinde etiā paganus. Sed qūo puenit? Cōgregatę sunt diui
tiæ omniū in circuitu, aur⁹ et argētū & uestes multæ satis. Aur⁹ et argētū et uestes multas
satis habebat Iudæus. s. adoptionē filior⁹, & gloriā & testamēta, & legislationē & obsequiū
& promissa. Itē aurū ingenij, argentū nitidi eloquij, artiū studiorūq; utiliū uestes multas pa
gan⁹ habebat. Oīnes istæ diuitiæ ad Hierusalē. i. ad Christi ecclesia cōgregatæ sunt. Præ
terea materiale aur⁹ et materiale argētū et uestes manufactæ oim gētiū, iure ad istā Hieru
salē cōgregatæ sunt: qa mortuis regibus uel principibus impijs, successerūt reges uel princi
pes pij qbus ista Hierusalē, qm̄ sua spūalia seminauit, eor⁹ carnalia nō indigne messuit. Illi q̄
pugnauerūt aduersus eā ubi sunt? Perijt memoria eor⁹ cū sonitu. Quæ cura de illis? Sic (in
quit) erit ruina equi & muli, & cameli & asini, & oīm iumētor⁹, q̄ fuerūt in castris illis sicut
ruina hæc. Ac si dicat: Nō magis curat deus de ruina illor⁹ q̄ de ruina equor⁹ & mulor⁹, q
bus sedētes & equitātes aduersus Hierusalē pugnauerūt, siue de ruina camelor⁹ & asinor⁹,
oimq; iumētor⁹ q̄ illor⁹ cibaria post illos circūtulerūt. Et recte: Nā in uita sua cōparati sunt
iumētis insipiētibus, & similes facti sunt illis. Qūo & illud iā factū est uel fit, qd dicit: Et oēs
qui reliqui fuerint, de uniuersis gētibus q̄ uenerint cōtra Hierusalē, ascendēt ab anno in an
nū, ut adorēt regē dōm exercituū, & celebrēt festiuitatē tabernaculor⁹. Leuem⁹ oculos no Festiuitas ta-
stros p uniuersum orbē terrar⁹, & nūerem⁹ si possumus tabernacula dōiuirtutū. i. ecclesias si bernaculorum
ue Basilicas martyr⁹ sanctor⁹q; oīm. Nōne cōsecratiōes ear⁹ recolētes, ab anno in annū ce apud christi-
lebram⁹ festiuitatē tabernaculor⁹, gratias agētes dño propter nostrū de Aegypto huius se anos
culi exitū? Egressus quondā Israelis de Aegypto p uastā & terribilē aclatā solitudinē, in qua
nō erat domus, uilla, oppidū, specus, faciebat sibi tabernacula atq; tentoria, quæ nūc à simili
tudine paruulæ auis Papiliones uocātur. Iussumq; est, ut in mense septimo in quintadeci
ma die mēsis fieret tabernaculor⁹ solennitas, ut beneficior⁹ dei oīm i tpe recordarent, cū cœ
pissent habitare in urbibus. Nos qñ & qūo exierimus, quali de Aegypto, qbus de tenebris
exierimus nō incognitū habemus, & illū exitū in cōsecratiōib⁹ eccleſiar⁹ mysticis sacramē
tis significatū, ab anno in annū celebramus ascēdētes in Hierusalē. i. mēte cōtemplātes illā
beatā patriā & ciuitatē cœlestē, cuius in istis tabernaculis exiguā quidē, sed sanctā & cōso
latoria tenemus imaginē. Et erit, ingt, q nō ascenderit de filijs terris in Hierusalē, ut adoret
regē dōm exercituū, nō erit super eos imber. Imber cœlestis doctrina, scia dei ē. Hinc est il
lud: Crescat ut pluuia doctrina mea, fluat ut ros eloquiū meū. Quasi imber sup herbā, & q̄
si stillæ sup gramina. Magna igitur pœna, magnū detrimētū is q nō ascendūt ad festiuitatē
hmōi tabernaculor⁹, qa nō est sup eos imber, qa uerbū dōi nō audiūt. Nec semel hāc pœnā
de prōpsisse cōtentus, denuo ac tertio repetit hoc ipsum. Qd si & familia Aegypti nō ascen
derit, & nō uenerit, nec sup eos erit, subauditur imber, sed erit ruina qua pcutiet dōs oēs gē
tes q̄ nō ascenderint ad celebrādā festiuitatē tabernaculor⁹. Hæc scda repetitio, plus habet
q̄ prima dictio. Nā ibi tm̄ dixit: Nō erit sup eos imber, hic aūt cū dixisset: Nec sup eos erit,
ptinus addidit, sed erit ruina qua pcutiet dōs oīnes gentes. Et est sensus: Inter paganos alie
nos à uerbo dei reputabunt hæretici, qui in Hierusalē. i. in catholicā ecclesiā nolunt ascende
re, ut audiant uerbū dei secundū regulam fidei, quos hic intelligimus per familiā Aegypti.
Quām ob causam? Videlicet quia templū aliquando fuit in terra Aegypti factū ad simili
tudinē templi quod erat in Hierosolymis, quod fecit Pontifex Onias, putans se implere ua
ticiniū Esaiæ dicētis: Et erit altare domini in medio terræ Aegypti. Tēporibus Machabęo
rū fecit Onias illud templū, & cū eo infinita examina Iudæor⁹ in Aegypto cōfederūt. Ad il
los est illa scriptura scdī libri Machabæor⁹: Fratribus q̄ sunt per Aegptum Iudæis salutem,
dicunt fratres q sunt Hierosolymis Iudæi, et q in regione Iudæa, et pace bona, hoc maxime
intendens solum esse legittimū templū qd erat in Hierosolymis, & illud esset cōtra legē qd
habebant in terra Aegypti. Quamdiu stetit uel stare debuit templū illud in Hierosolymis
tam diu, q recesserunt ab illo, templū aliud tenētes in terra Aegypti recte dicti sunt familia
Aegypti, & nihilominus secundum similitudinē illor⁹ hæretici qui se sciderunt ab ecclesia
catholica, recte dicuntur familia Aegypti, & reputantur inter gentes, dicendo: nec sup eos

erit imber, ſed ruina qua percutiet dñs omnes gentes: Tertia repetitione amplius adhuc fa-
cit dicẽdo ſic: Hoc erit peccatum Aegypti, & hoc peccatum omnium gentium, quæ nõ
aſcenderint ad celebrandã feſtiuitatẽ tabernaculoꝝ. Hoc eñ eſt dicere: Ignorantiã dei ha-
bentes, ex eo quod non erit ſuper eos imber, erunt in excuſabiles. Quare non erit ſuper eos
imber? Nimiꝝ quia non aſcendent ad celebrandam feſtiuitatẽ tabernaculoꝝ. i. idcirco nõ
habebunt ſcientiã dei: quia non acquieſcent ire, ubi prædicatur dei uerbũ. Ergo inexcuſabi-
les erunt propter hoc peccatum ſuũ, non quia non intellexerunt: ſed quia intelligere nolue-
runt. Conuincentur noluiſſe intelligere, per hoc quod noluerunt illuc aſcendere, quod no-
luerunt feſtiuitatem ſanctam celebrare, quæ feſtiuitas eſt ſcripturas ſanctas libenter legere
uel audire, & pro amore illaꝝ à ſeruilibus ſeculi operibus aliquãdo uacare. Igitur ſuper quẽ
non erit imber non excuſabitur, ſed qui ignorat ignorabitur. ¶ In die illa erit quod ſuper fre-
nũ eſt equi, ſanctũ domino. Vbi celebranda eſt eiuſmodi feſtiuitas tabernaculoꝝ, oportet
celebratores & feſtiuos illos ſiue tabernaculoꝝ ædituos habere uictum & ueſtitum. Vnde
habebunt? Non ſerunt neq; metunt, ſed ſemper in feſtiuitate occupati ſunt, ad eruditionẽ
& meditationẽ ſanctaꝝ ſcripturaꝝ diſpoſiti ſunt. Ad hæc (inquam) ſatis habebunt: Inquiren-
tes autem dominũ non minuentur omni bono. Vnde hoc? Quod ſuper frenum eſt equi,
ſanctum erit domino. Hoc eſt dicere: Diues fidelis, quod ſibi ſuperabundat offeret do-
mino. Equi frenum ſignificat omne neceſſarium. Quid enim inter cũcta equi ephippia .i.
ſtramenta magis uel tam neceſſarium q̃ frenum? Ergo quod ſuper frenum eſt equi, ſanctũ
erit domino. i. quod ſuper neceſſitatem abundabit ſibi, diues fidelis offeret domino. Nõ fre-
num, ſed quod ſuper frenum eſt equi. i. non illud quo carere nõ poteſt uir fidelis, ſed quod
ſibi ſuperabundat, docebitur offerre domino. Hinc Apoſtolus: Si enim uoluntas prompta
eſt: ſecundum id quod habet accepta eſt, non ſecundum quod non habet. Non enim ut aliꝭ
ſit remiſſio: uobis autem tribulatio: ſed ex æqualitate in hoc preſenti tẽpore ueſtra abun-
dantia illorum inopiam ſuppleat, ut & illorum abundantia ueſtræ ſit inopiæ ſupplementũ
ut fiat æqualitas. Itaq; q̃m frenũ equi ſui dare non poterit, ſine tribulatione ſua, contẽtus e-
rit dominus illo tantillo quod ſuper frenum eſt, ut ſibi ſanctificetur. i. quoniam durum erit
homini expoliari ſe rebus neceſſariꝭ tantum ea quæ ſuperabundant quæret, ut ſibi offerã-
tur, & hæc proficient prædictam feſtiuitatem tabernaculorum celebrantibus. i. religioſam
& ſpiritualem uitam ducentibus. ¶ Et erunt (ait) lebetes in domo domini, quaſi phialæ co-
rã altari. Quicquid ſuper frenũ eſt equi (ſicut iã dictũ eſt) id eſt, eis ſuperabundãtia, q̃ ſancti-
ficatur uel offertur dño, à diuitibus huius ſeculi, recte lebetũ nomine ſignificatur, qa uc3 in
lebete carnes coquuntur & carnalia ſunt, quæcunq; dño ab huiuſmodi offeruntur. Porro p
phialas quibus nõ carnes coquũtur, ſed uinũ funditur, ſpũalia ſignificantur. Igitur erunt, in-
quit, lebetes in domo dñi, quaſi phialæ corã altari. i. carnalia quæcunq; offeruntur domino
in uſum ſeruientium ſibi, ſic erunt ſacra, ut uaſa altaris, ſiue quæcunq; res ſpiritualis miniſte-
rij, ita ut æque de carnalib⁹ ſicut de ſpiritualibus eccleſiæ rebus quicq̃ defraudare ſiue depra-
uare ſacrilegium ſit. Hoc itidẽ magis ac magis confirmat dicendo ſic: Et erit omnis lebes in
Hieruſalem, & in Iuda ſanctificat⁹ domino exercituum. Quod eſt dicere: Omne quod car-
nale oblatum erit domino exercituum in Hieruſalẽ & in Iuda. i. in illis qui ſpiritualem uitã
ducẽt, ita erit ſanctificatum ut nõ dicat quis q̃ aliquid ſuum eẽ, ſed ſint omnia cõmunia. Vn-
de adhuc ſubditur: Et ueniẽt omnes immolãtes, & ſumẽt ex eis, & coquent in eis. Quod eſt
dicere: Et ueniẽt omnes ſecnlo renuntiãtes, & ſemetipſos domino offerẽtes, & ſumẽt ex eis
quæ oblata ſunt domino à diuitibus, quibus (ut iam dictum eſt) ſuperabundauit, & in uictu
& in ueſtitu utentur eis, diuidenturq; ſingulis prout opus erit. Et non erit ultra mercator in
domo domini exercituum in die illo. Nomine mercatoris grauiter denotandum ſe eſſe no-
uerit à ſpiritu ſancto, quiſquis in domo domini. i. in propoſito ſpirituali propriũ quid poſſi-
dere præſumpſerit, & delectari huic uitio nequiſſimo. Non erit. i. eſſe non debebit ultra ta-
lis mercator in domo domini exercituum, ne ſorte pœnam quam Ananias & Saphira in
corpore pertulerunt, ipſe in anima patiatur.

Quod ſup frenũ equi ſanctũ erit dño.

Et erunt lebetes, q̃ ſi phialæ.

Mercator in domo dñi.

¶ Commentariorum in Zachariam libri quinti, Finis.

¶ Prologus

PROLOGVS RVPERT. ABBA IN MALACHIAM PROPHETAM.

MAlachiã ultimũ duodecimũ ꝓphetaꝝ Hebrei Eſdrã eſtimãt ſacerdotẽ, qa oia q̃ in libro illi⁹ cõtinẽtur, etiã hic ꝓpheta cõmemorat, & ꝓpterea titulũ nõ habere, qaliberiſte ꝓtitulo ſit. Igitur & Malachias. i. Eſdras poſt Aggæũ & Zachariã, q ꝓphetauerũt ſub Dario credendus ẽ. Hinc de abiectiõe Iudæorum & uocatiõe gentiũ: nõ eſt, inqt, mihi uoluntas in uobis dicit dñs exercituũ, & munꝰ nõ accipiã de manu ueſtra, ab ortu eñ ſolis uſq; ad occaſum magnũ eſt nomẽ meũ in gẽtibus, & in oñi loco ſanctificat oblatio mũda. Itaq; qñ Eſdras Propheta erat qñ idẽ eſt q & Malachias, nõ miꝝ ꝙ in libro eius, ucꝫ Eſdræ ita legim⁹. Acceſſerũt ad me principes, dicẽtes: Tulerũt ſacerdotes & Leuitæ de filiabus populoꝝ terræ, & de filiꝭ ſuis & cõmiſcuerũt ſemẽ ſanctũ cũ populis terraꝝ. Cũq; audiſſem (inqt) ſermonẽ iſtũ, ſcidi palliũ meũ & tunicã & euelli capillos capitis mei & barbæ, & ſedi mœrẽs &c. Nimiꝝ qñ, ut iã dictũ ẽ, Propheta erat, nõ dubium quin ꝓphetico ſpũ intellexit, cuius uel quãti mali pœnã illa trãſgreſſio fuerit, ꝙ ubi poſt captiuitatis abſolutionẽ tẽplũ reædificatũ ẽ, talis in Iuda ſiue in Iſrael ꝓuaricatio repta ẽ. Inde nobis plenius erit dicẽdũ, ubi in hoc ꝓphetiæ ſuæ libro dicit: Tranſgreſſus eſt Iudas, & abominatio facta ẽ in Iſrael, & in Hierſm: qa cõtaminauit Iudas ſctificationẽ dñi quã dilexit & habuit filiã dei alieni. Adſis ò ſancte ſpũs, q per os ꝓphetaꝝ locutus es, ut cõſummatio in XII. ꝓphetis opuſculo, tãdẽ nos exigui inter filios Leui, ꝙs dñator dñs ueniẽs ad tẽplũ ſanctũ ſuũ cõflabit quaſi auꝝ, & quaſi argentũ, offeram⁹ tibi ſacrificia laudũ, placeatq; tibi ſacrificiũ nr̃m, ſicut illoꝝ ſacrificiũ, ſicut dies ſeculi, et ſicut anni antiq, de qb⁹ ſuo loco dicẽdũ erit.

Malachiam, Eſdram dici.

Inuocatio.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS IN MALACHIAM PROPHETAM COMMENTARIORUM Liber Vnicus.

ONus verbi dñi ſup Iſrael in manu Malachie. ONus. i. grauiſſimi iudicij põdus iſta ſuꝑſtitio polliceꝰ ꝙ uerꝫ ſcdm prophetiã hãc infelix Iudaicus populꝰ, ſimiliꝫ ut Cain, q Abel fratrẽ ſuũ occidit, ſeptẽplici reatu obnoxius, ſeptẽpliciter puniendus. i. incorrigibilis ꝑmanẽdo, interminabilẽ irã dei forꝫ ſubiturus. Nũero nãq; ſeptenario, q tã apud eccleſiaſticos q̃ apud Ethnicos philoſophos, mas. i. fortis dr̃, inſolubilisq; habeꝫ, & eo plerũq; uniuerſitas ſignificat, nũero, inq̃, ſeptenario pctũ rebelliõis, & durtia ceruicis ei⁹ in hac ꝓphetia deſignat. ¶ Ipas uices hic iã ꝑſtringere libet. Primo ſic alloqtur. Dilexi uos dicit dñs. At illi ꝓcaciter. In quo dilexiſtinos? Deinde ſcdo: Despicitis nomẽ meũ. Statimq; illi: In quo deſpexim⁹ nomẽ tuũ? Deinde tertio: Offertis ſup altare meũ panẽ pollutũ. At illi. In q polluim⁹ te? Deinde quarto: Laborare feciſtis dñm in ſermonibus ueſtris. At hæc illi. In quoeũ fecim⁹ laborare? Deinde quinto. Reuertimini ad me, & reuertar ad uos dicit dñs. Statimq; illi: In quo reuertemur? Quaſi uero nõ audiſſent, ꝙ dicebat, receſſiſtis à legitimis meis, & nõ cuſtodiſtis. Deide ſexto: Si affligit hõ deũ, quia uos cõfigiſtis me. At illi: In q cõfigim⁹? Deinde ſeptimo: Inualuerũt ſup me uerba ueſtra dicit dñs. At illi: Quid locuti ſumus cõtra te? Ita ſepties cõuenti, & de ſeptẽ reatus ſui capitulis redarguti, ſepties excuſſerũt ceruicẽ durã, nullã reddẽdo uocẽ cõfeſſiõis, ſed in oibus horẽ ſpirãdo ꝓpetuæ rebelliõis. Per hæc, ut ſupra iã dictũ eſt, pœna eoꝝ ſignificat interminabilis, qa culpa ſeptẽplex. i. incorrigibilis eſt, atq; iccirco inſolubilis (ut dictũ eſt) ſcdm exemplũ Cain, cuius peccati ſeptenariũ incrementũ ꝑt diſcerni, peccati irremiſſibilis, qa in deterius ſemꝑ progrediẽs nuſquã pœnitentiã egit. Primũ in eo fuit, ꝙ nõ recte diuiſit cũ ſcripturã dicat: Si recte offeras, & nõ recte diuidas, nõne malũ eſt? Recte quidẽ obtulit, qa cui

Onus contra Iudæos.

Septinarius numerus.

Septies obñditur peccatum rebellionis.

Peccatũ Cain e ꝓtiplex & ir ſimiſibile.

debuit, deo obtulit, ſed non recte diuiſit, quia rem ſuã offerẽs ſemetipſum ſibi retinuit, corſu
um deo non præbuit. Secundũ fuit, qđ fratri recte offerenti, & recte diuidẽti inuidit. Tertiũ
quod doloſæ egit, dicẽs: Egrediamur, foras. Quartũ, quod interfecit. Quintũ, quod proca
citer negauit, dicens: Neſcio. Nunquid cuſtos fratris mei ſum ego? Sextum, quod deſpera
uit, maior eſt (inquiens) iniquitas mea, q̃ ut ueniã merear. Septimũ, quod nec damnatus pẽ
nitentiã egit: ſed uſq; in finẽ cor impœnitens habuit. ¶ Lamech qui occidit illũ, ſe & illum
pulchre diſcernit, dũ reatũ ſuum cõfitens, & dicẽs: Occidi uirũ in uulnus meũ, & adoleſcẽ
tulum in liuorẽ meũ, eundẽ Cain, & uirum propter ætatem, & adoleſcentulum nominans
propter ſtultitiam protinus dicit. Septies ultio dabitur de Cain, de Lamech uero ſeptuagies
ſepteis Quo deſt dicere: Cain ſicut peccatum perpetuum, & incorrigibile fuit, ita pœna in
terminabilis erit ſecundũ ſignificationẽ numeri ſeptenarij, qui inſolubilis eſt, & præter un
tates in alias partes æquas non poteſt diuidi. Lamech uero ſicut peccatum terminabile eſt
ſiue remiſſibile, cõfitetur em̃ in occidendo uulnus ſuũ, & agnoſcit liuorẽ ſuũ, ita & pœna
ſolubilis erit ſcđm ſignificationẽ numeri ſeptuageſimi ſeptimi qui ſolubilis eſt, quia præter
unitates etiã in alias diuidit̃ æquas partes. Habet enim ſepties undecim, undecies ſeptẽ. Por
ro dñs dixerat: qui occiderit Cain ſeptuplũ punietur. Quod ne cõtrariũ putetur ei qđ dictũ
eſt: De Lamech uero ſeptuagies ſepties. Sciendũ eſt, quia & hic ubi dñs dicit: Septuplũ pu
nietur, & alias, ubicunq; loquitur qui hoc uel illud fecerit, morte moriatur, ſubaudire opor
tet, niſi pœnitentiã egerit. Hoc aũt hic ſubaudiri nõ ualet, ubi dixit Lamech, ſeptuies ultio da
bitur de Cain, quia cũ hæc diceret: tũc occiſus Cain pœnitentiæ tẽpus perdiderat. ¶ Igitur
onus uerbi dñi ſuper Iſrael in manu Malachiæ. i. grauiſſimũ iudiciũ uerbi dñi ſup contẽpto
res eius Iudæos cõtinetur in hoc opere, in hac ſcriptura Malachiæ, qđ interp̃tat̃ angel⁹ me
us. Eſt em̃ angel⁹. i. nũcius dñi. Sciẽdumq; qđ poſt q̃ abduct⁹ eſt in captiuitatẽ, Iſrael. i. decẽ
tribus indifferenter priſtino nomĩe, & duæ tribus Iudas & Beniamin appellantur Iſrahel.

Deus dilexit Iacob.

L Dilexi uos dicit dñs. Et dixiſtis: In quo dilexiſti nos? Nõne frater erat Eſau Iacob dicit dominus, & dilexi Iacob, Eſau odio habui? ¶ Scientibus uel ſcire nolẽtibus ueritatẽ, perſpicuũ eſt qđ uere Iacob, & genus eius dilexerit dñs. Etem̃ iſta dilectio quã dicit: & dilexi Iacob, Eſau aũt odio habui, de fructu ſuo cognoſcit. Quid multa cõmemorem? De genere eius Chriſtũ naſci, fecit dilectio domini. Cũ fuiſſet Eſau primogenit⁹, non illi, ſed iuniori benedictionẽ iſtã cupiuit. Seruiãt tibi populi, & adorẽt te tribus. Eſto dñs fratrum tuorũ, & incuruent̃ ante te filij matris tuæ: Qui maledixerit tibi, ſit ille maledictus & q̃ benedixerit tibi, benedictõibus repleat̃. Benedictio hæc in Chriſto compleꝫ. Quis neſciat etiã Prophetas, & ſanctos uel iuſtos innumeros de illo genere progenitos, & in hoc appare

Deus non ſic dilexit Eſau.

re fructũ dilectõis qua dilexit Iacob? Ego ſum, ait ipſe apđ aliũ ꝓphetã, q̃ aſcẽdere uos feci de terra Aegypti & eduxi uos in deſerto quadraginta annis, ut poſſideretis terrã Amorræi, & ſuſcitaui de filijs ueſtris Prophetas, & de iuuenibus ueſtris Nazaræos, Nonne hic ẽ mult⁹ dilectiõis fruct⁹, multitudo Prophetarũ, exercitus Nazaræorũ. i. ſanctorũ, & ipſe Chriſtus ſanctus ſanctorũ? Apoſtolus hoc neſcire nos nõ uult, dicens: qđ eorũ adoptio eſt filiorũ, & gloria & teſtamentũ & legiſlatio, & obſequiũ & promiſſa, quorũ patres ex qbus Chriſtus ſcđm carnẽ, qui eſt ſuper oĩa deus bñdictus in ſecula, Amen. ¶ Si iſtis cõparesillos, q̃ de Eſau nati ſunt, & hæreditatẽ eius quã in hoc ſeculo potens hæreditauit. Nõne hæreditas eius ueraciter ſolitudo ſiue deſertũ, & genimina eius dracones deſerti ſunt? Bñ ergo protinus dicit. L Et poſui Seir montes eius in ſolitudinẽ, & hereditatẽ eius in dracones deſerti. ¶ Nã ut ſcđm literã ita factũ fuerit, notũ nõ habemus à ſcripturis, uidelicet, qđ Idumæa ſic deſtructa fuerit, ut montes eius in ſolitudinẽ ſempiternã, & hæreditas in dracones deſerta redicta ſit. Vnde & loqtur adhuc L Quod ſi dixerit Idumea, deſtructi ſumus ſed reuertentes edificabimus, que deſerta ſunt. Hec dicit dñs exercituũ: Iſti edificabunt, & ego deſtruam, & uocabuntur termini impietatis, & populus cui iratus eſt dominus uſq; in eternuum, & oculi ueſtri uidebunt, uos dicetis, magnificetur dominus ſuper terminum Iſrael. ¶ Sicut iamdictum eſt, hoc ex ſcripturis, ut litera ſonat ſactum eſſe cõprobari nõ põt, ſed ſcđm ſpiritũ ueꝛ eſt, ſcđm ſpiritualẽ gr̃am manifeſtũ eſt, q̃ magnificat⁹ eſt ſup terminũ Iſrael, & in cõparationẽ magn[illegible]tiæ eius, quã ſupra iã dix

mus

mus, & Idumæa & omnis terenitas cœlesti gratiæ, in qua dilectus est Iacob cõtraria, destrũ
cta & destruẽda est. Et isti (ait dominꝰ) ędificabũt & ego destruã, & uocabũt termini impieta
tis, & populꝰ cui iratꝰ est dominꝰ usq; in ęternũ. ¶ Verũ hæc oia quæ iam diximꝰ spũalia bo
na Iacob, & generi eius collata, carnalibus Iudæis, cõtra quos hæc ꝓphetia texit, ꝓ nihilo
sunt, & ꝓcaciter dicunt, in quo dilexisti nos? Nimirũ sicut Psalmista loqtur: & in iracũdia
terræ loquẽtes dolos cogitabãt, irati sunt & irascunt propter terrã quã ꝓdiderũt, & qua in
oẽs gentes captiui abducti sunt, nec reputant sibi ob suũ hoc euenisse peccatũ ut cõfitẽtes
culpã, cũ uenia cœlestẽ recipiant gratiã, sed in iracundia dicunt. In quo dilexisti nos? Quod
est dicere: Falsum ẽ, nõ dilexisti nos. Et dñs deinde loqtur. ⁋ Filius honorat patrẽ & seruus
dñm suũ. Si ergo pater ego sum, ubi est honor meus, & si dominus ego sum, ubi est timor
meus? ⁋ Opportuna plane cõmemoratio contra illos qui patri dicenti dilexi uos, tanq; pro
caciter obiecerunt, in quo dilexisti nos? Est ergo sensus: Flagellantem patrẽ honorat filius,
recipiendo disciplinam eius. Ego flagellaui uos flagellatione, quali pater filios flagellare cõ
suevit, quẽadmodũ Sapientia dicit: flagellat aũt omnẽ filiũ quẽ recipit. Flagellatio hæc est
temporalis qua in hoc seculo flagellamini, à Romanis excidiũ passi, & ubiq; terrarũ captiui
Disciplinã hanc uos obĳcitis, nec me honoratis, ut reatũ cõfiteamini, & pœnitentiã agatis.
Ergo filĳ non estis, ergo adulteri & non filĳ estis, quia extra disciplinam estis, animo rebel
li, odio crudeli. Itẽ seruus non orat dominũ suũ, timendo cõminatẽ illũ. Ergo quoniã non
estis filĳ, quoniã disciplinã abĳcitis. i. propter tẽporalẽ afflictionẽ non resipiscitis, tanquam
seruis cõminor uobis pœnam sempiternam, gehennã ignis, nec saltẽ propter hoc timentes
pœnitemini. Ergo nec saltẽ serui estis. Nõ filĳ sed adulteri, non serui sed inimici estis. ⁋ Di
cit dñs exercituũ ad uos o sacerdotes, qui despicitis nomen meũ. Et dixistis. In
quo despeximus nomẽ tuũ? Offertis super altare meũ panẽ pollutũ. ⁋ Dominus ex
ercituũ, cuius nomen sacerdotes Iudæorũ hodie despiciunt, unde & dicit, qui despicitis no
men meum, dñs deus est pater omnipotens, cuius nomen est ut inuocamus, deus & pater
dñi nostri Iesu Christi, illi despiciunt. Procaciter interrogãtibus illis, in quo despeximus no
men tuum domine? Offertis, ait, super altare meũ panẽ pollutũ. Vere ex quo in festiuitate
azimorũ interfecistis Christũ, ex eo uos Iudæi, offertis panẽ pollutũ. Extunc omnis quẽ
offertis panis uĩ pollutꝰ ẽ, oẽ ꝙd offertis nõ sacrificiũ, sed sacrilegiũ: oẽ inq;, ꝙd offertis, pollu
tũ & immũdũ ẽ. ⁋ Et dicitis, in ꝙ polluimꝰ te? In eo ꝙ dicitis: Mensa dñi despecta
est. ⁋ Quę ẽ hodie mensa dñi, nisi sacrũ corporis & sanguinis dñi, sacrificium panis & uini?
Nimirum talis mensa domini uobis ò Iudæi despecta est, quia non sunt ibi carnes taurorũ,
& sanguis uitulorum & cætera huiusmodi. Propter hoc despecta est uobis illa, quæ uerace
ter dicitur & est mensa domini, quia tauri non sunt ibi, non est hircus aut uitulus illic, ouis
aut columba, siue turtur non sacrificatur ibi. Sed dico. ⁋ Si offeratis cecum ad immolã
dum, nonne malum est? Et si offeratis claudum & languidum, nõne malum est? Of
ferillud duci tuo, si placuerit ei, aut si susceperit faciem tuam dicit dominus exerci
tuum. ⁋ Sine dubio cæcum, claudum & languidum ad immolandum offerre, si uos inter
rogem an malũ sit, respondetis malũ est, non solũ quia ratio præsto est, uerũ etiam quia lex
ꝓhibet. Est aũt cæcũ, claudũ, & languidũ, omne quod brutũ est in cõparatiõe hominis, q
tõnalis est. Quanto magis in cõparatiõe Christi, qui & homo & deus est, q dei uirtus & dei
sapientia est? Male ergo dicitis, mẽsa domini despecta est. Mẽsam illã despicientes, in qua
sacrificiũ corpus & sanguis Christi est. Potius uestrũ sacrificiũ despicabile est, qa sicut iã di
ctũ ẽ, cæcũ, claudũ & lãguidũ est. Istud aũt sacrificiũ qđ despicitis in mensa domini ꝓpter e
xiguitatẽ eius, quod uidetur panis & uini, & uidet & bene gradit, & sanũ ẽ. Offer, inquit, il
lud, offer cæcũ, claudũ & languidũ duci tuo, & experire si placuerit ei, aut si susceperit faciẽ
tuã, dicit dominus exercituũ. Nimirũ nõ placebit, nõ suscipiet illud, imo iniuriã sibi factã re
putabit. Quare? Profecto cũ haberes in prõptu, & offerre posses illud quod & uidet & be
ne graditur, & sanũ est, illud obtulisti quod cæcum & claudũ, quod languidum est. Sic pro
fecto cum in promptu sit, quod possis offerre sacrificiũ ualens ad remissionem peccatorũ,
scilicet, Christi corpus & sanguinem uerum, iniuriam mihi facis offerendo pecus brutum,
dicit dominus exercituum. Et nunc deprecamini uultum domini, ut misereatur uc

Ingrati deolu dare.

Iudæi nec filĳ nec serui, ini mici dei sunt.

Quõ despici unt Iudæi no men dei.

Mensa domi ni sacrificium corporis & san guinis Christi

ſtri, de manu eni ueſtra factum ē hoc, ſi quō ſuſcipiat facies veſtras, dicit dominus exercituum. ¶ Hoc eſt, qd & Petrus in Actibus Apl̄oꝝ dixit eis: Viri Iſraelitæ audite uerba hæc: Ieſum Nazarenū uirū ap̄batū in uobis, & cætera uſq; pœnitētiā agite, & ſaluamini à generatōe iſta parua. De manu em̄ (inqt) ueſtra factū eſt hoc, uidelicet q̄ nō ſolūmō cū uel claudū aut languidū: ueꝝ etiā latronē ſeditioſum, & homicidā obtuliſtis, qa Barraban ꝓpter honorē diei feſti uitę donaſtis, Ieſum uero authorē uitę interfeciſtis. Deꝑcamini uultum dn̄i, ut miſereat ueſtri. ¶ Quis eſt in vobis qui claudat oſtia ⁊ incēdat altare meū gratuito? Nō eſt mihi volūtas in vobis dicit domin⁹ exercituū, ⁊ mun⁹ nō ſuſcipiā de manu vr̄a. Ab ortu eni ſolis uſq; ad occaſum, magnū eſt nomē meum in gētibus dicit domin⁹ exercituū, ⁊ in oī loco ſacrificatur ⁊ offertur nomini meo oblatio mūda, q̄ magnum nomē meum in gētib⁹ dicit domin⁹ exercituū, ⁊ vos polluiſtis illud in eo qđ dicitis, menſa domini cōtaminata ē ⁊ quod ſupponitur contēptibile eſt cū igni qui illud deuorat, ⁊ diciſtis: ecce de laboꝛe, ⁊ exufflaſtis illud dicit dn̄s exercituum. ¶ Manifeſtiſſima de reprobatōe ſacerdotū Iudaici ꝓphetia eſt, cū exprobatōe auaritiæ cū dicit. Quis eſt in uobis q̄ claudat oſtia, & incēdat altare meū gratuito? Omia (inqt) lucri cā facitis, & ne illud qdem qd exiguū eſt, ut eſt oſtia claudere, ignē altaris incēdere ſiue afflare, gratuito facitis, ad mercedē tpale ſemp̄ hiātes, uacui á dilectōe dei. Nō ē mihi (inqt) uolūtas in uobis, imò ſicut ꝓ aliū ꝓphetā dixi: Nunq̄ quæſiui hæc de manib⁹ ueſtris. Holocauſta arietū, & adipē pinguiū, & ſanguinē uitulorꝝ & agnorꝝ & hircorꝝ nolui. Itē per aliū ꝓphetā dixit. Holocauſtomata ueſtra, addite uictimis ueſtris, & comedite carnes, quia nō ſum locutus cū patribus ueſtris, & nō præcepi eis in die qua eduxi eos de terra Aegypti, de uerbo holocauſtomatū & uictimarꝝ, ſed hoc uerbū p̄cepi eis, dicēs Audite uocē meā, & ambulate in omni uia quā mādaui uobis. Quāto magis nūc minus ſuſcipiā de manu ueſtra, q̄ manus ueſtræ plenæ ſunt ſanguine? Plenè nō ſuſcipiā imò auertā oculos meos à uobis. Incenſum ueſtrū abominatio eſt mihi. Neominiā & ſabbatū, & feſtiui tates alias non ferā, iniqui ſunt cætus ueſtri. Calēdas ueſtras & ſolēitates ueſtras, odiuit anima mea. Facta ſunt mihi moleſtia. Laboraui ſuſtinēs, ſubaudiť ꝓ annos quadraginta duos. Vix tādiu ſuſtinere potui, & differre qđ oportebat fieri. ſ. ut Romani uenirēt, et tollerēt ufm et locū & gētē. Nō ſuſcipiā mun⁹ ueſtrū: ſed & reiectio mūeris ueſtri nullū iſert noť meo dānū. Ab ortu em̄ ſolis uſq; ad occaſū magnū eſt nomē meñ in gētib⁹, et in oī̄ loco ſacrificať & offerť nomi meo oblatio mūda. Nō em̄ ſolus Hieroſolymis mihi eſt loc⁹ ubi oporteat adorare, ſed in ōni loco ueri adoratores adorabūt patrē in ſpū et ueritate. ¶ Et offerūt noť meo oblationē mūdā, oblationē panis panis et uini, ſacrm̄ corpis et ſanguis redēptoris ſui. Hęc oblatio ſic eſt mūda, ut exterius nullā habeat cruoris horrorē. Et interi⁹ ſiue inuiſibiľr mūdet cruētā oīs peccati pollutionē. Itaq; in gētib⁹ talē oblationē offerētib⁹, magnū eſt nomē meū: uos aūt quōdā meus popul⁹ peculiaris polluiſtis illud, et cōpleť illud. Popul⁹ quē nō cognoui ſeruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi. Filij alieni mētiti ſunt mihi, filij alieni inueterati ſunt, et claudicauerūt à ſemitis ſuis. In eo polluiſtis nomē meū, qđ cū ſit oblatio mūda, & emūdās oīa delicta. Vos dicitis, mēſa dn̄i cōtaminata eſt et qđ ſupponiť cōtēptibile ē, cū igni q illud deuorat, vcꝫ qa in cōmemorationē ſit paſſiōis & mortis dn̄i, quē uos occidiſtis, cū ſignaculo crucis, in qua uos illū ſuſpēdiſtis. Vñ & ipſum ſignaculū execramini, et torq̄mini conſcientia crudeli dicitis in cordib⁹ ueſtris, cōtaminatā eē iſtā quā dicimus mēſam dn̄i, & qđ ſupponiť cōtēptibile eē dicitis, nimiꝝ qa nō carnes eiuſmodi quales offerre uos & comedere cōſueuiſtis, addētes, ut ꝓ aliū ꝓphetā dictū eſt, holocauſtomata ueſtra uictimis ueſtris. Simul cū dicit uobis: ignē huius mēſæ dn̄i, ignē eſſe inuiſibilē ignē ſpūs ſancti, cōtēptibile hoc eſt uobis, qa nō apparet uiſibiliter, nec deuorat ſacrificiū corpis ignis. Et dixiſtis: Ecce de labore, Dixiſtis (inq̄) hoc, & dicitis in cordib⁹ ueſtris, qa totū miniſteriū mēſę dn̄i, qđ celebrať in gētibus, cū ſit (ut iā dictū eſt) cōmemoratio paſſiōis dn̄icę magn⁹ labor, magnū eſt tormētū cōſcientiæ ueſtræ. Proinde exufflatis. i. blaſphemaſtis illud negſſimo flatu magnæ inuidię magnę iracūdiæ. Neſcio qūo ex libro Eſdræ poſſit itelligi, qđ ſcđm hanc literā reuerſus de Babylone popul⁹, minorē putauerit eſſe cultū religiōis, qa ornatus tēpli deerat, et qđ ſupponebať iccirco eſſe pollutū, quoniā altare tantū fortuitis & impolitis lapidibus erat extructum, abſq; tem-

Oblatio munda.

abſq; templo, abſq; urbis ædificijs, abſq; extructione murorũ, & qđ ꝓpter paupertatẽ mu
murãtes atq; inuiti offerẽtes dixerũt. Ecce delabore, Nã ibi taliter ſcriptũ eſt, qa ſpõte obe
tulerũt in domũ dñi ad extruendã eã in loco ſuo, & ſcđm uires ſuas dederũt & qa congrega
tus eſt populus quaſi uir unus, & ędificauerũt altare dei Iſrael, ut offerẽt in eo hococauſto
mata, ſicut ſcriptũ eſt in lege Moyſe uiri dei, & qa cõcinnebãt in hymnis & cõfeſſiõe dño
quoniã bonus, quoniã in æternũ miſcđia eius: omnis quoq; populus uociferabatur clamo
re magno laudãdo dominũ. Num ergo illius tẽporis Iudæi tali fuerũt digni exprobratiõe?
Sed uos ò Iudæi, uos ò ſacerdotes, & põtifices tẽporis peſſimi, ꝙbus iuxta prophetã alium.
Væ qa ſeparati fuiſtis in diem malũ, & appropinquaſtis ſolio iniquitatis, uos (inquã) ſermo
iſte pcutit, qa ſermo propheticus eſt, & enũciabat de futuris, dũ hæc loqueretur iſte angel⁹
iſte nũcius dñi. Proinde audiamus quid adhuc dicat. L Et intuliſtis de rapinis claudũ,
& languidum & intuliſtis munus. Mũquid ſuſcipiã illud de manu veſtra dicit dñs
exercituũ. Maledictus doloſus qui habet in grege ſuo maſculũ, & votum faciens
immolat debile domino quia rex magnus ego, dicit dominus exercituũ, & nomẽ
meum terribile in gentibus. Et nunc ad vos mandatum hoc o ſacerdotes, Si no CAP. II.
lueritis audire, & ſi noluerit is ponere ſuper cor, vt detis gloriam nomini meo ait
dominus exercituum, mittã in vobis egeſtatẽ, & maledicã benedictiõibus veſtris
& maledicã illis quoniã non poſuiſtis ſuper cor. Ecce ego proijciã vobis brachi-
um, & diſpergã ſup vultum veſtrum ſtercus ſolennitatum veſtrarum & aſſumet vos
ſecum. J Ad uos (inquit) mandatũ o ſacerdotes qui domum patris, quæ debuit eſſe domus
orationis, feciſtis ſpeluncam latronũ, & inde, id eſt de latrocinio ueſtro, de rapinis quas de
populo rapiebatis boues, & oues & columbas & cætera, quæ oblata erant, uendendo his
qui de longe uenerant & q̃ offerrent nõ habebãt, ad uos (inquã) mandatũ hoc. Quia ſic fa
ciẽdo profecto intuliſtis de rapinis claudũ & lãguidũ, id eſt intuliſtis munus omni cõtẽptu
dignũ, nũqd ſuſcipiã illud de manu ueſtra dicit dñs? Imo dicam Maledictus doloſus q ha
bet in grege ſuo maſculũ, & uotũ faciens debile immolat dño. Quis eſt q habet maſculũ in
grege ſuo, & debile offert, & debile immolat domino, niſi uos o ſacerdotes Iudaicæ pfidiæ Maledicti ſa-
qui habetis Chriſtũ incarnatũ iam de genere ueſtro, et adhuc brutũ pecus cõtenditis offer- cerdotes Iu-
re domino? Maledicti eſtis o doloſi, qui illũ uenifle ſciẽtes, uos ſcire diſſimulatis, ꝙ iã ue- daorum.
nerit, & non qualẽcũq; claudũ aut languidũ, nõ qualeuncq; debile, qđ eſt omne pecus bru
tũ, quia nõ ualet ad emundationẽ peccatorũ, uerũ etiam Barrabã latronẽ, homicidã ſedici-
oſum domino obtuliſtis, dimittendo illum pro honore quaſi domini, ſecundũ cõſuetudinẽ
diei feſti, & deinde nũq̃ maſculũ illum gregis electi, dominũ offerre uoluiſtis, potius brutũ Maledictio &
pecus ingerẽtes quaſi placeat illi, quaſi carnes taurorũ manducare & ſanguinẽ hircorũ po- duplex cõtri-
tare uelit. Bene eſt qđ ipſe rex magnus dñs execituũ nomen ſuũ terribile faciens in gentib⁹ tio Iudæorũ.
quoniã noluiſtis audire, quoniã noluiſtis ponere ſuper cor ueritatem, ſed oppoſuiſtis clarita
ti eius perfidiæ uelamen, & non dediſtis nomini eius gloriã & honorẽ, miſit in uobis ege-
ſtatem, mandando nubibus ſuis, ne pluãt ſuper uos imbrẽ, ſicut nunc paret, quia neq; pro-
pheticam neq; quãlibet aliam habetis gratiam cœleſtem, & maledixit benedictionibus ue-
ſtris, & iterum maledixit illis, id eſt, iuxta prophetam alium duplici contritione uos cõtri-
uit, ut nõ ſolũ Romani tollerẽt ueſtrũ & locũ & gentẽ, uerũetiã maligni ſpiritus animas au-
ferrent, iuxta illud Pſalmiſtæ ueriloquũ: Tradẽtur in manus gladij, partes uulpiũ etũt Be-
ne (inquã) & iuſtæ maledixit benedictionibus ueſtris, qm̃ uos benedictionibus eius maledi
cere noluiſtis, & maledixiſtis quantũ potuiſtis. Nã qa ſpũs ſanctus, qui eſt ipſa benedictio
domini, dixerat in Pſalmo: Benedict⁹ qui uentur⁹ eſt in noĩe domini, uos aſſumpſiſtis qua-
ſi patrocinij legis dicentis qa maledictus eſt à deo qui pendet in ligno, & dãnatione patibuli
maledictũ uoluiſtis facere illũ, q uenerat benedictus in nomine dñi. Bene omnino proiecit
uobis brachiũ, et diſperſi ſup uultũ ueſtr⁹ ſtercus ſolẽnitũ ueſtraꝝ, & aſſumet uos (ait) ſter-
cus illud ſecum. Nam quia brachiũ. i. armũ dextr⁹ bruti pecoris, quod ex lege uobis fiebat,
ſecundũ ceremonias legis ſolum habere uoluiſtis, & fortiſſimũ brachiũ dñi Chriſtum filiũ
dei reieciſtis & contemptui habuiſtis. Recte brachiũ eiuſmodi uobis tanq̃ canibus proie-
cit, ne ſaltẽ intus in Hieroſolymis porrigeretur uobis, ſed foris ꝓiectum uix aſſequi & rode

re poſſitis

re poſſitis captiui atq; diſperſi, nõ ſolẽnitates meas ſed ueſtraꝝ ſolẽnitatũ ſtercus circũferẽtes, q̃d & uos ita ſecũ aſſumpſit, ut ſitis poſſeſſio uel portio ſtercoris, nõ habẽtes portionẽ in terra ſolẽnitatis dñi. ¶ Et ſcietis, qz miſi ad uos mandatũ iſtud, vt eſſet pactũ meũ cũ Leui dicit dñs exercituũ. ℘actũ meũ fuit cum eo vite & pacis, et dedi ei timorẽ & timuit me, & a facie nominis mei pauebat. Lex veritatis fuit in ore eius, & iniquitas nõ eſt inuẽta in labijs eius. In pace & in equitate ambulauit mecũ, & multos auertit ab iniquitate. Labia ſacerdotis cuſtodiũt ſcientiã, & legẽ requirẽt ex ore eius, qz angelus dñi exercituũ eſt. Vos aũt receſſiſtis de via, ſcandalizaſtis plurimos in lege. Irritũ feciſtis pactũ Leui, dicit dñs exercituum. ¶ Quorſum iſta cõmemoratio Leui tã bonæ? Nimirũ ut ſacerdotes q̃s culpa oĩno degeneraſſe demõſtret à fide uel iuſtitia paterna, nec ad pr̃es ptinere filioꝝ uituperationẽ, nec filĩ utiq; malis cõmunẽ eſſe parernæ iuſtitiæ laudẽ. Acſi dicat, Quoniã oſtia mea clauditis, & altare meũ incẽditis, deciasq; à populo ſuſcipiẽtes, hæreditario iure ſcdm carnẽ filĩ Leui, putatis uos mihi eſſe ſicut fuit Leui ſicut fuerũt Moyſes & Aaron & Phinees, & cæteri temporum illorũ hoĩes ſiue ſacerdotes ueſtri maiores de tribu Leui, q̃ſi nõ aliunde mihi placuerint, niſi ex eo, q̃d uos tractatis, miniſterio cruẽti ſacrificij. Nõ ita eſt: Scietis & experimẽto diſcetis, qa miſi ad uos mandatũ iſtud ut eſſet pactũ meũ cũ Leui. Cuiuſmõi pactũ? Vtiq; nõ pactũ oſtia claudẽdi & altare incẽdẽdendi, mactãdi pecora & mãducãdi carnes, ſed pactũ uitæ & pacis, & hoc pactũ meũ cũ eo fuit. Quomõ fuit? Dedi ei timorẽ & timuit me, à facie noĩs mei pauebat. Lex ueritatis erat in ore eius, & iniqtas nõ eſt inuẽta in labijs eius. In pace & in æqtate ambulauit mecũ, & multos auertit ab iniqtate. Hæc oĩa ſacerdotalia ſunt, q̃ uos nõ habetis: Ergo ſacerdotes nõ eſtis. Labia ſacerdotis cuſtodiũt ſcientiã, & legẽ requirẽt ex ore eius, qa angelus dñi exercituũ eſt. Veſtra aũt labia nõ cuſtodiũt ſcientiã, nõ eſt lex in ore ueſtro quã annũciare eſt angelicũ officiũ implere, imo receſſiſtis de uia quę ẽ dei ſciẽtia, et ſcãdalizaſtis plurimos in lege. Etẽ ſicut per aliã prophetã dictũ eſt, laqueus iuuenũ oẽs uos, Ergo ſacerdotes nõ eſtis. Irritũ feciſtis pactũ Leui, irritũ (inquã) non ipſi Leui, ſed uobiſmetipſis, ut nihil uobis proſit eſſe ſcdm carnẽ filios Leui. ¶ Scire debemꝰ q̃ñ ſit factũ, q̃d nũc dicit, pactũ meum fuit cũ Leui, uidelicet, q̃ñ poſt egreſſum de Aegypto uenientes ad montẽ Sinai, aſcenderũt Moyſes & Aaron, Nadab & Abiu, q erãt de tribu Leui, & ſeptuaginta de ſenioribus Iſrahel, & uiderunt deum Iſrael. Dixitq; dñs ad Moyſen: Aſcende ad me in montẽ & eſto ibi, daboq; tibi tabulas lapideas & legẽ ac mandata quæ ſcripſi, ut doceas filios Iſrael. Hoc fuit pactũ uitæ & pacis. Quæ aũt poſt uituli reatũ mandauit, nõ ptinent ad pactũ uitæ et pacis. Vnde apud Ezechielem hæc & alia taliter diſtinguit. Eieci ergo eos de terra Aegypti & eduxi in deſertũ, & dedi eis p̃ceptamea, & iudicia mea oſtendi eis, quæ faciat homo & uiuat in eis. Deinde ſubſequtur: Et irritauerũt me domus Iſrael in deſerto, ſcilicet faciendo uitulũ & adorando illũ. In præceptis meis (inqt) nõ ambulauerũt & iudicia mea proiecerunt quæ faciẽs homo uiuet in eis. Ergo & ego dedi eis præcepta non bona, & iudicia in quibus nõ uiuẽt. Diligẽter animaduertẽda ſunt hæc, qualia ſint præcepta quæ dedit ante, & qualia quæ dedit poſt reatũ uituli, & tunc certius parebit quãtũ diſtet illud, unde collaudatur Leui dicẽdo: Pactũ meũ fuit cũ eo uitæ & pacis, & illud in quo gloriãtes ſacerdotes impĩ, putabãt ſe apud deum ſic eſſe ut fuit Leui. Segtur. ¶ **℘ropter quod et ego dedi vos contemptibiles et humiles omnibus populis, ſicut non ſeruaſtis vias meas et accepiſtis faciem in lege. Nũquid non pater vnus omniũ noſtrum. Nunquid non vnus deus creauit nos. Quare ergo vnuſquiſq; noſtrum deſpicit p̃ximum ſuum, violans pactum patrum noſtroꝝ.** ¶ Propter quod (inquit) quoniã irritũ feciſtis pactũ Leui & ego dedi uos contẽptibiles & humiles omnibus populis, ſicut ſupra teſtatus ſum dicens: Ecce ego proĩciã uobis brachiũ, & diſpergã ſuper uitulũ ueſtrũ ſterc^o ſolẽnitatũ ueſtroꝝ. ¶ Et notandũ quod inter omnia quæ fecerunt, non ſeruando uias domini, capitulum iſtud imputat pro magno crimine, & accepiſtis faciem in lege. Hanc etẽ iniuſtitiã & iniquitatẽ illoꝝ, ipſe dñs omniũ pro nobis pauper factus expertus contra ſemetipſum dicebat illis: Et in ſabbato circũciditis hominẽ. Si circũciſionẽ accipit homo in ſabbato, ut nõ ſoluat lex Moyſi, mihi indignamini, quia totum hominẽ ſanũ feci in ſabbato. Nolite iudicare ſecundũ faciem

Sacerdotali officium

dum faciē, ſed iuſtū iudiciū iudicate, uidelicet, ut nō plus authoritatis in minori facto, cōce-
datis Moſi, ꝓpter quod dux fuit, & iudicē ſuper uos illū deus cōſtituit, q̄ mihi in maiori fa-
cto, pro eo ꝙ ego nō iudico quē q̄ imo dico, qs me cōſtituit iudicē aut diuiſorē ſup uos. Hoc
eñ erat accipere faciē in lege, ꝓpter humilitatē faciei eius, facta ei⁹, quāuis p̄clara cōtēnere,
et alterius facta minora, ſcilicet Moſi, propter claritatē uultus eius, importuna adulatōe ma-
gnificare & dicere, Nos ſcimus qa Moſi locutus eſt de⁹, hūc aūt neſcim⁹ unde ſit. In cō-
munibus q̄q; rebus iniquū eſt faciē accipere. Hinc Iacob⁹ dicit: Si dixeritis diuiti, tu ſede hic
bene, pauperi aūt, dicatis, tu ſta illic, aut ſede ſub ſcabello pedū meoꝝ, nonne iudicatis apud
uoſmetipſos, & facti eſtis iudices cogitationū iniquarꝝ? Contra hmōi inigtatē recte inuehi
tur, dicens: Nunquid nō pater unus omniū noſtrū? Nūqd nō deus unus creauit nos? Qua
re deſpicit unuſq; ſq; fratrē ſuū, uiolans pactū patrū noſtroꝝ, ſubauditur, q ex humilitate deo
cōplacuerūt, q nō ex facie, ſed ex fide amici dei facti ſunt, q peregrinando in paupertate ſpi
ritus, terrā nobis poſſidēdā acquiſierūt? Videte q̄ ſit congruū filios humilium & pegrinoꝝ
ſuperbirem in acceptione perſonarum. Sequitur. ¶ Tranſgreſſus eſt Iudas, & abomina
tio facta eſt in Iſrael & in Hieruſalē, qꝛ cōtaminauit Iudas ſanctificationē dñi q̄ꝫ
dilexit, & habuit filiā dei alieni. Diſperdat dñs virū, q fecerit hec. magiſtrū & diſci
pulū de tabernaculis Iacob, & offerente munus dño. ¶ Paꝝ ē ad iſtā declamationē ſo
lū illud reſpicere, qđ reuerſi de Babilone in eo trāſgreſſi ſunt, qđ qdā ſacerdotes & leuitæ tu
lerūt de filiab⁹ Cananeoꝝ cęteraꝝq; gētiū, & de filiꝭ ſuis, & cōmiſcuerūt ſe cū populis ter-
raꝝ. Paꝝ inquā, ē illud ſolū reſpicere, qm̄ hæc uerba ſunt authoritatis ꝓpheticæ, uerba ſunt
ſpiritus ſancti, ad ſpūalia ſemp & cœleſtia tendentis. Itaq; ſicut decet maieſtatē loquētis de
ſpūalib⁹, cępt⁹ ſermo totus ſpiritualib⁹ intēt⁹ fit. Quo habuit Iudas filiā dei alieni? Quæ ē il-
la filia dei alieni? Profecto lex cærimoniaꝝ ſine lege fidei, filia eſt dei alieni. Vbi Iudas legē
fidei cōtēpſit, p q̄ pri⁹ Abrahā deo cōplacuit, & legē cęremoniaꝝ in cibis & potib⁹ & iuſtitiꝭ
carnis retinuit, ibi tranſgreſſus eſt, & extūc habet filia dei alieni, ex q̄ Chriſtū occidit, qa quic
qd extūc obſeruare uidet in cærimoniꝭ emōi nō eſt religio ueri dei, ſed religio dei alieni, ab
ominatio & cōtaminatio ſanctificationis dñi, quā dilexit peruerſa dilectiōe, ut mallet Chri
ſtū occidere, q̄ ſanctificationē loci uel gentis amittere ſcđm timorē quē finxit dicens: Si di-
mittimus eū ſic, uenient Romani & tollent noſtrū & locū & gentē. Diſperdat (ingt) dñs ul
trū q fecerit hoc, & ita factū eſt. Nā diſperſi ſunt, tā magiſter q̄ diſcipul⁹, & offerēs mun⁹ dño
i. tā ſeniores q̄ popul⁹, tā phariſæus q̄ pontifex: diſpſi ſunt in q̄, tā de terrenis q̄ de cœleſtib⁹
tabernaculis Iacob. Ataudiamus adhuc incrementū ſceleris, exaggerationē criminis. Ait.
¶ Et hoc rurſum feciſtis. Operiebatis lachrymis altare dñi fletu & mugitu, ita ut
ultra nō aſpiciā ad ſacrificium, nec accipiā placabile quid de manu veſtra, & in die
iſtis: Quā ob cauſam? Qꝛ dñs teſtificatus eſt inter te et uxorē pubertatis tue, quā
deſpexiſti, et hec particeps tua et uxor fœderis tui. ¶ O quanta ira, quanti zeli dñi ira
cundia. Hoc, ingt, rurſus feciſtis. Auſi fuiſtis flere in oculis meis, auſi fuiſtis mugire in auri
bus meis, auſi fuiſtis operire lachrymis altare dñi. Quāta eſt hæc ira, clementiſſimū dñm di-
cere, hoc feciſtis, flendo & mugiendo me ad maiorē iracundiā cōcitaſtis, & ita cōcitaſtis ne
ultra aſpiciā ad ſacrificiū, nec accipiā placabile qd de manu ueſtra? Quantū eſt miraculum?
Quales ſunt lachrymæ, qualis fletus, qualis mugitus miſeroꝝ, q tam grauiter offendit miſe
ricordiæ dñm? Sed nō miremur. Nā iſtoꝝ fletus ſceleratus & criminoſus eſt, qa uenit de a-
more præſentis ſeculi, cōtemptū habēs futuri. Talis erat fletus & eiulatus Eſau, quippe qui
tā diu fleuit & eiulauit, donec pater Iacob dixerat illi. In pinguedine terræ & in rore cœli de
ſuper erit benedictio tua. Hinc eſt ira dei ira iuſta, cuius iuſtitię cauſam cōtinuo ſubtiliter in
ſinuat. Dicētib⁹ eñ quā ob cauſam lachrymis noſtris offenſus nō aſpicies ad ſacrificiū nec
accipies placabile qd de manu noſtra, rñdet & dicit: Quia dñs teſtificatus eſt inter te & uxo
rē pubertatis tuæ quā deſpexiſti, & hæc eſt particeps tua & uxor fœderis tui. Et eſt ſenſus.
Vxorē pubertatis. uxorē quā prius nouiſti, tu deſpexiſti, qa fidē per quā pater tu⁹ Abrahā
deo cōplacuit, in q̄ de⁹ patres noſtros elegit & aſſumpſit, tu reliqſti. Nōne inter te & hmōi
uxorē tuā deus teſtificatus ē? Nō eñ p legē promiſſio Abrahæ & ſemini eius, ut hæres eēt
mūdi, ſed per iuſtitiā fidei. Siquidē quādo credidit Abrahā deo, & reputatū eſt ei ad iuſtitiā

Filia dei alieni lex cærimoniarū ſine fide.

Ira dei in Iudæos.

Flens ſed ſceleratus.

Vxor pubertatis, fides Abrahæ.

& ſicut ibidē ſcriptū eſt, in die illo pepegit dñs fœdus cū Abrahā, dicens: Semini tuo dabo terrā hāc, nōdū lex data erat, ſed necdū ipſe Abrahā circūciſus erat, & proinde rectē dixerim, fidē fuiſſe uxorē pubertatis tuæ participēq; tuā, & uxorē fœderis tui inter quā & te teſtificatus eſt dñs. i. teſtamētū fecit. Tu aūt illā deſpexiſti, & cū p fidē in Abrahā iuſtificatus ſis, tu p legē, cōtēpta fide, iuſtificari cōtendis, q̄d eſt iuſtitiā tuā uelle ſtatuere, & iuſtitiæ dei nolle ſubīci. Quō ergo audes operire lachrymis altare dñi, flere in oculis dñi. & mugire in
Rom. 10. auribus dñi, adulter legis, cōtēptor fidei? ⌊Nonne vnus fecit, et reſiduū ſpūs eius? Et quid vnus quærit, niſi ſemen dei? ⌋Quod eſt dicere: Nōne unus idēq; eſt deus, q & cū illa iā dicta uxore pubertatis tuæ teſtificatus eſt, & teſtamētū fecit, & cuius ſpūs reſiduū. i. nō uū teſtamētū fecit? Et iſte & ſpūs eius, cū ſit deus unus, q̄d quærit, niſi femē dei. i. niſi ut credas in filiū dei? Hoc q̄rit deus pr̄, q primū teſtamentū fecit, hoc q̄rit ſpūs ſanctus, q reſiduū, hoc eſt, q ſecūdū teſtamētū fecit, ut credas in filiū dei, fisq; cultor & amator uni⁹ individue trinitatis. ⌊Cuſtodite ergo ſpūm veſtrū, & vxorē adoleſcentie tue noli ſpernere. Cū odio habueris dimitte, dicit dominus deus Iſrahel. Operiet aūt iniquitas veſtimentū eius, dicit dominus exercituū. Cuſtodite ſpūm veſtrū, & nolite deſpicere. ⌋ Spiritū ueſtrū ingt. i. fidā patrū ueſtrorū, q̄ tanto lege cæremōiaq; ſiue lra legis, quāto ſpūs carne melior eſt, cuſtodite, ſi uultis uiuere: qa uidelicet lra o ccidit, ſpūs aūt uiuificat. Et uxo-
2. Cor. 3 orē hmōi, uxorē adoleſcētiæ tuæ q̄ p dilectionē operando parit filios uitæ, noli deſpicere. Quā tūc deſpicis, dū iuſtitiā tuā uolēs ſtatuere, iuſtitia dei, q̄ eſt iuſtitiā fidei, p nihilo ducis, & huic ſubīci nō uis, cū tñ hæc uxor adoleſcētiæ tuæ ſit, qa p hāc adoleuiſti placitam in patribus q̄dringētos & triginta annos anteq̄ fieret lex. Torem anni fuerunt ante datā legē, à uerbo promiſſiōis q̄d Abrahæ creditū eſt. Noli ergo deſpicere, ſed cuſtodi. i. dilige Cæte-
Matt. 19 rū, ſi odio habueris, dimitte. Nā ſicut de uxore carnis ꝓpter duritiā tuā cōceſſum ē tibi, ut dimittas eā ſi odio habueris, ne forte occidas ſi tmere cōpellaris, ita & de iſta uxore ſpūs tui dicotibi, dimitte cū odio habueris, ut ſi in Chriſtū credere nō uis, ſaltē credētes nō pſequaris. Tolerabilius quoq; eſt in Chriſtū nō credere, q̄ ita fidē eius ſuſcipere, ut ſeruituti uelis ſubīcere, eiq; circūſionē & cæteras legis cærimonias ſupponere, q̄ ſcdm actus Apoſtolor̄ qui
Actu. 15 dā, quāuis pauci, q crediderāt, nō minima ſeditione facta ap̄lis, pſecutionē ap̄lis conati ſunt efficere. Et cōcedēdo qdē dixit: Cū odio habueris, dimitte, ſed ne ipſa cōceſſio uideret odiē tē excuſare, cōuerſus ad auditores: Operiet aūt, ait, iniqtas ueſtimētū eius. i. iniqtas odio habentis uxorē hmōi, manifeſta fiet oībus, & ab omni ſeculo denotabitur. Mox ad eoſdē cōuerſus, inculcat & replicat q̄d dixerat. Cuſtodite, inquiēs, ſpm̄ ueſtrū, & nolite deſpicere potius deſpicite literā occidentē, ſeqmini aūt & cuſtodite ſpm̄ uiuificantē. Segtur. ⌊Laborare feciſtis dñm in ſermonibus veſtris, et dixiſtis: In quo enim fecimus eū laborare? In eo q̄ dicitis. Omis qui facit malū, bonus eſt in conſpectu dñi, et tales ei placent. Aut certe vbi eſt deus iudicij. ⌋Multos fuiſſe in populo Iudæor̄, etiā añ hāc ultimā impietatē, q̄ Chriſtū occiderūt, & apoſtolos eius pſequētes, uerbū eius repulerūt, q dicerēt: Oīs q facit malū, bon⁹ in cōſpectu dñi, & tales ei placēt, illud indicat de libro Machabæor̄ taliter dictū. In diebus illis exierūt ex Iſrael filij iniqui, & ſuaſerūt multis, dicētes: Eamus & diſponam⁹ teſtamentū cū gētibus q̄ circa nos ſunt, qa ex q̄ receſſimus ab eis, inuenerūt nos multa mala. Et abierūt ad regē, et dedit illis poteſtatē, ut facerēt iuſtitias gētiū. Scdm illas ſiue ex pſona taliū in. LXXII. pſal. dr̄. Quia zelaui ſup iniquos, pacē pc̄ōr̄ uidēs. Itē. Quō ſit deus, & ſi eſt ſciētia in excelſo? &c. Sic loqui & ſic exiſtimare & dicere, ubi ē deus iudicij? eor̄ eſt q oino á fide ſunt alieni. Nō eſt, aiūt, in rebus hūanis prouidētia? Oīa caſu ferunt incerto, nec dei iudicio gubernātur quin poti⁹ mali ei placēt, & boni diſplicēt. Quantū offendāt deū, ſermo uel ſenſus hmōi uehemēter inſinuat cū dicit: Laborare feciſtis dñm in ſermōibus ueſtris. Cū hæc & his ſimilia deus pr̄, deus ſpūs ſanctus diceret p pphetas ad
CAP. III. ſacerdotes, & carnes eor̄ immolatitias reprobaret. Iādudū & interea loquebat ad opus ſalutis nr̄æ p̄parans ſe filius unigenit⁹, et dicebat illud in pſalmo. Holocauſtū & pro pc̄ō nō poſtulaſti, tūc dixi: Ecce uenio. Ad hoc dictū ualde cōgruit hoc rō ſum patris. ⌊Ecce ego
Matt. 11. mitto angelum meum, et p̄parabit uiā tuā ante faciē tuā. ⌋Hūc angelū eſſe Iohannē teſtat ipſe dñs, dicēs: Quid exiſtis uidere Prophetā? Etiā dico uobis, et plus q̄ pro phetā:

Hic eſt

Hic eſt enim de quo ſcriptū eſt: Ecce mitto angelū meū ante faciē tuā, qui p̄parabit uiā tuā ante faciē tuā. Itaq; reprobato ueteri ſacerdotio, dū ſacerdotium melius introducitur, homo genere ſacerdos præmittitur præparare uiam ſacerdotio uero, ſacerdoti magno, de quo & protinus dicit: ❡ Et ſtatim veniet ad templū ſuū dominator, quem vos queretis, & angelus teſtamenti quē vos vultis. ❡ Et notandū qđ dicit ſtatim: Non em̄ longa mora interfuit, ſed ſtatim, ſcz mē ſe ſexto. i. ſexto menſe à cōceptōe Ioānis iſte cōceptus, ſexto mēſe à natiuitate Iohannis iſte natus eſt. Vterq; angelus, qa uterq; ſacerdos, uterq; cuſtodiēs ſciē tiā, iuxta q̄d ſupra dictū eſt. Labia ſacerdotis cuſtodiūt ſcientiā, et legē requirēt ex ore eius qa angelus dñi exercituū eſt. Vterq; (inquā) angelus, ſed nō pari modo. Ille em̄ tātū homo ſacerdos. Iſte aūt & dominator & ſacerdos, id eſt dñs & deus, & homo ſacerdos. Vnde & litera modū utriuſq; recte diſcernit, dū de illo dicit hoc tantū. Ecce ego mitto angelū meū, de iſto aūt & ſtatim ueniet ad templū ſuum dominator quē uos quæritis, & angelus teſtamenti quē uos vultis. Ad quos aūt loqtur dicēs: quē uos quæritis, niſi ad uiros filios Leui quos dulciter poſtmodū mentionē facit, ad eos qui expectabāt redemptionē, & conſolatiōnē Iſrahel, qualis illo tēpore Simeon iuſtus extitit. Quid porrò eſt, ueniet ad templū ſanctū ſuū, niſi ueniet ad ſacerdotiū ſuū? Hic em̄ primogenitus eſt. Primogenitos aūt erat ſacerdotiū, & ante Moyſen & ante Abrahā. Vnde & Melchſedech, qui ſacerdos altiſſimi extitit, affirmatur, q̄d ipſe fuerit Sem qui fuit primogenitus Noe: Iuxta hūc morē ſacerdos eſſe debebat Eſau, cū eſſet primogenitus, ſed hæc primogenita ſupplantauit ei minor frater eius, & ueſtes illæ de quibus ſcriptū eſt: Et ueſtibus Eſau ualde bonis, quas apd ſe habebat domi Rebecca, induit eū, ueſtes ſacerdotales fuiſſe creditur. At ubi lex uenit, primogeniti à ſacerdotio uacare ſunt iuſſi, & p̄cio redemi, qa ſacerdotij functiōe nihil poterāt mūdo cōferre. Subintrauit aūt in ſacerdotiū & in omne miniſterium cultus diuini tribus Leui, q̄ aliqd cōtulerat, qa vcz Moſes & Aaron de tribu Leui exiſtētes, populū ab Aegyptiaca ſeruitute ſolutū eduxerāt ad immolādū dño, q̄d & p eos cōſtitutionē facere cœperūt in deſerto. Parū quidē cōtulerāt populū illū educēdo, & parū cōferebāt, carnes aut ſanguinē hircorū animaliū ſacrificādo, ſed nō illo tēpore ſacrificiū aliud fuerat q̄d ſufficere poſſet pro peccato. Vbi uenit ſacrificiū ualēs, rurſus remouere debuit ſacrificiū carnis & ſanguinis, cū ſacerdotibus nō quærētibus ſacrificiū fidei & primogenitus unus honorē primogeniti, ſcz ſacerdotiū ſuſcipere debuit, unꝰ idēq; & primogenitus oīm ſacerdos & ſacrificiū. Quod ſciens diuinus Euāgeliſta cū dixiſſet de illa, quā uirginē eoncepiſſe narrauerat. Factū eſt aūt, cū eſſent ibi, impleti ſunt dies ut pareret ſtatim ſubiunxit. Et peperit filiū ſuū primogenitū. Igit primogenitū ante omnē creaturā primogenitū in multis fratribus, & ideo ſacerdotē dignū uenientē ad templū ſuū, ad ſacerdotiū ſuū. ❡ Ecce venit dicit dñs exercituū, et quis poterit cogitare diem aduētus eius. ❡ Vere nullus, niſi cui uel p angelū, uel p ſemetipſum reuelauerit ſpūs ſanctus, ſicut p angelū Ioſeph filio Dauid, ſicut p ſemetipſum iuſto Simeoni reuelauit. Veniet enim occultꝰ, ueniet ſicut mitis & hūilis corde. Nulla ſcz pompa præcedēte uel ſubſequēte, nulla clamoris uel cōtētiōis tuba pſonāte. Et quis ſtabit ad uidēdū eum? Ipſe enim quaſi ignis cōflans, aut quaſi herba fullonū. Et ſedebit conflans & emundās argētū, & purgabit filios Leui, Et colabit eos quaſi aurū & quaſi argētum & etūt dño offerētes ſacrificia in iuſtitia. Et placebit dño ſacrificium Iuda et Hieruſalē, ſicut dies ſeculi, & ſicut anni antiqui. ❡ Quis inquit ſtabit ad uidendū eū. Vere nō ſacerdotiū, non ciuitas, non templū eoꝝ, q oculos nō habebūt ad uidēdū eū, q nequā habebunt oculū, & totū corpus tenebroſum: Ipſe enim quaſi ignis conflans, & quaſi herba fullonū. i. ignē mitteus in terrā, ſcz ſpiritū ſanctū q cōſumet incredulos, uelut ignis conflatorium, credentes aūt uelut herba fullonū emundabit gratia remiſſiōis pctōꝝ, & uelut ignis cōflans zelo bono, feruētes amore cœleſtiū bonoꝝ faciet ardētes, ut deinde dicit, & ſedebit cōflās & emūdās argētū. Hoc repetit dicēdo, & purgabit filios Leui. Sicut em̄ argentū in manu artificis uel argētarij, ſic filij leui. i. oēs miniſtri dñi in manu huiꝰ dñatoris dñi. Qūo uel in quo purgabit eos? colabit eos, ingt, q̄ſi aurꝝ & q̄ſi argentū. Qđ colat, nimirꝝ iccirco colat, ut à bono liquore omnis feculētia ſepareť. Et qd erat ſacerdotiū priꝰ niſi liquor feculentus? De optimis ſacerdotibus loq̄mur. Optimi ſacerdotes Aaron & Phinees, & multi alij, no

Veniet ad tēplum, i. ad ſacerdotium primogēitorum.

Sacerdotium vetus, liquor feculentus.

uissimusq; Zacharias pater Ioannis extiterũt eorũ q; ministeriũ sic fuit q̃ fiaux quasi argentũ, sed aux nõ de secatũ, argẽtũ nõ seculẽtum. Ibi nãq; erat fidei aux, sciẽtiæ uel boni sermonis argentũ, sed erãt admixtę feces ceremoniax carnaliũ. Colabit igit aurũ, colabit argentũ suũ. i. reiectis ceremoniis carnis, & p̃ceptis non bonis, de qbus supius dictũ est, in qbus uita non fuit, reseruabit sacerdotio suo solũmõ fidei aurũ, & p̃ceptox bonox argentũ. Nõ solũ autẽ eiusmõi ceremoniax sed oim peccatox feces excolebat de cordibus sacerdotũ suorũ, & offerẽtes erunt dño sacrificia in iustitia, nõ in sua sed in dei iustitia, in corpe & sanguine Iesu Chri, q est ipsox iustitia. Et placebit dño sacrificiũ Iuda & Hierl'm, sicut dies seculi & sicut anni antiq. i. nõ per legẽ factox, sed per legẽ fidei iustificabũt & glorificabũt sacerdotes noui testamẽti, q Iuda & Hierl'm merebũt uocari. Per quã vez legẽ fidei, priusq; subintraret carnaliũ ceremoniax lex, placuerũt dies seculi, & anni antiqui. i. hoies sancti & iusti pfes & patriarchæ splẽdidi, nõ solũ à Moyse usq; ad Abraham, sed ab Abraham usq; ad Noe, usq; ad Abel, quox vez diex siue annorũ. i. sanctorũ siue sanctissimorũ nũerus quãtus sit uel fuerit, deus scit. Hoc aũt scire debemus, quia sicut illi placuerunt, ita & nos placere debemus per legẽ fidei, Ecõtra qd uobis erit o sacerdotes carnis, hostes spũs, inimici fidei? Nimirũ id q̃d sequitur. L Et accedã ad vos in iudicio, & ero testis, velox maleficis & adulteris & periuris & qui calumniãtur mercede mercenarij, viduas & pupillos opprimunt nec timuerũt me dicit dñs. J O q̃ dure sonat, accedam ad uos in iudicio. Non intres in iudiciũ cũ seruo tuo dñe, ait ille q erat in spũ & ueritate. Alius quoq; laudẽ ex deo & testimoniũ habẽs iustitiæ, sc3 beatus Iob, etiã si habuero (inqt) quippiã iusti ũ, nõ respondebo sed meũ iudicẽ deprecabor. Item, Si uoluerit homo cõtẽdere cũ eo, nõ poterit ei respondere unũ pro mille. Si hoc dicũt & ueraciter dicũt hoies sancti, die seculi, & anni antiqui, qd faciẽt malefici, & adulteri, & periuri, & qui calũniãtur mercedẽ mercenarij, uiduas & pupillos opprimũt, nec timuerũt me dicit dñs, qbus uel cõtra quos taliũ criminũ non solũ iudex, uerũ etiã testis ero uelox? Et uere testis qa uidi & audiui, qa sicut quõdã dixi: Descendã & uidebo, utrũ clamorẽ Sodomox & Gomorrhæ, q uenit ad me, ope cõpleuerint, aut nõ est ita, ut sciã: ita & nunc, imo & magis nunc descẽdi, butyrũ & mel comedi, ut sciam cõprobare malũ & eligere bonũ, & talia comedẽdo. i. cũ hoibus cõuersando, iam didici, iam in me metipso expertus sum, uerũ etiã esse clamorẽ quẽ audiui, de sanguine iustorũ & prophetarũ. q̃d occidistis, & hinc ero testis uelox, qa uidi & audiui, qa portionẽ meã ego quoq; de manibus uestris accepi. L Ego enim dominus & nõ mutor, et vos filij Jacob non estis consumpti. J Et hoc est uerũ & iustũ iudiciũ, qa ego dñs de bono in malũ non possum mutari, & ecõtra uos de malo in bonũ nõ estis mutati. Sicut quæro nũc, ita & semper quæsiui iustitiã fidei, & ecõtra uos, sicut recessistis nunc, ita et semp spiritui sancto dura ceruice & incircũcisis auribus resistitis. Inde dico qa nõ estis cõsumpti, id est, nõ estis mutati L A diebus enim patrum vestrox recessistis a legitimis meis et nõ custodistis. J Hocidem Stephanus prothomartyr manifestius ac protpe & reacerbius dicit: Dura ceruice & incircũcisis cordib⁹ & auribus uos spiritui sancto restitistis, sicut pfes uestri & uos. Quẽ prophetarũ nõ sunt psecuti patres uestri? Et occiderũt eos qui prænũciabãt de aduẽtu iusti, cuius uos nũc proditores & homicidæ fuistis qui accepistis legem in disposionem angelorũ & nõ custodistis. Segtur. L Reuertimini ad me, et reuertar ad vos dicit dominus. J Quale est hoc dicere iustis, dicere his qui in se confidunt, tauq̃ iusti Nimirũ iniuria uidetur eis qd dicitur, reuertimini, quippe cũ propter carnem Abrahæ uidentur sibi esse peculiares & proprij, suosq; infantulos de carne luxuriosa scaturiẽtes uermiculos ostentãtes, ridere sibi & uobis dicere solẽt. Isti sunt infantes filij dei. Segtur ergo. L In quo reuertamur? J Subauditur, etenim subaudiri uolunt nusq̃ diuertimus, deo proximi sumus. Filij Abrahæ sumus, unũ patrẽ habemus deum. Quomõ uel in quo magis appropinquare deo possumus? Ecõtra dñs. L Staffiget hõ deum, qz vos cõfigitis me? J Qd ẽ dicere: Imo nimis auersi atq; puersi, sine exẽplo uos auersi, & cõtra me uersi estis. Null⁹ em̃ unq̃ hõ pter Iudæũ, nulla unq̃ gẽs pter gẽtẽ Iudææ, dñm suũ affixit, deũ suũ ligno suspẽdit. Vos me affixistis uos me ligno affixistis. L Et dixistis: In quo cõfixim⁹ te? In decimis et in primitiis, et penuria vos maledicti estis, et me vos configitis gens tota. J Et est sensus.

Quid & qualiter offerunt sacerdotes christi.

Testis velox Deus.

Quia uos

Quia uos redargui decimantes metam & rutam, & anetũ, & ciminũ, & relinquentes quæ grauiora ſunt legis iudiciũ & charitatẽ dei, idcirco uos me deũ ueſtrũ confixiſtis, & propter penuriã, quã timuiſtis uel timere uos fimulaſtis, dicentes: Ne forte ueniant Romani & tollant noſtrũ locũ & gentem. Proinde uos maledicti eſtis, ita ut fere nemo ſit qui neſciat uos eſſe Cain, ad quem dictum eſt: Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Nunc igitur maledictus eris ſuper terrã, quæ aperuit os ſuum, & ſuſcepit ſanguinem fratris tui de manu tua. Cum operatus fueris terram, non dabit fructus ſuos. Vagus & profugus eris ſuper terrã. Mirũ quod ita uagi & profugi ſuper terrã, & maledicti ad huc me configitis gens tota gens quaſi diabolo coniurata, & uno blaſphemiæ ſpiritu imbuta. Cũ enim contra me quẽ cõfixerũt patres ueſtri, uos filij nequã ſimile & nõ minus odiũ ſpiratis, & blaſphematis ubi audetis, profecto me configitis, nec minus q̃ patres ueſtri, qui me præſentẽ & uiſibilẽ confixerunt, crimen habetis ò deſperati, & præ deſperatione inſani, ut iã dicti uſille Cain qui dixit: Maior eſt iniquitas mea, q̃ ut ueniã merear. Ego uero econtra dico: & ueniæ ianuã, miſericordiæ oſtiũ aperi uobis, dicendo. ¶ Inferte omnẽ decimã in horreũ, & ſit cibus in domo mea, et probate me ſuper hoc dicit dñs: Si non aperuero vobis cataractas cœli, et effudero vobis benedictionẽ vſq; ad abundantiã. Et increpabo pro vobis deuorantẽ & non corrumpet fructum terre veſtre, nec erit ſterilis vinea in agro dicit dñs exercituum, et beatos vos dicent omnes gentes. Eritis enim vos terra deſiderabilis dicit dñs exercituum. ¶ Dixi hoc & dico: Ne faciatis ſicut hactenus feciſtis, decimando mentã & anetũ, & ciminũ, & relinquendo quæ grauiora ſunt legis iudiciũ, miſericordiã & fidẽ. Hæc oportuit facere, & illa non omittere. Omnẽ igitur decimã, oẽm, in quã, inferte in horreũ, & ſit cibus in domo mea. nõ ſolus cibus corporalis ex rebus corporalibus quæ debentur uobis, uerum etiã quod melius & quod prius eſt cibus ſpiritualis ex rebus ſpiritualibus, quas deo debetis iudicio, miſericordia & fide, & cæteris huiuſmodi, & tunc probate me ſuper hoc, imo & ſicut per alium Prophetã dixi: Venite & arguite me dicit dñs, ſi non aperuero uobis cataractas cœli, ſi nõ fecero cætera quæ dixi, niſi ueraciter dixerim alibi. Primum quærite regnũ dei, & iuſtitiã eius, & hęc omnia adiçiẽtur uobis. Vos aũt regnũ dei nõ quæritis, & inſuper pro temporalibus bonis impie murmuratis. Sequitur ¶ Inualuerũt ſuper me verba veſtra dicit dñs, & dixiſtis: Quid locuti ſumus contra te? et dixiſtis: Vanus eſt qui ſeruit deo, et quod emolimentũ, q̃ cuſtodiuimus præcepta eius, & q̃ ambulauimus triſtes coram deo? Ergo nunc beatos dicimus arrogantes, ſiquidem edificati ſunt facientes impietatẽ, & tentauerunt dñm, & ſalui facti ſunt. ¶ Notũ & manifeſtũ eſt Iudæos ſalutẽ gentiũ ſemper odiſſe, & propter ſalutẽ gentiũ, propterea nobis, quia pœnitentiã nobis deus ad uitã donauit, indignatos eſſe illos, & nolle ſuſcipere gratiã dei. Hoc uel ex illa parabola ſatis cõprobatur cuiuſdã hominis habentis duos filios, ex quibus adoleſcentiorẽ peregre profectũ cum ſua portione ſubſtantiæ & reuerſum, poſtquam diſſipauit eam uiuendo luxurioſe, cum ſuſcepiſſet pater, & magnũ pro reuerſione eius conuiuiũ celebraret, indignatus ſenior frater nolebat introire, roganti q̃ patrl hæc reſpondit. Ecce tot annis ſeruio tibi, & nunquã mandatũ tuũ præteriui, & nũ quàm dediſti mihi hœdum, ut cum amicis meis epularer. Sed poſtquàm filius tuus hic qui deuorauit ſubſtantiã ſuam cum meretricibus uenit, occidiſti illi uitulũ ſaginatum. Nonne uerba hæc ſimilia ſunt his, uanus eſt qui ſeruit deo, & qđ emolimentũ, quia cuſtodiuimus præcepta eius, & quia ambulauimus triſtes coram deo, ergo nunc beatos dicimus arrogãtes, ſiquidem ædificati ſunt facientes impietatẽ, & tentaueruntdominũ, & ſalui facti ſunt? Hoc enim eſt dicere: Ecce nos filij Abrahæ, nos unum patrẽ habentes deũ, tot annis ſeruiuimus deo patri noſtro, & nunquàm mandatũ eius præteriuimus, & nullum emolimentum inde nobis eſt: gentes autem quæ non ſeruierunt ei, ecce beatæ ſunt, & cum impietatẽ fecerint, ecce ædificatæ ſunt, & quocũq; pergimus, quocũq; nos uertimus, audimus ſymphoniam & chorum, uidemus celebrari cum illis magnum dei conuiuium, ſtolam primã, annulum & calciamenta, cuncta ſacerdotalia, cuncta regalia populo alieno data ſunt. Verba hæc ueſtra, uerba inuidiæ ueſtræ inualuerunt (inquit) ſuper me, quæ locuti eſtis contra me, & ita inualuerunt ſuper me, ut non poſſim uobiſcum quicquàm facere, niſi

Iudæi ſunt Vt Cain.

Iudæi gentib⁹ inuidẽt ſaluti.

quod ex uobis pauciſſimos cõuerti (ſicut euangeliſta Marcus) utiq; diuinitus quodã loco dixit de me: Et nõ poterat ibi uirtutẽ ullã facere, niſi paucos infirmos impoſitis manibus curauit & mirabatur propter incredulitatẽ illoꝝ. ℒ Tũc locuti ſunt timẽtes deũ vnuſquiſq; cũ proximo ſuo, ⁊ attẽdit dñs ⁊ audiuit, ⁊ ſcriptus eſt liber monumẽti coꝝ ã eo timẽtibus deũ, ⁊ cogitãtibus nomẽ eius. ⅃ Quid locuti ſunt timentes deũ? Nimiꝝ glorificauerunt deũ, dicẽtes. Ergo & gẽtibus pœnitentiã dedit ad uitã, & laudauerũt clementiã & ſententiã patris irrepheníbilẽ, dicẽtis: Manducemus & epulemur, qa hic filius meus mortuꝰ erat & reuixit, perierat & inuẽtus eſt. Quin etiã te ſeniorẽ fratrẽ pro reuerſiõe & ſuſceptiõe iunioris indignãtẽ, & murmurantẽ, & dicẽtẽ: Qđ nunq̃ mandatũ meũ ꝓteriẽs, fortiter conuincũt huiuſcemõi uerbis. Propter qꝺ inexcuſabiles es ò oĩs q iudicas. In quo cm̃ iudicas aliũ teipm̃ condẽnas. Eadẽ em̃ agis q̃ iudicas. Et hoc certe ueriſſimũ eſt. Quæ etem̃ peccata uel uitia de gẽtibus unq̃ audita ſunt, ut nõ etiã de Iudæis ſiue de populo Iſrael audita uel nota ſint ex ſanctaꝝ authoritate ſcripturaꝝ. Bene ergo & ueraciter locuti ſunt timẽtes deũ, unus quiſq; cũ proximo ſuo, qꝺ omnes peccauerunt, & egent gratia dei, & quod non ſit deus ludæoꝝ tantũ imo & gentiũ. Et dñs attendit, & audiuit qũo & quid locuti ſunt, & ſcriptus ẽ liber monimenti corã eo timentibus deũ & cogitãtibus nomẽ eius, ut uc3 cũcta in iudicio recitentur, & ex uerbis ſuis iuſtificentur, ſicut e contra: qui male locuti ſunt, ex uerbis ſuis cõdemnabuntur. Hinc & illud apud Eſaiã: Ego aũt opera eoꝝ, & cogitatiões eoꝝ, uenio ut cõgregẽ cũ omnibus gentibus & linguis. In illo libro monimenti, in illa cõgregatione cogitationũ nequaq̃ deerit illa confeſſio pœnitentis populi gentilis, quæ patris pietatẽ concuſſit Pater peccaui in cœlũ & corã te, & iam non ſum dignus uocari filius tuus. ℒ Et erũt mihi ait dñs, in die qua ego facio in peculiũ ⁊ parcã eis ⁊ ſicut parcit vir filio ſuo ſeruienti ſibi, ⁊ cõuertimini, ⁊ videbitis quid ſit inter iuſtũ et impiũ, inter ſeruientẽ deo, et non ſeruientẽ. ⅃ Tunc illi, inquit, quibus inuidetis, cõtra qs liuore torquemini, quos aſpernamini, cõfidentes in uobiſmetipſis tanq̃ iuſti, erunt mihi in peculiũ in die qua ego facio, idẽ ut faciã præfinitũ habeo, & parcã eis, quãuis quondã peccatoribus, parcã, inquã, eis pœnitentibus & ſeruientibus mihi ſeruitio piæ confeſſionis, ſicut parcit uir filio ſuo ſeruienti ſibi quibuſlibet modis & conuertemini & uidebitis illud, quod modo nõ uidetis, neq; uidere uultis, toti auerſi, & dorſum habentes cõtra faciẽ ueritatis, uidebitis, inquã, quid ſit inter iuſtũ & impiũ, inter ſeruientẽ deo & nõ ſeruientẽ, & ita certo ſcietis experimento, quod non ſit uanus qui ſeruit Deo. ℒ Ecce enim dies veniet ſuccenſa quaſi caminus, ⁊ erunt omnes ſuperbi, et omnes facientes impietatẽ ſtipula, et inflammabit eos dies veniens dicit dñs, que nõ relinquet eis radicẽ et germẽ. Et orietur vobis timentibus nomẽ meũ, ſol iuſtitie, et ſanitas in pennis eius. Egrediemini, et ſalietis ſicut vituli de armento et calcabitis impios, cũ fuerit cinis ſub planta pedũ veſtroꝝ, in die qua ego facio dicit dñs exercituũ. ⅃ Hoc erit inter iuſtũ & impiũ, inter ſeruientẽ deo, & nõ ſeruientẽ, qđ eſt inter ſtipulã, quã profecto caminus cito cõſumit, & inter homines qs ſerenus ſol ortu ſuo lætificauit. Vnus em̃ idẽq; dies dñi, unus idẽq; ſol iuſtitiæ, cũ in iudicio cunctis manifeſtus apparuerit ſuperbis & omnibus facientibus impietatẽ, ita erit terribilis, ut nõ poſſint ſtare ante faciẽ eius, ſicut ſtare ſtipula nõ ꝑt in flãma camini ardentis, uel ſicut fluit cera à facie ignis, & inflãmabit eos in perditionẽ, ſicut im flãmatæ ſtipulæ nõ relinquitur radix aut germẽ, timẽtibus aũt nomẽ meũ ſic erit, ut ſol inito uere, ſol nõ qualiſcũq;, ſed ſol iuſtitię, & ſanitas in pẽnis eiꝰ, His uerbis gemina timentiũ deũ felicitas pulchre exprimit Nam in eo quod dicit ſol iuſtitiæ, iuſtificationẽ ſignificat animaꝝ, qua timentes dominũ, felices erunt in die illa, atq; dicendo. Et ſanitas in pennis eius, immortalitatẽ atq; incorruptibilitatem deſignat corpoꝝ qua felices erunt, id eſt, timentes dominum in eadem & ex eadẽ die. Item hoc intererit inter iuſtum & impiũ, inter ſeruientem deo & nõ ſeruientem, quod eſt inter uitulum & à uinculum ſolutum, cinerem quam uitulus calcans dum exilit, ſubſilit diſpergit in omnem uentũ. Ait enim: Egrediemini, & ſalietis ſicut uituli de armẽto, & calcabitis impios in die q̃ ego facio dicit dominus deus exercituũ. His uerbis pulchre & æterna figuificatur iuuẽtus ſanctoꝝ renouãda ex reſurrectõe mortuoꝝ, & uetuſtas irrecuperabilis impioꝝ, q propter ſuperbiã omnis peccati, incẽdio cõflagrati cinis facti ſunt. Soquiſ

Mar. 6

Lucæ. 15

Rom. 3

CAP. IIII.

pſal. 67

Memen

L Memẽto legis Moſi ſerui mei quam mãdaui in oreb ad omnẽ Iſrael precepta
2 iudicia. ¶Quid hoc eſt dicere in tali negotio, niſi ac ſi dicat: Dominator iam dictus & angelus teſtamenti eſt, q accuſet uos Moſes, in quo uos ſperatis, ſi enim crederetis Moſi, crederetis forſitan & mihi, de me enim ille ſcripſit, ſi enim illi⁹ literis nõ creditis, qũo uerbis meis credetis? Igit memẽtote inqt, legis Moſi ſerui mei, quã mandaui in Oreb ad omnẽ Iſrael p̃cepta & iudicia, uidelicet, ubi dicẽtib⁹ ad Moſen: Loquere tu nobis & audiemus, nõ loquatur nobis dñs, ne forte moriamur, Prophetã aũt ſuſcitabo eis de medio fratrũ ſuor̃ ſimilem tui, & ponã uerba mea in ore eius, loquet̃q ad eos omnia q̃ p̃cepo illi. Qui aũt uerba eius q̃ loquet̃ in nomine meo, audire noluerit, ego ultor exiſtã. Tunc aũt dabant p̃cepta decalogi bona, & iudicia in quib⁹ ẽ uita, q̃ ad carnales nõ pertinent ceremonias. Memẽto, inqt, qa ſi memineris, inqt, illius legis, tp̃is & loci, memores eritis etiam mei, qa tũc & ibi de me ille ſcripſit. ¶Ecce ego mittã vobis Heliã ꝓphetã, anteq̃ veniat dies dñi magnus et horribilis et cõuertet cor patrũ ad filios, et cor filiorũ ad patres illorũ, ne forte veniã et percutiã terrã anathemate. ¶De aduentu Heliæ qc̃q̃ diffinire nõ auſim, qa uidelicet doctor̃ alĩ qbus oẽs fere cõſentimus, credũt eũ ad literã uentur̃, & reſtitur̃ omnia, ac mortis debitũ p̃ſolutur̃, alĩ uero nequaq̃, qbus uir illuſtris B. Hieron. cõſentire uidet̃, dicens: Quanq̃ multi ſint etiã noſtror̃q credũt eũ ad literã uentur̃, & reſtitur̃ omnia, ac mortis debitũ p̃ſolutur̃. Cæter̃ dñs interrogatus ab apoſtolis de aduentu Heliæ, rñdit: Helias iã uenit, & non cognouerunt eũ, ſed fecerũt in eũ quęcũq̃ uoluerũt, Iohãnẽ in Helia uolens intelligi. Vñ ſubſecutus adiunxit: Si uultis recipere, Iohãnes ipſe ẽ Helias q uenturus eſt. Verumtamen ſiue ipſam Heliæ perſonã, ſiue, ut alĩ uolũt, ꝓphetiã, ꝓmitti magis uer̃ ſit in his uerbis: Ecce ego mitto uobis Heliã, ꝓphetã, illud conſtat, qa reliquiæ conuertent̃ ex Iſrael, & dicente ſupradicto patre: Epulari aũt & gaudere oportebat, quia frater tuus mortuus fuerat & reuixit, perierat & inuent⁹ eſt, acq̃ſcet illi filius ſenior, qui nunc indignatus ẽ & intrare non uult, atq̃ ita conuertet̃ cor patrũ ad filios, & cor filior̃ ad patres eorũ, ut credãt ſilĩ hunc Ieſum Chriſtũ, qui ſub Pontio Pilato paſſus eſt, illũ eſſe quẽ patres uentur̃ expectauerũt, anteq̃ ueniat dies dñi magnus, & horribilis dies iudicĩ, in qua anathemate percutiet terrã. i. eos qui faciunt opera terrena, ueniens manifeſtus, qui quondã uenit occultus.

Exo. 20 Deu. 18

De aduẽtu Heliæ duplex opinio.

Matt. 17

Rom. 11. Lucæ. 15

¶IMPRESSA SVNT NVNC DEMVM EX INTEgro, luculentiſſima hæc Ruperti Abbatis Tuitienſis, ſummi Theologi, ſummi q̃ uiri, in XII. prophetas minores, Commentaria. Quæ ante annos quadringentos, poſteris diligenter reuoluenda conſecrauit. Impenſis Arnoldi Birckman.
Anno. M. D. XXXIIII. Menſe Auguſto.